BIBLIOTECA
DE
AUTORES CRISTIANOS

Dedarada de interés nacional

EDITA AUSPICIIS ET INSPIRATIONE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS SALMANTICENSIS

CUIUS DELEGATIO APUD B. A. C. IN HOC SALUTIS MILLESIMO NONGENTESIMO QUINQUAGESIMO SEXTO ANNO, SIC EST constituta:

LA EDITORIAL CATOL1CA, S. A. AP. 466

MATRITI · MCMLVI

PATRES SOCIETATIS IESU
FACULTATUM THEOLOGICARUM
IN HISPANIA PROFESSORES

Sacrae Theologiae Summa

luxta Constitutionem Apostoiicam
"Deus scientiarum Dominus"

IV

EDITIO TERTIA

Sacrae Theologiae Summa

INTEGRUM OPUS QUATUOR VOLUMINIBUS CON.'TAl.

Vol. I. Introductio in Theologiam. De vera religione. De Ecclesia Christi. De sacra Scriptura.

Vol. IL De Deo uno et trino. De Deo creante et elevante.

Vol. III. De Verbo incarnato. Mariologia. De gratia. De virtutibus infusis.

Vol. IV. De sacramentis. De novissimis.

i

Sacrae Theologiae Summa

IV

sacramentis. De novissimis

AUCTORIBUS

P. IOSEPHO A. DE ALDAMA, S.I.

>N PONTIFICIA UNIVERSITATE SALMANTICRNSI PROFESSORE

P. SEVERINO GONZALEZ, S.I. (f)

P. FRANCISCO A P. SOLA, S.I.

TN FAC. THEOLOGICA CASTROCTAVIAXENSI PROFESSORE

P. IOSEPHO F. SAGÜES, S.I.

IX FAC. THEOLOGICA ONIENSI PROFESSORE

EDITIO TERTIA

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS

MATRITI · MCMLVI

NIHIU. OBSTAT:

Dr. Aloysius Marcos,
Censor.

IMPRIMI POTEST:

Emmanuel Olleros, S. 1.,
Praep. Prov. Tolet.

IMPRIMATUR:

✠ Iosephus Maria,
Ep. aux. et Vic. gral.
Matriti, 20 octobris 1956.

Rivadeneyra, S. A.—Paseo de Onésimo Redondo, 26.—Madrid.

Dal Vaticano, li 24 Aprilis 1554

d iSu a San t it a

M. 320544

Rev*.me Domine,

Quae volumina, “Sacrae Theologiae Summa" inscripta, Augusto Pontifici dono recens misisti, tuo ceterorumque huius operis auctorum nomine, non una de causa a Sanctitate Sua libenter sunt excepta.

In primis siquidem Beatissimus Pater magni pependit alacritatem vestram in illis pertractandis disciplinis, in quibus innitatur oportet recta aptaque sacerdotii candidatorum Institutio ©t conformatio· Ao praeterea non sine peculiari animi oblectamento Ipse animadvertit, vos in hoc condendo opere, non minus eruditionis copia quam eloquii perspicuitate praestanti, eo praesertim contendisse, ut pontificia documenta, recentiora potissimum, in sua luce ponerentur, eoruraque ductu ad iustam ducerentur trutinam rationes omnes quas, ad sacrae Theologiae studia quod attinet, nostra induxit aetas.

Fore igitur omnino confidit Sanctitas Sua ut olerioi, hoc sacrae Theologiae pabulo a vobis praebito innutriti, "solidam illam doctrinam a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vooum novitates et falsi nominis scientiam" (Codex Juris Canonici, can.129).

Quamobrom ad hoc iter, quod iniistls, persequendum paterno vos adhortatuo animo, Romanus Ponti fex et de munere grates agit, et caelestium munerum auspicem Apostolicarc vobis vestrisque alumnis Benedictionem peramanter in Domino impertit.

Interea qua par est observantia me profiteor

tibi
addictissimum

RcV.mo Patri
P. Joachim Salaverri, S.J,
In Facultate Theologica studiorum
Universitatis Connillensis Professore

INDEX GENERALIS

Pag.

Notae theologicae adhibitae 3
Sigla et breviationes 5

TRACTATUS I

Theoria generalis sacramentorum

Introductio 11
llllUOGRAPHIA GENERALIS 13
('ai'UT I.—De exsistentiasacramentorum 14
Thesis 1. Septem sunt sacramenta Novae Legis proprie dicta 14
Scholion. Sacramenta non omnia sunt paria 21
ĭ M'ĭ τ II,—De essentia sacramentorum 22
Thesis 2. Sacramentum est in genere signi symbolici, metanhysice coalescens ex ritu sensibilis et ex significatione gratiae ; est autem signum practicum 22
Scholion 1. De relatione inter significationem et effectionem in sacramento 28
Scholion 2. Dc sacramentis Veteris Legis 29
Scholion 3. De sacramentis legis naturae 32
Thesis 3. Signum sacramentale physice coalescit rebus tanquam materia et verbis tanquam forma 32
(Mit III.—De causalitate sacramentorum 39
Ailicuius I.—*De effectu generali sacramentorum* 39
Thesis 4. Sacramenta Novae Legis conferunt gratiam. 39
Thesis 5. Gratia sacramentalis nihil aliud est nisi ipsa gratia sanctificans, quatenus ut per tale sacramentum collata, annexum habet ius ad specialia auxilia divina, quae fini illius sacramenti correspondent 43
Scholion. De sacramentis vivorum et mortuorum 47
Ailicuius IL—De *effectu speciali qudncndam sacramentorum.* 47
i hesis 6. Baptismus, confirmatio et ordo imprimunt characterem in anima 47
Scholion 1. De munere characteris 53
Scholion 2. De natura physica characteris 55

Pag.

Articulus III.—*De modo efficientiae sacramentalis* 56
Thesis 7. Sacramenta Novae Legis non ponentibus obicem gratiam conferunt ex opere operato 56
Scholion 1. De mensura gratiae sacramentalis 62
Scliolion 2. De sacramento valido et informi 63

Articulus IV.—*De natura intima causalitatis sacramentorum...* 64
Thesis 8. Sacramenta Novae Legis sunt causae stricte dictae, sed instrumentales 64
Thesis 9. Sacramenta Novae Legis sunt causae immediatae gratiae 68
Thesis 10. Sacramenta Novae Legis non sunt causae gratiae physicae, sed morales 70
Scholion. De nova quadam theoria pro causalitate sacramentorum explicanda 76

Caput IV.—De ministro sacramentorum 77

Articulus I.—*De potestate ministri* 78
Thesis 11. Minister sacramentorum est vicarius Christi. 78
Scholion. De subiecto huius potestatis vicariae 80

Articulus II.—*De intentione ministri* 80
Thesis 12.—In ministris dum sacramenta conficiunt, requiritur intentio saltem faciendi quod facit Ecclesia... 80
Scholion 1. De intentione requisita 87
Scholion 2. De intentione requisita in subiecto sacramenti .... ;.................... 87
Thesis 13. Intentio faciendi quod facit Ecclesia in ministro sacramentorum debet esse intentio faciendi ritum externum non sohim materialiter, sed etiam formaliter ut sacrum 87

Articulus III.—*De fide et probitate ministri* 91
Thesis 14. Valor sacramentorum non pendet per se a probitate ministri 91
Thesis 15. Valor sacramentorum non pendet per se a fide ministri 95

Caput V.—De auctore sacramentorum 103

Articulus I.—*De facto institutionis sacramentorum per Christum* 104
Thesis 16. Christus, secundum quod homo, omnia sacramenta Novae Legis immediate instituit 104

Articulus II.—*De modo institutionis sacramentorum per Christum* 108
Thesis 17. Non constat Christum instituisse omnia sacramenta in specie immutabili 108
Scholion 1. De necessitate sacramentorum 113
Scholion 2. De ritibus sacramentorum 114

Appendix.—De sacramentalibus 115

TRACTATUS II

De sacramentis initiationis Christianae

SEU

de sacramentis baptismi et confirmationis

Pag.

Introductio generalis 119

LIBER I.—De sacramento baptismi 120

Introductio 120
Bibi.iographia generalis 123

Caput I.—De institutione baptismi 124

Thesis 1. Christus instituit baptismum ut ritum sacrum quo homines in Ecclesiam ingrederentur 124
Scholion 1. Quando Christus baptismum instituit 128
Scholion 2. De discrimine inter baptismum Christi et loannis 130
Scholion 3. De baptismis sive purificationibus ludaeorum 130
Thesis 2. Baptismus, a Christo institutus, est verum Novae Legis sacramentum 132
Scholion. De figuris biblicis baptismi Christiani 135

Caput II.—De essentia sacramenti baptismi 135

Thesis 3. Materia sacramenti baptismi est ablutio corporis adhibita aqua naturali ; forma autem constituitur verbis quibus distincte exprimatur unitas et Trinitas divina 135
Scholion 1. De modo faciendi ablutionem in baptismo. 142
Scholion 2. Benedictio aquae baptismatis 143
Scholion 3. De baptismo "in nomine lesti" 144
Scholion 4. De formulis aequivalentibus 146

Caput III.·—Necessitas sacramenti baptismi 147

Thesis 4. Baptismus, post Evangc'.ii promulgationem, tam parvulis quam adultis, omnibus necessarius est ad salutem, necessitate medii 147
Scholion. De necessitate baptismi pro pueris 155
Thesis 5. Baptismus aquae suppleri potest voto baptismi vel etiam martyrio 160
Scholion 1. Qua ratione martyrium suum effectum obtineat 168
Scholion 2. Quomodo martyrium efficaciam obtineat... 168
Scholion 3. An valeat martyrium sine caritate 169
Scholion 4. De baptismis fluminis, flaminis, sanguinis, inter se comparatis 169

Caput IV.—De subiecto et ministro baptismi 170

Scholion 1. Utrum angeli possint esse ministri baptismi. 174
Scholion 2. De baptisme pro mortuis 174

Pag.

Caput V.—De baptismi effectibus 175
Scholioti. De baptismi initerabilitate 179

LIBER Π·—De sacramento confirmationis 184

Introductio 184

Bibi.iographia generalis 188

Caput I.—Exsistentia sacramenti confirmationis 189
Thesis 1. Baptizatis ritus confirmationis confertur, qui est verum Novae Legis sacramentum 189
Scholion. De tempore institutionis sacramenti confirmationis 198

Caput II.—Essentia sacramenti confirmationis 199
Thesis 2. Materia remota sacramenti confirmationis est chrisma ab episcopo benedictum ; materia vero proxima est impositio manus, quae in actu chrismandi fit... 199
Scholion. De forma confirmationis 206

Caput III- De ministro, subiecto et necessitate confirmationis 208
I. De ministro 208
Thesis 3. Minister ordinarius confirmationis est solus episcopus, sed ex de'cgatione Romani Pontificis potest quilibet presbyter minister esse extraordinarius ... 208
Scholion. Quid facit Summus Pontifex facultatem confirmandi concedens simplici presbytero 214
II. De subiecto et necessitate confirmationis 216

Caput IV.—De effectibus confirmationis 218
I. Confert gratiam et dona Spiritus Sancti 219
11. Imprimitur character 221
Scholion. De distinctione inter characterem baptismi et confirmationis 223

TRACTATUS III

De sacramento unitatis Christianae

SEU

de sanctissima Eucharistia

Introductio 227

Bibliographia generalis 229

LIBER I.—De origine seu institutione Eucharistiae 230

Caput I.—De ipsa institutione Eucharistiae 230
Thesis 1. lesus Christus in Coena Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Apostolis ut sumerent tradidit 233

PaC.

Thesis 2. Christus in ultima Coena Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit 238
Scholion 1. De charactere paschali ultimae Coenae...... 243
Scholion 2. De plenitudine sacrificii Coenae 244
Thesis 3. Christus in ultima Coena Apostolis eorumque successoribus mandatum et potestatem dedit consecrandi, offerendi et ministrandi Corpus et Sanguinem suum, prout Ipse fecerat 245
Scholion. De celebratione Eucharistiae in primaeva communitate Christiana 249

Caput II.—De promissione Eucharistiae 251
Thesis 4. Christus in sermone de pane vitae promisit quod in Coena adimplevit dando Apostolis suum Corpus et Sanguinem 251
Scholion 256
Thesis 5. Oblatio a Melchisedec facta fuit typus mysterii eucharistici 257
Scholion. 1. Sacerdossecundum ordinemMelchisedec... 264
Scholion 2. Agnus paschalis etMelchisedec 265
Thesis 6. Eucharistia est oblatio illa, quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam praedixit 265

LIBER II.—De realitate mysterii eucharistici in Ecclesia. 271

Caput I.—De reali Christi praesentia in Eucharistia 271

Articulus I.—*De facio praesentiae rcalis* 272
Thesis.7. In Eucharistia continetur vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguis una cum anima et divinitate D.N.Iesu Christi, ac proinde totus Christus . 272
Scholion. Figura, imago, similitudo 284

Articulus II.—*De actione qua fit praesentia realis seu de transsubslanliatione* 285
I Factum transsubstantiationis 285
Thesis 8. In Eucharistia non remanet substantia panis et vim una cum Corpore et Sanguine Christi, sed fit mirabilis illa et singularis conversio totius substantiae panis in Corpus et totius substantiae vini in Sanguinem ; quam quidem conversionem catholica Ecclesia aptissime transsubstantiationem appellat 285
Scholion. De quibusdam falsis explicationibus transsubstantiationis 293

II De speciebus eucharisticis ....t......... 294
Thesis 9. In Eucharistia species panis et vini realiter obiectTvae manent, eaedem quae erant in substantia panis et vini ante consecrationem ; nunc autem manent sine ullo subiecto 294

PAG.

Scliolion 1. De scholastica explicatione 299
Scholion 2. De activitate specierum 300
Scholion 3. De relatione inter species et Corpus Christi. 300

III. De natura transsubstantiationis 301

Articulus III. *De modo praesentiae realis* 306

Thesis 10. Christus in Eucharistia est praesens totus sub utraque specie et totus sub qualibet earum parte, sive separatione facta, sive ante separationem 307
Scholion 1. De formula "vi verborum et vi concomitantiae" 309
Scholion 2. De praesentia sacramentali 310
Scholion 3. De praesentia Christi permanente in Eucharistia 312

Caput II.—De sacrificioeucharistico 313

Articulus I.—*De veritate sacrificiieucharistici* 313

Thesis 11. In Missa offertur Deo verum et proprium sacrificium 313

Articulus II.—*De speciali natura sacrificii eucharistici* 319

Thesis 12. Sacrificium Missae essentialiter est repraesentatio ac renovatio sacrificii Crucis 320
Scholion 1. De unitate sacrificii eucharistici et sacrificii Crucis 322
Scholion 2. De unitate sacrificii Missae et sacrificii Coenae 323

Articulus III.—*De victima et offerente sacrificii eucharistici...* 323

Thesis 13. Victima sacrificii Missae est ipse Christus... 323
Scholion 1. De oblatione panis et vini 325
Scholion 2. De oblatione Ecclesiae et fidelium 326
Thesis 14. Christus est principalis offerens in sacrificio Missae 327
Scholion 1. Quonam sensu Christus sit offerens principalis in Missa.. 329
Scholion 2. De Ecclesia offerente sacrificium Missae ... 331

Articulus IV.—*De actione sacrificali sacrificii eucharistici* ... 334

Thesis 15. Repraesentatio sacrificii Crucis in Missa formaliter habetur in consecratione utriusque speciei ; in ea ergo sola reponenda est essentialiter actio sacrificalis huius sacrificii 334
Thesis 16. Actio sacrificalis sacrificii Missae in eo formaliter habetur, quod per geminam consecrationem incruento modo cruenta Corporis et Sanguinis Christi separatio figuratur atque adeo eadem Crucis victima ab eodem principali offerente per distinctos illius mortis indices offertur et immolatur 339
Scholion. De doctrina S.Thomae 350

Pag.

Articulus V.—*De fine sacrificii eucharistici* 351
Thesis 17. Missa est sacrificium latreuticum, eucharisticutn, propitiatorium et impetratorium 351
Scholion 1. De extensione fructuum Misae 358
Scholion 2. De modo et ratione efficaciae in sacrificio Missae ....j 358
Scholion 3. De valore infinito Missae 359

Caput III.—De sacramento Eucharistiae 360

Articulus I.—*De exsistentia sacramenti Eucharistiae* 360
Thesis 18. Eucharistia est verum N.L. sacramentum permanens 360
Scholion. De adoratione Christi in Eucharistia 363

Articulus II.—*De essentia sacramenti Eucharistiae* 363
Thesis 19. Sacramentum Eucharistiae essentialiter et intrinsece constat speciebus panis et vini cum verbis consecrationis moraliter permanentibus, atque Corpore et Sanguine Christi realiter praesentibus 364
Scholion 1. De sacramento tantum, sacramento et re, re et non sacramento, in Eucharistia 366
Scholion 2. De unitate sacramenti Eucharistiae 366
Scholion 3. De materia sacramenti Eucharistiae 366
Scholion 4. De forma Eucharistiae 367

Articulus III.—*De effectibus sacramenti Eucharistiae* 369
Thesis 20. Communio sacramentalis efficit unionem cum Christo, quatenus gratiam auget et caritatem excitat, quibus illa unio perficitur ... 370
Scholion 1. De tempore quo hi effectus producuntur... 375
Scholion 2. De unione nostri corporis cum Christo in communione 375
Thesis 21. Per communionem sacramentalem a peccatis venialibus liberamur et a mortalibus praeservamur; nostra quoque concupiscentia minuitur 376
Scholion 1. Utrum Sacramentum Eucharistiae aliquando producat gratiam primam 380
Scholion 2. De remissione poenarum, ut effectu sacramenti Eucharistiae 380
Thesis 22. Sacramentum Eucharistiae est sacramentalitcr illud suscipientibus pignus vitae aeternae 381
Thesis 23. Ex communione sacramentali mutua unio membrorum Ecclesiae augetur 383
Scholion. De efectibus sacramenti Eucharistiae ut est sacramentum permanens 386

Ailii ulus IV.—*De necessitate sacramenti Eucharistiae* 387
Thesis 24. Sacramentum Eucharistiae non est necessarium necessitate medii, neque in re neque in voto, ad salutem obtinendam; est autem necessarium necessitate morali late dicta ad perseverandum diu in statu gratiae 387

■trii.uc.us 393

'I^·-——'P*... mm

TRACTATUS IV

De sacramentis reparationis post lapsum

SEU

de paenitentia et de extrema unctione

Pag.

Introductio 397

Bibliographia generalis 398

LIBER I.—De sacramento paenitentiae 399

Introductio 399

Caput I.—De institutione sacramenti paenitentiae 400

peccata, post baptismum commissa 401

Thesis 1. Christus Dominus communicavit apostolis eorumque successoribus potestatem vere remittendi peccata, post baptismum commissa 401

Scholion 1. De mente S.Augustini 412

Scholion 2. De mente veterum scholasticorum 413

Articulus II.—*De amplitudine potestatis remittendi peccata* ... 414

Thesis 2. Potestas remittendi peccata, a Christo Ecclesiae hierarchicae concessa, extenditur ad omnia prorsus peccata 415

Thesis 3. Ecclesia nulli unquam delicto veniam negavit, propter eius gravitatem 421

Scholion 1. De paenitentia publica et privata 428

Scholion 2. Paenitentia privata 429

Thesis 4. Ecclesia nunquam denegavit veniam ullis peccatoribus quos dispositos censebat 431

Articulus III.—*De natura iudictali potestatis remittendi peccata* 434

Thesis 5. Haec potestas, a Christo concessa, actu iudiciali exercenda est 435

Articulus IV.—*De exsistentia sacramenti paenitentiae* 441

Thesis 6. Ergo exsistit sacramentum paenitentiae, a baptismo distinctum 441

Scholion. Vox "sacramentum", quandonam de paenitentia dicitur 444

Caput II.—De necessitate sacramenti paenitentiae 444

Thesis 7. Ex Christi institutione, sacramentum paenitentiae, in re vel in voto susceptum, est medium absolute necessarium ad obtinendam remissionem peccatorum mortalium, post baptismum commissorum .. 445

Scholion. De discordia Scholasticorum veterum .... 45?

Pag.

Caput III.—De partibus sacramenti paenitentiae 454

Articulus I.—*De partibus in genere* 454

Thesis 8. Ad sacramentalem peccatorum remissionem requiruntur tres actus paenitentis, scilicet contritio, confessio et satisfactio; qui debent esse sensibiles et tanquam pars materialis ad constituendum intrinsece signum sacramenta'e concurrunt 455
Scholion. De impositione manus 460
Thesis 9. Forma sacramenti paenitentiae in verbis absolutionis reponenda est 460
Scholion 1. De verbis requisitis ad formam absolutionis 461
Scholion 2. De sensu formae absolutionis 462
Thesis 10. Forma absolutionis debet esse formaliter indicativa, etsi materialiter possit esse deprecativa 462
Scholion. De modo quo forma proferri debet 464

Articulus II.—*De contritione* 464

Thesis 11. Contritio est animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero 464
Thesis 12. Ad impetrandam veniam peccatorum fuit quovis tempore necessarius actus contritionis 467
Scholion 1. De necessitate medii in contritione 471
Scholion 2. Qualis contritio sit necessaria necessitate medii 471
Thesis 13. Contritio, caritate perfecta, etiam extra sacramentum re susceptum, semper iustificat 472
Scholion 1. De modo quo iustificat tum contritio perfecta, tum votum sacramenti 477
Scholion 2. De obiecto formali contritionis iustificantis. 478
Scholion 3. De intensitate contritionis 478
Scholion 4. De remissione poenae temporalis 478
Thesis 14. Attritio, ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae et poenarum metu concepta, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae, donum Dei est 479
Thesis 15. Attritio disponit proxime ad justificationem in sacramento paenitentiae obtinendam 484
Scholion. De sacramento paenitentiae valido et informi. 490

Articulus III.—De *confessione* 490

Thesis 16. Ex Christi institutione necessaria est confessio integra peccatorum mortalium 491
Scholion 1. De integritateconfessionis 500
Scholion 2. De confessionepeccatorum venialium 501
Scholion 4. De utilitate confessionis frequentis peccatorum venialium 502

Aituulus IV. *De satisfactione* 503

Thesis 17. In reconciliatione peccatoris per paeniten-

SSUfiLA

tiam, simul cum culpa et poena aeterna, non semper remittitur ipsa tota poena temporalis 503
Scholion. De modo concipiendi poenam temporalem ... 507
Thesis 18. Homo iustus potest Deo satisfacere in hac vita pro poena temporali 507
Scholion 1. De condicionibus satisfactionis 510
Scholion 2. De satisfactione cond:gna 511
Scholion 3. De satisfactione vicaria 511
Scholion 4. De satisfactione pro peccatisvenialibus ... 512
Thesis 19. Ideo, debent sacerdotes, pro qualitate criminum et paenitentium facultate, sa'utares et convenientes satisfactiones paenitentibus iniungere 512
Scholion 1. De efficacia satisfactionis sacramentels... 514
Scho'ion 2. Num, praeter satisfactionem, impositam a confcssario, omnia bona opera subsequentia pacnitentis eleventur ad satisfaciendum ex opere operato ... 515
Scholion 3. De tempore adimplendi satisfactionem sacramentalem ....;................. 515
Scholion 4. De interna disnositione necessaria ad implendam satisfactionem sacramentalem ....,...... 515

Caput IV.—De ministro sacramenti paenitentiae 516

Articulus I.—*De potestate ordinis* 517
Thesis 20. Minister sacramenti paenitentiae est solus sacerdos 517
Scholion 1. De diaconis 520
Scholion 2. De martyribus 521
Scholion 3. De laicis 522

Articulus II.—*De potestate iurisdictionis* 524
Thesis 21. Ut sacerdos valide absotlvat, ornari debet, non sola potestate ordinis, sed etiam potestate iurisdictionis 524
Scholion 1. De collatione potestatis iurisdictionis 256
Scholion 2. Num quilibet sacerdos, vi potestatis ordinis, habeat saltem iurisdictionem ad remittenda peccata venialia 527
Scholion 3. De reservatione casuum 527

Caput V.—De effectibus sacramenti paenitentiae 527
Thesis 22. Peccata semel remissa per sacramentum paenitentiae, proprie et simpliciter, iam amplius non redeunt 529

Conclusio 534

Appendix.—De indulgentiis 534
I. De conceptu indulgentiarum 535
II. De exsistentia thesauri satisfactionum in Ecclesia 537
III. De potestate Ecclesiae ad dispensandum hunc thesaurum 538
IV. De utilitate indulgentiarum 539
V. De condicionibus indulgentiarum 539

Pag.

LIBER II.—De Extrema Unctione 540

Bibliographia generalis 541

Caput I.— Exsistentia Extremae Unctionis 542

Thesis 1. Extrema Unctio est verum Novae Legis Sacramentum 542

Scholion 1. De valore textus S.Marci (6,13) 559

Scholion 2. De institutione Extremae Unctionis 560

Caput II.—De essentia Extremae Unctionis 561

Thesis 2. Materia Sacramenti Extremae Unctionis est unctio facta oleo benedicto; forma vero consistit in verbis quibus deprecatio fit pro aegroto 561

Caput IIT.— De effectibus Extremae Unctionis 577

Thesis 3. Effectus primarius Extremae Unctionis est collatio gratiae habitualis cum gratiis actualibus necessariis ad salvandam animam alleviando aegrotum; effectus vero secundarii sunt abstersio peccatorum eorumque reliquiarum et condicionata salus corporis 577

Scholion 1. Conditiones ad remissionem peccatorum mortalium in Extrema Unctione 583

Scholion 2. De momento in quo confertur gratia in hoc Sacramento 584

Caput IV.—De subiecto et ministro Extremae Unctionis... 584

Thesis 4. Subiectum Extremae Unctionis est baptizatus adultus graviter aegrotans, qui aliquando saltem rationis usum habuerit; minister vero est omnis et solus sacerdos 584

Scholion 1. De numero sacerdotum in Extrema Unctione conficienda 590

Scholion 2. De Extrema Unctione apparenter mortuis. 590

Caput V.—De necessitate, iterabilitate, reviviscentia Extremae Unctionis 591

TRACTATUS V

De sacramentis vitae socialis Christianae

SEU

de sacramentis Ordinis et Matrimonii

I HIER I.—De sacramento Ordinis 597

Introductio 597

IIIIH.IOGRAPHIA GENERALIS 599

Caput I.—De exsistentia sacramenti ordinis 600

Ail iulus I.—*De exsistentia sacramenti ordinis in generali* ... 600

PAC.

Thesis 1. Ordo est verum Novae Legis sacramentum... 600
Scholion. De sacerdotio omnium Christianorum 612

Articulus II.—*De ordinibus sacramentalibus* 613
Thesis 2. Ordo presbyteratus habet veram et propriam rationem sacramenti 613
Scholion. De presbyteratu ex martyrio et confessione... 618
Thesis 3. Episcopatus est verum sacramentum Novae Legis 621
Scholion 1. De distinctione inter episcopatum et presbyteratum 627
Scholion 2. De origine divina episcopatus 631
Thesis 4. Diaconatus est verum sacramentum Novae Legis 632
Scholion. De diaconissis et presbyterissis 644

Articulus III.—*De ordinibus non sacramentalibus* 648
Thesis 5. Ordines diaconatu inferiores non sunt sacramentum 648
Scholion 1. De numero sacramentorum 657
Scholion 2. De divisione ordinum in maiores et minores 658
Scholion 3. De origine ordinum diaconatu inferiorum. '659
Scholion 4. Tonsura clericalis 661
Scholion 5. De necessitate singulorum ordinum 663

Caput II.—De essentia sacramenti ordinis 665

Articulus I.—*De essentia sacramenti ordinis historice considerata* 665
Thesis 6. Unica materia sacramenti ordinis semper fuit episcopi manus impositio 665

Articulus II.—*De essentia sacramenti ordinis dogmatice considerata* 677
Thesis 7. Materia sacramenti ordinis est sola manus impositio. Forma vero sunt verba, quibus effectus sacramentalis exprimitur 677
Scholion 1. De forma sacramenti ordinis 684
Scholion 2. De impositione unius an duarum manuum. 685
Scholion 3. De tactu physico in impositione manuum... 688

Caput III.—De ministro et subiecto sacramenti ordinis ... 689

Articulus I. *De ministro sacramenti ordinis* 689
Thesis 8. Minister ordinarius sacramenti ordinis est solus episcopus; presbyter vero, ex induito apostolico, potest esse minister dumtaxat ordinum non sacramentalium 689
Scholion 1. Quot episcopi requiruntur ad consecrationem episcopalem 696
Scholion 2. De ordinationibus factis ab· episcopis simoniacig 697

P*C.

Scholion 3. De ordinationibus anglicanis 699
Articulus II.—*De subiecto sacramenti ordinis* 701
Propositio 1. Sacram ordinationem valide recipit solus vir 701
Propositio 2. Nisi sit baptizatus nullus homo potest valide sacros ordines recipere 702
Propositio 3. Omnis vir baptizatus est capax suscipiendi ordines, nulla attenta aetatis ratione 704
Propositio 4. Ad licitam ordinationem quaedam requis;ta a CIC exiguntur 705
Scholion. De necessitate sacramenti ordinis 707

Caput IV.—De sacramenti ordinis effectibus 707
Articulus I.—*De speciali gratia sacramenti ordinis* 708
Articulus II.—*De charactere in sacramento ordinis* 710
Articulus III.—*De potestate spirituali in sacramento ordinis collata* 713
Scholion. De coelibatuecclesiastico 716

LIBER II.· De matrimonio 719
Introductio 719
Bibltocraphia generalis 721

Caput I.— Matrimonium in LegeNaturae 722
Articulus I.—*De matrimonii institutione, sanctitate, necessitate.* 724
Propositio 1. Deus matrimonium instituit in naturae humanae creatione, et positiva dispositione 724
Propositio 2. Matrimonium est res honesta, eiusque status bonus est atque laudabilis 727
Propositio 3. Nulli homini in concreto per se matrimonium necessarium est; at possunt esse adiuncta in quibus reddatur moraliter necessarium 730
Articulus II.—*De finibus matrimonii* *732*
Pronositio 4. Matrimonii finis primarius est procreatio et educatio prolis 732
Propositio 5. Finis matrimonii secundarius est mutuum adiutorium et remedium concupiscentiae 737
Articulus III.—*De matrimonii proprietatibus* 743
Propositio 6. Ex legitimo matrimonio oriuntur inter coniuges obligationes servandae et iura tuenda, ex quibus vinculum matrimoniale exurgit 743
Propositio 7. Finis primarius et praesertim secundarius matrimonii postulat eius omnimodam perpetuitatem seu indissolubilitatem 744
Propositio 8. Finis primarius et praesertim secundarius matrimonii postulat eius omnimodam unitatem 747

П?Гі :"Ui«a——————— ---- —

Pag.

Propositio 9. Auctoritas per se ad matrimonium spectans est auctoritas religiosa; et matrimonium ante adventum Christi fuit quoddam "sacramentum naturae" 748

Caput II.—De matrimonio, sacramento Novae Legis 751

Articulus I.—*De exsistentia sacramenti matrimonii* 751

Thesis 1. Matrimonium inter Christianos est sacramentum 751

Scholion. Quo tempore matrimonii sacramentum institutum est... 767

Articulus II.—*De essentia sacramenti matrimonii* *768*

Thesis 2. Sacramentum matrimonii consistit essentialiter in ipso matrimoniali contractu 768

Corollarium 1. Matrimonium per procuratorem 776

Corollarium 2. Matrimonium est sacramentum transiens et non permanens 776

Corollarium 3. Usus matrimonii non est de essentia sacramenti 777

Articulus III.—*De materia, forma ac ministro sacramenti matrimonii* 778

Articulus IV.—*De indole sacramentali quorundam matrimoniorum* 781

Caput III.— De effectibus sacramenti matrimonii.............. 784

Articulus I.—*De matrimonii unitate sive unicitate* 785

Thesis 3. Vinculum matrimoniale ita exclusivutn est, ut inter christianos polygamia tum simultanea tum successiva iure divino positivo irrita sit. De polyandria. 785

Scholion 1. Polygamia in Vetere Lege 793

Scholion 2. De secundis nuptiis 795

Scholion 3. De restitutione unitatis matrimonii pro non baptizatis 796

Articulus II.—*De matrimonii indissolubilitate* 797

I. De matrimonii indissolubilitate intrinseca 797

Thesis 4. Vinculum matrimoniale est intrinsece indissolubile; nec per adulterium coniugis dissolvi potest... 797

II. De matrimonii indissolubilitate cxtrinseca 813

Assertum 1. Nulla humana potestas matrimonium legitimum solvere potest 814

Assertum 2. Nulla humana potestas matrimonium ratum et consummatum solvere potest 816

III. De solutione vinculi 819

A) De solutione vinculi per potestatem ecclesiasticam 819

Assertum 3. Summus Pontifex, potestate vicaria, solvere potest matrimonium ratum et non consummatum. 819

Assertum 4. Summus Pontifex, potestate vicaria, potest solvere matrimonium eorum quorum alteruter tan-

PAC.

turn est baptizatus, etiamsi matrimonium fuerit consummatum ... 822
B) De solutione vinculi per aliquod factum ... 824
Assertum 5. Matrimonium ratum et non consummatum solvitur per professionem sollemnem unius coniugis... 824
Assertum 6. Matrimonium legitimum et consummatum potest dissolvi in favorem fidei ex privilegio Paulino. 827

Articulus III.—*De gratia sacramentali* ... 829
Scholion. De quasi-charactcre sacramenti -matrimonii... 833

Caput IV.·—De potestate in matrimonium Christianum ... 835

Articulus I.—*De potestate ecclesiastica in matrimonium Christianum* ... 835
Thesis 5. Ecclesiae competit iure divino potestas statuendi impedimenta matrimonium Christianum dirimentia ... 835

Articulus II.—*De potestate civili in matrimonia Christiana* ... 844
Thesis 6. Auctoritate civili nullo modo competit potestas statuendi impedimenta dirimentia matrimonium Christianum ... 844
Scholion 1. De potestate in matrimonia mixta ... 851
Scholion 2. De potestate in matrimonia infidelium ... 851
Scholion 3. De matrimonio civili ... 853

Appendix.—De excellentia matrimonii et praestantia virginitatis ... II. 855

TRACTATUS VI

De novissimis

Introductio ... 861

Bibliographia generalis ... 864

LIBER I.—De novissimis hominis ... 866

Caput I.—De morte ... 866

Articulus I.—*De morte ut fine status viae* ... 867
Thesis 1. Tempus probationis hominis, seu status viae, morte finitur in statu naturae lapsac-reparatae ... 867
Corollarium 1. De momento ultimae decisionis ... 875
Corollarium 2. Meritum post mortem augeri nequit ... 876
Scholion. De unicitate mortis ... 877

Xrticuhis II.—*De itniversalitate mortis* ... 877
Scholion 1. De adiunctis ouibusdam mortis ... 880
Scholion 2. De Christiana observantia in catholicorum cadavera ... 881

''AG.

Caput II.—De iudicio particulari eiusque exsecutione 882

Thesis 2. Statim post mortem anima hominis procedit ant in caelum, vel prius in purgatorium si forte purganda sit, aut in infernum, et quidem definitive. Ergo indicium Dei particulare subit, quod mox exsecutioni mandatur 882

Scholion 1. Ulteriores indicii particularis determinationes, quae sane non omnes sunt eiusdem certitudinis... 894

Scholion 2. De receptaculis animarum post mortem... 89S

Caput III.—De beatitudine 896

Articulus I.—*Dc essentiali beatitudinis obiecto* 898

Thesis 3. Beatitudo supernaturalis essentialis obiectiva quoad animam est solus Deus 898

Scholion 1. Quomodo Deus s;t obiectum beatitudmis... 904

Scholion 2. Dc creaturis ut obiecto essentiali beatitudinis prout eae sunt in Deo 905

Scholion 3. De beatitudinc naturali 905

Articulus II.—*De beatitudine formali essentiali* 905

Thesis 4. Beatitudo forma'is essentialis et visionis et amoris et gaudii actibus physice constat ....;....... 905

Scholion 1. Dc extasi unitiva 913

Scholion 2. De unione speciali beati cum persona Verbi. 913

Corollarium. Beati vident totum Deum 913

Articulus III.—*De essentia beatitudinis formalis* 914

Articulus IV.—*De beatorum impeccabilitatc* 916

Thesis 5. Beati sunt de facto et dc iure impeccabiles... 916

Corollarium. Perfectissima integritas beati 919

Scholion 1. De radice impeccabilitatis antecedentis in beatis 919

Scholion 2. Neccssitantur beati ad id quod perfectius est? 920

Articulus V.—*De aeternitate beatitudinis* ....'........ 920

Thesis 6. Beatitudo est aeterna dc facto ac dc iure ... 920

Scholion 1. In quibus elementis beatitudo sit aeterna... 925

Scholion 2. De securitate beatitudinis 925

Scholion 3. Qualis sit duratio beati 926

Articulus VI.—*De beatitudinis inaequalitate* 926

Thesis 7. Beatitudo est inaequalis pro meritorum diversitate 926

Scholion. 1. De radice proxima inaequalitatis beatitudinis 932

Scholion 2. De identitate specifica visionis beatorum... 932

Scholion 3. De relatione gratiae ad gloriam 932

Articulus VII.—*De beatitudine accidentali in genere* 934

Articulus VIII.—*De beatitudine accidentali in specie* 937

Pag.

Caput IV.—De inferno 942

Articulus I.—*De exsistentia inferni* 943

Thesis 8. Decedentes in peccato gravi poenas vindicativas damni et sensus in inferno subeunt post hanc vitam 943

Articulus II.—*De inferni duratione* 952

Thesis 9. Poenae inferni sunt aeternae 952

Scholion. Nemo damnatus in inferno a poena aeterna liberatur 964

Articulus III.—*Diversae quaestiones de poenis inferni* 965

Articulus IV.—*De conditione spirituali damnatorum* 972

Scholion. Quoti sunt damnati? 977

Articulus V.—*De natura ignis inferni* 978

Thesis 10. Ignis inferni est non metaphoricus, sed proprius 978

Scholion 1. De modo quo ignis materialis in spiritus agat 989

Scholion 2. De loco inferni 991

Scholion 3. Num omnes damnati sint in inferno 991

Caput V.—De purgatorio 992

Articulus I. *De exsistentia purgatorii et de suffragiis* 993

Thesis 11. Animae iustorum decedentium cum maculis peccatorum poenis mundantur in purgatorio antequam caelum ingrediantur. At fidelium suffragiis iuvari possunt 993

Articulus II.—*Pariae quaestiones de poenis purgatorii* 1005

Articulus III.—*De conditione morali animarum purgatorii* 1010

Scholion. De satisfactione pro poena temporali in hac vita 1014

Articulus IV.—*De conditione suffragiorum* 1014

Scholion 1. De loco purgatorii 1016

Scholion 2. Quot animae purgatorium adeunt 1017

Scholion 3. De modo praedicandi de purgatorio 1017

Scholion 4. De studio iuvandi suffragiis animas purgatorii 1017

LIBER II.—De novissimis mundi 1018

Caput I.—De secundo Christi adventu 1019

Caput II.—De carnis resurrectione 1026

Articulus I.—*De futura mortuorum resurrectione* 1026

Thesis 12. Ad secundum Christi adventum omnes homines resurgent cum iisdem corporibus quae in vita gestaverint 1026

Articulus II.—*De identitate corporis resurgentis* 1037

?AC.

Articulus III.—*De dotibus corporis gloriosi* 1040
Scholion 1. De respectu gratiae sanctificantis ad resurrectionem gloriosam 1044
Scholion 2. De perfectione corporis gloriosi 1045
Scholion 3. De fruitione sensitiva apud beatos 1045
Scholion 4. Beatitude corporis est essentialis an accidentalis? 1046
Scholion 5. Augetur bcatitudo post corporis resurrectionem? 1046
Scholion 6. Decorporedamnatorum 1047

Caput III.—De iudiciouniversali 1048

' Articulus I.—*De exsistentia indicii universalis* 1048
Thesis 13. In secundo Christi adventu indicabuntur omnes homines vivi et mortui 1048

Articulus II.—*De adiunctis indicii universalis* 1051

Caput IV.—De millenarismo 1054

Thesis 14. Millenarismus omnis reiciendus est 1054
Scholion. De felici statu Ecclesiae futuro 1059

Caput V.—De fine mundi materialis 1059

Scholion. Deconsummatione Corporis Mystici 1061

Index locorumsacrae Scripturae 1063
Index nominum 1073
Index rerum 1097

VOLUMEN IV

Theoria generalis sacramentorum. De sacramentis initiationis christianae. De sacramento unitatis christianae. De sacramentis reparationis post lapsum. De sacramentis vitae socialis christianae. De novissimis.

Auctoribus

P. Iosepho A. de Aldama, **S.I.**
in Pontificia Universitate Sabnanticensi professore;

P. Severino Gonzalez, **S.I. (f)**

P. Iosepho F. Sagüés, **S.I.**
in Facultate Theologica Oniensi professore;

P. Francisco a P. Sola, **S.I.**
in Facultate Theologica Castroctavianensi professore.

EDITIO TER'TIA

NOTAE THEOLOGICAE

in hac "Sacrae Theologiae Summa" adhibitae

De fide divina: quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur. Contraria, *error in fide.*

De fide divina et catholica: quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni iudicio sive ordinario et universali magisterio tanquam divinitus revelata credenda proponuntur. Contraria, *haeresis.*

De fide divina et catholica definita: quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sollemni iudicio, h.e. magisterio suo infallibili, modo extraordinario exercito, sive in concilio oecumenico sive per Romanum Pontificem ex cathedra loquentem, tanquam divinitus revelata credenda proponuntur. Contraria, *haeresis·* (N.B. Ut verae *definitiones* considerantur etiam *capita* Tridentini et Vaticani).

Fidei proxima: veritas quae unanimi fere consensu theologorum in verbo Dei scripto vel tradito continetur. Contraria, *proxima errori in fide vel haeresi.*

De fide ecclesiastica: veritas non formaliter revelata, quae per magisterium ecclesiasticum infallibiliter proponitur. Contraria, *error in fide ecclesiastica.* (N.B. Qui fidem ecclesiasticam non admittunt, alii aliter talem veritatem notant.)

Doctrina catholica: veritas quae in tota Ecclesia docetur, non tamen semper infallibiliter proponitur (v-c. ea quae Romani Pontifices expresse in encyclicis... docere volunt). Contraria, *error in doctrina catholica.*

Theologice certa: veritas quae in scholis theologicis certo agnoscitur tanquam necessario connexa cum revelatis; huiusmodi connexio potest esse sive virtualis sive praesuppositiva sive finalis. Contraria, *error in theologia.*

Doctrina ita tenenda, ut contraria sit temeraria: veritas proposita a Congregationibus romanis, quae tamen propositio speciali approbatione Romani Pontificis non gaudet.

Communis et certa in theologia: quae communi theologorum consensu in scholis ut bene fundata proponitur. Contraria, *falsa in theologia, temeraria.*

Probabilis, tuta: per se liquet.

SIGLA ET BREVIATIONES

AAS	Acta Apostolicae Sedis.
\CO	Acta Conciliorum Oecumenicorum, iussu atque mandato societatis scientiarum Argentoratensis edidit Ed. Schwartz.
AtnCl	L'Ami du Clergé.
AnalSacraTarrac	Analecta Sacra Tarraconensia.
Aug	Angelicum.
Ant	Antonianum.
AnTh	L'Année Théologique.
XrchHistDoctrLitMA..	Archives d'Histoire Doctrinale et Littéraire du Moyen Age.
ArchTG	Archivo Teolôgico Granadino.
ASS	Acta Sanctae Sedis.
K‹ ss	Bessarione.
Bibl	Bibîica.
HiblZeitschr	Biblische Zeitschrift.
IhillLittEccl	Bulletin de Littérature Ecclésiastique.
BuIlThAncMéd	Bulletin de Théologie Ancienne et Médiévale.
(',iv	I'.Cavaleera, S.I., Thesaurus Doctrinae Catholicae...
CE	Ch.G.Herbermann et socii. The Catholic Encyclopedia.
t'icncTom	La Ciencia Tomista.
I'itNouv	Cité Nouvelle.
CivCatt	La Civiltà Cattolica.
Cl...................................	Acta et Decreta sacrorum Conciliorum recentiorum... Collectio Lacensis...
EullatBrug	Collationes Brugenses.
lullFranc	Collectanea Franciscana.
[ollTheo!	Cpllectanea Theologica.
!<mslr	Construire.
SEI..............................	Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum... Academiae... Vindobonensis.
'IT ....'.........	Concilium Tridentinum... Ed. Societas Goerresiana...
	H.Denzinger - I.B.Umberg, S.I. Enchiridion. Symbolorum...
	F.Cabroi, - H.LeceErcq - H.Marrou, Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie.

DAFC .... Λ.D'Ales, Dictionnaire Apologétique de la Foi Catholique.
DB .... F.Vicouroux, Dictionnaire de la Bible.
DBS .... L.PiroT-A.RobERT, Dictionnaire de la Bt- i ble. Supplément.
DivThotn (Fr) .... Divus Thomas. Freiburg i. der Schweiz, j
DivThom (Pi) .... Divus Thomas. Piacenza.
DivThom (W) .... Divus Thomas (Wien und Berlin).
DomSt .... Dominican Studies.
DTC .... A.Vacant - E.Mangenot - E.Amann. Dic- 1 tionnaire de Théologie catholique.
EchOr .... Echos d'Orient.
Eccl .... Ecclesia.
EncCatt .... Enciclopedia Cattolica.
EphLitur .... Ephemerides Liturgicae.
ÉphThLov .... Ephemerides Theologicae Lovanienses.
EstBibl .... Estudios Biblicos.
EstEcl .... Estudios Eclesiâsticos.
EstFranc .... Estudios Franciscanos.
Et .... Etudes.
EtFranc .... Etudes Franciscaines.
FranzStud .... Franziskanische Studien.
GChS .... Die griechischen christlichen Schriftsteller j der ersten drei Jahrhunderte, herausge- J geben von der Kirchenvâter-Commission 1 der Kôniglichen preussischen Akademie 1 der Wissenschaften.
Greg .... Gregorianum.
jjr(j J.Harduini, S.I., Conciliorum Collectio re- | gia maxima.
jren .... Irenikon.
IrishThOuart .... ^he IrishTheologicalQuarterly.
TThSt ~ .... The Journal of Theological Studies.
jfath Der Kathdlik.
Kch C.Kirch, S.I. -L.Ueding, S.I., Enchiri-i dion fontium historiae ecclesiasticae an-1 tiquae '.
j£T .... J.Hergenrocter, F.Kaulen, Wetzer und Welte's Kirchenlcxicon'.
LTK M.BuchbergER, Lexikon fiir Théologie] (und Kirche.
LumVie .... Lumière et Vie.
^(anr .... Manresa.
MedSt .... Mediaeval Studies.
MélScRel .... Mélanges de ScienceReligieuse.
ML MG .... J.P.Migne, Patrologiae cursus completus.J Series prima latina. Series graeca.
jJGh .... Monumenta Germaniae historica inde sibi anno Christi quingentesimo usque ad an· num millesimum et quingentesimum, ed. Societas aperiendis fontibus rerum gei manicarum medii aevi. LL = Leges (s.1 Concilia). SS = Scriptores.

I'irClam	J.Pirot - A.Clamer, La Sainte Bible.
\IiscCom	Miscellanea Comillas.
Msi	J.D.Mansi, Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio.
XouvRevTh	Nouvelle Revue Théologique.
th Ch	Orientalia Christiana.
‹hChAn	Orientalia Christiana Analecta.
OrChP	Orientalia Christiana Periodica.
I'alCl ....»...	Palestra del Clero.
I'» rMorCanLit	Periodica de re morali canonica liturgica.
R	M.J.Rouet de JournEL, S.I., Enchiridion Patristicum
RazFc	Razôn y Fe.
RechScRet	Recherches de Science Religieuse.
RcchThAncMéd	Recherches de Théologie Ancienne et Médiévale.
R. ICult	Religion y Cultura.
KEPT	J.J.Herzog, Realencyclopâdie für protestantische Théologie und Kirche.
RrvApol ....'.........	Revue Apologétique.
I.i vAug	Revue Augustinienne.
l'i vBibl	Revue Biblique.
RvvClerFr	Revue du Clergé Français.
RevEcclLiège	Revue Ecclésiastique de Liège.
RcvEspT	Revista Espanola de Teologia.
RevHistEccl	Revue d'Histoire Ecclésiastique.
Ri vNeoSch	Revue Neo-Scholastique.
Ri vQuestHist	Revue des Questions Historiques.
R. vScPhTh	Revue des Sciences Philosophiques et Théologiques.
RiaScRcl	Revue des Sciences Religieuses.
RrvThom	Revue Thomiste.
uh vUnivOtt	Revue de ITJniversité d'Ottawa.
■PvScTcoi	Rivista di Scienze Teologiche.
il'oinQschr	Rômische Quartalschrift.
[redacted]ultn	Sahnanticensis.
milTer	Sal Terrae.
■< l'.ecl	Sciences Ecclésiastiques.
BıIi'.I	Scholastik.
Bt'iu A'att	Scuola Cattolica.
MI Ans	Studia Anselmiana.
[redacted]<111111	Stimmen (ans Maria-Laach; ah anno 1915: der Zeit).
■li'ICath	Studia Catholica.
[redacted] lui Franc	Studi Francescani.
■IlExcerpDiss	Sylloge excerptorum e dissertationibus ad gradum Doctoris in Sacra Theologia vel in lure canonico consequendum conscriptis (Lovanii).
µ.I	Théologie und Glaube.
P'i.iktQschr	Theologisch-praktische Quartalschrii it.
ici··· hr	Theologische Quartalschrift.
il.'rv	Theologische Revue.

TU	Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur.
VerDom	Verbum Domini.
VerVid	Vcrdad y Vida.
VieSpir	Vie .Spirituelle.
XenTliom	Xenia Thomistica.
ZAszMyst	Zeitschrift für Aszese und Mystik.
ZkathTh	Zeitschrift für katholische Théologie.
ZNTWiss	Zeitschrift für die neutestamentlichc Wis-scnschaft und die Kunde der alteren Kirche.
ThSt	Theological Studies.

TRACTATUS I

Theoria generalis sacramentorum

Auctore

P. Iosepho A. de Aldama, S.I.

I

INTRODUCTIO

Conc.Tridentinum in principio scss.7 sic loquitur: "Ad consummationem salutaris de justificatione doctrinae, quae in praecedenti sessione uno omnium patrum consensu promulgata fuit, consentaneum visum est, de sanctissimis Ecclesiae sacramentis agere, per quae omnis vera iustitia vel incipit, vel coepta augetur, vel amissa reparatur" (D 843a).

Ita ergo et nos, postquam doctrinam catholicam de redemptione exposuimus atque iustificationem nostram, quae eius fructus praecipuus est, consideravimus, ad sacramenta tractanda accedimus, quibus gratia et dona divina nobis communicantur.

Sunt quippe sacramenta media praecipua communicationis vitae divinae in nobis. Quae divina vita in tantum a nobis vivitur, in quantum mirifice coniuncti cum Christo Capite, unum cum Ipso et sub Ipso Corpus Mysticum efformamus. Vita enim divina, quae Filio Unigenito ineffabiliter. communicatur, a nobis participari nequit nisi prout unum quid cum Ipso constituimus: quasi vita tota detur Filio, in sua realitate personali et in sua extensione mystica. Hoc igitur primum a sacramentis efficiendum est: quod scilicet Christo Mystico incorporemur, quod Ipsi quotidie magis coadunemur, quod, si «piando simus ab Ipso per peccatum quodammodo avulsi, Ipsi denuo coagmentemur. Sic tandem vitam divinam vivere potivimus.

Horum autem sacramentorum, quaedam est generalis con- ideratio, in qua ea omnia quae omnibus sunt communia attinguntur; hanc vocamus *theoriam generalem sacramentorum,* «nipus aliquod doctrinae constituentem de quo plura sunt no- Ins tradita a magisterio Ecclesiae. Alia deinde est consideratio particularis, singulorum sacramentorum delincainenta specia- lia pertractans. In qua primum nobis apparet initium vitae divinae et incorporationis in Christum, quae ab illis sacramen- ti lit, quae vocamus *sacramenta initiationis Christianae,* sunt- i|in baptismus et confirmatio. Invenitur deinde sanctissimum

illud sacramentum, in quo, ex reali praesentia ipsius Auctoris gratiae, vitae vere divinae coniunctionisque cum Ipso incrementum nobis datur et veluti consummatio; ideoque agendum erit nobis postea de *SS.Eucharistia, seu de sacramento unionis cum Christo.* Invenitur tandem remedium a Deo datum pro amissione vitae divinae eiusque recuperatione, quae vocamus *sacramenta reparationis post lapsum,* suntque paenitentia et extrema unctio. Sed quia vita Christiana non est solum individualis, sed etiam socialis, provisum est quoque a Christo Domino pro hac necessitate quibusdam sacramentis quasi socialibus, quae ideo vocamus *sacramenta vitae socialis Christianae,* suntque ordo et matrimonium ; quibus) et potestas datur ad vitam divinam in aliis incipiendam, augendam et reparandam, et officium sanctificatur nova membra Corporis Mystici continuo producendi, donec Ipsum evolvatur et crescat ad mensuram aetatis plenitudinis Christi.

De his ergo singulatim agendum erit, quo completam tractationem vitae divinae a Christo in nobis profluentis obti-. neamus.

BIBLIOGRAPHIA GENERALIS

Billot, 1,·, *De Ecclesiae sacramentis* I (Romae 1931).

D'Ales, A., *De baptismo et confirmatione* (Paris 1927).

Doronzo, E., *De sacramentis in genere* (Milwaukee 1946).

Franzelin, I.B., *De sacramentis in genere* (Romae 1910).

LennErz, H., *De sacramentis Novae Legis in genere*' (Romae 1950).

Lercher-Dander, *Tractatus de sacramentis in genere.* In edit. 3? *Institutionum Theologiae Dogmaticae* L.Lcrcher (Oeniponte 1948) t.IV-2.

Michel, A., *Sacrements:* DTC 14,485-644.

Pourrat, P., *La Théologie sacramentaire* (Paris 1910).

Puig de la Bellacasa, L, *De sacramentis** (Barcelona 1948).

Sasse, I.B., *Institutiones theologicae de sacramentis Ecclesiae* I (Friburgi Br. 1897).

Umberg, I.B., *Systema sacramentarium* (Oeniponte 1930).

CAPUT I

De exsistentia sacramentorum

1. Primum omnium, quod circa sacramenta nos docet Magisterium Ecclesiae, est septem exsistere sacramenta Novae Legis, nec plura nec pauciora.

Haec autem doctrina dupliciter explicari potest. *Primo modo,* ita ut, examinatis essentialibus elementis, quae in vero et proprio sacramento requiruntur, deducamus ea nonnisi in septem ritibus inveniri. Ita reflexio circa numerum septenarium a nobis ipsis fieret. Quod tamen supponeret nos plene iam cognoscere quaenam sint elementa essentialia pro omni sacramento Novae Legis, seu quid sit "vere et proprie" sacramentum. Patet vero id fieri non posse nisi in fine nostri tractatus. Et etiam tunc vix impossibile non esset exclusivitatem huius veritatis certo obtinere.

Secundo modo explicari potest illa doctrina Ecclesiae ita ut eam prout ab Ecclesia dicitur accipiamus. Sic veritas haec, quae pro nobis reflexo modo obtineretur, a Magisterio Ecclesiae nobis directe traditur, tamquam habita ex revelatione. Hac via non praesupponitur in nobis plena cognitio elementorum pro vero et proprio sacramento essentialium, quamvis sine dubio illa elementa in septem illis ritibus necessario et exclusive inveniantur.

Procedimus hoc secundo modo.

Thesis 1. Septem sunt sacramenta Novae Legis proprie dicta.

S.Tir., 3 q.65; LknnErz. 50-85; Lercher-ILm»er, 12-21; Fuig, 11-25.

2. **Notiones.** Septem, scilicet numerice, non tantum symbolice; et tantum septem, exclusive, nec plura nec pauciora.

Sacramenta proprie dicta, id est quae ita ab Ecclesia vo-

cantur, inter plura alia quae largiori sensu dici possent sacramenta.

3. Adversarii. Lutherus varie loquutus est. Anno 1520 solum retinebat baptismum, Coenam et paenitentiam[1]. Anno 1523 docuit Scripturam non habere nisi duo sacramenta: baptismum et Coenam; cum paenitentia non sit nisi exercitium et virtus baptismi[2].

Confessio Augustana anno 1530 loquitur de baptismo, Coena Domini et paenitentia[3].

'Melanchton anno 1531 docuit tria tantum esse proprie sacramenta: baptismum, Coenam Domini et absolutionem[4].

Zwinglius anno 1525 duo tantum retinet sacramenta: baptismum et Coenam dominicam[5].

Calvinus duo etiam agnoscit sacramenta: baptismum et Coenam Domini[6].

4. Doctrina Ecclesiae, a) *Ante Concilium Tridentinum. Professio fidei IValdensibus praescripta* (D 424). Haec professio fidei, contra grassantes illo tempore errores directa, non solum Durando de Osca et sociis[7] subscribenda praescribitur, sed etiam postea Bernardo Primo et Gulielmo Arnaldo[8]. Ideo dubitari nequit hanc fuisse fidem Ecclesiae Romanae saec.XTII, quamvis in Concilio Lateranensi IV (D 430) completa enumeratio sacramentorum non, recurrat.

Concilium Lugdunense II in professione fidei Michaelis Palaeologi (D 465) affirmat iam expresse numerum septenarium in illa professionis parte quae tunc propter errores Graecorum additur professioni fidei Leonis IX (D 343-348), ab Statutis Ecclesiae Antiquis ortae[9].

Concilium Florentinum in Decreto pro Armenis (D 695).

5. b) *Concilium Tridentinum* sess.7 cn.1 (D 844). Nota septenarium numerum hic expresse affirmari ut exclusivum.

1 *De captivitate Babylonica: Opera* (ed- Weimar) 6,501.

2 *Vom Anbetcn des Sacraments des heil. Leichnams Christi: Opera* (ed.Erlangen) 28,418. Eodem modo anno 1528 in. opere *Bckenntnis vont Abcndmahl Christi: Opera* (ed.Erlangen) 30,371.

3 I.T.Müller, *Die symbolischen Bucher der evan$clich-lutheranischen Kirche* (Gütersloh 1912) 41s.

4 *Apologia* 2.* a.13: *Corpus Reformatorum* 27,570.

5 *De vera et falsa religione: Opera* (Zurich 1832) 31,231.

6 *Institution chrétienne* 4,18: *Corpus Reformatorum* 1,940.

7 Quamvis Durandi ct sociorum doctrina ibidem orthodoxa dicitur: ME 215,1510.

8 *Epist. "Cum inaestimabile pretium"*: ME 216,289-293.

9 Valor definitorius huius documenti conciliaris in Concilio Vaticano agnitus est: cf. CE 7,362s. Vide ibid. 1473s tractatum a Dollinger in contrarium factum.

Cuius rei origo et historia constat. Frimus enim haereticorum error theologis Concilii pro examine propositus, erat: "Sacramenta Ecclesiae non esse septem, sed vel plura vel pauciora, quae vere sacramenta dici possint" 10. Post theologorum sententias hic error positus est inter articulos, qui multis, theologis non videbantur damnandi sine aliqua declaratione. Declaratio autem'erat haec: "Hunc articulum aliqui cuperent damnari tantum quoad prioreni partem, videlicet sacramenta Ecclesiae non esse septem, nulla facta mentione partis posterioris, scilicet quod non sint plura vel pauciora, ut factum est in Concilio Florentino. Alii censent in totum esse damnandum,, cum iam damnatus sit in Concilio Constantiensi et Florentino"11. Sententiam Patrum sic efferunt Acta: "Sacramenta non esse septem, nonnulli dicunt iam damnatum in Concilio Florentino, quod, cum determinet septem esse sacramenta, videtur concludere quod non sint plura vel pauciora" 22. Hinc canon exclusivus propositus est et ab omnibus approbatus. Hic tamen sensus exclusivus ita intelligi debet ex mente Concilii, ut non praeiudicetur quaestio de unitate quorundam sacramentorum, v.gr. Ordinis et Eucharistiae. Ita ergo septem sunt ex Concilio, ut possit aliquod eorum habere sub se plura sacramenta, quae ad ipsum reducantur et propter identitatem finis et significationis sint aggregatione unum1S.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

6. Probatur ex praescriptione. Ante Concilium Tridentinum per quatuor iam saecula numerus septenarius sacramentorum habetur in explicita et universali professione Ecclesiae sine ulla dubitatione aut controversia. Atqui hoc factum significat septenarium numerum sacramentorum pertinere ad doctrinam revelatam, Ergo ex revelatione sacramenta sunt septem.

Mai. a) Affirmatio explicita nûmeri septenarii sacramentorum non habetufl ante saec.XII. Nec mirum ; haec enim affirmatio supponebat notionem aliquam abstractam sacramenti, quae, haereticis haud urgentibus, nonnisi consideratione diuturna et reflexione accurata elaborari poterat. Haec†3

w CTr 5,835. Pro expositione historica Concilii Tridentini in toto hoc tractatu, ci. F.Cavallera, *Le décret du Concile de Trente sur les sacrements en général:* BullLittEccl 6 (1914) 361-377.401.425; 7 (1915-1916) 17-33.66-88; 9 (1918) 161-181.

« CTr 5,865.

« CTr 5,971.

13 Vide quae in Concilio dicta sunt a Generali Carmelitarum: CTr 5,968. Cf liEN.sEitz, 77 Id iam notaverat SuÂRite, *In 3* q.65 a.11 n.6.

elaboratio facta est occasione erroris Berengarii de veritate Corporis Christi in Eucharistia, ut videbimus postea.

b) Ab hoc tempore theologi notionem communem sacramenti singulis ritibus applicant et connumerationem sacramentorum proprie dictorum paulatim efformant. Abaelardus loquitur de baptismo, confirmatione, sacramento altaris, unctione, coniugio, remissione peccatorum; de ordine non tractat[14]. Similis connumeratio sacramentorum invenitur in Rolando Bandinelli[15]. Enumeratio vero completa habetur circa annum 1145 in *Sententiis Divinitatis*, auctoris ignoti, et in Magistro Simone[16].

c) Hinc Petrus Lombardus scripsit: "Iam ad sacramenta Novae Legis accedamus, quae sunt: baptismus, confirmatio, panis benedictionis id est Eucharistia, paenitentia, unctio extrema, ordo, coniugium"[17]. A quo tempore omnes commentatores Magistri consensu unanimi numerum septenarium retinuerunt, quamvis in pluribus aliis sententiis libere a Magistro recesserint.

d) Eodem tempore numerus septenarius sacramentorum habetur apud Canonistas[18].

e) Eiusdem professionis testimonia sunt plura Concilia particularia saec.XIII: *Conc.Dunelmense* (1217) recepit Constitutiones episcopi Richardi Poore, iuxta quas "sunt septem sacramenta"[19]; *Conc.Oxoniense* (1222) recepit Statuta archiepiscopi Stephani Langton, quae de septem sacramentis expresse agunt[20]; *Praecepta Antiqua Rotomagensia* (ca.1235) iubent ut instruatur populus diligenter "in fide septem sacramentorum"[21]; similia habent alia documenta; *Conc.Londoniense* (1237) docet item septem sacramenta[22]; similiter *Statuta Synodalia* episcopi Richardi Cicestrensis (1246), Eccle-

14 *Epitome theologiae Christianae* 28-37: ML 178,1738-1758.

15 *Die Sentenzen Rolands, nachmals Papstes Alexander III* (ed.Gietl) 154-270.

16 *Die Sententiae Divinitatis, ein Sentenzenbuch der Gilbertschen Schule* (ed. Geyer) 108s; H.Weisweiler, *Maître Simon et son groupe, De Sacramentis* (Specilegium Sacrum Lovaniense 17) LXXII; J.de Ghellinck, *A propos de quelques affirmations du nombre septénaire des sacrements au XII*e *siècle:* RechScRel 1 (1910) 493-497; A.Deneffe, *L'attestation du nombre septénaire des sacrements chez Grégoire de Bergame:* RevScPhTh 6 (1912) 332-337; E.Dhanis. *Quelques anciennes formules septénaires des sacrements:* RevHistEccl 26 (1930) 577-608; 27 (1931) 5-26.

17 *Sententiae* 4 d.2 cp.1.

18 Cf. Fr.Gillmann, *Die Siebenzahl der Sakramente bei den Glossatoren des Gratianischen Dekretes* (Mainz 1909); *Die Siebenzahl der Sakramente und der sakramentale Charakter in der Summa Coloniensis:* Kath 92 (1912.1) 453-458; J.de Ghellinck, *La "species quadriformis sacramentorum" des canonistes du XII*e *siècle et Hugues de Saint Victor:* RevScPhTh 6 (1912) 527-537.

19 Msi 22,1110.

20 Msi 22,1173-1178.

21 Msi 23,396s.

22 Msi 23,448.

siae Cenomanensis (1247), dioecesis Valentinae (1255), Ecclesiae Claromontanae (1268)23.

7. *Min.* o) Consensus in his condicionibus probat veritatem numeri septenarii; secus Ecclesia erraret in re pertinente ad fidem.

I *b)* Veritas illa explicari nequit nisi ex revelatione; septenarius enim sacramentorum numerus est veritas quae superat rationem naturalem, cum pendeat a positiva voluntate Christi.

c) Nec sufficit mera reflexio naturalis supra doctrinam revelatam de singulis sacramentis ; haec enim difficillime fieret completo modo, ita ut excluderetur plura esse sacramenta quam septem. Quod si fieret, adhuc non imponeretur tali universalitate, certitudine et facilitate, quibus de facto consensus circa numerum septenarium sacramentorum habetur a saec.XII in Ecclesia.

8. Confirmatur ex consensu Ecclesiae latinae cum Ecclesia orientali. A saec.XII! coetus orientales separati, sive graeoo-russi, sive nestoriani, give monophysitae, ex influxu theologiae latinae profitentur numerum septenarium sacramentorum eumque expresse contra Protestantes defenderunt. Atqui hoc factum nequit explicari nisi supponatur eos invenisse identitatem inter hanc doctrinam explicitam et illam quam ab antiquo tempore ipsi implicite retinebant. Ergo doctrina de numero septenario ad antiquam Ecclesiae traditionem pertinet.

Mai. *a)* Hoc factum expresse constat ex specialibus tractationibus theologiae orientalis24.

b) Cum Protestantes, maxime tubingenses (annis 1573-1581), conati sunt Graecos ad suas partes trahere, ipsi fortiter obstiterunt, inter alia, propter doctrinam de numero septenario sacramentorum. Immo contra Cyrillum Lukarim, protestantice in hac re sentientem, episcopi graeci confessionem fidei orthodoxam fecerunt, in qua expresse septem sacramenta sunt professi 2S.

c) Ideo ubicumque actum est de unione cum Orientalibus, haec doctrina de numero septenario sacramentorum nul- 31

» Msi 23.703.735.887ss.1188s.

31 Cf. M.JugiE, *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* 3,15-25; 5.280s.637s; Th.Spacil, *Doctrina Theologiae Orientis separati de sacramentis in genere:* OrChAn 113,65-80.

x Cf. Schelstrate, *Acta Orientalis Ecclesiae contra Luthcri haeresim,* I, 139-155.504s; HefEi.E, *Der protestantische Bischof Alexander von Jerusalem, Cyrillus Lukaris, und dic Tübingcr Profcssorcn, oder die alten und ncuen Versuche, den Orient zu protestantisieren:* ThQschr 25 (1843) 541-616.

lam attulit difficultatem. Sic in Conc.Lugduncnse II (D 465) et Florentino (D 695).

Min. Indoles psychologica dissidii inter Orientalem et Latinam Ecclesiam nullo modo permittebat ut Orientales a Latinis novam aliquam fidei doctrinam gratis acciperent.

9. Ratio theologica. Sicut per rationem probari nequit exsistentia sacramentorum, ita neque eorum numerus septenarius, cum haec omnino pendeant a libera voluntate Christi. Sed, supposita iam cognita ex revelatione septenarii sacramentorum numeri veritate, eius convenientia optime illustratur. Sic in Decreto pro Armenis, desumpta analogia ex vita corporali (D 695). Quam analogiam exposuerat S.Thomas 3 q.65 a.l E0. Ubi etiam aliam convenientiae rationem addit ex eo quod sacramenta sint in remedium peccati: "Nam baptismus ordinatur contra carentiam vitae spiritualis; confirmatio contra infirmitatem animi, quae in nuper natis invenitur; Eucharistia contra labilitatcm animi ad peccandum ; paenitentia contra actuale peccatum post baptismum commissum; extrema unctio contra reliquias peccatorum, quae scilicet non sunt sufficienter per paenitentiam sublatae, aut ex negligent tia, aut ex ignorantia; ordo contra dissolutionem multitudinis; matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem et contra defectum multitudinis qui per mortem accidit". Alias ibi adhuc addit congruentias

10. Obiectiones. 1. Numerus septenarius sacramentorum non continetur in sacra Scriptura. Ergo non pertinet ad doctrinam revelatam.

Trans. antec. Nego cons. Potest enim contineri in traditione. Nota tamen de hac quaestione actum esse in Tridentino. Inter articulos haereticorum, quos primo elencho theologi addendos censuerunt, notatus fuit ab ipsis hic articulus damnandus: "Non esse sacramentum nisi habeatur in Scripturis Censurae Patrum de hoc articulo sic colliguntur in Actis: "Quidam cupiunt omitti [id est non damnari], quandoquidem insinuat nos habere aliquod sacramentum, quod non habeatur in Scripturis; neque damnari potest, cum sit verurn quod nullum sit sacramentum, quod non habeatur in Scripturis, cum omnia sacramenta in Scripturis implicite vel explicite habeantur"s. Hinc nihil dictum est in canonibus definitis.

M De hac ratione, cf. Suarez. *In 3* q.65 a.l n.7-10.

" Vide etiam S.Bonavestvram, *Brcvitoquium* 6,3 (ed. Quaracchi 5,267s). Alia quoque considerari possunt in ordine ad Corpus Christi Mysticum et ad regnum Christi in terris, quae indicantur in Lercher-DandEr, 17. Pro tota evolutione historica, cf. Pourrat. 232-267; B.CEYER, *Dic Siebensahl der Sakranicntc in Hirer historischen Enhcickhinff:* ThGl 10 (1918) 325-348.

." CTr 5.867.

» CTr 5,972.

2. Numerus septenarius sacramentorum non continetur in doctrina Patrum. Ergo non pertinet ad doctrinam revelatam.

Dist. antec. Numerus septenarius non continetur in doctrina Patrum explicite, *conc. antec.;* non continetur implicite, *nego anlec.*

11. 3. Patres tria vel quatuor tantum numerant sacramenta. Ergo non noverant septem sacramenta.

Dist. antec. Patres tria tantum sacramenta numerant, loquentes ex fine practico prout ipsis occasio occurrebat, *conc. antec.;* Patres tria tantum sacramenta numerant, volentes integram doctrinam dare de sacramentis, *nego antec.*

Scilicet Patres nunquam scripserunt theoriam generalem sacramentorum. Hinc nullibi loquuntur de omnibus sacramentis, quae ipsi formaliter ut sacramenta vel acquivalenter cognoscebant. Immo notio ipsa abstracta sacramenti nonnisi paulatim efformata est. Sic Patres plerumque loquuntur de baptismo, confirmatione et Eucharistia, exponentes ritus initiationis christianae, prout tunc temporis fiebat; ut v.gr. S.Cyrillus Hierosolymitanus et S.Ambrosius ", Necessarium non erat ut illi de aliis sacramentis loquerentur in illa occasione. Similiter Tertullianus, loquens de cooperatione carnis ad opus nostrae salutis, illos enumerat ritus, qui ad rem magis faciunt: baptismum, confirmationem, Eucharistiam (R 362); qui textus fere ad verbum transcribitur a Gregorio Illiberitano Nec ratio erat tunc omnia sacramenta enumerandi. Alibi ipse Tertullianus loquitur de illis catholicorum ritibus quos infideles imitabantur (R 299s); quo loco iterum non erat de omnibus aliis agendum. S.Augustinus, qui alicubi explicite nominat inter sacramenta tantum baptismum et Eucharistiam (R 1419), addit tamen in eodem textu: "et si quid aliud in Scripturis canonicis commendatur". Noverat enim ipse certo confirmationem (R 1647), ordinem (R 1617), matrimonium (R 1642), probabilius paenitentiam et extremam unctionem (R 1635).

4. Ante saec.XH non invenitur numerus septenarius sacramentorum. Ergo haec doctrina nequit esse revelata.

Dist. antec. Ante saec.XH numerus septenarius non invenitur explicite et reflexe, *conc. antec.;* non invenitur implicite et directe in professione singulorum sacramentorum, *nego antec. Pariter dist. cons.*

12. 5. Lotio pedum est sacramentum. Ergo sacramenta non sunt tantum septem. *Antec.* Lotio pedum est ritus sensibilis significans internam animi munditiem, eamque conferens ex institutione perenni Christi (Io 13,8). Ergo est sacramentum. Quod etiam docuerunt S.Ambrosius (R 1331 1336), S.Bernardus ", Arnaldus".

Nego antec. Ad probationem nego illum ritum ex institutione Christi conferre gratiam ex opere operato, sicut sacramenta illam conferunt, ut postea videbimus. Christus autem illum commendat tanquam exercitium humilitatis ad exemplum Ipsius. Ideo Ecclesia nunquam agnovit lotionem pedum inter sacramenta proprie dicta.

30 S.Cyrillus Hierosolymitanus, *Catecheses tnistagogicac* Is (dc baptismo). 3 (de confirmatione), 4s (dc Eucharistia), quae sunt ad initiandos. S.Ambrosius, *Dc Mysteriis,* loquens ad neophytos, agit de· baptismo (c.3ss), dc confirmatione (c.6). de Eucharistia (c.8)

31 *Tractatus Origcnis* 17 (cd.A.VEGA 182).

32 *Sermo dc Coena Domini* 4: ML 183,273.

33 *Dc cardinalibus operibus Christi:* ML 189,1650ç,

S.Ambrosius in illis textibus non dicit lotionem pedum esse sacramentum. Sed illum ritum describit qualis inter caeremonias initiationis christianae habebatur in Ecclesia Mediolanensi (nunquam in Ecclesia Romana). Dicit sane per lotionem pedum tolli "haereditaria peccata"; quae non videntur intelligi posse de peccato originali, quod unum est non plura, sed aptius de auxilio impetrando contra concupiscentiam, quae in nobis ex peccato originali habetur; quod clarius insinuatur in secundo textu[3*].

S.Bernardus et Arnaldus dicunt certe lotionem pedum esse sacramentum; sed intelligunt hanc vocem largiori sensu, cum et eo tempore haec vox adhuc multipliciter adhiberetur, et huius rei exempla in eisdem operibus inveniantur® Similiter loquuti sunt de sacramentis lato sensu Patres, ut S.Augustinus et S.Basilius

13. Scholion. *Sacramenta non omnia sunt paria.* Quamvis septem sint sacramenta, quae omnibus notis essentialibus sacramenti eodem modo gaudeant, non tamen omnia eandem habent dignitatem. Hoc docet cn.3 sess.7 tridentinac (D 846): "si quis dixerit, haec septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit". Hic canon ortus est ex errore tertio theologis proposito: "nullum sacramentum esse alio dignius" ", Summa sententiarum theologorum de hac re, haec est: "quia sacramenta diversis respectibus alia aliis digniora esse possunt, aliquibus non videtur hunc articulum damnandum sine aliqua declaratione; ceteri vero asserunt illum esse erroneum et falsum et iam damnatum" Patres vero censuerunt: "damnetur prout iacet et declaretur quomodo sacramenta alia sunt aliis digniora"®. Ad vitandam fortasse ambiguitatem dicebatur in primo schemate canonis: "si quis dixerit, haec septem sacramenta ita esse omnibus modis inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit"". Censuram Patrum de hoc canone sic efferunt Acta: "quod exprimatur sacramentum Eucharistiae, et quod ponatur ut in articulo examinatus est"[4']. Sic ergo redeundum erat ad primam redactionem erroris; sed mentio Eucharistiae facta non fuit. Apparet tamen ibi satis mens Patrum Concilii, quae nulla alia fuit nisi mens S.Thomae in 3 q.65 a.3[4"].

31 Cf. etiam *In Ps* 48,9: MI, 14.1159. Cf. J.Huhn, *Der dogmatischc Simi des Ambroswswortcs: Planta Petri abluitur, ut hereditaria peccata tollantur, nostra enim propria per baptismum relaxantur:* MünchTitZeîtschr 1 (1951) 377-389.

33 Cf. Bellarminus, *Dc sacramentis in genere* 3,24; A.Malvv, *Lavement des pieds:* DTC 9,31-36.

33 S.Augustinus. *Dc peccatorum meritis et remissione* 2,26: MΓ, 44.176s; *Contra Faustum Manichacum* 19.14: ML 42.356; S.Basilics, *Dc Spiritu Sancto* 27,65: MG 32,186.

33 CTr 5,836.

38 CTr 5,865.

» CTr 5,971.

« CTr 5,984.

41 CTr 5,991.

43 De quo articulo, cf. SuakSz, *In 3* q.65 a.3 n.lss.

CAPUT II

De essentia sacramentorum

14. Essentia sacramentorum considerari potest vel metaphysice, vel physice. Metaphysice quidem prout est aliquod signum, quod ad gratiam significandam et producendam institutum est; physice autem prout est determinatus ritus sensibilis, cui talis significatio et efficacia donata est. Metaphysice sacramentum constat, sicut quodlibet signum, ex re significante et significatione; in nostro casu, ex ritu sensibili et ex significatione gratiae. Physice vero ritus ipse, seu melius signum ipsum sensibile, constat ex rebus et verbis. Utramque considerationem in sequentibus explicabimus. Quo facto, habebimus primum elementum definitionis sacramenti sufficienter explicatum. Est quippe sacramentum signum sensibile et symbolicum gratiae.

Thesis 2. Sacramentum est in genere signi symbolici, metaphysice coalescens ex ritu sensibili et ex significatione gratiae; est autem signum practicum.

S.Th., 3 q.60 a.Is; Suâreîz. In *3* q.60; disp.l; LEnnErz, 86s; Lercher-Dander, 5-11.

15. Notiones. Sacramentum intelligimus quemlibet ex illisi ritibus, de quorum exsistentia egimus in thesi praecedenti, quique ab Ecclesia dicuntur vere et proprie sacramenta.

Evolulio vocis [1]. Sacramentum latine dicitur, gracce autem μυστήριον. Μυστήριον, quod vi vocis rem arcanam et sacram solum initiatis notam designare videtur, in S.Scriptura de ritibus sacramentalibus nunquam dicitur, sed tantum de veritate occulta, quae sola revelatione cognosci potest; quam significationem retinet in antiquitate Christiana usque ad Clementem Alexandrinum et Origenem, qui de mysterio cultuali sive pa-

[1] Cf. A.M-IChEl, *Sacrements:* DTC 14,485-493; V.GroEnE, *Sacramentum oder iieyriff und Bedeutung von Sakrament in der alten Kirchc bis zur Scholastik* (Brilon 1853); E.de Backer, *Sacramentum. Le mot et Vidée représentée par lui dans les oeuvres de Tcrtullien* (Louvain 1911); H.von Sopen, Μυστήριον *und Saerementum in don ersten stcei Jahrhundcrtem der Kirche:* ZNTWiss 12 (1911) 188-227; I.B.Poukens, *Sacramentunt dans les oeuvres de saint Cyprien:* BullAncLittArcliChr (1912) 275-288; De GhEi.linck, De Backer, Poukens, Ledacqz. *Pour Γhistoire du mot "Sacramentum". I. Los Antenicécns* (Louvain 1924); O.CasEl, *Das Wort sacramentum:* ThKcv 24 (1925) 41-47.

ganorum, sive Christianorum loquuntur s. Qui modus loquendi in posterioribus scriptoribus perdurat.

"Sacramentum" prius dicebatur de argento, quod in aerario deponebatur a partibus litigantibus in indicio, quodque amissum a parte per sententiam condemnata eo ipso fiebat Deo sacrum. Inde translatum est ad designandum iusiurandum, maxime eorum qui primo militiae devovebantur. Hinc Tertullianus usus est voce "sacramenti" pro baptismo, utpote qui initiationem militiae christianae constitueret, simul coniungens ideam veritatis occultae et sacrae, quae in professione fidei baptismalis continebatur[2]. A medio saec.IV sacramentum significat (quamvis non unice) ritus illos sacros, qui ab Ecclesia dicuntur sacramenta proprie dicta.

16. In gener'E signi. *Signum* est id quod prius cognitum ducit in cognitionem alterius. Hoc secundum, in fcuius cognitionem ducimur a signo, *significatur* per signum ; et mediante illa significatione fit transitus a re cognita ad rem hucusque incognitam. Tota ergo ratio signi, ut talis, est significare.

Symbomci. Ad hoc ut signum habeat vim significandi aliud, requiritur nexus inter utrumque obiectum, significans scilicet et significatum. Hic nexus potest esse ex ipsa natura rei (sicut fumus significat ignem), et time signum vocatur *naturale;* vel potest esse ex piera institutione extrinseca (sicut vexillum significat patriam), et tunc signum vocatur *arbitrarium;* vel potest esse aliquid intermedium, quod ex se habeat naturalem quandam similitudinem cum re significata, quae tamen similitudo compleatur per institutionem (sicut ablutio per aquam purificans corpus, similitudinem aliquam habet cum gratia purificante animam, quae similitudo ex institutione Christi elevata est ad vere significandam gratiam), et tunc signum vocatur *symbolicum,* vel simpliciter *symbolum.* Talia dicimus esse sacramenta.

17. Metaphysics coalescens. Sacramentum non est aliquid simplex, ised compositum ; id est exsurgit ex unione plurium distinctorum. Compositio autem alia est *physica,* alia *metaphysica,* prout partes, quae ad efformandum compositum

2 Cf. K.Prümm, *Christentum ais Neuheitserlebnis* (Freiburg 1939) 439s. De Clemente cf. H.G.Marsh, *The use of* Μυστήριον *in the writings of Clemens of Alexandria:* JThSt 37 (1936) 64-80.
3 Cf. F.de Backkr. *Pour l'histoire du mot "Sacramentum"* 147-150; A.Kor.-PING, *Sacramentum Tertullianeum. Untersuchungen Uber die Anfangc des christlichen des Pocabel sacramentum* (Münster 1948).

uniuntur, sint inter se rcaliter vel solum ratione distinctae. In hac thesi agimus de compositione metaphysica.

Ritus sensibilis est actio illa externa, quae in confectione sacramenti visibiliter apparet. Hic ritus se habet in sacramento* ad modum subiecti recipientis significationem, seu ad modum materiae indeterminatae quae ulterius erit determinanda. Ritus enim naturalis, etiamsi habeat quamdam similitudinem cum gratia, de se tamen illam proprie significare non potest.

Significatio sacramenti est id quo ritus sensibilis determinatur ad significandam gratiam, cuius in eo erat iam quaedam similitudo. Significatio se habet in sacramento ad modum formae, ritum (qui de se erat indeterminatus ad significandam gratiam potius quam aliam rem) determinantis praecise ad significationem gratiae.

Compositio illa metaphysica, quae exsurgit ex ritu sensibili ut subiecto, et significatione gratiae ut forma, refert *substantiam sacramenti,* prout illud est aliquod signum.

Signum pbacticum dicitur quod non tantum significat aliquid, sed efficit etiam quod significat. Haec est nota quasi specifica sacramenti proprie dicti.

Duo ergo probare intendimus. Primum est, sacramentum esse symbolum practicum gratiae. Secundum est, sacramentum in ratione signi coalescere metaphysice ex ritu sensibili et ex significatione gratiae. Quorum primum ad dogma pertinet, secundum ad explicationem theologicam.

18. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess.13 c.3 (D 876): sacramentum est symbolum rei sacrae et invisibilis gratiae forma visibilis. Quae definitio, immediate ex Corpore luris desumpta verba variorum locorum S.Augustini permixte refert, ut videbimus postea. In sess.7 cn.6 (D 849) dicit Concilium sacramenta conferre gratiam, quam significant.

Leo XIII: sacramenta sunt “signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia” (D 1963).

Pius XI: sacramentum est “interioris gratiae signum et fons” (D 2237).

Pius XII repetit verba Leonis XIII[5].

Valor dogmaticus. Sacramentum esse signum gratiae practicum, est *de fide divina et catholica.* In ratione signi sa-

4 CIC Deer Grat. Ill de consecr. II c. Sacrificium 32 (ed.FRiDBERG, 1,1324).
6 *Const. Apost. "Sacramcntwnt Ordinis":* AAS 40 (1948) 5.

cramentum componi ex ritu sensibili et significatione gratiae, est *explicatio theologica certa.*

19. Probatur primum: *sacramentum est signum symbolicum et practicum gratiae.* Haec est conclusio in evolutione notionis abstractae "sacramenti", quae paulatim in traditione effecta est °.

a) *In S.Scriptura* notio abstracta nondum habetur. Sed duo eius elementa essentialia, scilicet symbolum sanctificationis et efficacia sanctificativa, iam apparent in realitate concreta singulorum sacramentorum, prout accuratius agentes de unoquoque sacramento investigabitur. Sufficiat nunc, ad exemplum, in mentem revocare symbolismum lavacri baptismalis a S.Paulo non semel commemoratum (Rom 6,1-11) 'E

b) *SS.Patres ante S.Augustinum,* agentes praecipue de baptismo et dei Eucharistia, sed etiam de confirmatione, eundem symbolismum sensibilem, sanctificationis efficacem, docent. Sic S.Iustinus explicat symbolismum regenerationis et illuminationis in baptismo 8;* similiter S.Basilius et S.Cyrillus Hierosolymitanus describunt immersionem baptismalem tanquam symbolum mortis et 'sepulcri pro peccatis ", Sic de confirmatione docet idem S.Cyrillus: "dum unguento visibili inungitur corpus, sancto et vivifico Spiritu anima sanctificatur" (R 842). Generali autem modo Tertullianus: "Caro abluitur, ut anima emaculetur; caro signatur, ut et anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu illuminetur; caro Corpore et Sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo saginetur" (R 362). Et S.Ambrosius: "Cum ex duabus naturis homo, id est ex anima subsistat et corpore, visibile per visibilia, invisibile per invisibilia consecratur. Aqua enim corpus abluitur, Spiritu animae delicta mundantur" 10.

c) S.Augustinus, aliquam notionem abstractam sacramenti iam efformans, accurate distinxit: "aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti"u. *Sacramentum* intelligit signum sensibile. Et quidem signum symbolicum: "si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sa-

" Pro tota hac quaestione, cf. A.Michel. *Sacrements:* DTC 14,195-531; Pourrat, *La théologie sacramcntaire* 1-46.

7 Cf. A.MichEl, *Sacrements:* DTC 15,495-598.

8 *Apologia· 1.** 61: MG 6,420s.

0 S.Basilius, *In sanctum baptisma:* MG 31,423s; *De Spiritu Sancto* 15,35: MG 32,130; S.Cyrillus Hierosolymitanus, *Catcchcs.* 3.12: MG 33,442s; 20,4: MG 33.1079SS,

10 *In Le 2,79:* MD 15,1663; cf. J.Huhn, *Die Bedeutung des Mortes Sacramentum bei dem Kirchcnvatcr Ambrosius* (Fulda 1928).

» *Di Io* 26,11: MD 35,1011.

cramenta sunt, non haberent, sacramenta non essent" (R 1424). *Virtutem* vero *sacramenti* intelligit et ipsam gratiam per sacramentum collatam, et id quod in signo sensibili habetur capax eandem conferendi. Ex quibus clare apparet, sacramentum pro S.Augustino esse signum gratiae practicum [12][13]

20. d) *Immediate post S.Augustinum* evolutio notionis abstractae ulterius non progreditur [13]. Attamen *sacc.XI-XII,* occasione erroris Berengarii, qui urgebat maxime rationem signi[14] prout contradistinctam a re significata (unde in Eucharistia sacramentum, id est signum Corporis Christi, non vero Eius realitatem admittebat[15]), expressius declaratum est a theologis sacramentum non esse nudum signum, sed signum efficax seu practicum[16].

e) Quo quidem modo ad accuratiorem *definitionem sacramenti* perventum paulatim est. S.Augustinus enim haec inter alia scripserat, sacramentum quodammodo definiens: "sacrificium visibile invisibilis sacrificii sacramentum, id est *sacrum signum,* est" (R 1745). "Dominus [sanctificat] invisibili gratia per Spiritum Sanctum, ubi est totus fructus etiam visibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione *invisibilis gratiae, visibilia sacramenta* quid prosunt?"[17] Berengarius tribuebat S.Augustino hanc duplicem definitionem sacramenti: "sacramentum, id est sacrum signum", et "sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma"[18]. Sub iisdem verbis hanc ultimam referunt Lanfrancus, Algerus Leodiensis et alii[19].

Abaelardus pressius: "sacramentum est visibile signum invisibilis gratiae"; vel etiam: "est autem sacramentum invi-

12 Cf. C.Spallanzani, *La nozione di sacramento in Sant'Agostino:* ScuoCatt 55 (1927) 175-188.258-268; H.M.Féret, *Sacramentum, Res, dans la langue théologique de saint Augustin:* RevScPhTh 29 (1940) 218-243.

13 S.Isidorus scripsit: "Ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur; unde et a secretis virtutibus vel a sacris sacramenta dicuntur" *(Etymologiae* 6,19,40: ML 82,255). In hac definitione ratio signi non omnino abest, sed certe minus urgetur. Haec autem, definitio a pluribus auctoribus posterioris temporis usurpatur.

14 Cf. *Epistola ad Adelmannum Leodiensem* (Martene-Durand, *Thesaurus novus anecdotorum* 4,112s).

15 "Sacramenta autem signa esse scripturis contradicere non potestis. Aliud sacramentum Corporis, aliud Corpus; aliud sacramentum Sanguinis, aliud esse Sanguinem necessario constituitis" (*l.c.*).

16 Cf. N.M.Haring, *Berengar's Definitions of Sacramentum and their influence on Mediaeval Sacramentology:* MedSt 10 (1948) 109-146.

17 *Quaestiones in Heptateuchum* 3,84: ML 34,312.

18 *Epistola ad Adelmannum Leodiensem* (Martene-Durand, *Thesaurus* 112).

19 Lanfrancus, *Liber de Corpore et Sanguine Domini* 14: ML 150,424; Algerus Leodiensis, *De sacramentis Corporis et Sanguinis dominici* 1,4: ML 180.751. Cf. etiam Durandus Troarnensis, *Liber de Corpore et Sanguine Domini* 15: ML 149,1396; Guitmundus Aversanus, *De Corporis et Sanguinis Domini veritate* 2: ML 149,1428; Hildebertus Cenomanensis, *Tractatus Theologicus* 150: ML 171,1145.

sibilis gratiae visibilis species, vel sacrae rei signum" 20. *Summa Sententiarum:* "visibilis forma invisibilis gratiae in eo collatac, quam scilicet confert ipsum sacramentum" 21.* Petrus Lombardus distinctius: "sacramentum proprie dicitur, quod ita signum est gratiae Dei et invisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat et causa exsistat" Rationem similitudinis in signo adhuc distinctiusi proposuerat Hugo Victorinus: "sacramentum est corporale et materiale elementum foris sensibiliter propositum, ex similitudine repraesentans, et ex institutione significans, et ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiam" 23. Hoc etiam sensu scripsit postea S.Bonaventura, sacramenta esse signa sensibilia "ex naturali similitudine repraesentantia, ex adiuncta institutione significantia, ex superaddita benedictione sanctificantia" 24.

f) S.Thomas, notionem augustinianam "sacri signi" suscipiens, definitionem sacramenti ulterius explicuit: sacramentum enim est in genere signi (3 q.60 a.1) ; et quidem est signum symbolicum (3 q.64 a.2 ad 2) ; ex institutione significans (3 q.64 a.2) ; et est "signum rei sacrae, in quantum est sanctificans homines" (3 q.60 a.2) ; vel ut alibi dicit, sacramenta sunt "quaedam sensibilia signa invisibilium rerum, quibus homo sanctificatur" (3 q.69 a.3) ; scilicet, est signum practicum (cf. 3 q.62 a.1) 3B.

Sacramenti ergo notio habet pro elemento generico signum symbolicum sanctificationis ; pro elemento specifico, efficaciam sanctificationis.

21. Probatur secundum: *sacramentum, prout est in genere signi, coalescit metaphysice ex ritu sensibili et significatione gratiae,* a) Omne signum, ut tale, coalescit metaphysice ex re aliqua significante ct ex significatione illius rei. Atqui sacramentum est signum gratiae. Ergo coalescit ex re aliqua significante gratiam, quae est ritus externus, et ex significatione ipsius gratiae.

Mai. Signum, ut tale, non est sola res significans, sed res significans in quantum significat, id est in quantum relationem habet ad rem significatam et ad illam notificandam ter-

'® *Epitome theologiae Christianae* 28: ML 178.1695.1738.
21 *Summa Sententiarum* tr.4 c.1: ML 176,117.
50 *Sententiae* 4 d.1 n.2.
33 *De sacramentis* lib.1 p.9 c.2: ML 176,317.
31 *Brcviloquium* 6,1.
23 Cf. E.R.FrutsaKrt, *La définition du sacrement dans saint Thomas:* NouvRevTh 55 (1928) 401-409; F.H.Dondainè, *La définition des sacrements dans la "Somme Théologique**;* RevScPhTh 31 (1947) 213-228.

minatur. Atqui res significans non consideratur formaliter ut significans et relationem habens ad rem significatam, nisi ratione significationis. Ergo signum, ut tale, coalescit ex re significante et ex significatione.

Z›) Si accuratius metaphysica compositio signi consideretur, apparet rem significantem de se indifferentem esse ad significandum hoc vel aliud (in signis arbitrariis et symbolicis); indifferentiam vero hanc tolli formaliter per significationem, quae illam rem coarctat 'ad hoc prae illo significandum. Tdeo signum coalescit ex re significante tanquam ex materia vel subiecto, et ex significatione tanquam ex forma. Unde in sacramento ritus sensibilis se habet ad modum materiae vel subiecti, indifferentis de se ad significandam gratiam (etiam supposita similitudine, quae ad significandam gratiam non sufficit) ; significatio vero, quae accedit ex positiva institutione, se habet per modum formae, coarctantis ritum externum ad significandam gratiam prae qualibet alia re. Quae omnia valent de compositione metaphysica, seu de consideratione sacramenti prout est signum gratiae.

22. Scholion 1. *De relatione inter significationem et effectionem in sacramento.* Quia sacramentum est signum efficax sanctificationis, hanc internam sanctitatem animae et significat et efficit. Duplex ergo datur relatio sacramenti ad sanctificationem. Prima est in ordine signi, quatenus sanctificatio interna significatur per sacramentum ; seu quod idem est, quatenus ritus externus ducit nos in cognitionem interioris sanctificationis. Secunda est in ordine causalitatis, quatenus sanctificatio interna causatur per sacramentum ; seu quod idem est, quatenus ritus externus confert interiorem sanctificationem. Magna autem differentia est inter has duas relationes ",

Prima enim, quae est in ordine signi, latius patet quam secunda. Quod quidem sic explicari potest. Vera sanctificatio in hac providentia fit per gratiam sanctificantem ; ita tamen ut gratia haec, prout de facto datur in via, non sit adhuc plena et perfecta sanctificatio, sed inchoatio tantum illius plenae sanctificationis, quae dabitur in patria; spe enim salvi facti sumus (Rom 8,24). Hinc sacramentum significat non solum sanctificationem inchoatam gratiae, sed etiam sanctificationem perfectam gloriae ; hanc vero non efficit. Praeterea. quia sanctificatio tota non est nisi applicatio singularis unius sanctificationis totalis, quam Christus per passionem et mortem meruit, haec etiam per sacramentum significatur, cuius sacramentum est symbolum rememorativum ; sed iterum haec per sacramentum non efficitur. Cf. S.Th., 3 q.60 a.3. Ideo adagium illud "sacramenta

29 Nota utramque relationem hanc esse aliquo sensu causalem; prima sine dubio in linea causalitatis intentionalis, quae in omni signo, ut tali, affirmari debet; secundam a priori determinare non possumus in quanam linea causalitatis, de quo erit agendum postea. Hoc tamen observandum est, illam relationem secundam in ordine causalita'is non esse de ratione signi ut sic (dantur enim signa non practica), sed huic signo adiungi ad hoc ut efficiatur signum practicum. Cf. Lugo, *Dc sacramentis in genere* disp.1 s.3 n.25ss.

efficiunt quod significant'" de gratia intclligi debet; non tamen ita, ut eadem sit sacramentorum et significatio et effectio".

Quapropter reicienda est ex hac parte recentior theoria "praesentiae mysteriorum" (Mysteriengegemvart), a quibusdam monachis Momasterii 'Sanctae Mariae ad Lacum, praesertim ab O.Casei, propugnata; saltem in quantum in hoc adagio fundari intenditur. luxta hanc theoriam totum mysterium nostrae salutis (Christi nativitas, passio, mors, resurrectio) in singulis sacramentis, maxime in Eucharistia, non solum significatur, sed praesens sistitur sub velamine symbolorum. Quae praesentia mysteriosa est. Non enim est nova historica reiteratio facti semel peracti, sed neque est nuda illius commemoratio. Invehunt enim novam quandam praesentiam, sacramentalem, spatium et tempus transcendentem, etsi symbolice in spatio et tempore fiat (metahistoricam

23. Scholion 2. *De sacramentis Veteris Legis.* In evolutione historica notionis "sacramenti" saepe sermo apud theologos fuit dc sacramentis non solum Novae, sed etiam Veteris Legis. Inde plura orta sunt problemata circa definitionem sacramenti. Si enim in Vetere etiam Lege sacramenta erant, efformari poterit aliqua notio communis, quae in illis et in nostris verificetur. Sed investiganda quoque erit differentia specifica inter illa et nostra sacramenta. Unde tandem habebitur notio accurata sacramentorum Novae Legis.

a) *Fuisse in Vetere Lege* quaedam *sacramenta,* supponitur in Conc.Tridentino sess.7 cn.2 (D 845) et antea in Florentino (D 711s 695). Et quidem plures erant ritus religiosi in Vetere Testamento, u Deo instituti, quibus sanctificatio 'quaedam efficiebatur, ut apparet maxime ex Levitico. lam vero, ex doctrina S.Pauli (1 Cor 10,11; Hebr 10,1), ritus illi vere significabant sanctificationem tempore messianico futuram. Quam doctrinam docent S.Iustinus (R 134), S.Augustinus (R 1475 1646), S.Gregorius M. (R 2306), et exponit S.Thomas in 3 q.61 a.3.

Quot et quaenam fuerint illa sacramenta, incertum est. Omnes theologi admittunt saltem *circumcisionem* fuisse sacramentum; utpote quae erat signum foederis a Deo facti cum Abrahamo (Gen 17,1 Iss) et aggregationis ad populum electum, quam efficiebat (Gen 17,14); erat quoque signum gratiae futurae per baptismum (Coi 2,lis). Fuisse etiam circumcisionem in remedium peccati originalis, ac proinde aliquo modo effectivam gratiae, tenent communius theologi", quibusdam negantibus". Sententia communior fundatur in doctrina S.Ambrosii", S.Augustini (R 1646 1875)", S.Fulgentii", S.Gre-

27 Cf. J B.Umbsrg, *Sacramenta efficiunt quod significant:* ZkathTh 54 (1930) 92-105.

28 Cf. Lercher-Dander. 10; Pius XII. *EncycL "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 580. De tota hac theoria cf. Th.FilThaut, *La théologie des mystères* (Paris 1954); I.O&atibia, *La presencia dc la obra redentora en el ntisterio dei culto* (Vitoria 1954).

20 S.Th.. 3 q.70 a.4; Sulârez, *In 3* q.71 disp.5 s.1 n.15; Luco, *Dc sacramentis in genere* disp.5 s.3; qui totam quaestionem late disputant.

30 S.Bellarminus, *Dc sacramentis in genere* 2,17; M.Cano, *Relectio de sacramentis in genere* p.5; Vâzquiîz, *In 1.2* disp.184 c.3; Estius, *Absolutissima in omnes B.Pauli et septem catholicas Apostolonent epistolas,* in Rom 4,11; Conlnck, *In 3* q.73 a.6. Et hoc recentius probabilius esse putavit E.Ermoni, *Circoncision:* DTC 2,2525.

31 *De Abraham* 2,11.81: ML 14.495.

33 Cf. etiam *Contra Iulianum* 2,6: ML 44,686 eù saepe alias.

33 *Epistola* 17,31: ML 65.470s.

gorii M.", S.Isidori x. Quam Medio Aevo retinent S.Beda", S.Bernardus", Hugo Victorious", Magister Sententiarum3', S.Bonaventura40 S.Thomas 3 q.70 a.4. Eadem sententia in Corpore luris Canonici ex decretali Innocentii III (D 410) recepta est41 42

Alia esse in Vetere Testamento *sacramenta* praeter circumcisionem, affirmant S.Thomas 1.2 q.102 a.5, Suarez", Lugo43; et conformius videtur cum modo loquendi Florentini (D 695 711s) et Tridentini (D 845). Dicuntur ergo sacramenta Veteris Legis circumcisio, consecratio sacerdotalis, esus agni paschalis et panum propitiationis, variae purificationes et expiationes. Quo autem modo his sacramentis Veteris Legis sacramenta Novae Legis significabantur, exponit S.Thomas 1.2 q.102 a.5 ad 3.

24. *b)* Admissa igitur exsistentia sacramentorum in Vetere Lege, haec *explicantur etiam in genere signi rei sacrae,* quatenus aliquam sanctitatem significabant, et fortasse etiam efficiebant. Ad quaestionem hanc solvendam, praemittendum est differentiam aliquam essentialem exsistere inter sacramenta Veteris Legis et sacramenta Novae Legis. Hanc differentiam docuit Conc.Tridentinum sess.7 cn.2 (D 845): "si quis dixerit, ea ipsa Novae Legis sacramenta a sacramentis Antiquae Legis non differre nisi quia caeremoniae sunt aliae et alii ritus externi, anathema sit". De sensu huius canonis nota haec quae sequuntur.

Inter errores propositos considerationi theologorum^ habebatur sextus de sacramentis in genere: "Statim post lapsum Adae fuisse sacramenta a Deo instituta, in quibus gratia daretur" ". Summa sententiarum a theologis expositarum de hoc articulo sic effertur in Actis inter articulos, quos theologi non damnandos sed silentio praetereundos censuerunt: "quibusdam theologis non videtur quod articulus iste sit damnandus sine aliqua declaratione, cum variae de eo opiniones sint apud scholasticos et statim post lapsum Adae matrimonium fuerit sacramentum. Et cum semper fuerit morbus, non est dicendum quod Deus non adhibuerit semper medicinam. Et Noe datum est iris, Abrahae circumcisio, Moysi virga. Propterea magis censent silentio articulum praetereundum esse. Non desunt tamen qui asserant illum esse omnino damnandum ex mente Magistri Sententiarum et aliorum Doctorum. Et gratia non esset danda ante adventum datoris gratiae et sacramenta omnia sint a Christo instituta et sit iam damnatus in Florentino" Sententiae etiam Patrum variae fuerunt, aliquibus dicentibus articulum hunc omittendum esse quia de facto sacramentis V.L. dabatur gratia, aientibus aliis gratiam non dari in sacramentis V.L. ex opere operato, sed ex fide. In Actis colliguntur hae sententiae hac unica voce: "censuerunt omnes ut dam-

« *Moralia* 4 praef.3: ML 75.635.
33 *Quaestiones in P.Testamentum,* in Gen 13,5s·: ML S3,242s.
w *Hemilia* 10 *in Circumcisione Domini:* ML 94.54.
3T *Tractatus de Passione Domini* 2.2: ML 184,637.
38 *De sacramentis* lib.l p.12 cp.2: ML 176,349.
39 *Sententiae* 4 d.l n.6.
40 *In 4* d.l p.2 a.2 q.2.
41 Cf. Ermoni, *Circoncision:* DTC 2,2519-2525.
42 *In 3* q.71 disp.5 s.2.
43 *Dc sacramentis in genere* disp.l s.2 n.12.
« CTr 5,835.
« CTr 5,866.

netur, cum sit damnatus a Conc.Florentino" *. Hine in prima redactione canonum propositus est canon 2, cuius forma insinuata ïam fuerat ab episcopo Portuensi4'. Hic canon omnibus Patribus placuit, nisi quod duobus videbatur dicendum "non differre re ipsa", uni "sed tantum quia" loco "nisi", alii addendum "et non esse praestantiora"

De sensu ergo canonis videtur dicendum : sacramenta Veteris Legis et sacramenta Novae Legis differunt plus quam ex mero ritu externo; ad minimum differunt quia illa non conferebant gratiam ex opere operato, sicut haec conferunt; fortasse etiam quia simpliciter non conferebant gratiam ; in hoc nihil decisum est.

Manet tamen explicatio Decreti pro Armenis in Conc.Florentino (D 695), iuxta quam sacramenta Veteris Legis non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant; nostra vero sacramenta gratiam continent et conferunt.

Et revera haec disputabantur inter theologos iam a saec.XII ", praecipue ratione circumcisionis. Hanc enim producere gratiam ex opere operato, saltem in pueris, defenderunt Summa Halensis, S.Bonaventura, Scotus, Durandus, Paludanus"; et in ipso Concilio Tridentino Generalis Minorum". Hoc autem communius negatur cum S.Thoma in 3 q.70 a.4, Soto, Cano, Bellarmino, Vazquez, Suarez, Coninck Potest tamen quaestio esse magna ex. parte dc modo loquendi. Sic S.Thomas, affirmans (3 q.70 a.4) gratiam non conferri ex virtute circumcisionis sed ex virtute fidei passionis Christi, quatenus accipiens circumcisionem profitebatur per se vel per alium se suscipere talem fidem, plus certe affirmat quam efficaciam ex opere operantis; Lugo vero, tenens circumcisionem conferre gratiam ex opere operato, intelligit gratiam non esse datam intuitu solum alicuius meriti, sed intuitu quoque operis externi". Sic etiam Suarez" defendit circumcisionem non conferre gratiam simpliciter ex opere operato, sed interdum praeter opus operantis, ex beneficio speciali Dei in casu extremae necessitatis.

Positis ergo his theologorum disputationibus, verba Decreti pro Armenis ita intelligenda esse videntur, ut doceant sacramenta Veteris Legis gratiam non causare ex opere operato, quamvis occasione eorum propter professionem fidei in Christum venturum gratia obtineretur. In quo maximam habent et essentialem differentiam cum sacramentis Novae Legis. Haec enim veram sanctitatem et significant et causant; illa vero sanctitatem legalem significabant et causabant, sed veram sanctitatem significabant tantum futuram in sacramentis Novae Legis6

<! CTr 5.972.
« CTr 5.908.
« CTr 5.991.
I** S Thomas (3 q.62 a.6 ad 3 ct q.70 a·4) refert quasdam veterum dc hac re sententias.
Alexander Halensis, *Stcnôna* p.4 q.5 m.3; q.7 m.5 a.1; S.Bonaventura, *In 4* <l.1 p.2 a.2 q.3; Scotus, *In 4* d.1 q 6s; Durandus, *In 4* d.1 q.5-8; Paludanus, *In 4* d.1 q.5 a.4.
61 CTr 5,959.
6- D.SoTo, *In 4* <1.2 q.1 a.4; Cano, *Rclectia dc sacramentis in genere* p.5; Bellarminus, *Dc sacramentis in genere* 2,13s; VÂZQUEZ. *In 1-2* disp.184 c.3; SuXr^z, *In 3* q.62 (lisp.10 s.2 n.8-13; *Dc legibus* 9,7,4-7; Coninck. *In 3* q.62 a.6.
M De sacramentis in genere disp.5 s.4 n.59.
M In 3 q.62 disp.10 s.2 n.12s.
» Cf. SuAREiz, *In 3* q.60 disp.1 s.2; paulo aliter Luco. *De sacramentis in genere* disp.1 s.2.

25. Scholion 3. *De sacramentis legis naturae*™. Conveniunt theologi in neganda exsistentia sacramentorum in statu innocentiae, ut docet S.Thomas in 3 q.61 a.2". Sed e contrario in statu naturae lapsae ante legem mosaicam vel extra eam, exsistentiam sacramentorum affirmant, admittentes cum 'S.Thoma aliquod remedium peccati originalis pro parvulis. De quo dicit Suarez: "Ita docent omnes theologi in 4 dist.l et 2, absque ulla controversia aut opinionum varietate; quod est signum dogma hoc certum ac indubitatum apud illos fuisse" Sententia haec nititur praecipue in auctoritate S.Augustini (R 1909), S.Prosperi ", S.Gregorii M. (R 2306). Quam deinde tenuerunt S.Bcda, S.Bernardus, Hugo Victorinus, S.Thomas (3 q.70 a.4 ad 2), S.Bonaventura "°. Fundatur vero in voluntate salvifica universali Dei, qui et parvulis omnibus extra populum iudaicum et puellis hebraeis medium obtinendae salutis negare non poterat.

Remedium illud videtur fuisse aliqua sensibilis et exterior fidei professio a parentibus facta, qua etiam filii Deo dedicabantur: 3 q.61 a.3"'. Quanam autem actione externa et sensibili professio illa fieri deberet, non fuit a Deo in concreto institutum, sed hominum arbitrio relictum; cf. 3 q.60 a.5 ad 3®. Per illam remittebatur peccatum originale et gratia dabatur simili modo ac per circumcisionem ",

Utrum in lege naturae fuerint alia sacramenta praeter remedium peccati originalis, disputatur a theologis01.

Thesis 3. SignuSn sacramentale physice coalescit rebus tanquam materia et verbis tanquam forma.

S.Tn., 3 q.60 a.4-7; Lennerz, 89-102; LerchEr-Dander, 23-28; Puig, 26-42.

26. Notiones. Signum sacramentale est ritus sensibilis prout cadens sub significatione formaliter constituitur in esse signi1. Agimus tantum de sacramentis Novae Legis. Sacramentum non est aliquid permanens (exclusa Eucharistia, de

M Cf. A Michel, *Sacrentents préchrétiens:* DTC 14,644-655.

67 Cf. Suarïïz, *In 3* q.61 disp.3 s.3; Luco, *De sacramentis in genere* disp.3 s.l; Ioannes a S.Thoma, *Cursus theologicus* 9 disp.23 a.2. Haec vero theologorum consensio intelligenda est de facto. Utrum autem, si status innocentiae perdurasset, aliqua fuissent sacramenta, negant VâzquEz, *In 3* disp.130 c.2; Luco, *De sacramentis in genere* disp.3 s.l; Ioannes a S.Thoma, *l.c.,* n.23s; Billot, *De sacramentis Ecclesiae* th.3 § 2; Hugon, *Tractatus Dogmatici* 3 q.2 a.2; affirmat vero SuariSz, *In 3* q.61 disp.3 s.3 n.lls.

68 *In 3* q.61 disp.4 s.l n.5.

® *De vocatione omnium gentium* 2,23: ML 51,702

f,° S.Beda, *In Lc* 3,8; S.Bernardus, *Tractatus de baptisnto* 1,4: ML 182,1084; Hugo Victorinus, *De sacramentis* lib.l p.ll c.6: ML 176,345; S.Bonaventura, *In 4* d.l a.l q.l.

Cl Cf. Suarez, *In 3* q.61 disp.4 s.2; Lugo. *De sacramentis in genere* disp.3 s.2 n.28-32.

w Cf. SuârEz. *In 3 q.61* disp.4 s.3.

° Hoc remedio peccati originalis usi sunt plures theologi posteriores ad solvendam difficilem quaestionem de salute infidelium, etiam post adventum Christi Id autem in tantum valere posset, in quantum Evangelium supponatur nondum sufficienter promulgatum. Eo enim iam promulgato, cetera cessasse dicenda sunt Cf. Michel, *Saerements préchrétiens:* DTC 14,650-653.

c' Cf. Suarez, *In 3* q.61 disp.4 s.4.

1 Ita nobis aptius videtur intclligendum esse ritum sensibilem in hac thesi. Analogia enim materiae et formae non invenitur in ritu sensibili nisi in quantum "res" per verba determinantur ad significationem gratiae.

qua specialis est consideratio; at etiam illa est transiens si consideratur in fieri); sed est aliquid transiens. Ipsum ergo signum sacramentale proprie non exsistit, sed perfici seu confici debet: est actio. Perficitur autem, ut videbimus in hac thesi, cum fit applicatio formae ad materiam; qua applicatione facta, signum formaliter et physice constituitur.

Physice coalescit, id est componitur tanquam ex partibus physicis.

Res intelliguntur sensu lato; quae quandoque sunt res sensibiles, quandoque actiones externae.

Verba intelliguntur formaliter vel aequivalenter, ut essent nutus et alia huiusmodi.

Materia et forma dicuntur sicut in theoria aristotelica compositi physici. Quia vero signum sacramentale non est aliquid unum physice, sed moraliter, notio materiae et formae de ipso nonnisi analogice dici potest. "Res" ergo dicuntur materia, in quantum in signo sacramentali sunt elementum magis indeterminatum; quo sensu loquimur de rebus non solum prout haec vox designat ipsas res sensibiles, v.gr. aquam in baptismo (materiam remotam), sed etiam prout designat illius rei usum, v.gr. ablutionem cum aqua (materiam proximam). "Verba" vero dicuntur forma, quia sunt elementum determinans "res" in ratione signi sacramentalis[2].

Compositio haec physica *duplici modo* intelligi potest. *Primo* ita ut tantum affirmetur in signo sacramentali adhibenda esse et verba et res, quae aliquam analogiam habeant cum materia et forma physica, ideo quia sint elementum determinans et elementum determinabile. *Secundo* ita ut affirmetur praeterea verba et res esse partes intrinsece constituentes ipsum signum sacramentale, maiorem urgendo analogiam cum compositione hylemorphica; sic ergo signum nec solis verbis, nec solis rebus adaequate constitueretur. Utruinque affirmamus in thesi.

27. Adversarii. *Scotistae,* admittentes thesim in prima ex modo factis consideratione, et etiam in secunda quoad re-3

3 Hoc sensu loquimur de forma ritus sacramentalis, vel de forma signi sacramentalis in consideratione metaphysica; quo sensu diximus formam esse ipsam significationem. Ita loquitur de forma sacramenti D.Soro, *In 4* d.3 q.un. a.l ad 3. Cum sermo est de forma, sacramenti, attendendum est utrum agatur de consideratione physica, an metaphysica. Adhuc est tertius alius modus loquendi de "forma sacramenti", adhibitus v.gr. a S.Augustino (De *peccatorum meritis ct remissione* 1,34: MI, 44,146) *vocante formam sacramenti complexum omnium caeremoniarum, quae in administratione sacramenti peraguntur. Hoc sensu loquitur de "forma baptismatis" Conc.Carthaginense cn.2 (D 102); cf. Conc.Tridentinum sess.5 cn.4 (D 791), Alexander VIII prop.28 damnata (D 1318). Similiter Hugo Victorinus, *De sacramentis* lib.2 p.6 cp.2 et 6: ML 176,445s.451. Cf. Lugo, *Dc sacrantentis in genere* disp.2 s.2 n.3Ss.

liqua sacramenta, eam negant secundo sensu de sacramento paenitentiae ; quatenus affirmant signum sacramentale in hoc sacramento consistere tantum in verbis absolutionis, nulla exsistente materia quae in interna signi constitutione essentialiter ingrediatur[3].

28. Doctrina Ecclesiae. Martinus V in interrogationibus Wicleffitis et Hussitis proponendis (D 672) loquitur de materia et forma in confectione sacramenti.

Conc.Florentinum in Decreto pro Armenis (D 695) : sacramenta perficiuntur rebus tanquam materia et verbis tanquam forma.

Conc.Tridentinum sess.14 c.2 (D 895) loquitur de materia et forma, "quibus sacramenti essentia perficitur". Cf. sess.14 c.3 (D 896) et cn.4 (D 914). In sess.14 c.1 de extrema unctione (D 908) iterum loquitur de materia et forma sacramentorum.

Leo XIII (D 1963) explicat ritum essentialem in sacramento complecti materiam et formam, ex forma autem praecipue haberi significationem gratiae.

Pius XII determinavit quid requiratur ad valorem sacramenti ordinis, accurate designando materiam et formam[4].

29. Valor dogmaticus, *a)* Sacramenta aliquo modo perfici ex rebus et verbis, *videtur de fide divina et catholica* ex traditione et magisterio ordinario ; *b)* res et verba in sacramentis bene exhiberi sub ratione materiae et formae, est *doctrina catholica;* c) res et verba esse partes intrinsece constituentes signum sacramentale, *est sententia communior et probabilior.*

30. Probatur ex traditione[5]. Evolutio historica huius doctrinae haec fere est:

a) *In S.Scriptura* insinuatur duplex elementum pro sacramentis: Eph 5,26 (baptismus); Iac 5,14 (extrema unctio); Act 6,6 (ordo).

b) In traditione *priorum saeculorum* sermo fit de rebus sensibilibus et de verbo sanctificante. Sic S.Irenaeus (R 249), Tertullianus (R 303s 307), S.Cyprianus (R 592), S.Cyril-

[3] Cf. C.Frassen, *Scotus Academicus* t.10 tr.1 disp.2 a.2 q.2; Minges, *Compendium theologiae* 2.234; F.X.ab Abârzuza, *Manuale theologiae dogmaticae* 3 (Padre Las Casas, Chile 1947) 23.S05.

[4] *Const. Apost. "Sacramentum Ordinis":* AAS 40 (1948) 5-7.

[5] Cf. A.Michel, *Matière et forme dans les sacrements:* DTC 10.335-355; Pourrat, *La théologie sacramentaire* 47-83.

lus Hierosolymitanus (R 842), S.Basilius (R 954), S.Gregorius Nyssenus (R 1062), S.Ambrosius (R 1330 1339s).

c) S.Augustinus, qui clarius distinguit elementum materiale et verbum (R 1817), scripsit sententiam, quae magnum influxum habuit in posteriorem evolutionem: “detrahe verbum, et quid est aqua? *Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum,* etiam ipsum tanquam visibile verbum” (R 1834).

d) Ulterius dicitur *prioribus saeculis Medii Aevi,* addendam esse elemento materiali virtutem Spiritus Sancti (quae habetur per Acerbum), ut perficiatur sacramentum. Sic Alcuinus, Agobardus Lugdunensis, Ionas Aurelianensis, Rabanus Maurus [8].

e) Hugo a S.Victore explicat locutionem augustinianam ita, ut elementum materiale iam ex similitudine repraesentans gratiam, cum ex institutione illam significet, ex verbo sanctificetur ut illam contineat[7]. Ipse iam loquitur de materia et forma sacramentorum. Sed formam intelligit complexum caeremoniarum [8]; materiam vero dicit haberi “in rebus aut in factis, aut in verbis” [9], loquens de sacramento largiori sensu[10].

31. f) Petrus Lombardus[11] expresse affirmat: “duo autem sunt, in quibus sacramentum consistit, scilicet verba et res. Verba, ut invocatio Trinitatis; res ut aqua, oleum et huiusmodi”. Ipse quoque, "verba” vocat saepe “formam” [12].

g) Gulielmus Altissiodorensis initio saec.XHI terminologiam materiae et formae primus[13] complete rebus et verbis sacramentalibus applicuit: “Dicimus, quod sicut de essentia baptismi dicuntur esse tria, scilicet materia et forma verborum et intentio baptizandi[14]; similiter de essentia Eucharistiae dicuntur esse tria, scilicet ordo sacerdotalis et forma et materia, scilicet panis et vinum ; eodem modo de essentia

8 Alcuinus, *Epistola* 36: ML 100,194; Agobardus Lugdunensis, *Dc privilegiis et iure sacerdotum* 18: ML 104,165; Ionas Aurelianensis, *De institutione iaicali 1.7:* ML 106,134: Rabanus Maurus, *Dc clericorum institutione* 1,25: ML 107,310.

7 *De sacramentis* lib.1 p.9 cp.2: ML 176,317ss.

8 *Dc sacramentis* lib.2 p.6 cp.2 et 6: ML 176,445-471. Cf. supra nota 2.

9 *De sacramentis* lib.1 p.9 cp.6: ML 176,326.

10 Similia habentur in Roberto Paululo, *De officiis ecclesiasticis* 1,12: ML 177.388s.

11 *Sententiae* 4 d.1.

12 Sic, exempli gratia, agens de confirmatione *Sent.* 4 d-3 c.2 n.24. Hic tamen loquendi modus antiquior est. Cf. A.Landgraf, *Beitrage der Eriihscholastik sur Terminologie der allgemeinen Sakramcntenlehre:* DivThom (Fr) 29 (1951) 4s.

13 Aut fortasse primus fuit Stephaniis Langton; cf. F.Gillmann, *Taufc "im Namen lesu" odor "ini Namen Christi"T* (Mainz 1913) 11.

14 Cf. Decretum pro Armenis: “Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia” (D 695).

huius sacramenti dicuntur esse tria, scilicet ordo sacerdotalis et oratio fidei et materia, scilicet oleum consecratum ab Episcopo. Non est autem ipsa oratio ipsa unctio vel pars eius ; sed hoc modo dicitur esse de essentia, quia per ipsam habet unctio quod sit sacramentum, hoc est quod similitudinem eius gerat quod figurat" [15].

h) *Ab hoc tempore* conceptio haec fit generalis, non excepto Scoto, dicente : "In unoquoque sacramento distinguitur materia et forma: signum visibile dicitur esse materia, verba vero forma" [16]. Nec Durandus et Hadrianus proprie excipiendi sunt, qui negant matrimonium perfici rebus et verbis, quatenus intelligunt res presso sensu et verba formaliter [17].

i) Sed inde *ulterius urgetur analogia* cum materia et forma, ita ut res' et verba affirmentur esse partes essentiales intrinsece constituentes signum sacramentale. Sic S.Thomas: "ex verbis et rebus fit quodammodo unum in sacramentis, sicut ex forma et materia" (3 q.60 a.6 ad 2). Ratio autem est quia sacramentum est signum ; sed "ad perfectionem significationis sacramentalis necesse fuit, ut significatio rerum sensibilium per aliqua verba determinaretur" (ib. in corpore). Cf. etiam 3 q.60 a.7. Et alibi explicat ulterius : "partes essentiae sunt naturaliter quidem forma et materia... Hoc autem modo, quodlibet sacramentum distinguitur in materiam et formam, sicut in partes essentiae. Unde et supra dictum est, quod sacramenta consistunt in rebus et verbis" (3 q.90 a.2). Haec nova analogia ab hoc tempore communius admittitur a theologis.

32. Haec igitur possunt assignari *stadia evolutionis*.

1.° Ante inceptam theoriam generalem sacramentorum, Scriptura et SS.Patres insinuant duplex elementum in sacramentis, de quibus loquuntur.

2° Ubi primum aliqualis theoria generalis a S.Augustino delineatur, distinguuntur "elementum" et "verbum".

3.° A Magistro Sententiarum accuratius distinguuntur "res" et "verba" ; quae distinctio aequivalet in ipso distinctioni inter "res" et "formam".

4.° A Gulielmo Altissiodorensi distinguuntur "materia et forma", tanquam aequivalentia "rebus et verbis".

5.° A S.Thoma analogia ita urgetur ut "res et verba" sint18

[15] *Summa Aurea* lib.4 (ed. Paris 1500 fol. 283).

[16] *In 4* d.8 q.1 n.7.

[17] Durandus, *In 4* d.1 q.3 ; Hadrianus, *De baptismo* q.2. Cf. S.Bellarminus, *De sacramentis in genere* 1,18.

partes essentiales intrinsece constituentes sacramentum, ad modum "materiae et formae" intrinsece constituentium compositum physicum.

Hac evolutione considerata, patet doctrinam de coalescentia sacramenti ex rebus et verbis, quae deinde accommodantur materiae et formae, ideo esse admissam ab omnibus theologis[18], quia hi eius semina in fontibus revelationis reapse inveniri videbant.

33. Ratio theologica, *a)* Signum sacramentale coalescit ex illis sine quibus essentialiter constitutum cogitari nequit. Atqui sine rebus et verbis nequit cogitari essentialiter constitutum. Ergo signum sacramentale coalescit *ex rebus et verbis.*

Min. Signum sacramentale cogitari nequit essentialiter constitutum, nisi accedentibus elementis quae revera significent gratiam. Atqui nec solae res nec sola verba, sed utraque simul, significant gratiam. Ergo sine rebus et verbis signum sacramentale nequit cogitari essentialiter constitutum.

b) Ex rebus et verbis fit quid unum, quod est signum sacramentale. Atqui haec unitas non obtinetur nisi res et verba mutuam inter se ordinationem habeant sicut potentiae et actus, vel materiae et formae. Ergo signum sacramentale coalescit *ex rebus tanquam materia et verbis tanquam forma.*

c) Res in signo sacramentali se habent ut quid determinabile, verba ut quid determinans ad significationem gratiae. Atqui sic concurrunt intrinsece ad signum constituendum ad modum materiae et formae in composito hylemorphico. Ergo res et verba sunt *partes intrinsece constituentes signum sacramentelle, sicut materia et forma.*[19]

34. Obiectiones. 1. Sacramentum matrimonii non coalescit ex rebus et verbis. Ergo omne sacramentum non coalescit ex illis. *Antec.* Res in matrimonio non sunt, verba in illo abesse possunt.

Nego antec. Ad probationem dist. Res in matrimonio non sunt, si res intelliguntur formaliter, *cone.;* si intelliguntur per oppositionem ad verba tanquam aliquid indeterminatum per illa determinandum. *nego.* Verba formaliter sumpta abesse possunt, *conc.;* verba aequivalentcr sumpta abesse possunt, *nego.*

Quonam sensu in sacramento matrimonii inveniantur materia et forma, non semper ab omnibus theologis fuit eodem modo explicatum, ex peculiaribus difficultatibus huius sacramenti, quae suo loco proponentur. Nunc sufficiat commemorare verba Benedicti XIV: "Legitimus contractus materia insimul est et forma sacramenti ma-

[18] Suarez *(In 3* q.60 disp.2 s.1 n.3) scribit: "Haec assertio satis probatur communi consensu theologorum omnium".

Cf. Suarez. *In 3* q.60 disp.2 s.1s.

trimonii ; mutua nempe ac legitima corporum traditio verbis ac nutibus, interiorem animi assensum exprimentibus, materia ; et mutua pariter ac legitima corporum acceptatio, forma””. Traditio vero et acceptatio debent aliquo modo sensibiles esse, sive per verba, sive per nutus aut alia huiusmodi.

2. In sacramento paenitentiae non dantur res. Ergo non omne sacramentum coalescit rebus et verbis.

Dist. antec. In sacramento paenitentiae non dantur res formaliter, *conc. antec.;* non dantur res, prout hac voce significatur elementum determinandum per verba, *nego antec.* “Res” hoc sensu sunt in sacramento paenitentiae actus paenitentis, scilicet contritio, confessio et satisfactio (cf. D 699) ; qui ideo quia res materiales non sunt, vocantur a Tridentino “quasi materia” (D 896 914), sicut iam antea vocati fuerant a Florentino (D 699).

3. Ad constitutionem sacramenti Eucharistiae non pertinent verba. Ergo res et verba non sunt partes intrinsece constituentes omnia sacramenta. *Antec.* Eucharistia est sacramentum permanens. At verba consecrationis non permanent. Ergo ad constitutionem sacramenti Eucharistiae non pertinent verba.

Nego antec. Ad probationem conc. mai. Dist. min. Verba consecrationis non permanent physice, *conc. min.;* non permanent moraliter, *nego min. Pariter dist. cons.* Ad constitutionem sacramenti Eucharistiae non pertinent verba ut physice tantum pronuntiata, *conc. cons.;* non pertinent verba ut moraliter perseverantia, *nego cons.*[31] Ceterum hoc totum dicitur de Eucharistia prout est sacramentum in facto esse; nam prout est sacramentum in fieri difficultas nulla est.

4. Sacramentum est signum. Ergo coalescit ex re significante ut materia vel subiecto, et ex significatione ut forma. Atqui res significans non coincidit cum re prout opponitur verbis, nec significatio habetur a verbis, sed ab institutione. Ergo sacramentum non coalescit ex rebus tamquam materia et verbis tamquam forma.

Conc. antec. Dist. cons. Coalescit metaphysice ex re significante ut subiecto et ex significatione ut forma, *conc. antec.;* coalescit sic physice, *nego cons. Trans, min. Pariter dist. ultimum cons.* Sacramentum non coalescit metaphysice ex rebus tamquam materia et verbis tamquam forma, *conc. cons.;* non coalescit sic physice, *nego cons.*

Hae duae compositiones non coincidunt in omnibus. Nota tamen significationem in sacramento haberi utique ab institutione efficienter, sed haberi formaliter a verbis[33].

30 *Breve "Paucis abbinc hebdomadis”* anni 1758. Cf. Lvco, *De sacramentis in genere* disp.2 s.1 n.7-33.
21 Cf. *De Eucharistia* th.19.
23 Cf. Luco, *De sacramentis in genere* disp.2 s.2 n.38.

CAPUT III

De causalitate sacramentorum

35. Explicuimus hucusque quomodo sacramentum Novae Legis sit essentialiter signum sensibile symbolicum gratiae. Et vidimus signum sacramentale esse compositum, metaphysice quidem ex re significante et significatione, physice autem ex rebus et verbis, tanquam ex materia et forma.

Nunc ulterius explicandum est quonam sensu sacramentum sit *signum practicum gratiae.* Quod quidem, ut diximus, non habet sacramentum ex eo solum quod est signum, sed aliunde; quia scilicet a› Christo elevatum est ad producendam gratiam.

Sed doctrina catholica completa de efficientia sacramenti complexa est. *Primo* quoad terminum illius efficientiae; omnia enim sacramenta Novae Legis gratiam conferunt, sed quaedam sunt quae alium praeterea effectum habeant, scilicet characterem. *Deinde* etiam quoad modum illius causalitatis; sacramenta enim gratiam conferunt non quomodocumque, sed "ex opere operato”. Quibus *addenda* est ulterior theologorum investigatio de natura intima huius causalitatis sacrainentalis.

Hinc nobis agendum erit:

1.® De effectu generali omnium sacramentorum.
2.° De effectu speciali quorundam sacramentorum.
3.® De modo efficientiae sacramentalis.
4.® De natura intima causalitatis sacramentorum.

ARTICULUS I

De EFFECTU GENERALI omnium sacramentorum

Thesis 4. Sacramenta Novae Legis conferunt gratiam.

S.Tit., 3 q.62 a.1; I.EnnEkz, 262-272; Lbrcher-DanoEr, 30-33.

36. Notiones. Conferunt, id est non tantum significant gratiam, sed collatio huius gratiae significatae aliquo vero sensu a sacramentis pendet. Nunc praescindimus a modo illius dependentiae, nec dicimus eam esse stricto sensu causalem. De his erit postea agendum.

Gratiam, scilicet sanctificantem. Iterum hic affirmamus

tantum factum, praescindentes ab ulteriore quaestione, utrum gratia sacramentalis sit aliquo sensu diversa a gratia sanctificante praecise sumpta.

37. Adversarii. *Protestantes,* ex falsa notione iustificationis per fidem fiducialem[1]. Ex quibus Lutherus tenuit sacramenta esse signa promissionum divinarum, quibus fides fiducialis circa promissam iustificationem excitatur et roboratur; justificatio vero huic soli fidei debetur. Similia tenuit Calvinus. Zwinglius vero consideravit sacramenta tanquam signa, quibus homo Ecclesiae demonstrat se esse militem Christi; quo facto Ecclesia certior fit de fide illius hominis.

Modernistae omnem sacramentorum effectum ad hoc coarctarunt, "ut in mentem, hominis revocent praesentiam Creatoris semper beneficam" (D 2041). Sicut quaedam exsistunt voces, quae vim specialem habent ad determinatas notiones propagandas, sic sacramenta specialem vim habent ad excitandum sensum religiosum (cf. D 2089). Habent enim sacramenta, iuxta ipsos, quandam efficaciam; sed mere psychologicam.

38. Doctrina Ecclesiae[2]. Benedictus XII (D 539) notat inter errores quorundam Armenorum, quod in sacramentis Novae Legis non detur gratia sanctificans. Hic tamen libellus non est documentum proprie pontificium; potius Pontifici oblatus fuit a quibusdam denuntiantibus errores Armenorum[3]. Sed doctrinam refert Ecclesiae Romanae in illo tempore.

Conc.Florentinum in Decreto pro Armenis (D 695) docet: sacramenta continent gratiam et ipsam digne suscipientibus conferunt.

Leo X (D 741) damnavit errorem Lutheri, negantis doctrinam nostrae theseos.

Conc.Trideniinum sess.7 cn.5-8 (D 848-851). Cf. praeterea Prooemium sess.7 (D 843a) et Professionem fidei (D 996). Quia de canone 8 agetur postea, nota nunc quae sequuntur de sensu et historia aliorum canonum.

a) *In cn.5* (D 848) reicitur sententia Protestantium. Canon ortus est ex errore 14 Protestantium theologis proposito: "sacramenta ob solam fidem nutriendam esse instituta"

1 Cf. EennErz, 6-17, ubi variorum auctorum sententiae uberius explicantur.
3 Ea tantum documenta consideramus, in quibus sermo est de omnibus sacramentis. Plura addi possent de singulis, quae in eorum tractatibus afferentur.
3 Cf. X.le Bachelet, *Benoît XII:* DTC 2,696-704.
* CTr 5,836.

Quem errorem iudicarunt theologi iam antea fuisse damnatum et esse iterum damnandum 5.*

b) *Cn.6* (D 849) habet duas partes; in prima proponitur doctrina catholica positive, in secunda reicitur alia explicatio protestantica. *Prima pars* orta est ex errore 4 prioris elenchi: "sacramenta Novae Legis non conferre gratiam, etiam non ponenti obicem" °. Hunc errorem iudicarunt theologi iam damnatum et damnandum 7 8, quod etiam Patribus placuit. *Secunda pars* orta est ex articulis haereticorum additis a theologis: "sacramenta esse tantum signa et notas nostrae professionis, seu etiam allegorias bonorum operum"s. De hoc articulo plures Patres censuerunt damnandum esse cum damnaretur sacramenta non conferre gratiam '. Hinc canonis *prima redactio*: "si quis dixerit, sacramenta Novae Legis non conferre gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam rite et digne suscipientibus non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptae per fidem gratiae vel iustitiae, et notae quaedam christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit"10. Patres voluerunt ut adderetur particula "non ponenti obicem"11.

c) *In cn.7* (D 850) docetur infallibilitas collationis gratiae in sacramentis. Ortus est canon ex errore 8 prioris elenchi: "non dari gratiam semper et omnibus, quantum est ex parte Dei, sed quando et ubi visum est a Deo" 12. Patres censuerunt delendam esse ultimam particulam 13. Unde *prima redactio* canonis: "si quis dixerit, non dari gratiam in huiusmodi sacramentis semper et omnibus, qui ea suscipiunt, quantum ex parte Dei est, sed aliquando tantum et aliquibus, anathema sit"14. Correctiones a Patribus factae: "per huiusmodi sacramenta", "etiamsi ea rite suscipiant"; deleatur "tantum"15.

Leo XIII (D 1963): sacramenta et significant gratiam quam efficiunt, et efficiunt quam significant.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

39. Probatur ex sacra Scriptura. Singulis sacramentis tribuitur tanquam effectus collatio gratiae sanctificantis. Sic

· CTr 5,963.
« CTr 5.836.
' CTr 5.863.
8 CTr 5.867.
" CTr 5.972.
10 CTr 5.984.
« CTr 5,991.
« CTr 5.836.
13 CTr 5,971.
» CTr 5,984.
18 CTr 5,991.

baptismo tribuitur sanctificatio, mundatio spiritualis (Eph 5,26), regeneratio et renovatio (Tit 3,5), regeneratio et introitus, in regnum caelorum (Io 3,5). *Confirmationi* tribuitur collatio Spiritus Sancti (Act 8,17; 19,6). *Eucharistiae* tribuitur vita et unio cum Christo (Io 6,51-58). *Paenitentiae* tribuitur remissio peccatorum (Io 20,23). *Extremae Unctioni* tribuitur salus et remissio peccatorum (lac 5,14s). *Ordini* tribuitur gratia Dei (2 Tim 1,6). *De matrimonio* res non adeo patet, etsi textus S.Pauli ad Ephesios sine gratia probabilius non intelligitur.

40. Probatur ex traditione, *a)* Patres, loquentes *de singulis sacramentis,* connectunt cum illis collationem gratiae. Sic v.gr. de baptismo S.Theophylus Antiochenus (R 181), Tertullianus (R 303 362), S'.Chrysostomus (R 1179), S.Augustinus (R 1423). Similia possent dici de aliis sacramentis, prout in tractatione particulari singulorum fusius exponetur.

b) Speciali modo loquuntur Patres de collatione gratiae coniuncta cum *impositione manuum.* Sic v.gr. Tertullianus (R 304 362), S.Cyprianus (R 569 595), S.Basilius (R 919), S.Ambrosius (R 1295), S.Hieronymus (R 1359).

c) Patres loquuntur de collatione gratiae in sacramentis *ex virtute Spiritus Sancti,* quae est in illis. Sic v.gr. Tertullianus (R 303), Novatianus (R 607), Aphraates (R 683), S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 835), S.Basilius (R 947), S.Ambrosius (R 1282 1329), S.Augustinus (R 1423 1834), S.Cyrillus Alexandrinus (R 2110).

d) S.Augustinus de omnibus sacramentis Novi Testamenti dicit ea "dare salutem" in oppositione ad sacramenta ATteris Testamenti, quae tantum promittebant Salvatorem (R 1475). Hinc nostra sacramenta sunt "virtute maiora, utilitate meliora" (R 1602).

e~) *Theologi saec.XII,* occasione erroris Berengarii, clarius loquuntur de collatione gratiae, quae est a sacramentis. Id tamen praecipue fit ab Hugone VieroRiNO, qui in ipsa definitione sacramenti includit quod sit "ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiam... Debet enim omne sacramentum... habere sanctificationem, per quam illam contineat et efficax sit ad eandem sanctificandis conferendam" 10. Similiter docet *Summa Sententiarum,* dum sacramentum definit: "Visibilis forma invisibilis gratiae in eo coi-*

,e *De sacramentis* lib.l p.9 cp2: MI/ 176,317s.

latae, quam scilicet confert ipsum sacramentum. Non enim est solummodo sacrae rei signum, sed etiam efficacia" [17]. Tandem Petrus Lombardus ipsum nomen causae introducit: "sacramentum proprie dicitur, quod ita signum est gratiae Dei et invisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat et causa exsistat" [18]. Ab hoc tempore omnes theologi loquuntur de collatione gratiae a sacramentis; immo ulterius hanc doctrinam evolvunt, ut postea videbimus [19].

41. Ratio theologica probare nequit sacramenta conferre gratiam. Sed, hac veritate semel supposita ex revelatione positiva, explicare potest convenientissimum fuisse ut gratia daretur hominibus per signa aliqua sensibilia, quae apprime respondent ipsorum hominum naturae. Fuisse etiam valde conveniens, ut in oeconomia gratiae et salutis supernaturalis, gratia non a solis actibus humanis penderet, sed facilius et securius donaretur.

Thesis 5. Gratia sacramentalis nihil aliud est nisi ipsa gratia sanctificans, quatenus ut per tale sacramentum collata, annexum habet ius ad specialia auxilia divina, quae fini illius sacramenti correspondent.

S.Th., 3 q.62 a.2; Suárez, *In 3* q.62 disp.7 s.2; Lennerz, 273-281; Puig, 160-168.

42. Nexus. Diximus in thesi praecedenti, per sacramenta conferri gratiam sanctificantem. Quia autem gratia sanctificans confertur etiam sine sacramentis, quaeritur quaenam sit differentia inter utramque hanc gratiam. Praeterea gratia, quae confertur a sacramentis, non ab uno sed a septem sacramentis diversis confertur. Videtur ergo esse aliqua differentia inter gratias prout a diversis sacramentis datur; secus enim sufficeret unicum sacramentum. Haec nunc explicanda sunt.

43. Notiones. Gratia sacramentalis, scilicet gratia quam sacramentum et significat et confert.

Ipsa gratia sanctificans, seu gratia habitualis, quae in Iustificatione datur cum virtutibus infusis, donis Spiritus Sancti et infusione ipsius Spiritus Sancti ad inhabitandam animam.

17 *Summa Sententiarum* tr.4 cp.1: ML 176,117.
18 *Sententiae* 4 d.1 n.2.
19 Inter scholasticos huius temporis tantum fuit specialis difficultas pro sacramento matrimonii, quod putabant fuisse tantum in remedium concupiscentiae et ad conservandam gratiam, non ad illam dandam. Cf. Lennerz, 272.

Quatenus annexum habet ius. Sic explicatur quid discriminet gratiam sacramentalem a gratia extrasacramentali. Quod proinde non est ipsa entitas gratiae, sed connexio cum gratiis actualibus, quae diversae sunt a gratiis connaturalibus statui gratiae ut sic[1].

Specialia auxilia divina habentur diversa in unoquoque sacramento (ut per tale sacramentum collata), et dignoscuntur ex fine uniuscuiusque. Scilicet gratia sacramentalis baptismi v.gr., est gratia sanctificans cum annexo iure ad hoc ut Deus baptizato concedat illas speciales gratias actuales, quae correspondent fini propter quem institutus est baptismus. Haec autem *auxilia* dabuntur tempore opportuno, id est cum a fine sacramenti exigantur; *ius* vero ad illa est permanens, prout radicatum in gratia habituali, et sic cum ipsa amittitur.

Fini illius sacramenti. Nam unumquodque sacramentum finem peculiarem habet. Finis uniuscuiusque sacramenti explicatur a Conc.Florentino in Decreto pro Armenis (D 695).

44. Adversarii. *Quidam veteres,* iuxta S.Bonaventuram[2], tenuerunt gratiam sacramentalem addere supra gratiam sanctificantem communem, habitum specialem, realiter a gratia distinctum. Quibus satis accedit recenter Billot, tenens gratiam sacramentalem "addere super gratiam communiter dictam dispositiones quasdam habituales plus minusve imminutivas concupiscentiae in variis et multiplicibus ramificationibus eius"[3].

Iuxta alios theologos, gratia sacramentalis addit gratiae communi actualia auxilia ad effectum proprium sacramenti. Sic Caietanus, Soto, Gonet[4].

1 Quamvis terminologia non eadem est nec semper firma invenitur apud omnes theologos, idem sentire videntur auctores qui loquuntur de speciali modo aut formalitate gratiae communis, ut Ioannes a S.Thoma *(De sacramentis* disp.24 a.2), Salmanticenses *(De sacramentis* tr.22 disp.4 dub.9). Sic Billuart *(De sacramentis in communi* diss.3 a.5) scribit: "Gratia sacramentalis est *novus modus* intrinsecus perfectionis, seu specialis vigor gratiae communiter dictae superadditus, *cum ordine seu exigentia et iure* ad auxilium actuale suo tempore conferendum".

2 *In 4* d.1 n.1 a.un. q.6 (ed. Quaracchi 4,27).

3 *De Ecclesiae sacramentis* 1,95.

4 Caietanus, *In* 3 q.62 a.2; Soto, *In 4* d.1 q.3 a.2; Gonet, *Clypeus theologiae thomisticae* t.5 disp.5 a.6; alii. Nota tamen nihil aliud fortasse intendere hos auctores nisi quod in thesi dicimus, etsi videantur loqui de auxiliis actualibus, non de iure ad ipsa. Sic v.gr. Suárez *(In 3* q.62 disp.7 s.3 n.5), iuxta quem gratia sacramentalis est "ipsamet gratia communis, quatenus per tale sacramentum datur et ordinatur ad talem finem et quatenus sub ea ratione *illi respondet ac debetur* ex divina institutione tale auxilium" (quae est nostra sententia), thesim ita ponit: "Gratia sacramentalis addit supra gratiam virtutum et donorum *aliquod speciale auxilium* gratiae ordinatum ad proprium finem sacramenti." Eodem modo Lugo *(De sacramentis in genere* disp.4 s.3 n.19). qui explicat gratiam sacramentalem ex gratia habituali "cum speciali *titulo et*

45. Doctrina Ecclesiae. Pius XI (D 2237) hac utitur sententia in explicanda gratia sacramentali matrimonii.

Valor theologicus. *Longe communior et probabilior.*

46. Argumentum, a) Gratia sacramentalis aliquid addit supra gratiam communem. Atqui non addit novum habitum, neque sola auxilia divina actualia. Ergo novum titulum seu ius ad illa auxilia habenda.

Mai. Gratia sacramentalis confertur a sacramento. Ergo aliquam relationem essentialem dicit ad illud, quam gratia extrasacramentalis non dicit. Ergo non est sola gratia communis, sed aliquid addit supra illam.

Min. Novus habitus (de quo ceterum nihil est in fontibus revelationis) esset superfluus; per alios enim habitus infusos habetur quidquid per hunc obtineri posset. Auxilia divina actualia sola, id est sine novo titulo vel iure ad illa, non apparet quomodo possint dici collata per sacramentum ; nulla enim est obiectiva ratio cur huic sacramento potius tribuantur quam aliis operibus.

t) Gratia sacramentalis nequit esse eadem in singulis sacramentis, sed pro unoquoque debet esse diversa. Atqui hae^ diversitas nequit explicari nisi ex titulo et iure ad auxilia divina, quae unicuique sacramento conveniant. Ergo gratia sacramentalis explicatur ex illis iuribus gratiae sanctificanti superadditis.

Mai. Si gratia sacramentalis esset eadem in singulis sacramentis, sacramenta in quantum sunt signa practica gratiae non essent plura, sed unum. Plura enim sunt sacramenta, quia unumquodque eorum diversum finem habet, quem obtinere debet in quantum est hoc determinatum signum practicum et non aliud.

Min. Omnis gratia sacramentalis explicatur, ut probavimus, ex titulo et iure ad specialia auxilia actualia. Ergo differentia inter diversas gratias sacramentales ex differentia inter illos titulos vel iura explicanda est[5].

47. Corollarium. Ita bene intelligitur *sacramenta conferre gratiam quam significant.* Unumquodque enim sacramentum gratiam diversam significat. Sic baptismus significat gratiam regenerativam ; confirmatio gratiam roborativam ;

iure ad auxilia divina", thcsim ita statuit: "gratiam sacramentalem super gratiam habitualem addere *solum specialia auxilia divina* ad aliquos actus".

6 Dc gratia sacramentali, cf. E.Neveut, *La grâce sacramentelle:* DivThom (Pi) 38 (1935) 249-285; Brazzarola, *La natura della gracia sacramentale nella dottrina di S.Tommasso* (Grottaferrata 1941).

Eucharistia gratiam nutritivam ; paenitentia gratiam resuscitativam; extrema unctio gratiam sanativam; ordo gratiam potestativam in membra Corporis Mystici ; matrimonium gratiam membrorum eiusdem Corporis Mystici reproductivam.

48. Obiectiones. 1. Gratia quaelibet, etiam extrasacramentalis, confert ius ad omnia auxilia divina, quae ad bene agendum requiruntur. Ergo in hoc non differt gratia sacramentalis a gratia communi.

Dist. antec. Gratia quaelibet confert ad auxilia divina ius generice et universaliter, *conc. antec.;* gratia quaelibet confert ius speciatim secundum diversas necessitates et opportunitates, *subdist.:* confert illud ius ex extrinseca tantum providentia Dei, *conc. antec.;* confert illud ius ex ipsa obiectiva realitate, *nego antec. Pariter dist. cons.* Gratia sacramentalis non differt a gratia communi in iure generico ad auxilia divina, *conc. cons.;* non differt in iure speciali, *subdist.:* quod ex mera providentia Dei habetur, *conc. cons.;* quod habetur ex realitate obiectiva sacramenti, *nego cons.*

Status gratiae fert sccum generale aliquod ius ad gratias necessarias ad bene agendum. Id valet etiam in sententia quae tenet auxilium speciale ad perseverandum esse diversum a summa gratiarum actualium, quae statui gratiae connaturaliter debentur·, quatenus Deus specialem providentiam habet de his qui filii Ipsius sunt. Ille titulus generalis fit particularis urgente praecepto vel gravi tentatione ; sed, ut diximus, fundatur in sola providentia Dei et secum fert auxilium quod saepe non est nisi remote sufficiens. Ius autem quod confert gratia sacramentalis est speciale ad illa auxilia, quae fini uniuscuiusque sacramenti conveniunt, et confertur vi ipsius sacramenti ex opere operato, atque, ut videtur, est semper saltem proxime sufficiens'. Unde auxilium hoc et securius atque abundantius datur et facilius obtinetur.

2. Ius ad auxilia divina, quod a gratia sacramentali daretur, vel esset ad auxilia efficacia, vel ad auxilia sufficientia. Atqui neutrum dici potest. Ergo gratia sacramentalis nequit explicari per iura ad specialia auxilia. *Min.* Non est ius ad auxilia efficacia; quia tunc recipiens sacramentum iam non peccaret unquam. Non est ius ad auxilia sufficientia; quia illud iam habetur etiam sine sacramento.

Ad mai. do tertium: est ius ad auxilia, quae aliquando erunt efficacia, aliquando mere sufficientia; hoc enim non pendet a gratia sacramentali, sed ab aliis principiis. *Ad probationem minoris dist.* Nequit esse ius ad auxilia efficacia, id est quae semper sint efficacia, *conc.* ex adiccta ratione ; nequit esse ius ad auxilia, quae aliquando sint efficacia, *nego.* Hoc etiam sensu nego quod nequeat esse ius ad auxilia sufficientia. *Et probationem huius asserti dist.* Auxilium sufficiens iam habetur sine sacramento semper et pro tota universalitate actuum bonorum, *nego;* possunt haberi absolute aliqua

« Cf. SThS 3'.3,60.

7 Putat quidem A.VermEERSch *(Annotationes ad* IStir.vH. *"Casti Connubii":* Per 20. [1931] 50). auxilium illud posse esse etiam quandoque remote sufficiens; idque ideo quia Pius XI in textu citato (D 2237) loquatur de gratia sacramentali concedente ius ad auxilium gratiae actualis *impetrandum* cum urgeat praeceptum. Sed putamus verbum "impetrare" ibi non usurpari pro impetratione stricte dicta, sed pro generali obtentione auxilii. Cf. PuiC, 165 nota 17.

auxilia, *subdist.:* sive proxime sive remote sufficientia, *conc.";* proxime sufficientia, *iterum dist.:* quae cientur ex providentia Dei, *conc.;* quae dentur ex ipsa obiectiva realitate sacramenti, ac proinde securius, abundantius et facilius, *nego.*

49. Scholion. *De sacramentis vivorum et mortuorum.* Ex diversa gratia significata per diversa sacramenta facile colligitur aliqua sacramenta conferre gratiam primam, alia gratiam secundam; illa enim per se supponunt in anima privationem gratiae sanctificantis, haec autem gratiam in anima supponunt eamque augent. Sacramenta ergo quae per se et primario conferunt gratiam primam, dicuntur sacramenta mortuorum; sacramenta, quae per se et primario conferunt gratiam secundam, dicuntur sacramenta vivorum. Quaeritur vero a theologis, utrum sacramenta possint conferre gratiam illam, ad quam per se et primario non sunt ordinata. Et quidem quod sacramenta mortuorum possint conferre gratiam secundam cum subiectum illa recipiens iam est in statu gratiae, certum est. Quod autem sacramenta vivorum possint aliquando conferre gratiam primam, valde disputatur inter theologos, sed probabilius affirmandum videtur [9].

ARTICULUS II

De effectu speciali quorundam sacramentorum

50. Praeter collationem gratiae, quae omnibus sacramentis tribuitur, alius effectus tantum de aliquibus sacramentis affirmandus est ex doctrina Ecclesiae. Hic effectus vocatur character sacramentalis, qui producitur a baptismo, confirmatione et ordine.

De illo nunc agimus, investigantes primum eius exsistentiam, deinde eius naturam.

Thesis 6. Baptismus, confirmatio et ordo imprimunt characterem in anima.

S.Th., 3 q.63 a.Ss; Lennerz, 282-317; LerchEr-Dander, 36-41; Puig, 188-199.

51. Notiones. Character definitur a Conc.Tridentino (D 852): "signum quoddam spirituale et indelebile". Dicitur *signum,* scilicet aliquid distinguens et fideles ab infidelibus et fideles inter se. Character vi vocis (a χαράσσειν, insculpere) est nota impressa seu incisa in aliqua re, v.gr. in moneta; quae potest esse vel ^scriptura quaedam aut figura linealis, vel imago aut configuratio alicuius (sic usurpatur in Hebr 1,3); ex nota illa impressa discriminantur entia inter se. *Spirituale*

8 Cf. *De Eucharistia n.277* et th.24.
9 Cf. Puic, 178-187-

dicitur in Oppositione ad materiale, sive sit physicum vel morale, absolutum vel relativum ; a quo nunc praescindimus. *Indelebile,* saltem de facto et in hac vita.

Imprimunt, id est efficiunt seu causant.

In anima, id est in parte spirituali hominis, praescindendo ab ulteriore quaestione de subiecto immediato characteris (utrum scilicet sit substantia animae, an eius facultates).

52. Adversarii. *Protestantes.* Quorum Citf.mnitius dixit characterem inventum fuisse ab Innocentio III.

Doctrina Ecclesiae, a) *Ante Conc.Tridentinum.* Innocentius III (D 411) proponit doctrinam de charactere, non ut novam, sed ut communiter admissam. Eodem modo scribit Gregorius IX[1]: "respondemus quod eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse".

COne.Florentinum in Decreto pro Armenis (D 695) definitionem characteris dat, quam postea desumpsit Tridentinum.

b) *Cone.Tridentinum* sess.7 cn.9 (D 852). De sensu et historia canonis haec sunt dicenda: *Origo canonis* habetur in errore nono prioris elenchi: "in nullo sacramentorum imprimi characterem, sed rem fictitiam esse"[2]. Inter theologos, "quidam optarunt hunc articulum non damnari simpliciter ut haereticum, sed amplexendam contrariam partem veluti probabiliorem. Alii asseruerunt, illum damnandum ut haereticum, et quod sit damnatus..."[3] Patres in hac diversitate sententiarunt "censuerunt damnandum uti proponitur, et quod exprimatur quod iri illis tribus imprimitur: baptismo, confirmatione et ordine" [4]. *Prima redactio* canonis: "si quis dixerit, in tribus sacramentis, baptismo scilicet confirmatione et ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, ratione cuius ea iterari non possunt, anathema sit" [5]. Patribus placuit haec redactio, nisi quod voluerunt ut non diceretur "ratione cuius"; nam ut aliquis eorum adnotavit, "illa non est ratio quare sacramenta illa non reiterantur" [6]. Hinc facta est haec mutatio in secunda canonis redactione. De charactere in Tridentino cf. etiam sess.23 cp.4 (D 960) et cn.4 (D 964).

Nota tam in Decreto pro Armenis quam in sess.7 tridenti-

1 CIC 3X111 (ed.Friedberg 2,124).
2 CTr 5,836.
2 CTr 5,865.
2 CTr 5,971.
» CTr 5,984.
• CTr 5,987.

na, aliquam exprimi connexionem inter characterem et initerabilitatem sacramentorum ; de qua tamen habenda sunt prae oculis ea quae modo diximus in explicatione canonis. Sed in professione fidei tridentina (D 996; cf. etiam D 1470), (servata doctrina de initerabilitate, nihil dicitur expresse de charactere.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

53. Argumentum. Exsistentia characteris expresse et constanter affirmatur per plura saecula ante Conc.Tridentinum, eadem sufficienter exposita apparet in S.Augustino, implicite supponitur in doctrina et in praxi Patrum anteriorum, et; insinuari videtur in sacra Scriptura. Atqui doctrina talibus ornata notis nequit non esse revelata. Ergo ex revelatione constat exsistentia characteris.

Min. Nulla alia ratio dari potest constantiae et universalitatis horum factorum, nisi quod illa doctrina connectatur cum revelatione.

54. *Mai.* a) *Exsistentia characteris expresse et constanter affirmatur per plura saecula ante Tridentinum.* Medio saec.XII iam recurrit sermo de charactere cum agitur de baptismo. Sic Rufinus (ca. 1157-1159) loquitur de charactere militiae Christianae, qui imprimitur in baptismo [7]. Circa finem illius saeculi Alanus de Insulis [8] loquitur de charactere baptismi et Petrus Cantor [9]*de charactere baptismi, confirmationis et ordinis, tamquam de re apud theologos nota. Ipse Petrus Cantor connexionem statuit inter characterem et initerabilitatem sacramenti. In fine saec.XII vel initio saec.XIII Praepositinus loquitur de *signaculo*™, et Robertus Curtonus de *charactere sive signaculo*[11] ; qui etiam elementa alicuius theoriae de natura characteris iam habet. Eodem tempore characterem uniuscuiusque sacramenti explicat Gulfelmus Altissiodorensis [12] ; GuliELMUS Parisiensis dicit in doctrina de charactere iam consensisse doctores[13]* Cuius consensus indicia

’ *Summa* ad c.97 C I q.1. Petrus Lombardus utitur voce “character” *(Sententia* 4 d.6 et 24); sed videtur loqui de ritu externo, qui fit iuxta praescripta a Christo. Cf. S.Th., *In 4* d.24 q.1 a.1 q.2 ad 1.

8 *De articulis catholicae fidei* 4,5: ML 210,614.

° *Summa de sacramentis* (apud F.Brommer, *Dic Lchrc vom sakramentalem Charaktcr in der Scholastik bis Thomas von Aquin inklusive* [Paderborn 1908] 15).

30 Apud Brommer, 14s.

11 Apud Brommer, 16s.

12 *Summa* lib.4 tr.3; cf. Brommer, 48-69.

13 *De sacramento baptismi* 3. De charactere ordinis loquitur cp.7. Ipse etiam connectit cum charactere initerabilitatem sacramenti.

clara afferunt verba citata Innocentii III (D 411) et Gregorii IX, quae iam in Decretalibus huius Pontificis (ca.1230-1234) suscipiuntur.

Medio saec.XIII duae circumferentur definitiones characteris: “definitio Dionysii” (“signum sanctum communionis fidei et sanctae ordinationis, accedenti datum ab hierarcha”) quae tamen nullibi in operibus Ps.Dionysii invenitur[14]; et “definitio magistralis” (“distinctio a charactere aeterno impressa animae rationali secundum imaginem configurans trinitatem creatam Trinitati creanti et recreanti, et distinguens a non configuratis secundum statum fidei”)[15], quae a S.Alberto M. et a S.Thoma late explicatur in locis citatis[16]. Ab hoc tempore doctrina de exsistentia characteris sacramentalis est omnino communis apud theologos, et constanter per tria saecula perseverat usque ad Conc.Tridentinum.

55. b) *Haec doctrina sufficienter proponitur a* S.Augustino. Ipse enim, maxime in controversia cum Donatistis, agnoscit aliquem effectum sacramentorum, qui a gratia et infusione Spiritus Sancti distinctus est (R 1621 1625 1636); qui manet in anima, etiam amissa gratia (R 1621 1637 1867); et est ratio cur sacramentum apostatae vel in haeresi receptum, in huius reconciliatione non iteretur (R 1617 1619 1621). Hunc effectum vocat signaculum[17], characterem dominicum (“et vos oves Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento quod accepistis”)[18], ad modum signi quod ovibus, vel notae quae militibus imprimitur ad eos dignoscendos (R 1619 1713). Hunc characterem certo docet imprimi in baptismo (R 1617 1620) et ordine (R 1617 1620 1642); probabilius etiam in confirmatione (R 1647). Nota denique S.Augustinum doctrinam de initerabilitate horum sacramentorum tradere tanquam pertinentem ad fidem Ecclesiae (R 1623).

56. c) *Exsistentia characteris supponitur implicite in doctrina Patrum praecedentium.* Sic *saec.IV*: S.Ambrosius loquitur de “spiritali signaculo”, quo “in corde signamur” (R 1282 1330 1337). S.Chrysostomus: in baptismo “obsignaris. Quemadmodum enim nota (σφραγὶ) quaedam militibus,

[15] Cf. S.Albertus M., *In 4* d6 a.4; S.Thomas, *In 4* d.4 q.1 a.2 q.1; Scotus, *In 4* d.6 q.9.

[16] Cf. Brommer, 69-77.

[16] In *Summa* recurrit utraque definitio; et quidem introducitur prima his verbis: "a quibusdam character sic definitur” (3 q.63 a.2 dif.3); secunda vero his verbis: “quidam sic definiunt characterem” (3 q.63 a.3).

[17] *Epistola* 185,23: ML 33.803.

[18] *Epistola* 173,3: ML 33,754. Cf. *Sermo ad Caesariensis Ecclesiae plebem* 2: ML 43,691s.

ita fidelibus quoque Spiritus imponitur. Quo fit, ut si ordinem deserueris, perspicuus omnibus fias. ludaei enim signi loco circumcisionem habebant, nos autem pignus Spiritus"[18]. S.Gregorius Nyssenus: "Animam minime illuminatam et regenerationis gratia non ornatam, nescio an angeli suscipiant, postquam fuerit a corpore separata. Quomodo enim cum non sit obsignata, nec ullum ferat signum sui Domini?"[20] S.Gregorius Naziancenus dicit baptismum vocari sigillum "quia conservatio est ac dominationis obsignatio"[21]. Fidelem per baptismum dicit esse signatum unctione et Spiritu, "quemadmodum olim Israel nocturno illo cruore, qui primogenitos tuebatur..." Quod quidem magni momenti est pro securitate; "pecus enim signata non facile insidiis appetitur; quae autem minime signata est, a furibus facile capi potest"[22]. S.Basilius vocat baptismum *"sigillum,* quod nullo conatu frangi potest" (R 968),[23]. S.Cyrillus Hierosolymitanus loquitur eodem modo de "signaculo sancto, indissolubili" baptismi, et de "signaculo indelebili"[24], de "mystico signaculo"[25], de "salutari et admirabili sigillo, quod contremiscunt daemones et agnoscunt angeli" (R 808), de "signaculo communicationis Sancti Spiritus" in baptismo[20], de "signaculo Dei", quo efficimur "effigies signaculi, sanctificatio Dei" (R 847). luxta S.Athanasium, "sigillum signantis Christi effigiem servat, cuius qui signantur participes effecti, ad eam conformantur... Hoc autem modo signati, convenienter divinae naturae consortes reddimur"[27]. S.Ephraëm: "Spiritus Sanctus oleo signum suum ovibus suis imprimit" (R 712).

Saec.III. S.Cyprianus loquitur de "signaculo dominico" in confirmatione (R 595). Quod idem dixerat Clemens Alexandrinus[28]. Tertullianus baptismum vocat "signaculum"[29], "signaculum fidei"[30]; loquitur de "signaculo lavacri"[31]. Pro S.Hippolyto quoque baptismus est "signaculum a Christo datum fidelibus", sicut signum bestiae quod Antichristus suis asseclis dabit"[32].

19 *In 2 Cor* hom.7: MG 61,418.
20 *Adversus eos qui differunt baptismum:* MG 46,423.
21 *Oratio* 40,4: MG 36,363.
23 *Oratio* 40,15: MG 36,378.
23 Cf. etiam in eadem homilia n.4: MG 314,31.
21 *Procatechesis* 16s: MG 33.359 366.
25 *Catecheses* 1,2: MG 33.371.
28 *Catecheses* 18.33: MG 33,1055.
27 *Epistola 1 ad Serapionem* 23: MG 26,586.
28 *Quis dives salvetur* 42: MG 9,647.
29 *De spectaculis* 4: MI, 1,709.
30 *De spectaculis* 28: MI, 1 734.
31 *Dc pudicitia-* 9: MI, 2,998.
33 *De Antichristo* 6: MG 10,734.

Saec.II·. Similem loquendi modum noverat Theodotus, baptismum vocans "sigillum"[33]; qui noverat etiam analogiam inter "sigillum veritatis", quo stigmata Christi nobiscum portamus, et imaginem numismatis atque signaculum animalium[34]. Abercius in suo epitaphio loquitur de Christianis romanis ut de populo "splendido sigillo insigni" (R 187). De "sigillo" est etiam sermo in *Pastore* Hermae (R 92) et in 2.a *Clementis*[35].

Haec omnia, si simul considerentur, doctrinam implicitam, quamvis nondum satis evolutam, de charactere continent.

57. d) *Eadem doctrina implicite continetur in praxi eiusdem temporis.* Orta saec.IH magna controversia de rebaptizandis haereticis, omnes, qui in utramque partem disputabant, baptismum validum non posse iterari 'agnoscebant, quod semper in tota controversia supponebatur. Quaestio tota erat utrum baptismus ab haereticis collatus, esset validus, necne (cf. R 593 592a). lam vero hoc factum supponit implicite doctrinam de charactere. Non enim solum in Conc.Tridentino, sed etiam in Florentino, in theologis, in S.Augustino, in aliis, exsistentia characteris coniungitur cum initerabilitate sacramenti[36]. Similia dicuntur etiam, in eadem controversia de confirmatione et ordine.

58. e) *Exsistentia characteris in sacra Scriptura insinuatur.* Citantur iam a Patribus et deinde a theologis Eph 1,13 *(in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto)* simul cum 4,30 *(in quo signati estis in diem redemptionis)* et 2 Cor 1,2Is *(qui et signavit nos)*[37]. Quae Patrum expositio despicienda non est, quamvis hi textus, prout in seipsisi sunt, hodie aliter exponantur. Scilicet 2 Cor 1,21s de collatione muneris apostolici ; Eph 1,13 et 4,30 de Spiritu Sancto inhabitante per gratiam[38].

59. Ratio theologica. Baptismus, confirmatio et ordo sunt sacramenta, quibus christiani directe ad cultum Dei de-

33 *Excerpta,* apud Clementem Alexandrinum 83: MG 9,695; *Eglogac ex scripturis propheticis,* apud eundem, 12: MG 9,703.
34 *Excerpta,* 86: MG 9,698.
35 Ps.Clemens, 2.* *epistola ad Corinthios* 7.6; 8,6.
36 Coniunctionis factum asserimus, non naturam, quasi unica ratio initerabilitatis esset character; de quo non constat.
37 Cf. S.Athanasius, *Epistola* 1.» *ad Serapionem* 23: MG 23,583; S.Cyrillus Hierosolymitanus. *Catecheses* 17,35: MG 33,1010; S.Chrysostomus, *In 2 Cor* hom.4,7: MG 61.418; *In Eph* hom.2,1 : MG 62,18; S.Ambrosius, *Dc Spiritu Sancto* 6,78ss: ML 16,723. Cf. S.Th., 3 q.63 a.1; SuArEZ, *In 3* q.63 a.1 et a.3.
38 Cf. R.CornEly, *Commentarius in epistolam ad Corinthios alteram3* 49s; I.KnabEnbauer, *Commentarius in epistolam ad Ephesios* 54ss,

putantur. Atqui omnes, qui ad aliquod munus deputantur, solent nota aliqua publica consignari. Ergo per haec tria sacramenta datur character.

Mai. patet de ordine; per baptismum autem ingressi in Ecclesiam accipimus potestatem Dei colendi christiano et supernatural! modo; per confirmationem vero accipimus potestatem fidem et cultum Dei defendendi. Cf. S.Th., 3 q.72 a.5 38.

60. Obiectiones. 1. 'Sigillum et signaculum apud Patres intelligi potest de ipsa gratia vel de ipso sacramento. Ergo non de charactere.

Dist. antec. Sigillum et signaculum apud Patres potest intelligi aliquando de gratia, *conc. antec.;* semper, *nego antec.* Saepe enim loquuntur de signaculo remanente in apostasia, recepto illicite ab haereticis, et similibus. *Rursus dist. antec.* Signaculum intelligi potest de ipso sacramento, quia causam designant pro effectu, *conc. antec.;* quia intelligunt loqui de sola causa, *nego antec.* Quod patet ideo quia loquuntur de signaculo perseverante, non transeunte sicut transit sacramentum.

2. Character aut est sensibilis aut est inutilis. Atqui sensibilis non est. Ergo est inutilis. *Mai.* Character debet esse signum, quo distinguatur et discernatur ab aliis ille qui eo est munitus. Atqui haec praestare nequit nisi sit sensibilis. Ergo character aut est sensibilis aut est inutilis.

Nego mai. Et ad eius probationem nego suppositum, scilicet munus characteris esse tantum discriminativum, ut statim videbimus. *Minorem prioris syllogismi dist.* Character non est sensibilis per seipsum, *conc, min.;* non est sensibilis per sacramentum exterius receptum, *nego min.* Cf. 3 q.63 a.1 ad 2.

61. Scholion 1. *De munere characteris* M. *a)* Character sacramentalis est *signum distinctivum.* SS.Patres, ut vidimus, characterem designant tanquam notam propriam illius, qui ad Christum pertinet, sicut ex nota sensibiliter impressa discernitur cuius sit aliqua ovis (supra Theodotus, S.Gregorius Naziancenus, R 712 1713), sive cuinam regi militet aliquis miles (S.Augustinus, R 1619 1713), vel etiam sicut ex externa circumcisione sciebatur quisnam ad populum Dei pertineret (S.Chrysostomus), sive ex sanguine postibus apposito quaenam essent domus hebraeorum (S.Gregorius Naziancenus). Ubi primum exsistentia characteris a theologis determinata est, in ipsa eius definitione "magistrali" character designatur ut "distinguens a non configuratis secundum statum fidei". Quod explicat Halensis: "per hoc [quia character assimilât Deo] distinguit ab his qui non sunt de grege, vel etiam distinctionem facit in eodem grege secundum aliam et aliam rationem assimilandi" ". Quod item ulterius a 40

39 Cf. Suâîîùz. *In 3* q.63 disp.1 n.6; Luco, *De sacramentis in genere* disp.6 s.1 n.8s.12ss.

40 Cf. Lennerîz, 319-336: B.Durst. *Dc characteribus sacratncntaJibux:* XenThom 2 (1925) 541-581; G von IIot.tum, Kon *sakramentalem Charakter:* ThGI 18 (1926) 687-692.

41 *Summa* p.4 q.8 m.8 a.1 § 2. Similia habet S.Bonaventura, *In 4* d.6 p.1 a.un. q.2.

S.Bonaventura explicatur: "Tres sunt status fidei, scilicet genitae, roboratae et iam multiplicatae; et secundum hoc attenditur triplex distinctio in populo, scilicet bonorum a malis [quae habetur per characterem baptismi, "quia ibi fides gignitur et homo ab Aegyptiis separatur"], fortium ab infirmis [quae habetur per characterem confirmationis, "quia ibi fides roboratur et ut pugil inungitur homo ad praeliandum et ab infirmis discernitur"], clericorum a laicis [quod habetur per characterem ordinis, quia ibi "homo ut sanctus ad ministerium templi a laicis separatur"]"". S.Thomas idem docet in 3 q.63 a.3 ad 3; q.72 a.S ad 1; quae iam docuerat *In 4* d.4 q.1 et a.2 q.2 ad 1". luxfa hanc communem theologorum doctrinam, decretum por Armenis definit characterem sacramentalem "spirituale" quoddam signum a ceteris distinctivum" (D 965).

62. *b)* Character sacramentalis est *signum assimilativum Del configurativum.* Id etiam, insinuatum a Patribus, v.gr. a S.Cyrillo Hierosolymitano (R 847) et a S.Ambrosio (R 1282), expresse affirmabat definitio "magistralis": "configurans trinitatem creatam Trinitati creanti et recreanti". In Summa Halensis haec configuratio inde habetur quod character disponit ad gratiam, quae est similitudo Dei[43] S.Bonaventura hanc assimilationem "per unius qualitatis imitationem" sic explicat: "Magis proprie configurat tale signaculum Christo; unde cum Christus triplex habuerit officium, scilicet ministri in agendo, pugilis in patiendo, redemptoris in moriendo, triplex fuit sacramentum, secundum quod homo Christo configuratur his tribus modis; unde tantum triplex est sacramentum, in quo fit characteris impressio. Nam baptismus configurat morienti et redimenti, unde consepelitur homo in mortem; confirmatio configurat patienti et pugnanti, ideo signum crucis fit in fronte; sed ordo configurat ministranti et operanti"[44]. S.Thomas configurationem exponit ad sacerdotium Christi, cuius sacerdotii est character sacramentalis quaedam participatio (3 q.63 a.3 et 5); haec autem participatio ideo per characterem habetur, quia charactere signantur homines in quantum ad cultum verum Deo dandum deputantur (3 q.63 a.1) et ad eum quandam spiritualem potentiam instrumentalem accipiunt (3 q.63 a.2) *›.

63. *c)* Character sacramentalis est signum *gratiae.* Relatio aliqua inter characterem et gratiam docetur a theologis iam ab initio. Gulielmus Parisiensis eam explicat ex eo quod character sit signum ad cuius praesentiam Deus concedit gratiam, fere sicut dispensator regius dona regis dat illi qui chartam sigillo regio signatam ostendit[4']. Pro Gulielmo Altissiodorensi character est ultima praeparatio ad gratiam ". Alexander Halensis tenet characterem disponere ad

42 *In 4* d.6 p.1 a un. q.4. Similia apud AiÆxandrum Haiknskm, *Summa* p.4 q.8 m.8 a.1 § 7.

43 Hugo a S.Caro distinxerat *characterem discretionis,* "qui datur in baptismo et in confirmatione roboratur, quo discernuntur Christiani a non Christianis" ct *characterem excellentiae,* "qui datur in ordine ministris Ecclesiae, qui alios debent excellere" (apud Brommer, 67 nota 2).

44 *Summa* p.4 q.8 m.8 a.1.

43 *In 4* d.24 p.2 a.1 q.2 ad 2.

44 Doctrinam hanc supponit Pius XI in *Encycl. "Casti Connubii"* (D 2238), loquens de vita Christiana in matrimonio vi gratiae sacramentalis.

47 *De sacramento baptismi* 3: *Opera* (ed.Parisiis 1624. 1,422).

43 Apud BrommEr, 60 nota 2; qui similia affert de Hugone a S.Caro.

susceptionem gratiae et huius esse signum ", Quae est etiam sententia S.Thomae; qui tamen, cum in *Commentario ad Sententias* expresse dixisset characterem esse causam dispositivam gratiae *(In 4* d.1 a.1 ad 4 et ad 5), in *Summa* tenet characterem disponere immediate et directe ad cultum divinum, et hinc remote et indirecte ad gratiam, quia ea quae sunt cultus divini idonee non fiunt nisi ab habentibus gratiam (3 q.63 a.4 ad 1). Quibus ultimis verbis de dispositione tantum morali et remota sermo esse videtur. Ceterum haec quaestio satis connectitur cum quaestione de natura intima causalitatis gratiae in sacramentis. x

64. *d)* Character sacramentalis est *res et sacramentum*l*: Ita docet S.Thomas in 3 q.63 a.3 ad 2: "character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, et est sacramentum respectu ultimi effectus", scilicet gratiae quam significat. Cf. 3 q.66 a.1. Hic modus loquendi, qui primo dicebatur de Eucharistia'l, ipso iam saec.XH ad omnia sacramenta extenditur. Sic autem explicatur: "sacramentum" dicitur id quod est signum seu significat; "res" dicitur id quod significatur per sacramentum et ab eo dependet; "sacramentum tantum" dicitur id quod significat et non significatur; "res tantum" id quod significatur et nullo modo significat; "res et sacramentum" id quod significatur per "sacramentum tantum" et ab eo dependet, quodque ulterius significat et aliquo modo causât "rem tantum". Sic ergo "sacramentum tantum" est ritus sensibilis, "res tantum" est gratia sacramentalis; "res et sacramentum" diversimode dicitur in diversis sacramentis. In his vero sacramentis, quae imprimunt characterem, ipse character appellatur "res et sacramentum"; in Eucharistia ita appellatur realis Christi praesentia; in matrimonio, ipsum vinculum conjugale. In paenitentia et extrema unctione appellatio haec dificillior est, nisi recurramus ad ornatum aliquem praevium gratiae, prout volunt illi theologi qui causalitatem dispositivam sacramentorum defendunt. Hunc ornatum noverat S.Thomas iunior (cf. *In 4* d.1 q.1 a.4 sol.1); eius tamen non amplius meminit in *Summa* (cf. tamen 3 q.84 a.1 ad 3)

65. Scholion 2. *De natura physica characteris*3. *A)* Character sacramentalis non est tantum quaedam relatio rationis, per quam ex institutione vel pactione divina homo deputetur ad cultum Dei, ut voluit DurandusM; neque est quoddam ens tantum morale, ut tenuit Drouven", dicens ita sentire canonistas communiter||". Sed est quoddam *ens physicum absolutum,* fundans relationes quas character importat; quod ens convenienter dicitur esse qualitas. Sic sentiunt theologi communiter",51

40 *Summa* p.4 q.8 m.8 a.1 § 4.

00 Cf. Lerciier-DandEr, 59s.

51 Cf. *Summa Sententiarum* tr.6,3: ML 176,340; Petrus Lombardus, *Sententiae* 4 d.8; Innocentius III (D 415).

82 Cf. B.T.ArcenuEU. *La doctrine de saint Thomas d'Aquin sur le charactère sacramentel dans les Sentences:* RevThom 12 (1929) 219-233; *La doctrine du charactère sacramentel de la Somme:* RevThom 12 (1929) 289-302; E-Doronzo, 318-338; I.BonETTI, *"Res et sacramentum" nella concezione tomista dei sacramenti:* DivThom (Pi) 29 (1952) 228-237.

83 Cf. Lennêrz, 337-345.

M In 4 d.4 q.1.

65 De re sacramentaria lib.1 q.5 § 3.

M Cf. Van Espen, *luris ecclesiastici universi* p.2 tit.1 cp.1.

07 Cf. SuXrEz, *In 3* q.63 disp.11 s.2; qui tamen excedere videtur in qualificatione Durandi, quidquid contra Vâzquez teneat Luco, *De sacramentis in genere*

b) *De subiecto characteris,* in quo sit haec qualitas, disputant theologi. Et quidem probabilius fortasse dici potest characterem non esse in tribus animae potentiis[58], neque in voluntate[50], neque in intellectu "°, sed in substantia animae[51]. Ratio autem est, quod character directe et immediate non perficiat animam in ordine ad operationem, sed in ordine ad ornatum et sigillationem ipsius.

c) Character sacramentalis est *qualitas indelebilis* in vita, ut Conc.Tridentinum definivit (D 852). Id ipsum valere in aeternum, est communis sententia theologorum. Quam S.Thomas (3 q.63 a.5) inde probat, quod character sacramentalis est quaedam participatio sacerdotii Christi ; cum autem hoc sacerdotium sit aeternum, sanctificatio etiam, quae ex participatione eius habetur, aeterna dicenda est, si subiectum in aeternum maneat sicut anima de facto manet “.

ARTICULUS III

De modo efficientiae sacramentalis

66. Diximus sacramenta omnia gratiam conferre, quaedam etiam characterem sacramentalem. Modus autem, quo haec a sacramentis dependent in sua exsistentia, est omnino specialis. Haec enim conferunt sacramenta *ex opere operato.* Quod iam nobis explicandum est.

Thesis 7. Sacramenta Novae Legis non ponentibus obicem gratiam conferunt ex opere operato.

S.Th., 3 q.62 a.36; LenxErz, 354-395; Lercmer-Dander. 48-54; Pvic, 103-123.

67. Notiones. Obex dicitur impedimentum, quod ab adulto suscipiente sacramentum offertur infusioni gratiae. In sacramentis vivorum obex est conscientia status peccati mortalis ; in sacramentis mortuorum est defectus internae paenitentiae.

Gratiam, scilicet sacramentalem. Sed nota eadem, quae de[80]

disp.6 s.2 n.19-23. In quanam vero qualitatis specie reponendus sit character, late disputatur a SuArez, *ibid,* s.3 et a Luco, *ibid.* s.3.

08 Sic HalEnsis, *Summa* p.4 q.8 m.8 a.l § 3; S.Bonaventura, *In 4* d.6 p.l a.un. q.3; S Albertus M., *In 4* d.6 a.4 coi. ad 8 q.9.

w Sic Scotus. *In 4* d.6 q.1l.

80 Sic S.Th., 3 q.63 a.4 et plures thomistae apud Salas, *In 1·2* tr.2 disp.8 s.3 n.70. Cf. etiam Lercher-Dander, 46.

61 Sic Bellarminus, *De sacramentis in genere* 2.19; SuXrez, *In 3* q.63 disp.1l s.4 n.9; Luco, *De sacramentis in genere* disp.6 s.4 n.55.

82 De charactere, cf. Pourrat,.Z,α *théologie sacramentaire* 185-231; F.Gillmann, *Der sakramcntale Charaktcr bei den Glossatorcn Rufinus, lohanncs Favcntinus, Sikard von Cremona, Huguccio und in der Glossa ordinaria des Dekrcts:* Kath 90 (1910, I) 300-313; M.Jugie. *La doctrine du caractère sacramentel dans ΓEglise greco-russc:* EchOr 31 (1928) 17-53; B.T.d'Argenlieu. *La doctrine d'Albert le Grand sur le caractère sacramentel:* RevThom 11 (1928) 295-311.479-496; *Note sur deux définitions m'cdiévalcs du caractère sacramentel:* RevThom 11 (1928) 271-275

gratia dicimus, valere pari modo de charactere, pro quo tamen obex nunquam poni potest; ideoque sacramentum validum, si hunc effectum producit, illum semper producit.

Ex OPERE operato, scilicet non vi dispositionis subiectivae {ex opere operantis), sed vi ipsius sacramenti. Gratia enim datur quandoque ideo quia homo fecit aliquem actum qui illam merebatur, vel quo illam impetrabat; tunc ille actus subiective consideratur, prout a tali persona positus est, et vocatur *opus operantis.* Sed quandoque gratia datur ideo quia tale opus positum est, praescindendo a meritis subiectivis personarum quae in illud faciendum influxerunt ; tunc illud opus obiective consideratur et vocatur *opus operatum.* Unde dicimus sacramentum conferre gratiam quia tale opus est obiective, independenter a meritis suscipientis et ministri. Non tamen negamus requiri dispositiones aliquas in recipiente sacramentum [1]; sed dispositiones illae, prout sunt actus meritorii, non influunt in collationem huius gratiae de qua nunc agimus.

68. Doctrina Ecclesiae. *Canc.Tridentinum* sess.7 cn.6 (D 849) et 8 (D 851). In cn.6 definitur sacramenta non ponentibus obicem gratiam conferre, paululum mutata formula Decreti pro Armenis (D 695), ut pressius damnaretur error Lutheri (D 741).

In cn.8 definitur sacramenta conferre gratiam ex opere operato. Cuius canonis historia et sensus sid determinari possunt. Ortus est canon ex 7 errore prioris elenchi theologis propositi : "sacramentis dari tantummodo gratiam credentibus sibi remitti peccata" [2], et ex errore 5 : "sacramenta numquam gratiam aut remissionem peccatorum dedisse, sed solam fidem sacramenti" [3]* De errore septimo censuerunt aliqui Patres "non damnandum esse sine aliqua declaratione, cum accedens ad sacramenta suscipienda credere debeat per ea sibi remitti peccata, praesertim in baptismo et paenitentia" \ Pro errore quinto quidam Patres proposuerunt hanc formam: "per sacramentum nunquam gratiam aut remissionem peccatorum datam fuisse, sed per solam fidem sacramenti" [5]. Prima redactio canonis: "si quis dixerit, per ipsa sacramentorum opera nullo modo conferri gratiam, sed solam fidem divinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit" °. Verba

1 Cf. Mîlakchton, *Apologia Confessionis Augustanae,* a.13.
3 CTr 5.936.
3 CTr 5,836.
« CTr 5,971.
» CTr 5,971.
« CTr 5,984.

"per ipsa sacramentorum, opera" erant verba Lutheri et ideo nonnullis Concilii Patribus placebant. Sed multis aliis displicuerunt, qui varias formulas proposuerunt: "per ipsa sacramenta", "per ipsa sacramenta tanquam instrumenta", "per sacramenta ex opere operato", "per usum sacramentorum", "per opus operatum sacramentorum", "ex vi, virtute ipsorum sacramentorum" [7]; quibus omnibus formulis intendebant Patres validius affirmare collationem gratiae tribuendam esse ipsi ritui sacramentali. Hinc desumpta est in definitiva redactione canonis formula: "per ipsa sacramenta ex opere operato".

Quia sacramenta conferunt gratiam ex seipsis, non ex meritis ministri aut suscipientis, dicuntur in cn.6 gratiam "continere", desumpta formula immediate) ex Decreto pro Armenis (D 695).

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

69. Probatur ex sacra Scriptura. Ubi in Scriptura sermo est de sacramentis, collatio gratiae non tribuitur actibus subiecti aut ministri, sed ipsi ritui vel Christo per ritum sacramentalem. Sic Io 3,5 : *nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto;* Tit 3,5 : *salvos nos fecit per lavacrum regenerationis;* Eph 5,26: *mundans lavacro aquae in verbo vitae;* Act 2,38: *baptizetur unusquisque vestrum... in remissionem peccatorum;* cf. 1 Petr 3,20s. Act 8,17s: *tunc imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum; cum vidisset autem Simon quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus...;* cf. Act 8,17s. Io 6,55s: *qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam...; caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* 2 Tim 1,6: *ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.* Ex alia autem parte dispositio quidem subiecti adulti in Scriptura supponitur; sed ipsi nunquam tribuitur collatio gratiae: cf. Act 2,38; 8,36s.

70. Probatur ex traditione. «) SS.Patres collationem gratiae tribuunt sacramento adhibitis particulis causalibus. Sic Theophylus Antiochenus (R 181), Novatianus (R 607), S.C'hrysostomus (R 1179), S.Augustinus (R 1834).

b) Vim quandam sanctificantem affirmant esse in sacramento ex Spiritu Sancto. Sic Tertullianus (R 303), Aphraates (R 683), S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 842), S.Ba-

’ CTr 5,991.

silius (R 947), S.Ambrosius (R 1282), S.Augustinus (R 1423).

c) Hint aquam baptismi comparant utero Virginis ex virtute ab Spiritu Sancto indita. Sic S.Ambrosius [8], S.Leo Magnus [9].

d) Rem totam explicant variis comparationibus, quae collationem gratiae cum ipso ritu sacramentali connectunt. Sic S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 835), S.Cyrillus Alexandrinus (R 2110).

é) Theologi posteriores hanc doctrinam ulterius explicant, adhibita formula *ex opere operato.* Huius formulae prima delineatio habetur in Petro Pictavpensi (f 1205) sic scribente: “illa [ablutio exterior] est opus alicuius, aut baptizantis aut baptizati. Si est ergo baptizantis et est ex caritate, ergo baptismo illo meretur baptizans. Similiter meretur baptizatione, ut baptizatio dicitur actio illius qui baptizat, quae est aliud opus quam baptismus, quia est *opus operans,* sed baptismus est *opus operatum,* ut ita liceat loqui” [10]. Eadem formula utitur illo tempore Innocentius III loquens de Eucharistia: “quamvis *opus operans* aliquando sit immundum [ex iniquo sacerdote], semper tamen *opus operatum* est mundum” [u]. Eodem modo loquendi utuntur Praepositinus, Stephanus Langton, Gulielmus Altissiodorensis, Alexander HalEnsis, S.Bonaventura, S.Thomas, Scotus, Durandus [12] maxime agentes de distinctione inter sacramenta) Veteris et Novae Legis.

Formula ipsa “ex opere operato”, fere prout illam nunc usurpamus, apparet in S.Alberto M.: “bona vita *ex opere operante* operatur salutem, sacramentum autem *ex opere operatof’* [1S]. Eam adhibet etiam Gabriel Biel, iuxta quem sacramenta Veteris Legis non contulerunt gratiam “ex vi sacra-

8 *De mysteriis* 9,59: ML 16,409s.

B *Sermo in nativitatem Domini* 4,3: ML 54,206; *Sermo in nativitatem Domini 5,5:* ML 54,211.

10 *Sententiae* 5,6: ML 211,1235. Petrus Pictaviensis videtur hiq novam applicationem facere formulae iam exsistentis in theologia. Ipse enim alibi (*Sententiae* 1,16: ML 211,863) scribit: “Opera operata, *ut dici solet,* non opera operantia”, quod applicat passioni Christi, quae in se est opus operatum, etsi prout a ludaeis peracta sit eorum opus operans.

u De sacro altaris mysterio 3.6: ML 217,844.

12 Textus Praepositini legitur apud F.Gillmann, *Zur Sakramentenlchre des Wilh. von Auxerre* (Würzburg 1918) 10; textus Stephani Langton apud eundem auctorem, *Taufe ini Namen Icsu oder im Namen Christif* (Mainz 1913) 17 nota 4; textus Gulielmi Altissiodorensis apud Strake, *Die Sakramentenlchre des Wilh. von Auxerre* (Paderborn 1917) 15 nota 3; Alexander HalEnsis. *Summa* p.4 q.3 m.3 a.l; S-Bonaventura, *In, 4* d l p.l a.un. q.5; S.Th., *In 4* d.l q.l a.5 q.l sol.; Scotus, *In 4* d.l q.5; Durandus, *In 4* d.l q.5. S.Thomas in *Summa* non meminit huius formulae.

28 *In 4* d.l a.5; cf. ctiam *ibid,* a.2 ad 11.

menti, sive *ex opere operato"*, sed tantum *"ex opere operante,* sive per modum meriti ex suscipientis devotione, dum procèsserunt ex fide et caritate"M.

Ex quibus omnibus patet sensus huius formulae in theologis antetridentinis. Opus operatum intelligitur sensu passivo pro opere quod efficitur (ipsum signum sacramentale) ; opus operans intelligitur sensu activo pro actu bono ac meritorio illius qui opus efficit (actio peragendi vel suscipiendi sacramentum) 15.

71. **Probatur ex praxi Ecclesiae.** Parvuli baptizantur ita quidem, ut censeantur gratiam in baptismo recipere. Atqui haec collatio gratiae operi operantis tribui nequit. Ergo gratia sacramentalis confertur ex opere operato.

Mai. Constat ex multiplici declaratione Ecclesiae: *Conc. Carthagincnse* cn.2 (D 102), Innocentius III (D 410), *Professio fidei Waldensium* (D 424), *Conc.Viennense* (D 482), *Conc.Plorentinum* (D 712), *Conc.l'ridentinum* (D 791s).

Min. Collatio gratiae nequit tribui operi operantis ipsius baptizati, qui capax actus humani non est; nec tribuitur operi operantis baptizantis, in quo actus moraliter bonus non requiritur ad valorem.

72. Obiectiones. 1. Sacra Scriptura justificationem tribuit *fidei* (Act 15,9; Rom 3,22-30; 4; 5,1; 9,30; 1 Cor 15,1s; Gal 2,16; 3,8.11.24; Phil 3,9; Hebr 10,38). Ergo operi operantis.

Dist. antec. Sacra Scriptura justificationem tribuit soli fidei, *nego antec.;* tribuit' justificationem fidei simul cum ritu sacramentali. *subdist.:* ita ut eam eodem modo utrique tribuat, *nego antec.;* ita ut diverso modo tribuat, *conc. antec.*

Sacra Scriptiira tribuit iustificationem etiam signo sacramentali, ut vidimus in probatione theseos; et quidem ita tribuit iustificationem signo sacramentali, ut gratia propter ipsum conferatur. Cum autem loquitur de iustificationc ex fide, eidem fidei tribuit iustificationem non ut efficienti sed ut disponenti subiectum ad eam ; ut disponenti vero non se sola, sed simul cum aliis actibus, etsi ipsa potius designetur utpote fundamentum et radix iustificationis ".

2. In sacra Scriptura iustificatio tribuitur *soli fidei* (Rom 3,28; Eph 2,8s; cf. Io 3,15; 1 Io 5,1; Act 10,43; 13,39). Ergo gratia non habetur ex opere operato.

Dist. antec. In Scriptura tribuitur iustificatio soli fidei exclusis operibus Veteris Legis et operibus quae iustificationem de condigno mercantur, *conc. antec.;* tribuitur soli fidei, exclusis sacramentis, *nego antec.,* ut in thesi positive probatum est.

3. Sed in Scriptura tribuitur fidei iustificatio *eodem modo* ac sacramento. Nam Scriptura 'eisdem utitur particulis causalibus in†0

u In 4 d.1 q.3.
ïβ Cf. A.Michel. *Opus operans, opus operantis:* DTC 11,1084-1087.
10 Cf. SThS 32,III 151-165.

utroque casu: compara Io 3,5 et Rom 5,1; Tit 3,5 et Rom 3,22; Eph 5,26 et Act 6,9.

Dist. assertum. In Scriptura tribuitur iustificatio fidei ct sacramento eodem modo, id est ut verae causae, *conc.;* id est ut causae in eodem genere causalitatis, *nego.* Fides enim in tantum est causa iustificationis, in quantum subtectum disponit ad illam. Sed etiam haec causalitas dispositiva non talis est ut exigat infusionem gratiae; fides enim peccatoris non meretur de condigno iustificationem. Est ergo talis dispositio, quae impedimenta tollat simulque cum aliis actibus praeparatoriis eam de congruo mereatur per sacramentum obtinendam.

73. 4. Cum *Scriptura* loquitur de fide et de sacramentis simul, iustificationem tribuit fidei, non sacramentis. Ergo gratia in sacramentis non datur ex opere operato.

Antec. a) In Mc 16,16 dicitur: *qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Unde sic: defectus fidei est sufficiens ratio damnationis. Ergo fides est sufficiens causa salutis. Ergo cum nominantur fides et baptismus, soli fidei tribuitur iustificatio. *b)* In Eph 5,26 dicitur: *mundans lavacro aquae in verbo vitae.* Unde sic: mundatio tribuitur verbo vitae. Atqui verbum vitae est verbum praedicatum, cui corrcspondet fides. Ergo mundatio tribuitur fidei, *c)* In 1 Petr 3,21 dicitur: *salvos facit baptisma..., conscientiae bonae interrogatio in Deum per resurrectionem lesu Christi.* Unde sic: salus tribuitur fidei in resurrectionem Christi. Ergo non baptismo ex opere operato.

Nego antec. Et ad singulas probationes respondeo:

a) *Conc. antec. et nego primum cons.;* quod inde non sequitur. Ubi enim duo necessaria sunt ad obtinendum aliquem effectum, etiamsi unum requiratur tamquam causa et aliud tamquam condicio sine qua non, ex defectu alterutrius (etiam illius quod tantum est condicio) sequitur absentia effectus ; sed ex positione alterutrius non sequitur positio effectus, cum necessario debeat adesse illud elementum quod est vere causa.

b) *Trans, mai. Nego min.* “Verbum vitae” probabilius est ipsa forma baptismi. Quod si quis contenderet intelligendum esse de verbo praedicato, adhuc in textu nihil diceretur de subiectiva fide suscipientis, sed de fide obiectiva.

c) *Dist. antec.* 'Salus tribuitur fidei subiectivae in resurrectionem Christi, *nego antec.;* tribuitur ipsi resurrectioni, *subdist.:* in quantum donanti vim sanctificativam ipsi baptismo, *conc. antec.;* in seipsa consideratae, *nego antec.*

74. 5. *S.Augustinus* tribuit vim sanctificantem fidei subiectivae, non baptismo ex opere operato. Explicat enim virtutem sanctificandi habere aquam ex verbo ; sed ex verbo “non quia dicitur sed quia creditur” (R 1834).

Nego assertum. Probationem dist. Verbum habere efficaciam "quia creditur” designat fidem subiectivam sive baptizantis, sive baptizati, *nego;* designat fidem obiectivam quam verbum significat (quod proinde non est eSicax ex solo sono materiali), *conc.* Ibi non agi de fide subiectiva baptizati, inde patet quia hanc doctrinam in eodem contextu extendit S.Augustinus ad parvulum nondum valentem credere. Non autem agi de fide subiectiva baptizantis, patet ex constante

doctrina S.Augustini contra Donatistas de ministro sacramentorum. Cf. S.Th., 3 q.60 a.7 ad 1".

6. Affirmare de rebus materialibus collationem gratiae ex opere operato, est illis *vim magicam* tribuere. Ergo sacramenta non conferunt gratiam ex opere operato[18].

Nego antec. Magia est tribuere rebus effectum ipsis improportionatum independenter a voluntate Dei, qui sic voluntatem hominis facere cogatur[19]. Nihil tale in sacramento.

7. Si sacramenta sunt efficacia ex opere operato, Deus ligatur sacramentis ad dandam gratiam. Atqui hoc dici nequit. Ergo sacramenta non sunt efficacia ex opere operato.

Dist. mai. Deus sacramentis ad dandam gratiam ligatur necessitate consequente liberum Ipsius decretum, *conc. mai.;* necessitate antecedente illud decretum, *nego mai. Contradist. min.*

8. Sacramentum essentialiter est *signum.* Atqui signum causât excitando cogitationem. Ergo sacramentum causât gratiam excitando cogitationem, id est fidem.

Dist. mai. Sacramentum est essentialiter signum speculativum, *nego mai.;* est signum practicum, *conc. mai. Contradist. min.* Signum speculativum causât excitando cogitationem, *conc. min.;* signum practicum, *nego min.*

75. Scholion 1. *De mensura gratiae sacramentalis*[20]. Cum gratia in sacramentis detur ex opere operato, videri posset quantitatem gratiae sacramentalis dari semper et pro omnibus eandem ; est enim idem sacramentum. Communis tamen et certa sententia est, gratiam sacramentalem dari maiorem vel minorem secundum diversam dispositionem subiecti suscipientis sacramentum. Non quidem ideo quia haec dispositio de se mereatur gratiam[21], sed ex libera determinatione Dei, ordinantis dare gratiam sacramentalem ex opere operato secundum hanc legem dispositionis subiecti. Sic Conc.Tridentinum sess.6 cp.7 (D 799) docet homines recipere gratiam sacramentalem "secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam cuiusque dispositionem et cooperationem". Cf. S.Th., 3 q.69 a.8. Huius vero ordinationis seu legis divinae hae congruentiae apte afferuntur: "Primo, quia ad suavem Dei providentiam et sapientem ac iustissimam distributionem pertinet, ut melius disposito maior gratia conferatur. Secundo fuit hoc expediens, ut homines excitarentur ad recipienda sacramenta cum maiori devotione et reverentia, saltem propter spem maioris fructus. Tertio, quia causae naturales melius operantur circa passum melius dispositum ; decuit ergo ut causae gratuitae (ut sic dicam) eandem proportionem observent" ".[20]

[17] Aliter tamen E.Hocedez, *La conception augustinienne du sacrement dans le Tractatus 80 in Ioannem:* RechScRel 9 (1919) 1-29.

[18] Cf. Calvinus, *Antidotum Conc.Tridentini* ad sess.7 cn.5.

[19] Cf. F.Bouvier, *Magie et Magisme:* DAFC 3,61-74.

[20] Cf. Lennerz, 396ss; Lercher-Dander, 55.

[21] Si subiectum ita dispositum sit iustus, sine dubio meretur gratiam etiam de condigno; hoc tamen non habet formaliter ex eo quod illis actibus sese disponat ad gratiam in sacramento recipiendam, sed aliunde,, scilicet ex eo quod illi actus sunt meritorii. Unde in illo casu datur duplex augmentum gratiae: aliud ex opere operato propter sacramentum, aliud ex opere operantis propter valorem meritorium actus. Sed sola prima ex illis gratiis est sacramentalis.

[23] Cf. Suarez, *In 3* q.62 disp.7 s.5 n.5; Lugo, *De sacramentis in genere* disp.9 s.2.

76. Scholion 2. *De sacramento valido et informi, a)* Sacramentum validum dicitur quod secundum omnia essentialia elementa confectum et susceptum est, cum debitis scilicet materia, forma, intentione, ministro et subiecto. Si in susceptione illius sacramenti nullus a suscipiente apponatur obex, sacramentum illud non solum validum est, sed etiam gratiam confert ex opere operato; est proinde fructuosum. Si vero obex apponitur, sacramentum est infructuosum et informe, id est non est caritate et gratia formatum.. Hunc ultimum casum esse possibilem, constat gcneratim, quamvis non clarum sit de sacramento paenitentiae.

b) Posito ergo illo casu, quaeritur utrum suscipiens sacramentum validum sed informe, maneat semper sine gratia cui obicem posuit, an forte remoto obice (seu recedente fictione, id est defectu dispositionis necessariae), conferatur ipsi gratia sacramentalis vi sacramenti olim suscepti. Hanc *reviviscentiam* sacramenti admittunt theologi communiter, etsi non de omnibus sacramentis eodem modo. Pro baptismo enim res certa est; ac similiter pro confirmatione et ordine. Pro extrema unctione et matrimonio idem probabilius videtur. Pro paenitentia quaestio est valde dubia. Dc Eucharistia generatim negatur.

c) Facto reviviscentiae, saltem quorumdam sacramentorum, admisso, alia omnino quaestio est quomodo explicetur; de quo postea n.89. Quae quaestio pendet a diversis theologorum sententiis circa naturam intimam causalitatis sacramentorum”.

ARTICULUS IV

Dii NATURA INTIMA CAUSALITATIS SACRAMENTORUM

77. Postquam vidimus per sacramenta omnia gratiam conferri, per quaedam etiam characterem, tnodumque huius collationis esse ex ipso sacramento, non ex valore meritorio actionis, seu quod idem, est esse ex opere operato, inquirendum intimius est in naturam huius collationis. Videbimus sacramenta revera esse causas stricte dictas, sed instrumentales. Hinc novo facto gressu quaeremus in quonam causandi ordine collocanda sint sacramenta.

23 Cf. S.Tii., 3 q.69 a.10; Suarez, *In 3* q.62 disp.8 s.3; q.69 disp 28 s-6; Kuco, *Dc sacramentis in genere* disp.9 s.3 et 6; A.Haynal, *Dc reviv scentia sacramentorum fictione recedente:* Ang 4 (1927) 51-80 203-223.382-405. Pro evolutione historica, cf. Von SchatlEr, *Die Lehre von der Wirksamkeit der Sakramente ex opere operato in ihrer Entwicklung innerhalb der Scholastik und ihrer Bedeutung fiir die christliche Heilslehre* (München* 1860); Pourrat, 84-184.

Thesis 8. Sacramenta Novae Legis sunt causae stricte dictae, sed instrumentales.

S.Th., 3 q.62 a.1,3s; LBxnERZ, 424-446; Lkrcher-DandKr, 48.52s.

78. Notiones. Causa est principium per se influens esse in aliud 1, seu principium influxu suo determinans exsistentiam alius. Agimus in thesi de causa efficiente, quae definitur: principium actione sua influens esse in aliud 2, seu actione sua determinans exsistentiam alius.

Causa stricte dicta dicitur per oppositionem ad *condicionem;* quae est praerequisitum aliquod actionis, quod tamen nullum habet influxum in effectum et nullam virtutem eundem producendi. Dicitur *sine qua non,* illa condicio quae absolute requiritur, ita ut sine illa effectus non producatur. Quod ergo effectus producatur, ex causa est; quod vero non producatur, potest esse ex causa vel ex condicione.

Causa stricte dicta opponitur etiam *occasioni;* quae est aliquid quod ex se non requiritur ut causa effectum producat (hinc differt a condicione), sed eius causalitatem faciliorem reddit.

Instrumentales causae dicuntur per oppositionem ad principales. Causa *principalis* est illa, quae operatur per virtutem suae formae, cui effectum assimilât. Causa *instrumentons* est illa, quae operatur per virtutem causae principalis, cui assimilai effectum, non sibi. Cf. S.Th., 3 q. 62 a.l.

Affirmamus ergo sacramenta non esse tantum occasiones ad quarum praesentiam Deus producat gratiam; neque esse tantum condiciones sine quibus Deus illam non producat; sed ipsa sacramenta *causaliter influere* in productionem gratiae; non quidem causalitate principali (quae Deo est tribuenda), sed *instrumentali,* prout scilicet a Deo moventur et elevantur ut ad illam effectionem concurrant.

79. Adversarii. *Saec.XII* apud plures theologos sententia invaluit, tenens sacramenta esse "vasa gratiae"; unde proprie ipsa non causabant gratiam, sed gratia, quae in eis continebatur, salutem conferebat. Sic Hugo VicroRiNUS, Praepo-

1 Cf. Suarez, *Disputationes Metaphysicae* disp.12 s.2 n.4. In hac definitione "verba per se influens" distinguunt causam ab aliis, quae quodammodo concurrunt ad effectum; "influens" vero sumitur pro "conferens" seu "communicans".

2 Suarez *(Disputationes Metaphysicae* disp.17 s.l) definit causam efficientem: "principium per se, extrinsecum, a quo primo est actio vel effectio rei".

SITINUS, Gulielmus Altissiodorensis. Postea etiam Henricus Gandavensis[3].

Saec.XIII, XIV et XV alii theologi videntur tenuisse, sacramenta esse causas gratiae propter assistentiam divinae virtutis eam producentis infallibiliter cum ponitur sacramentum; Deus enim se adstriuxit ad dandam gratiam omni suscipienti sacramentum. Hinc sacramentum vocabant causam "extenso nomine causae", vel etiam "causam sine qua non". Quae omnia videntur nihil aliud dicere nisi quod sacramenta sint condiciones, non vere causae. Res tamen non est certa. Possunt enim hi auctores ita intelligi, ut loquantur de vera causalitate morali, quatenus positio sacramenti sit vera ratio propter quam solus Deus producat gratiam. Quo sensu negarent sacramenta esse causas physicas, et hanc notionem "extendendam" esse dicerent, scilicet ad causas morales. Quod sane probabilius de auctoribus scholae franciscanae affirmatur. Sic Gulielmus Parisiensis, S.Bonaventura, Richardus Fishacre, Hugo Argentoratensis, Scotus, Petrus de Alliaco, Durandus, *Nominales*[4].

80. Doctrina Ecclesiae, a) Formula ordinaria in documentis Ecclesiae fuit sacramenta *conferre* gratiam (D 410 695 792 849 851 898 927 971 996 1470), vel *dare* gratiam

3 Hugo Victorinus. *De sacramentis* lib.1 p.9 cp.2: ML 176.317. Praepositinus. apud M.GiERENS. *De causalitate sacramentorum... textus scholasticorum principaliorum* (Romae 1935) 24; Gulielmus Altissiodorensis. apud GIERENS, 27ss; Henricus Gandavensis. *Quodlibetum* 4 q 37. Henricus tamen Gandavensis theoriam hanc paululum immutat, quia intelligit "vasa gratiae in quantum continent eum. qui est fons et origo, a quo emanat gratia ut est in eis". Ex formulis ab auctoribus huius sententiae adhibitis, permansit in theologia posteriore formula "sacramenta continent gratiam", qua deinde usum est Florentinum (D 605) et ex eo Tridentinum (D 849). De his auctoribus, cf. H.Weisweiler. *Die Wirksamkeit der Sacramente nach Hugo von St.Viktor* (Freiburg 1932); A van Hove. *Doctrina Gulielmi Altissiodorensis de causalitate sacramentorum:* DivThom(Pi) 33 (1930) 305-342; B Xiberta. *Una teoria dimenticata sulla causalità dei sacramenti:* Div'Thom(Pi) 42 (1939) 513-528; L di Fonzo. *Appunti in torno ad "una teoria dimenticata sulla causalità dei sacramenti di Enrico di Gand:* DivThom (Pi) 43 (1940) 223-256.

4 Gulielmus Parisiensis. *De sacramento baptismi* 1s; S.Bonaventura. *In 4* d.1 p.1 a.un. q.4, ubi tamen anceps manet sicut *In 3* d 40 dub.3; sed in *Breviloquio* p.6 cp.1 securius loquitur (cf W.Lampen *De causalitate sacramentorum iuxta scholam franciscanam* [Romae 1935] 34s); Richardus Fishacre, *In 4* d 1 (cf. H D.Simonin et G.Meerssemann. *De sacramentorum efficientia apud theologos Ord'n s 1229-1276* [Romae 1936] 16ss): Hugo Argentoratensis. *Compendium theologiae* 6.4 (cf. Simonin-Meerssemann. 53); Scotus. *In 4* d.1 q.2 n 5 q 5; Petrus de Alliaco. *In 4* d 1 q.1 a-1 concl 3; Durandus. *In 4* d 1 q N n 20; G.Occam. *In 4* d 1 q.1 2.°; G.Biel. *In 4* d-1 q 1 a 2 concl 7 '-militer Gulielmus Guarra. *In 4* d.1 (cf Lampen, 37-45) et Richardus a Mediavilla *In 4* d 1 a.4 q 2 (cf Lampen. 33-36). De vero sensu horum auctorum cf. A O'Neill. *La causalité sacramentelle d'après le Docteur Subtil:* EtFranc 30 (1913) 141ss; R M.Hueber. *The doctrine of Ven.John Duns Scotus concerning the causality of the Sacraments:* FrancStud 4 (1927) 9-38; P.Remy. *La causalité des sacrements d'après saint Bonaventure:* EtFranc 42 (1930) 324-339; W.Lampen. *De causalitate sacramentorum iuxta S.Bonaventuram:* Ant 7 (1932) 77-86; Fr.M.Henquinet, *De causalitate sacramentorum iuxta codicem autographum S.Bonaventurae:* Ant 8 (1933) 377-424.

(D 539 850). Haeci verba generaliora sunt et per se de condicione sine qua non, intelligi etiam possent.

b) In Conc.Tridentino scss.6 cp.7 (D 799) baptismus vocatur "causa instrumentalis" gratiae ; et quidem in aliquo contextu qui totus supponere videtur schema causarum scholasticum. Debetne dici doctrinam tridentinam intelligendam esse de causalitate stricte dicta? Revera Concilium, loquens de causalitate sacramentorum, hos adhibet terminos qui ab omnibus theologis illius temporis adhibebantur, etiam ab his qui fortasse non admittebant sacramenta esse causas stricte dictas. Illi autem non solum utebantur voce "causa", sed etiam formula "causa instrumentalis" et "causai sine qua non". Sic v.gr. Scotus: "Dico breviter quod omnis dispositio necessitans ad formam, quae non est ratio receptivi, potest dici quodammodo causa activa sive causa' instrumentalis respectu formae ; ipsum autem sacramentum, sive susceptio sacramenti, est talis dispositio; ergo... potest dici quodammodo *causa* activa vel *instrumentalis* respectu gratiae" 5. Durandus: Sacramenta "sunt *causa sine qua non* confertur gratia, quia ex divina ordinatione sic fit, quod recipiens sacramentum recipit gratiam, nisi ponat obicem, et recipit gratiam non a sacramento sed a Deo" 6. In his textibus apparet loquendi modus multorum theologorum illius temporis, secundum quem notio quaedam latior causae applicatur sacramentis. Undei verba Concilii ita intelligi debent, ut doctrina horum auctorum salvetur. Sed quia putamus hos theologos revera non negasse causalitatem stricte dictam in sacramentis, sed solum causalitatem physicam, probabilius nobis videtur Concilium loqui de causalitate stricte dicta, sive (secundum nostram hodiernam terminologiam) physica sit, sive moralis aut intentionalis ; a qua quaestione Concilium certo praescindit.

c) Similia dicenda sunt de vocibus "effectus" (D 696-701 896 909), "efficacia" (D 896), "vis" (D 876 896), "virtus" (D 872) sacramentorum7.

Valor theologicus. *Communis et certa;* non enim est certa mens Tridentini.

81. Probatur ex sacra Scriptura. Collatio gratiae in sacramentis effertur particulis "per" (Tit 3,5; 1 Petr 3,20s; Act 9,17 ; 1 Tim 4,14; 2 Tim 1,6), "ex" (Io 3,5s) et dativo in-

a *In 4* d.1 q.5.
e *In 4* d.1 q.14.
7 Cf. Pourrat, 160-166; D.Iturrioz, *La definiciôn del Concilio de TrctfQ sobre la causalidad de los sacramcntos* (Madrid 1951).

strumentali (Eph 5,26). Atqui talis modus loquendi, si in complexu sumatur, veram causalitatem significat. Ergo sacramenta sunt verae causae.

Minorent intelligimus de aliqua vera causalitate, sive sit physica, sive sit moralis. Et hoc sensu eam putamus probabiliorem. Ille enim modus loquendi per se insinuat veram causalitatem, maxime si non semel per transennam usurpatur, sed multoties et multipliciter. Quod si in contrarium opponatur casus fidei, cui etiam tribuitur iustificatio, id aperte concedimus; fides enim aliquam veram causalitatem exercet in iustificationem, quam meretur non quidem de condigno sed certe de congruo.

82. Probatur ex traditione. SS.Patres in designanda causalitate sacramentorum utuntur similibus particulis ac sacra Scriptura. Sic v.gr. : per aquam et lavacrum (S.Theophylus Antiochenus: R 181), ex aquis (Novatianus: R 6G7). Comparant actionem aquae baptismalis cum actione matris generantis: "eodem momento et mortui et nati estis, iliaque unda salutaris et sepulcrum vobis et mater effecta est" (S.Cyrillus Hierosolymitanus [8]). Dicunt aquas vim sanctificandi habere postquam sanctificatae sunt a Spiritu Sancto (Tertullianus: R 303); aquam producere animas sanctificatas (S.Chrysostomus [9]); oleum post sanctificationem excellenter operari (S.Gregorius Nyssenus: R 1062); fere sicut uterus Virginis ex praesentia Spiritus Sancti (S.Ambrosius [10]; S.Leo M. [11]); quia sic vis aquae transformatur sicut aqua ex admoto igne (S.Cyrillus Alexandrinus: R 2110); quo sensu intelligendum est Spiritum Sanctum praesentem in aquis operari (Aphraates: R 683; S.Basilius: R 947; S.Ambrosius: R 1282 1329; S.Augustinus: R 1423).

Hae omnes locutiones Patrum valde suadent ritum sacramentalem esse causam stricte dictam [12].

83. Probatur ex consensu theologorum, *d)* Post ConciTridentinum theologi vix non omnes defendunt sacramenta esse *causas gratiae stricte dictas;* quod tanquam veritatem admissam et omnino tenendam, ideo quia cum revelatione eam connecti putant, explicare conantur suis systematibus et theoriis. Atqui talis consensus doctrinam hanc certam

8 *Catecheses mystaùogicae* 2,4: MG 33,1079.
9 *In Io* hom.26,1: MG 59,153.
10 *De Mysteriis* 9,59: ML 16.409s.
11 *Sermo in nativitatem Domini* 4,3; 5,5: ML 54,206.211.
12 Cf. LennSRZ, 445, qui tamen nimis extenuare videtur verba Patrum.

reddit. Ergo sacramenta sunt causae stricte dictae. Patet autem ex eodem consensu probari sacramenta esse causas instrumentales; in hoc enim sensu loquuntur theologi de vera causalitate sacramentorum.

Mai. Legantur quaedam theologorum affirmationes. SuÂrez[13]: "Multi et graves theologi negant, sacramenta efficere gratiam per veram et physicam efficientiam. Quoniam vero fides docet, sacramenta esse causas et instrumenta gratiae, quamvis hi auctores in praedicta propositione negativa conveniant, in explicanda hac affirmativa, quam negare non possunt, multum inter se dissentiunt". Lennerz: "Licet priores theologi magna ex parte veram causalitatem, sacramento non tribuerint, post saec.XVI vero praevaluit sententia veram causalitatem affirmans, eaque hodie videtur dici posse communis" [14]. Minges: "Omnes consentiunt sacramenta esse causas gratiae efficientes instrumentales" [15]. Puic: "Post Concilium Tridentinum iam non amplius dicuntur Novae Legis sacramenta non esse causae stricto sensu" [16]. Ajjarzuza: "Quod sacramenta Novae Legis sint causae instrumentales gratiae, est doctrina omnino certa, quae ab omnibus theologis sustinetur"

b) Sunt autem *causae instrumentales:* S.Th., 3 q.62 a.1.

Thesis 9. Sacramenta Novae Legis sunt causae immediatae gratiae.

LSNNRftz, 424-446; Lkrcher-DandSr, 52ss.

84. Nexus. Ex dictis scimus sacramenta vere causare gratiam. Nunc ulterius procedentes, determinamus sacramenta ita causare gratiam, ut formaliter nihil praevium ipsi gratiae producant.

Notiones. Causae immediatae gratiae. Id est sacramenta, prout dicuntur causae gratiae, nullum alium effectum producunt qui sit praevius ipsi gratiae. Inde adhuc non dicitur actionem sacramentalem terminari physice ad ipsam gratiam; sed tantum dicitur nullum alium *effectum* interponi, quamvis fortasse alia *causa* interponatur inter sacramentum et gratiam.

13 *In 3* q.62 disp.9 s.2 n.7.
14 Lennerz, 446. Scribit quidem alibi idem auctor: "apud theologos posttridentinos, si non communis, certo praevalens sententia est, sacramenta non esse condiciones tantum, sed vere causas respectu gratiae" (LENNERZ, 421); sed nomina omisit auctorum aliter sentientium.
15 *Compendium theologiae dogmaticae* 232.
13 Puig, 124.
17 *Manuale theologiae dogmaticae* 3,77.

85. Adversarii. A saec.XIII fuerunt multi theologi, qui defenderent actionem efficientem sacramentorum terminari immediate ad characterem vel ornatum quendam animae quae sic disponebatur ad infusionem gratiae. Haec sententia, quae videtur primo proposita ab Alexandro HadEnsi \ admissa deinde fuit a Petro a Tarantasia 2,4 a S.Alberto M.8, a S.Thoma *; et post ipsum a theologis thomistis antetridentinis communius 5.* Haec sententia vocatur *theoria causalitatis physicae dispositivae.*

Alio sensu propugnatum est sacramenta esse causas gratiae tantum mediate a P.Billot. Iuxta quem sacramenta causant immediate titulum quemdam iuridicum, qui praevius est gratiae. Hic titulus, qua talis, non est forma aliqua physica, sed aliquid morale seu iuridicum (etsi aliquando coïncidât cum entitate aliqua physica, scilicet cum charactere) ; est ergo forma intentionalis. Unde fit per ordinationem intellectus, qua notificatur exterius intentio interna. Sacramentum notificat

1 *Summa* p 4 q.5 m.3 a.5.
2 *In 4* <1.1 a.6.
8 *In 4* d.1 B a.6 q.2 ad 1.
4 Certo in *Commentario ad Sententias* 4 d.l a.4. Disputatur utrum postea mutaverit sententiam. Et revera in quaestionibus *De Ver. q.27* a.4 et a.7 (cf. etiam *De Pol.* q.3 a.4 ad 8) eadem idea subesse videtur. Sed in *Summa* 3 q.62, sicut in *Quodl.12* q.9 a.14 nihil dicitur de causalitate sacramentorum dispositiva ad gratiam. Unde saltem mutatio in terminologia admittenda est. Immo probabilius etiam in ipsa doctrina Vix enim capitur, quomodo S.Doctor nihil dixerit de causalitate dispositiva loquens data opera de sacramentorum' causalitate, cum probe sciret hanc sententiam haberi in scholis, immo et ab ipso fuisse propugnatam, nisi putaret sufficienter explicari causalitatem sacramentorum per causalitatem physicam instrumentaient, quae ad ipsam gratiam terminetur. Multo autem minus admittendum videtur, S.Thomam in *Summa* tenuisse causalitatem aliquam sacramentorum moralem aut iuridicam, quamvis et hoc affirmatum est. Pro tota hac quaestione historica, quam primus Caietanus suscitasse videtur, cf. E.Neveu, *De causalitate sacramentorum iuxta D.Thomam et quendam recentem theologum:* DivThom (Pi) 5 (1904) 9-36; E-Billot, *In articulum P.Neveu circa causalitaluvi sacramentorum animadversiones:* DivThom (Pi) 5 (1904) 179-184; E.Neveu, *De causalitate sacramentorum. Responsum animadversionibus R.P.Billot, S.I.:* DivThom(Pi) 5 (1904) 297ss; R.ALRicciakdelli, *Dc causalitatc sacramentorum iuxta S.Th&riam et R.P.Billot:* DivThom (Pi) 5 (1904) 525-542; A.Unterleidner, *Controverse thomiste: l'effet immédiat des sacrements:* RevAug (1908) 193s; J.StuflER, *Bemcrkungen sur Lehre des hl.Thomas über die virtus instrumentales:* ZkathTh 42 (1918) 719-762; M.Tuyaerts, *Utrum S.Thomas causalitatem sacramentorum respectu gratiae mere dispositivam umquam docuerit:* Ang 8 (1931) 149-186; H.BouESsè, *La causalité efficiente instrumentale dc l'hum'anité du Christ et des sacrements chrétiens:* RevThom 17 (1934) 370-393; M.GierEns, *Zur Lehre des hl.Thomas über die Kausaliiat der Sakramcnten:* Schol 9 (1934) 321-345; E.Gômez, *La causalidad de los sacramontas de la Ley Nucva, segi'tn Santo Tomâs:* DivThom (Pi) 40 (1937) 56-68; E.Neveu. *La pensée de saint Thomas sur la causalité des sacrements dc la Nouvelle Loi:* DivThom (Pi) 40 (1937) 266-269; F.DiEkamp, *Katholischc Dogmatik* 3,36-39; A.Michel, *Sacrements:* DTC 14.581-586; J.Roïc Gironei.i.a. *jQué opiniôn tuvo Santo Tomâs sobre la causalidad de los sacramentosf:* EstEcl 16 (1942) 351-374.
5 Sic HervaEus Natalis, *In 4* d.l q.l § 1; Petrus de Palude. *In 4* d.l q.l; FerrariEnsis. *In Summam contra Gentes* 4.57; Capreolus, *Defensiones theologicae D.Thomae Aquinatis* 4 d.1-3 q.l a.l. Recenter adhuc hanc sententiam defendit C.Gonthier, *De la causalité des sacrements:* Et 58 (1893,1) 213-238. 471-498.

decretum divinum sanctificandi hunc hominem, et simul hoc decretum efficaciter applicat, illum hominem efficaciter ordinat ad gratiam et causai in eo titulum iuridicum qui infusionem gratiae a Deo exigit. Talis est causalitas signi practici. Hanc sententiam sequuntur Van Noort, Bellevue, De Smet, Richard, Van Hove, Lehmkuhl, Lennerz[6], Abârzuza; et in eandem inclinat Lercher-Dander [7]. Haec sententia vocatur *theoria causalitatis intentionalis.*

86. Valor theologicus. *Probabilior.*

Argumentum, a) *Sacramentum non efficit immediate dispositionem physicam gratiae.* Talis dispositio inutiliter introducitur. Si enim sacramentum valet ad producendam dispositionem physicam gratiae, eodem modo poterit immediate producere gratiam. Praeterea gratis fingitur haec dispositio a sacramento producenda: primo in sacramentis non imprimentibus characterem; deinde etiam in his quae characterem imprimunt, nam character nequit dici aut quod ex sua natura exigat gratiam, aut quod ex natura gratiae exigatur ante eam [8].

b) *Sacramentum non efficit immediate titulum iuridicum.* Primo quia talis titulus nullibi invenitur in fontibus revelationis. Deinde quia quod per titulum obtinetur, eodem modo obtinetur sine illo : ipsa enim actio Christi, quae est sacramentum, immediate exigit collationem gratiae huic homini[8].

Thesis 10. Sacramenta Novae Legis non sunt causae gratiae physicae, sed morales.

Lennerz, 447-474; LerchEr-Dander, 62-65; Puic, 125-150.

87. Nexus. Duo hucusque determinavimus: sacramentum vere esse causam gratiae, idque nihil praevium ipsi gratiae producens. Quaerimus iam in quonam ordine versetur haec causalitas.

[6] Lennerz, 432 rem non omnino eodem modo explicat, et totus est in affirmando titulum iuridicum, qui a sacramentis immediate producatur. In eius theoria nexus causalis inter sacramentum et gratiam omnino melius salvatur; inter sacramentum enim et titulum iuridicum affirmat nexum causalitatis efficientis, et inter titulum et gratiae infusionem nexum etiam causalitatis efficientis, non mere dispositivae.

[7] L·Billot, *De Ecclesiae sacramentis* 1,114-141; Van Noort, *De sacramentis* 1,57s; Bellevue, *La grace sacramentelle* (Paris 1900) 66s; De SmET, *De sacramentis in genere* 38ss; Richard, *La causalité instrumentale, physique, morale, intentionclle:* RevNeoSch (1900) 5-31.266-269; Van Hove, *La doctrine du miracle chez saint Thomas* (Wetcren 1927) 148-159; A.Lehmkuhl. *Theologia Moralis 2,7;* F.X.ab Abârzuza, *Manuale theologiae dogmaticae* 3,85-88; Lercher-DandEr, 66-68.

[8] Cf. Suarez, *In 3* q.62 disp.9 s i n.3.

• De theoria causalitatis intentionalis, cf. A.Maltha, *De causalitate intentionali sacramentorwnt animadversiones quaedam:* Ang 15 (1938) 337-366.

Notiones. Causa physica dicitur causa, quae sua reali actione seu influxu physico producit effectum etiam physicum.

Causa moralis dicitur causa, quae effectum physicum non immediate producit, sed influxu morali efficaciter inducit aliam causam physicam ut illum producat[1].

Quia in tota nostra quaestione agitur de explicando modo, quo sacramentum causet gratiam, quae est aliquid physicum, causa moralis non consideranda est nisi in quantum connectitur cum causa physica ut ille effectus (gratia in casu) ab utraque causa efficiatur, diverso tamen modo causalitatis, ut patet.

Ex his quae diximus in thesi 8.a, sacramentum intelligitur causa moralis, non principalis sed instrumentalis. Est autem *causa moraljs instrumentalis* causa, quae bonitate aut dignitate, non propria sed) ab alio altiore accepta, inducit causam physicam ad agendum.

88. Adversarii. Caietanus, qui primus videtur hanc explicationem expresso modo proposuisse, contendens eam esse sententiam S.Thomae saltem in *Summa Theologica*[2]. Haec sententia vocatur *theoria causalitatis physicae perfectivae,* in oppositione ad causalitatem physicam dispositivam, de qua diximus in thesi praecedenti. Eandem sequuntur, praeter omnes fere thomistas posttridentinos, plures alii auctores, ut Bellarmixus, Suarez, Valentia, Ripalda et alii[3]. Inter hos tamen auctores adhuc duplex tendentia distinguitur; prout, iuxta principia alibi stabilita, elevationem, quae in sacramento ad efficiendam physice gratiam requiritur, concipiant tanquam intrinsecam ipsi sacramento ex qualitate fluente seu motione virtuosa transeunter communicata *(Thomistae),* vel tanquam extrinsecam ipsi sacramento ex supernatural! concursu Dei ad actionem sacramentalem efficiendam (Suarez).

Valor theologicus. *Probabilior.*

1 Aliquando negatur causam efficientem posse esse moralem, et dicitur omnem causalitatem moralem reduci ad causalitatem finis; cf. F.X.ab Abarzuza *Manuale Theologiae Dogmaticae 73.* Sed differentia inter utramque causalitatem omnino retinenda est. Finis enim, inter alia, movet ut eius ipsius bonitas obtineatur vel efficiatur; causa vero moralis, ut aliud ab ea distinctum efficiatur.

2 *In 3* q.62 a.1; diximus supra hanc probabilius fuisse mentem S.Thomae.

3 S.Bellarminus, *De sacramentis in genere* 2,11; Suarez, *In 3* q.62 disp.9 s.2; Valentia, *Commentaria theologica* 4 disp.3 q.3 p.1; Ripalda, *De ente su·/>rrnaturali* disp.40 s-3 n.13; BuccEroni, *Commentarius dc sacramentorum' eausalitate* (Parisiis 1884); A.d'AlES, *Dc baptismo et confirmatione* 131-135; I.H.Oswald. *Dic dogmatische Lehre von den hl.Sakramentcn* 1.68-74; F.DiEkamp, *Katholische Dogmatik* 3.35-44. De Caietano. cf. M.ILLaurent. *La causalité sa· ramentaire d*après le Commentaire de Caictan sur les Sentences:* RevScPhTh ı'Q (19J1) 77182. De speciali sententia M.J.Sçheeben, cf. ^ERCH^RtDand^R, 65·

89. Argumentum. 1.° *Sacramenta non sunt causae physicae gratiae.* Theoria haec habet difficultates inextricabiles, sine positiva ratione omnino cogente ad illas admittendas. Ergo tenenda non est.

a) *Habet difficultates inextricabiles:* Sacramentum est compositum aliquod morale, constans ex partibus physicis aliquanto tempore separatis inter se. Vis ergo physica agendi nequit tribui composito qua tali, quia non est ens physicum ; cuinam ergo tribuitur? materiae? formae? cuinam parti formae?

Praeterea sacramentum esset quandoque instrumentum physicum agens ubi physice non est ; v.gr. in casu matrimonii contracti inter absentes per procuratorem. Nec amplius res explicatur, ex eo quod causa principalis sit physice praesens simul et instrumento et effectui, scilicet Deus praesens ritui sacramentali et' gratiae quae confertur absenti. Sic enim nondum explicatur quomodo gratia influxu physico procedat ab instrumento physice absente.

Rursus non explicatur reviviscentia sacramentorum[4]. Reviviscentia enim supponit gratiam physice produci quando ritus sacramentalis non exsistit. Ad solvendam hanc difficultatem, *aliqui* tenuerunt pro reviviscentia admittendam esse causalitatem moralem at tunc facilius admittitur pro omni casu. *Alii* distinxerunt inter sacramenta quae characterem imprimunt, et alia. Quoad prima sacramenta ipse character sacramentalis, utpote effectus sacramenti, continet virtualiter ipsum sacramentum ; et inde ex hac virtute sacramenti in ipso manente, physice producit gratiam. In aliis sacramentis, aut reviviscendam negant °, aut tenent hanc eandem virtutem sacramenti remanere in quadam physica modificatione voluntatis, quae ex sacramento valido in ipsa consequitur[7]. At vix intelligitur quaenam sit illa virtus sacramenti permanens, cum virtus activa sacramentalis tota quanta sit fluens. *Alii*[*] denique explicationem tentarunt ex natura speciali characteris baptismalis, qui est potentia passiva validae susceptionis

4 Cf. A.Michel, *Reviviscence des sacrements:* T)TC 13.2618-2629.

8 Cf. Gonet. *Dc sacramentis* disp.3 a.3 § 2. Id ipsum iam dixerat Suârez, *In 3* q.62 disp.9 s.2 n.20.

• Cf. Salmanticenses, *De sacramentis in conrnfuni* disp.4 dub.6 n.91.

’ Cf. IoannES a S.Thoma, *In 3* q.62 disp.24 a.1 n.264ss.

• Fr.Marîn-Sola, *Proponitur nova solutio ad conciliandam causalitatem physicam sacramentorum cum eorum reviviscentia:* DivTliom (Fr) 3 (1925) 49-63. Similiter A.Haynal. *Dc reviviscentia sacramentorum fictione recedente:* Ang 4 (1927) 51-80.203-223.382-405. Cf. etiam F.VansteenberghE, in RevScRel 7 (1927) 736s; S.Corrà, *Teoria della seconda reviviscenda:* ScuoÇatt 81 (1953)

omnium sacramentorum. Quia vero potentia per suum actum modificatur, character baptismalis modificatur per receptionem omnis sacramenti validi. Haec modificatio nihil aliud est nisi "res et sacramentum" (in confirmatione et ordine est character sacramentalis ; in matrimonio est relatio inter coniuges exsurgens ex vinculo matrimoniali ; in extrema unctione est spiritualis unctio, id est positiva sublatio inhabilitatis ad actus gloriae et gratiae). Haec physica modificatio est instrumentum ad producendam physice gratiam in reviviscentia. At difficulter capitur quomodo character confirmationis et ordinis sint modificationes characteris baptismalis per modum actus modificantis potentiam passivam. Multo minus capitur hoc in illa relatione inter coniuges.

Si supponitur sacramentum agere per elevationem intrinsecam ex qualitate fluente recepta, difficultas augetur. Debet enim explicari quomodo qualitas spiritualis, etiamsi sit vialis, in subiecto. non spirituali recipi possit.

90. b) *Nulla est positiva ratio cogens ad has difficultates admittendas.* Modus enim loquendi sacrae Scripturae, etsi probabilius (ut diximus) inferat strictam causalitatem, certo non infert causalitatem physicam ; cum similis loquendi modus adhibeatur in Scriptura pro fide (cf. supra n.72), cuius influxus non est physicus sed moralis.

Quoad SS.Patres, quidam sane citari possunt qui sanctificationem aliquam ipsius ritus sensibilis admittant, et ideo vim sanctificandi eidem tribuant. Ii tamen plures non sunt. Cetera autem quae Patres dicunt, desumpta comparatione ex rebus physicis physice causantibus, nimis urgenda non sunt. Agitur enim de comparationibus ad explicandam veram causalitatem ; quae nullo aptiore modo explicari potest quam ex analogia cum causalitate physica et materiali, quae omnibus rudioribus maxime catechizandis, omnino clarior est.

91. 2.° *Sacramenta sunt causae morales gratiae,* a) Hanc sententiam causalitatis moralis primum proposuerunt M.Cano et M. de Ledesma, eam fortasse a Vitoria mutuantes[9]. Eandem explicationem defendunt Vazquez, Lugo, Tournely,

[9] Sic de Cano affirmat Vazquez, *In 3* disp.132 cp.5 n.74. Quodsi theologi, de quibus diximus supra n.79, nomen causae ad sacramenta extendentes revera nihil aliud voluerunt negare nisi causalitatem physicam, ut probabilius putamus, in illis habebitur quaedam praeformatio huius theoriae causalitatis moralis. Quae utique, in Norninalistis satis vitiata perseverans, a Francisco Vitoria Parisiis accepta, ab cius deinde discipulis perpolita fuerit. In hac evolutione consideranda est etiam sententia, quam de sacramentorum causalitate exposuit D.Soto; de qua cf. A.F.Feliziani, *L,a causalità dei sacramenti in Domenico Soto:* Ang 16 (1939) 50-58.148-194.

Wirceburgu'nsjîs 10. Quam denuo perpolivit recentius Cardinalis Franzelin, in eo maxime insistens quod sacramenta sunt moraliter actiones Christi, fructum Passionis applicantis. Ipsum sequuti .sunt multi, ut Pesch, Lahousse, Sasse, Puig u.

b) Sententiam causalitatis moralis *ita intelligimus.* Christus Redemptor gratiam suo redemptivo sacrificio omnibus hominibus meruit; ita tamen ut applicatio illius redemptionis unicuique in particulari adhuc fieri deberet, sicque gratia singulis donaretur. Haec applicatio et collatio gratiae illoi modo fieri debebat quem Christus Redemptor eligeret et institueret. Instituit ergo de facto ut fieret per sacramenta. Sacramenta autem sunt actiones moraliter Christi, quae a ministris nomine Christi fiunt, ut postea videbimus. Per illa Christus manifestat efficaciter suam voluntatem ut huic homini conferatur haec determinata gratia. Propter hanc Christi voluntatem Deus producit physice gratiam in illo homine. Sic* baptismus est obiectiva voluntas Christi volentis efficaciter ut baptizato detur gratia regenerativa et incorporativa corpori suo mystico et praeterea character deputationis ad cultum ; confirmatio est obiectiva Christi voluntas, volentis ut confirmato detur gratia roborans et constituens illum in militem Christi, et praeterea character deputationis ad defendendam religionem; paenitentia est obiectiva voluntas Christi, volentis ut paenitenti conferatur gratia resuscitans illum a morte peccati personalis; extrema unctio est obiectiva voluntas Christi, volentis ut aegroto tribuatur gratia allevians eum in anima et in oorpore; ordo est obiectiva voluntas Christi, volentis ut ordinato detur gratia constituens idoneum ministrum Eius, et praeterea character deputans ad hoc ministerium et potestatem ; matrimonium est obiectiva voluntas Christi, volentis ut coniugibus gratia conferatur reddens illos idoneos progenitores novorum membrorum Corporis Mystici. In Eucharistia non tam adest voluntas Christi quam ipse Dominus realiter praesens, cuius influxus etiam physicus in productionem gratiae admitti potest (cf. differentiam insinuatam in Conc.Tridentino sess.13 cp.3: D 876).

ie M.Cano, *Rclectio de sacramentis in genere* p.4; M.de Ledesma. *In 4* q.3 a.1 (cf. Gierens, 106ss); Vazquez, *In 3* disp.132 cp.S; Lugo, *Dc sacramentis in genere* disp.4 s.4; Tournely, *De sacramentis* q.3 a.2; WirceburgEnsEs, *De sacramentis in genere* diss.1 cp.2 a.2.

14 J.B.Franzelin, *De sacramentis in genere* th.10; C-Pesch, *De sacramentis in genere* prop.12; J.B.Sasse, *Institutiones theologicae de sacramentis* 54-69; Puig, 137-150.

92. c) *Probatwr ergo haec sententia:* In flla nulla admittenda est entitas, sive physica sive iuridica, quae non sit in fontibus revelationis. Deinde ipsa nititur in veritate traditional!, secundum quam constat sacramenta esse actiones moraliter Christi. Praeterea bene coniungit duo stadia redemptionis, cuius applicationem et dispensationem fructuum ipsi Redemptori tribuit. Rursus bene explicat reviviscentiam ; actione enim sacramentali physice transeunte, manet tamen ipsa moraliter donec suum obtineat effectum, Deum inducens ad productionem gratiae ubi primum obex removeatur. Praeterea sacramentum in hac explicatione bene dicitur signum gratiae efficax; quia obiective! significat voluntatem Christi, cum qua infallibiliter connectitur collatio gratiae, si obex non exsistat. Tandem explicatur verus nexus causalis inter sacramentum et gratiam ; Deus enim vere vult collationem gratiae esse propter voluntatem Christi, cuius signum est ipsum sacramentum. Qui sane influxus est instrumentalis, quia Christus ritum sensibilem elevat ut efficaciter significet suam voluntatem, sicque producat moraliter gratiam. Est ergo sacramentum instrumentum Christi Redemptoris ad applicationem fructuum Redemptionis 12.

93. Obiectiones. 1. Causa moralis debet movere causam physicam ad operandum. Atqui sacramenta nequeunt movere Deum, qui physice efficeret gratiam. Ergo sacramenta nequeunt esse causae morales.

Dist. mai. Causa moralis debet movere causam physicam ad operandum, ita ut revera effectus causae physicae sit propter causam moralem, *conc. mai.;* ita ut causa physica mutetur in se ipsa ex influxu causae moralis, *subdist.:* si agatur de causa physica creata, *conc. mai.;* si agatur de Deo, *nego mai. Contradist. min.* Sacramenta nequeunt movere Deum, id est nequeunt Ipsum mutare, *conc. min.;* id est nequeunt efficere ut gratia efficiatur propVer sacramenta, *nego min.* Scilicet hic sicut in pluribus aliis rebus, Deus non vult hoc propter hoc, sed vult hoc esse propter hoc.

2. Sed idem haberetur si sacramenta essent tantum condiciones sine quibus non daretur gratia. Ergo in hac theoria non salvatur vera causalitas sacramentorum.

Nego antec. Si sacramenta tantum essent condiciones, Deus non produceret gratiam quia sacramentum hoc exigeret, sed simpliciter posito sacramento Deus produceret gratiam. Scilicet gratia producta ibi esset *post* sacramentum positum, non *propter* illud.

3. Instrumentum debet esse medium inter causam principalem et effectum. Atqui in hac theoria sacramenta non sunt media inter

n Pro evolutione historica totius quaestionis, cf. Reinhold, *Dic Strcifraye Uber die physische oder -moralische Wirksanfkcit der Sakramente* (Sttugart 1899). Cf. etiam D.Bertetto, *Nota sulla. causalité sacramentaria presso i cattolici moderni* (Torino 1950).

Deum et gratiam. Ergo in hac theoria sacramenta non sunt instrumenta gratiae.

Resp. 1." *Cone. moi. Trans, min., sed nego suppositum.* 'Sacramenta enim proprie sunt instrumenta Christi.

Resp. *2' Cone. mai. Nego min.* Deus enim per Christum applicat nobis fructus Redemptionis, conferens gratiam. Ipse autem Christus id efficit per sacramentum, significans efficaciter voluntatem ut nobis detur gratia a Deo.

4. In hac theoria causalitas sacramentorum et causalitas sacrificii sunt eaedem. Atqui hae duae causalitates differre debent. Ergo haec theoria non est admittenda.

Dist. mai. In hac theoria causalitas sacramentorum et causalitas sacrificii sunt eaedem, id est utraque est moralis, *cone, mai.;* sunt eaedem, id est etiam intra limites causalitatis moralis nullo modo differunt, *nego mai. Contradist. min.* Hae duae causalitates differre debent, id est intra limites causalitatis moralis debent habere essentialem aliquam differentiam, *cone, min.;* id est non possunt esse causalitates morales, *nego min.*

Finis primarius sacrificii est honor Dei, ex quo ceteri secundario consequuntur; finis autem primarius sacramenti est sanctificatio hominis. Ideo sacrificium offert Deo voluntatem Christi Ipsum infinito modo honorantis; sed sacramentum offert Deo voluntatem Christi volentis gratiam determinatam determinato homini dari. Unde intra limites causalitatis moralis, hae duae causalitates omnino differunt.

94. Scholion. *De nova qfiadam theoria pro eausalitate sacramentorum explicanda, a)* Proposita est recenter theoria, cuius fundamentum est, causalitatem gratiae non esse necessario eandem in omnibus sacramentis. Cum enim operari sequatur esse et natura uniuscuiusque sacramenti diversa sit, potius investigandum erit a posteriori in unoquoque sacramento qualis peculiari eius naturae causalitas proportionetur. Natura autem diversa uniuscuiusque sacramenti determinanda erit ex diverso officio quod complet in activitate Corporis Christi Mystici.

Alia ergo sacramenta constituunt permanenter subiectum in diverso modo essendi, ideoque et operandi intra Corpus Mysticum ; pro quo exigitur praevia possessio vitae supernaturalis, quae illius Corporis est propria. Talia sunt baptismus, confirmatio, ordo et matrimonium. Quorum causalitas gratiae et mediata et intentionalis defenditur. Efficiunt enim immediate illum permanentem modum essendi, qui ordinis intentionalis est, quique intentionaliter exigit infusionem gratiae.

Alia sunt sacramenta, scilicet paenitentia et Eucharistia, nullam praeviam realitatem efficientia, quae gratiam exigat, sed ipsam gratiam Immediate producentia. At diversimode. Nam in Eucharistia ipse Christus praesens gratiam producit physice instrumentaliter ; in paenitentia vero absolutio iudicialis habet efficientiam quandam iuridicam ipsius gratiae.

Tandem extrema unctio, quae nec in prima sacramentorum specie nec in secunda proprie invenitur, habet causalitatem immediatam moralem per modum permanentis cuiusdam Christi deprecationis ".

31 Cf. A.TemiRo. *La cattsalidad de los Sacramcntos y cl Cuerpo Mlstico* (Burgos 1945); *jEs idcntica o diversa la especie de causolidad en los distin-*

b) Haec quidem theoria illud magnum commodum habet, quod gratiam sacramentalem uniuscuiusque sacramenti sub lumine Corporis Mystici Christi considerat, ad cuius intimam activitatem et vitam sine dubio pertinet.

Sed nimis attendit ad diversitates singulorum sacramentorum. Quo posito, vi axiomatis "operari sequitur esse", concludit ad diversos modos causalitatis. Revera unumquodque sacramentum habet aliquid speciale eo quod sit tale sacramentum, et non aliud. Secus non essent septem sacramenta, sed unum tantum Hinc est etiam quod effectus uniuscuiusque sacramenti sit talis, et non alius fef supra n 47). Tmmo considerari possunt nonnullae similitudines, quibus aliqua sacramenta magis inter se assimilentur quam cum aliis sacramentis; sic v.gr. baptismus et confirmatio similem habent compositionem moralem rei physicae cum verbis, et magis differunt a paenitentia. quae diverso modo componitur.

Attamen, etiam positis his diversitatibus, sacramenta omnia in hoc coincidunt quod sint significationes obiectivae voluntatis efficacis Christi ut huic homini haec gratia conferatur. Si ergo in hoc coincidunt, consideranda nobis sunt sacramenta in hoc suo esse communi. non in esse uniuscuiusque. S:nsmla enim sacramenta illud esse commune participant, sicut individua participant esse speciei, vel species participant esse generis. In hac ergo consideratione sacramentorum. quae propria est huius nostri tractatus quaeque rationi sacramentorum essentialis est. non accidentalis, *operari sequitur esse.* Unde dabitur etiam aliquis modus operandi, in quo sacramenta omnia conveniant, quodque respondeat, rationi illi communi et essentiali sacramentorum. Quod nisi consideretur, habebimus fortasse causalitatem specialem huius vel alius sacramenti sed non cattsalitatem sacramenti ut sic. Operatur ergo sacramentum ut sic. per modum causae moralis, iit diximus, significando objective voluntatem efficacem Christi in distributione gratiae sanctificantis ex opere operato. Quod vero haec Christi voluntas sensibilis fiat hoc vel illo ritu, de materiali se habet in ratione formali et essentiali sacramenti ut sic.

CAPUT IV

De ministro sacramentorum

95. Ex his. quae hucusque diximus, apparet quomodo sacramentum sit signum sensibile symbolicum gratiae, non utcumque sed practicum. Sed sacramentum est signum quoddam rituale, ad cultum pertinens religionis christianae : unde nihil mirum quod non possit a quopiam perfici, sed a determinato ministro cultus. Hoc ergo iam nunc investigamus : qualis debeat esse sacramentorum minister.

Et primo quidem minister sacramentorum non agit nisi

tos Sacramcntos?: RcvEspT 10 (1950) 491-515; *La diversa causalidad de los Sacramcntos:* RevEspT 12 (1952) 219-226.

ut instrumentum Christi; requiritur proinde ut habeat potestatem ministerialem ad sacramentum peragendum.

Sed ex doctrina Ecclesiae haec potestas de facto exerceri nequit nisi ab illo qui intentionem habeat eandem exercendi; aliter revera non ageret in virtute et potestate Christi.

E contrario, iuxta ipsam doctrinam! Ecclesiae, talis potestas exerceri potest etiam ab illo qui nec statum gratiae habeat, nec sit fidelis.

Haec in sequentibus exponemus.

ARTICULUS I

DE POTESTATE MINISTRI

Thesis 11. Minister sacramentorum est vicarius Christi.

LennErz. 103-110; T/Ercher-Dandur, 81-86; Xaverius ab AbârzUza, *De sacramentis in ffencrc* 140-143.

96. Notiones. Minister sacramentorum dicitur homo qui conficit sacramentum. Conficit autem sacramentum ille qui. formam materiae applicans, ritum sensibilem perficit. Quia sacramenta sunt actiones, conficiens sacramentum est etiam conferens sacramentum, quatenus illud applicat subiecto recipienti. Excipitur tamen Eucharistia, quae est sacramentum permanens; in quo proinde formaliter distinguitur minister conficiens et minister conferens: ille ritum sensibilem perficit sacramenti in fieri (transubstantiationem), hic sacramentum applicat in usu (communione). Quae in, hac thesi dicimus! valent etiam de ministro conficiente Eucharistiam.

Vicarius dicitur qui agit vice alterius. Eius actus physicë ab ipso peragitur: in ordine vero morali ac iuridico censetur et vere est actus illius, cuius vices gerit. Ut hoc fieri possit, requiritur ut vicarius non agat propria potestate, sed potestate alius. Haeci est *potestas vicaria,* ad quam non sufficit quod sit potestas accepta ab alio, neque quod exerceatur ex mandato alius, sed necesse est ut actus induat valorem moralem alius, cuius potestate fit, ideoque vere dici possit actus illius. Sic v.gr. legatus regius habet potestatem vicariam, eiusque actus, quos ut legatus facit, sunt iuridice actus regis, cuius legatione fungitur.

97. Doctrina Ecclesiae. *Cone.Florentinum* in Decreto pro Armenis (D 698) docet de Eucharistia: "sacerdos in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum".

Conc.Tridentinum sess.14 cp.5 (D 899) docet Christum sacerdotes reliquisse "sui Ipsius vicarios" pro sacramento paenitentiae.

Pius XII: "In omni actione liturgica una cum Ecclesia praesens adest divinus eius Conditor; praesens adest Christus in sacramentis virtute sua... Utique retinendum est, sacramenta altarisque sacrificium intimam habere in semetipsis virtutem, utpote quae sint ipsius Christi actiones, quae divini Capitis gratiam in Mystici membra transmittant atque diffundant" [1].

Valor dogmaticus. *Doctrina catholica.*

98. Probatur ex sacra Scriptura. Eph 5,25s: *Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae.* In his verbis actio baptizandi tribuitur Christo. Unde sic: baptismus ita fit a ministro ut possit revera dici Christum baptizare. Atqui hoc dici nequit nisi minister baptizet ut vicarius Christi. Ergo minister baptismi est vicarius Christi.

99. Probatur ex traditione, *a)* Haec doctrina expresse proponitur a S.Augustino in *controversia contra Donatistas.* "Hic [ChristusI est qui baptizat in Spiritu Sancto; nec sicut Petilianus dicit, iam baptizare cessavit, sed adhuc id agit, non ministerio corporis sed invisibili opere maiestatis" [2]. Haec ideo habentur, quia actus baptizandi censetur actus Christi: "Petrus baptizet, hic est qui baptizat; Paulus baptizet, hic est qui baptizat; ludas baptizet, hic est qui baptizat" [3]. Sacramentum ergo conficit et minister humanus et Christus: hic potestate propria, ille potestate vicaria (R 1810). Similibus verbis utitur S.Ambrosius (R 1280).

b) Hanc doctrinam videt S.Thomas inclusam in illa alia: sacramenta sunt *instrumenta.* Instrumentum enim non agit virtute propria, sed virtute causae principalis, in quantum ab ipsa movetur et elevatur. Et ideo effectus ab instrumento peractus tribuitur causae principali. "Quia minister in sacramentis instrumentaliter operatur, non agit in virtute propria, sed in virtute Christi" (3 q.64 a.9; cf. a.5 ad 1; *In 4* d.5 q.2 a.2 sol.2 et 3; *C.Gent* 4,76).

100. Obiectio. Si actiones sacramentales essent moraliter actiones Christi, Christus dicendus esset contrahere matrimonium. Sed

[1] *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 528.533.
[2] *Contra litteras Petiliani* 3,49,59: ML 43,379.
[3] Zn *Io evangehum* 5,7: ML 35,1428.

hoc est absurdum. Ergo actiones sacramentales non sunt moraliter actiones Christi.

Dist. niai. Si actiones sacramentales materialiter sumptae essent actiones Christi, Christus dicendus esset contrahere matrimonium, *conc. mai.;* si actiones sacramentales sunt actiones Christi tantum formaliter sumptae, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.* Actio sacramentalis est actio Christi solummodo in quantum est actio qua ponitur signum efficax gratiae, ut tale. In casu proposito contrahentes matrimonium efficiunt consensum et ideo contrahunt matrimonium ; sed ille consensus elevatus est a Christo ut sit etiam signum efficax gratiae, et ut tale est vere actio moraliter Christi, seu contrahentium nomine Christi.

101. Scholion. *De subiecto huius potestatis vicariae.* Haec vicaria potestas, ut patet, non datur nisi in his, quibus Christus eam voluit communicare. Quod quidem pro singulis sacramentis determinandum est; neque id determinare, est huius loci. Sed in genere retinendum est, ex doctrina Ecclesiae contra Protestantes[4], hanc potestatem non esse in omnibus Christianis; unde consequitur non quemlibet Christianum posse valide conficere quodlibet sacramentum. Hoc definitum est a Conc.Tridentino sess.7 cn.10 (D 853), cuius talis fuit origo: Undecimus error prioris elenchi sic se habebat: “omnes Christianos cuiusvis sexus habere parem potestatem in verbo et sacramento ministrando” °. Theologi Concilii censuerunt hunc articulum iam antea fuisse damnatum et esse iterum damnandum"; quod Patribus placuit. Unde prima redactio canonis: “si quis dixerit, Christianos omnes in verbo et omnibus sacramentis conficiendis et administrandis parem habere potestatem, anathema sit’”. Plures Patres voluerunt ut omitterentur voces “conficiendis” et "parem"; prima quia superflua erat"; secunda quia, ut videtur, quandam generabat ambiguitatem, cum sensus sit non omnes Christianos habere potestatem, scilicet eam quae ad valide ministrandum sacramentum requiritur. Sensus ergo canonis est, non omnes christianos posse valide ministrare sacramentum, eo quod non omnes habeant requisitam potestatem; seu quod idem est, ad constituendum aliquem ministrum sacramentorum necessariam esse specialem potestatem, quae non habetur ex eo solum quod aliquis sit christianus.

ARTICULUS II

De intentione ministri

Thesis 12. In ministris, dum sacramenta conficiunt, requiritur intentio saltem faciendi quod facit Ecclesia.

S.Th., 3 q.64 a.7; LennErz, 115-173; Lercher-Dander, 92ss; Puig, 72-83.

102. Notiones. Dum sacramenta conficiunt, id est cum signum sacramentale efficiunt; seu cum perficiunt ac-

‘ Cf. CTr 5,836.
• CTr 5.836.
• CTr 5,863.
’ CTr 5,984.
• CTr 5,989.

tionem sacramentalem, quam diximus esse actionem vicariam Christi.

Intentio est actus deliberatus voluntatis, quo quis aliquid agere vel omittere vult. Unde actio sacramentalis non est mere actus hominis, sed vere actus humanus.

Faciendi quod facit Ecclesia, scilicet ritum illum faciendi, qui in Ecclesia habetur. Haec intentio intelligitur generalis, vel in confuso; quamvis minister fortasse nesciat quid illud tandem sit.

Requiritur, scilicet est necessaria ut simpliciter habeatur sacramentum. Unde si illa intentio desit, etiam stante signo sensibili cura debita materia et forma, non adest sacramentum.

Saltem dicitur quia haec intentio ad minimum requiritur; non tamen excluduntur aliae altiores intentiones in ministro.

103. Adversarii. Lutherus, ex theoria iustificationis per solam fidem fiducialem, tenuit paenitentem vere esse absolutum si se absolutum credat, etiamsi sacerdos non serio sed ioco absolveret \ Calvinus ex eadem ratione doctrinam tridentinam de intentione irrisit[2].

104. Doctrina Ecclesiae. Innocentius III in Professione fidei Waldensium (D 424) loquitur de necessaria fideli intentione conficientis Eucharistiam.

Conc.Constantiense (D 672), exigens a Wicleffitis et Hussitis ut credant probitatem ministri non influere in validitatem sacramenti, supponit requiri intentionem "faciendi quod facit Ecclesia".

Conc.Florentinum in Decreto pro Armenis (D 695) idem docet requiri ut sacramenta perficiantur.

Leo X damnavit errorem Lutheri (D 752). Cf. Conc.Tridentinum sess.14 cp.6 (D 902) et cn.9 (D 919). Nota tamen neque Lutherum ipsum in responsione ad Pontificem, neque primos theologos controversistas, hanc doctrinam speciatim considerasse; sed totos fuisse in efficacia quae fidei fiduciali tribuebatur. Talis ergo videtur esse praecipuus sensus huius damnationis3*

Conc.Tridentinum sess.7 cn.11 (D 854), cuius haec est historia et sensus. Error 13 theologis propositus talis erat:

1 *Sermo de poenitentia: Opera* (cd.Weimar) 1,323; cf. *Dc Captivitate babyIonica:* ib. 6,570s.

3 *Acta Synodi Tridcntinae cum Antidoto,* ad sess 7 cn.11: *Corpus Reformatorum* 35.946s

' Cf. G.Rambaldi, *L'oggetto delVintensionc sacrasnentale nei teologi dei secali XVI e XVII* (Romae 1944) 24-36.

“intentionem ministrorum non requiri, nihilque agere in sacramentis” [4]. Ambiguitas, quae posset esse in quaestione de intentione requisita, statim apparuit; et ideo sic referunt Acta sententias theologorum : “quoniam intentio ministrorum (ut aliqui asserunt) non est simpliciter necessaria, sed tantum quod intendant facere quod Ecclesia intendit, ideo cuperent hunc articulum damnari cum aliqua declaratione. Ceteri theologi censent hunc articulum omnino damnandum et iam damnatum” [5]. Ambiguitas illa, nedum sublata, maior apparet in sententiis Patrum: “quidam dixerunt quod damnaretur ut iacet, alii quod dicatur nullam intentionem ministrorum esse necessariam ; sed deleantur illa verba *nihilque agere in sacramentis,* quia in veritate nihil agit in sacramentis” [e]. Optimo consilio in prima canonis redactione introducta fuit formula traditionalis : “si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit” [7]. Et haec redactio placuit, nisi quod plures voluerunt ut adderetur particula *saltem*[8]*; cuius additionis ratio haec fuisse videtur: intentionem illam determinatam esse eam quae ad minimum requirebatur [°]. His ergo positis, cum inter theologos illius temporis defenderetur duplex sententia, quarum una tenebat sufficere in sacramentis illam intentionem quae in externa positione ritus sensibilis continetur et exprimitur, formula *intentio faciendi quod facit Ecclesia* maiorem intentionem non exigit quam quae ab illis theologis exigebatur. Damnantur tantum Novatores, pro quibus intentio nullatenus erat necessaria [10].

105. Alexander λ7!!! anno 1690 damnavit propositionem : “Valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit: non intendo quod facit Ecclesia” (D 1318). Doctrinam huius propositionis propugnaverat in Belgio F.Farvacques iam ab anno 1671 in publicis disputationibup, deinde etiam anno 1680 in aliquo suo opusculo[11]. Quo etiam tempore illa doctrina ab aliis quoque suscepta est. Farvacques ergo exigebat in ministro *notitiam* saltem confusam

« CTr 5,836.
» CTr 5,866.
• CTr 5.971.
’ CTr 5.984.
« CTr 5,991.
• CTr 5,987..
10 Cf. Rambaldi, *L'oggctto deU'intcnsionc* 40-61.
11 *Opusculum in quo de sacramentis Novae Legis gencratim agitur* (Leodici Eburorum 1680).

voluntatis Ecclesiae intendentis per illum ritum conferre aliquod sacramentum, et praetere? -•^*luntatem* seriam et non iocularem faciendi illum ritum. Se l his positis, etiamsi nullam intra se. intentionem haberet, dicebat sacramentum confici. Putabat enim legatum, qui externa caeremonia regem honoraret, etiamsi nullam haberet intentionem eum honorandi, honorem revera regi tribuere ; et similiter facientem contractum. qui externas contractus formalitates poneret, etiamsi se interne obligare noluerit, contractum revera effecisse. Et idem dicebat de ministro sacramentorum ; qui proinde in eius doctrina! revera intentionem non habebat[12]. Sensus ergo propositionis damnatae est iterum exigere intentionem qualem docuerat Tridentinum : addens praeterea ad illam non sufficere *meram* positionem ritus externi. Scilicet ritus externus serio' positus ordinarie connectitur cum intentione illum peragendi ; sed non absolute et necessario, cum possit illa intentio positive excludi, vel simpliciter non poni[13].

Leo XTTI (D 1966) invalidas declaravit ordinationes anglicanas etiam ex defectu intentionis necessariae ut fiat sacramentum [14].

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

106. Probatur ex praescriptione. Ante Conc.Tridentinum per tria saecula et amplius necessitas intentionis in ministro sacramentorum habetur in explicita et universali professione sine ulla dubitatione aut controversia, etiam cognitis difficultatibus quae ex hac doctrina pro aliis quaestionibus exsurgunt. Atqui hoc factum probat necessitatem intentionis pertinere ad doctrinam revelatam. Ergo ex revelatione requiritur intentio in ministro sacramentorum.

Mai. d) Quaestio de necessitate intentionis in ministro sacramentorum non incipit explicite agitari nisi saec.XII cum theologia sacramentaria scientifice coepta est elaborari. Quaestio in concreto ponitur de iis, qui mimice seu iocose baptizantur, utrum verum sacramentum baptismi recipiant. Sic iam ab Hugonf, Victorino[15], qui intentionem omnino requi-

12 Farvacques. *OpuscuJtim* cp.6 q.4. Nota Farvacques suam quaestionem incipere exigendo non solum intentionem, sed etiam intentionem internam (cf. *ib.* q.2); rem tamen ita evolvit ut ipsam veram intentionem destruat.

13 Cf. G.Raatbai.di, *La "intentio externa" di Fr.Farvacquesz* Greg *27* (1946) 444-457.

14 Cf. J.Bittremieux. *De intentione ministri in sacramentorum administratione iuxta ecclesiam anqlicanam:* EpbThLov 15 (1038) 103s.

13 De sacramentis lib 2 p6 cp.13: ML 176 458. Optime ipse declarat: "П"'-filium meum forte ad balnea tuleram. Veni ad aquam, non ut baptizarem, sed ut balnearem; non ut sacramentum darem, sed ut sordes abluerem vel carnem *foverem.* Posui parvulum meum in aquam, sed quia volui ut bene cresceret

rit, contrarium putans esse ridiculum. Eandem sententiam profitentur *Summa Sententiarum, Sententiae Divinitatis,* PETRUS Lombardus, et *omnes alii theologi saec.XII*[16], praeter Robertum Pullum, Gandulphum cum sua schola, et Rolandum Bandinelli[17].

b) Ab initio saec.XIII est plenus et universalis consensus. Formula ipsa "intentio faciendi quod facit Ecclesia" iam habetur circa annum 1231 in GulIELMO Altissiodorensi, qui eam ita explicat "ut sumamus verbum confuse, id est si intendit facere quod consuevit Ecclesia"[18]. Quae formula ab hoc tempore a theologis constanter retinetur[19]. Ita magni Doctores huius saeculi Alexander Halensis, S.Bonaventura, S.Albertus M., S.Thomas[20]. Idemque tenent ceteri theologi, ut Hervaeus Natalis, Richardus a Mediavilla, Scotus, Petrus de Palude, Thomas Argentinas, Aureolus, Durandus, Baconthorp, Biel, Sylvester Prierias, Hadrianus, Caietanus[21].

c) Difficultates, quae ex necessaria ministri intentione oriebantur, statim apparuerunt theologis; qui in earum solutione diversas vias inierunt, ita tamen ut necessitatem intentionis salvarent. Sic in difficultate orta ex ministro, qui non credit baptismum esse sacramentum aut dare gratiam, vel simpliciter non admittit Ecclesiam; dicentes sufficere intentionem dicendi et agendi quae ab aliis geruntur (Petrus Lombardus), vel intentionem baptizandi ut baptismus conferat quidquid conferre possit (Innocentius IV), vel intentionem faciendi quod facit Ecclesia, quod intendens, quamvis princi-

et prodesset, dixi forte sicut dixissem in manducando et bibendo, sicut in arando et seminando sive aliud quodcumque agendo dixissem, dixi: in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Tu venis et dicis mihi, quod baptizatus est filius meus. Eco balneatum scio, bapt'zatum nescio".

16 *Summa Sententiarum* tr.6 cp.9: ML 176.135; *Sententiae Divinitatis* (ed.Geyer) 131; Petrus Lombardus. *Sententiae* 4 d.6 cp.5; d 13 cp.1. Cf. F Gillmann, *Die Notwendigkeit der Intention auf Seiten des Spenders und des Empfangers der Sakramente nach den Anschauungen der Fruhscholastik* (Mainz 1916).

17 Robertus Pullus. *Sententiae* 5 15: ML 186.841s; Rolandus. *Sententiae* (ed Gietl) 206. Pro tota hac quaestione historica, cf. A.M.Landgraf. *Beitrage der Frühscholastik sur Terminologie der allgemeinen Sakramentenlehre:* DivThom (Fr) 29 (1951) 10-34.

18 Summa *Aurea* lib 4 q.7.

19 Innocentius IV *(In quinque Decretalium libros,* in c.2 X III 42) negat requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia quia illam non in confuso et generali modo sumit; exigit enim ut minister intendat baptizare.

20 Alexander Halensis *Summa* p4 q.8 m.3 a.1; S Bonaventura, *In 4* d.6 p 2 a 2 q.1: S.Albertus M.. *In 4* d6 a11; S Th., 3 q 64 a 8-10

21 Hervaeus Natalis. *In 4* d.6 q.3: Richardus a Mediavilla. *In 4* d 6 a.2 q.2; Scotus *In 4* d 6 q.5; Petrus de Palude. *In 4* d.6 q 2; Thomas Argentinas. *In 4* d.5 q.1; Aureolus. *In 4* d.5 q.1 a.1; Durandus. *In 4* d 6 q.2; Ranas. *In 4* d.5 q.1; Aureolus. *In 4* d.6 q.1 a.2; Sylvester Prierias. *Summa* v. Baptismus a.3 q.12; Hadrianus. *Quaestiones de baptismo: in 4 Sententiarum* (Romae 1522) fol.18; Caietanus. *In 3* q.64 a.8. Horum theologorum, sicut et praecedentium, textus utiliter collegit Lennerz, 115-141.

paliter non intendat effectum, intendit tamen ex consequenti (S.Bonaventura); cf. S.Th., 3 q.64 a.9 ad 1. Similiter in difficultate orta ex occulta intentione ministri, de cuius rcalitate constare non poterit, unde neque constabit de sacramento valido nec de salute suscipientis; ad quam difficultatem solvendam alii simpliciter tenuerunt, supposita debita diligentia, Deum supplere pro salute illius qui de facto ex defectu intentionis non fuerit baptizatus (Alexander Halensis, S.Bonaventura), alii in ipsa verborum prolatione sufficienter constare de intentione mentali (S.Albertus M., Hervaeus Natalis, Durandus); cf. S.Th., 3 q.64 a.8 ad 2.

Min. d) Consensus ille in his adiunctis probat intentionem ministri revera esse necessariam; secus Ecclesia erraret in re pertinente ad fidem, et quidem in re maxime necessaria pro salute hominum.

(?) Veritas illa nequit haberi nisi ex revelatione; pendet enim a libera voluntate Christi sic instituentis sacramenta, cum potuisset ea aliter instituere.

107. Ratio theologica, *d)* Homo perficiens sacramenta potest agere vel proprio nomine vel nomine Christi, prout ipse velit. Ergo ut agat praecise nomine Christi debet hoc positive velle, ac proinde habere intentionem sic agendi. Atqui sacramentum non conficit nisi agens nomine Christi et ut vicarius Eius. Ergo homo non conficit sacramentum nisi *habeat intentionem* agendi nomine Christi et ut vicarius Eius.

b') Id quod facit Ecclesia in confectione sacramentorum nihil aliud est nisi quod a Christo institutum est. Atqui a Christo institutum est sacramentum tanquam actio vicaria Ipsius. Ergo id quod facit Ecclesia est sacramentum tanquam âctio vicaria Christi. Ergo si minister intendat in confuso *facere qtiod facit Ecclesia,* eo ipso habet sufficientem intentionem agendi ut vicarius Christi. Cf. S.Th., 3 q.64 a.822.

108. Obiectiones. 1. Iuxta *S.Chrysostomum* (R 1169) minister sacramentorum tantum linguam commodat, manum porrigit. Atqui haec possunt fieri sine intentione. Ergo iuxta S.Chrysostomum intentio non est necessaria in ministro.

Dist. mai. Iuxta S.Chrysostomum minister sacramentorum linguam commodat et manum porrigit tanquam instrumentum animatum et actu humano, *conc. mai.:* tanquam instrumentum inanimatum, *nego mai. Contradist. min.* Sine intentione possunt haec fieri tanquam per instrumentum inanimatum, *conc. min.;* tanquam per

a Pro evolutione historica, cf. Hahn, Die *Lettre von den Sakranicnten in ihrer gcschichtlichen Enhvickilitng inncrhalb dcr abendtandischen Kirche bis eutn Conzil von Trient* (Breslau 1864) 218-232; Pourrat, 316-361; A.TkouvEnik, *Intention:* DTC 7,2268-2280.

instrumentum animatum et actu humano, *nego min.* Unicum quod S.Chrysostomus vult excludere illis verbis est necessitas probitatis in ministro, ut ex sequentibus patet.

2. *S.Augustinus* (R 1834) dicit: "accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum". Ergo nihil aliud requiritur. Ergo intentio non est necessaria.

Dist. antec. Ex S.Augustino accedit verbum ad elementum et eo ipso fit sacramentum, id est inde habet sacramentum vim sanctificativam, *conc. antec.;* id est sacramentum in suo esse iam completum est, *subdist.;* si verbum est verum verbum humano modo prolatum *conc. antec.;* si verbum est merus sonus syllabarum, *nego antec. Pariter dist. primam cons.* Nihil aliud requiritur tanquam elementum sanctificans, *conc. cons.;* nihil aliud requiritur tanquam elementum perficiens, *subdist.:* nihil aliud praeter verbum humano modo prolatum, *conc. cons.;* nihil aliud praeter verbum quocumque modo prolatum, *nego cons.*

3. *S.Augustinus* dicit valere baptismum, qui a ministro fallaciter confertur23. Ergo supponit intentionem non requiri.

Dist. antec. Dicit valere baptismum, qui a ministro fallaciter confertur. id est a ministro baptismum interius irridente sed serio volente facere ritum Ecclesiae, *conc. antec.;* id est a ministro nec ritum Ecclesiae serio facere intendente, *nego antec. Pariter dist. cons.* Supponit non requiri intentionem, si admitteret valorem baptismi a ministro non intendente serio ritum Ecclesiae facere, *conc. cons.;* si hoc non admittit, *nego cons.*

Multum disputatur de vero sensu huius textus SAugustini. Alii tenent ministrum fallacem ibi intelligendum esse de haeretico, ac proinde in textu nihil agi de intentione “. Alii putant ministrum fallacem intelligendum esse de ministro, qui ritum Ecclesiae externum serio conficere vult, cum tamen non credat illum ritum ad aliquid inservire. Et haec sententia probabilior videtur. Ideo ibidem non audet S.Augustinus quidquam definire de valore baptismi mimice collati. Ceterum in toto textu dicit expresse S.Augustinus se loqui probabiliter tantum, sine praeiudicio diligentioris inquisitionis vel maioris auctoritatis.

109. 4. Baptismus *iocose collatus* aliquando ut validus est habitus. Ergo tunc intentio ministri non censebatur necessaria. *Antec.* Rufinus narrat Athanasium puerum, cum aliis pueris iocose episcopum agentem, baptizasse catechumenum ; quem postea Alexander, episcopus, re diligenter examinata, valide baptizatum esse definivit3".

Nego antec. Ad probationem dico totam illam historiam falsam videri, cum Athanasius, natus anno 295, vel ipso primo anno pontificatus Alexandri (312) decimum septimum aetatis annum ageret. Ea vero quae illa historia narrantur, multo minorem aetatem omnino exigunt.

5. Sacramenta sunt *signa.* Atqui confectio signi est independens ab intentione conficientis illud. Ergo sacramentum independens est ab intentione ministri.

a *De baptismo* 7,55.101s: ML, 43,242s. Textus integer affertur a Lenxerz. 160s.

* Cf. FranzEt.in, *De sacramentis in genere* th.16 sch.2; PESCII, *De sacramentis* tn *genere* 284.

33 Cf. Pourrai, *332-336.*

Dist, mai. Sacramentum est signum efficax, *conc. mai.;* est signum tantum significans, *nego mai. Contradist. min.* Confectio signi tantum significantis est independens ab intentione conficientis, *trans, min.;* confectio signi efficacis est independens ab intentione conficientis illud, *subdist.:* si ita voluit institutor signi, *trans, min.;* si aliter voluit, *nego min.*

6. Si sacramentum nequit esse efficax sine intentione ministri *minister tribuit illi suam efficaciam.* Atqui minister non tribuit efficaciam sacramento. Ergo sacramentum potest esse efficax sine intentione ministri.

Dist. mai. Si sacramentum nequit esse efficax sine intentione ministri ideo quia sine illa signum gratiae iam plene constitutum nondum haberet efficaciam, tunc minister tribueret sacramento suam efficaciam, *conc. mai.;* si non posset esse efficax ideo quia sine intentione nondum habetur signum gratiae efficax prout a Christo fuit institutum, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.*

Intentio ministri requiritur ut simpliciter sit hoc signum gratiae a Christo institutum, non ut illud sit efficax.

7. Signum sacramentale coalescit *ex materia et forma tantum.* Atqui materia et forma possunt poni sine intentione. Ergo signum sacramentale haberi potest sine intentione ministri.

Dist. mai. Signum sacramentale coalescit ex materia, et forma humano modo prolata, *conc. mai.;* ex materia et forma quocumque modo prolata, *nego mai. Contradist. min.* Materia et forma possunt poni quocumque modo sine intentione ministri, *conc. min.;* possunt poni humano modo sine illa intentione, *nego min.*

110. Scholion 1. *De intentione requisita.* Intentio ministri multiplex esse potest, nec eadem requiritur in singulis sacramentis. Ulterior tamen huius intentionis determinatio pertinet ad theologiam* moralem.

Scholion 2. *De intentione requisita in subiecto sacramenti.* Etiam in suscipiente sacramentum requiritur intentio illud suscipiendi, quae feratur non solum in ritum mere externum, sed aliquo modo in sacramentalitatem ipsius. Hoc tamen non est absolute necessarium pro omnibus sacramentis et semper; non enim requiritur in infantibus. Neque ratio necessitatis huius intentionis videtur esse sacramentum ipsum in se consideratum, sed generalior quaedam ratio, iuxta quam Deus bona sua non obtrudit hominibus.*

Thesis 13. Intentio faciendi quod facit Ecclesia in ministro sacramentorum debet esse intentio faciendi ritum externum non solum materialiter, sed etiam formaliter ut sacrum.

Lennerz, 115-173; Lerciier-Dander, 95-103; Puig, 84-100.

111. Nexus. Posita necessitate intentionis in ministro, quaeritur de obiccto illius intentionis. Responsum quidem est obiectum, quod ad minimum requiritur, esse hoc: facere quod

* Cf. Lercher-Dander, 118ss.

facit Ecclesia. Quia tamen Ecclesia facit ritum externum, qui praeterea est sacer, sacramentalis, et gratiae productivus, ulterius determinandum est, quaenam. ex iis rationibus formalibus ad minimum requiratur ad valorem.

112. Notiones. Intentio faciendi quod facit Ecclesia, illa scilicet quam diximus esse necessariam in ministro sacramentorum.

Debet esse, scilicet requiritur ut habeat hoc obiectum.

Materialiter intenditur ritus externus, cum intentio fertur tantum in actionem externam faciendam (id est in applicationem debitae formae ad debitam materiam). Obiectum huius intentionis est id quod Ecclesia *facit.* Haec solet vocari *intentio externa*1 2

Formaltter ut sacer intenditur ritus externus, cum intentio fertur in formalitatem religiosam illius ritus, qualis ab Ecclesia fit. Obiectum huius intentionis est id quod Ecclesia *intendit.* Haec vocatur *intentio interna.*

Dicimus requiri *intentionem internam;* seu ritum externum se solo non esse sufficienter determinatum in esse sacramentali, ac proinde esse ulterius· determinandum per intentionem ministri. Ita ut quod adhuc poterat esse profanum (etiamsi serio sit factum), fiat sacrum per intentionem ministri, volentis facere id quod Ecclesia per illum ritum facere intendit.

113. Adversarii, a) *Medio Aevo* fuerunt aliqui theologi, qui admittebant sufficere in ministro illam intentionem, quae sufficienter exprimitur per ipsa verba formaes. Sic Aureoluss. Haec sententia perdurat usque ad saec.XVI, quo tempore eam defendit v.gr. Sylvester Prierias: “Non requiritur intentio mentalis, sed sufficit expressio intentionis per verba ab Ecclesia instituta” *.

b) *Tempore Conc.Tridentini* Catarinus et Salmerôn,

1 Omnis intentio, utpote actus voluntatis, est *subieetive* interna. Appellatur vero externa vel interna in hac quaestione *objective,* prout eius obiectum sit aliquid externum aut aliquid internum: ipse ritus sensibilis, vel eius sacramentalitas.

2 Huius opinionis meminerunt Alexander Hai.Ensis, *Summa* p.4 q.8 m.6 a.3; S.Bonaventura, *In 4* d.6 p.2 a.2 q.1 ad 5; Petrus de Palude, *In 4* d.6 q.2; Antonius de Asti. *Summa* lib.4 tit.5 a.3; Hervæus Natalis, *In 4* d.6 q.3; Durandus. *In 4* d.6 q.2, qui hac occasione tcrminologiam definit: "Sciendum est. quod duplex est intentio, una *interior et mentalis,* alia *exterior et vocalis,* quae consistit in verbis ab Ecclesia institutis"; Hadrianus, *Quaestiones de sacramentis in 4 Sententiarum* (Romae 1522) fol.18. Eandem opinionem commemorat S.Tn , 3 q.64 a.8 ad 2, ubi eam videtur approbare. Et quidem ita intellexerunt S.Thomam, locis citatis, Hadrianus, *Summa Astensis* et *Summa Sylvestrina* (v. Baptismus a 3 q.12), Caietano postea (Zn *3* q.64 a.8) S.Doctorem defendente.

2 In 4 d.5 q.1 a.l.

♦ *Summa Sylvestrina* v. Baptismum a.3 q.12.

qui sessioni septimae tridentinae interfuerunt, non quidem defendunt sufficere intentionem faciendi ritum externum, sed requiri intentionem faciendi sacramentum. Sed quia ritus est in se sacer et ut talis determinatur sufficienter a forma sacra, seria positio ritus externi probat, iuxta ipsos, ministrum intendere sacramentum facere, id est facere quod facit Ecdesia, quae hoc per illum ritum intendit 5.*

c) *Saec.XVII* Pasqualigo, Stribonio et Contenson tenuerunt sufficere intentionem serio faciendi ritum, qui in Ecclesia est sacramentum et tale esse cognoscitur a ministro ®.

d) *Saec.XVIIl* eandem sententiam defendunt JUENiNj Drouin et SERRY7, qui quandoque durioribus formulis utuntur 8.

Valor theologicus. *Communior et probabilior.*

114. Argumentum. A tempore Conc.Tridentini sententia Catarini ita impugnatur a theologis, ut semper maior pars eorum illam negaverit; immo nemo illam iam defendit. Atqui hoc probat requiri intentionem internam. Ergo intentio faciendi quod facit Ecclesia debet esse interna, seu respiciens ritum ut sacrum.

115. Ratio theologica. Ritus externus, etiam serio positus, non ita est determinatus a Christo ut non possit non esse sacramentalis. Ergo ab intentione ministri ulterius determinandus est. Atqui nequit ulterius determinari nisi intendatur ritus formaliter ut sacer est et sacramentalis. Ergo ut ritus sit revera sacramentalis requiritur intentio ministri, qua ipsum velit formaliter ut sacrum et sacramentalem.

8 CatarINUS, *De intentione ministri* (Romae 1552) fol.205; Sai.merôn, *Commentarii in omnes B.Pauli epistolas* lib.l p.3 disp.2. Cf. Rambai.di, *L'oggctto delVintensione* 65-94, qui diligentem et accuratissimam investigationem instituit. examinatis etiam omnibus aliis scriptis Catarini, quae in hac quaestione citari non solent.

8 Z.PASQUALIGO, *Sacra Moralis doctrina de statu supernaturali humanae naturae* disp.72s 3ss (Venctiis 1650); M.Stribonio. *Panthalitia* lib.4 de sacramentis in genere disp.1 cp.5ss (Parisiis 1620); V.Contenson, *Theologia mentis ct cordis* 3 lib.11 p.l diss.2 append. De his auctoribus, cf. Rambai.di, *L'oggctto dclVintensione* 119-132

' G.Juenin, *Institutiones theologicae 7* diss.l q.6 cp.2; H.Serry, *Vindiciae Vindiciarum Ambrosii Catarini* cp.5; H.R.Drouin, *De re sacramentaria* lib.l q.7 cp.3.

8 Haec sententia intentionis externae omnino distinguenda est a sententia, quam Farvacques defendit; ideoque non possumus hic adhibere damnationem Alexandri VIII de qua diximus in thesi praecedenti n.104. Differentia inter utramque sententiam in eo maxime est. quod fautores intentionis externae omnino exigant veram intentionem ministri ultra meram positionem seriam ritus externi; haec positio ritus est pro ipsis argumentum certum intentionis ministri. E contra Farvacques reapse positionem externam ritus a yera intentione ministri separabat, admisso quodam extrinsecismo qui possibilitatem ritus externi sine ulla intentione concedebat. Cf. Ramba&di, *La "intentio ffferiw" di Fr.Fqr·VWptes:* Greg 27 (1946) 456.

116. Obiectiones. 1. Ad sacramentum sufficit intentio *faciendi quod facit Ecclesia.* Atqui Ecclesia facit ritum sacrum. Ergo sufficit intentio faciendi ritum sacrum.

Cone. mai. Dist. min. Ecclesia facit ritum sacrum ut sacrum, *conc. min.;* aliter, *nego min. Pariter dist. cons.* Sufficit intentio faciendi quod facit Ecclesia, id est formaliter prout illum facit Ecclesia, *conc. cons.;* sufficit intentio faciendi quod facit Ecclesia, id est ritum sacrum materialiter sumptum, *nego cons.*

2. Ritus sacer etiam ut sacramentalis sufficienter *determinatur per formam.* Ergo posita forma, non requiritur alia intentio ministri.

Dist. antec. Ritus sacer sufficienter determinatur per formam etiam ut sacramentalis, id est ut signum, *conc. antec.;* ut sacramentalis, id est ut actio vicaria Christi, *nego antec. Pariter dist. cons.*

3. In ministro *haeretico aut infideli* deest intentio interna. Ergo si haec requiritur, sacramentum ab ipsis collatum erit semper invalidum. Atqui non est invalidum. Ergo intentio interna non requiritur.

Dist. antec. In ministro haeretico aut infideli deest intentio interna, id est deesse potest, *conc. antec.;* id est, semper et necessario deest, *nego antec. Pariter dist. cons.* Si intentio interna requiritur, sacramentum ab ipsis collatum semper esset invalidum, si haec intentio in illis semper et necessario deesset, *conc. cons.;* si non semper deest, *nego cons.*

Nulla est difficultas quod infidelis habeat intentionem faciendi illum ritum prout a suscipiente petitur et fit ab Ecclesia ; neque quod haereticus intendat ritum prout a vera Ecclesia intenditur. Ceterum saepe erit invalidum sacramentum, quia revera non detur talis intentio in ministro; aut saltem de hoc saepe constare non poterit.

117. 4. Si requiritur intentio interna, nunquam possemus esse *certi de sacramento valide recepto.* Atqui possumus. Ergo intentio interna non requiritur.

Dist. antec. Nunquam possemus esse certi certitudine metaphysica aut physica, *conc. mai.,* certitudine morali, *nego mai. Contradist. min.*

5. *S.Thomas* propter hanc ultimam difficultatem negat requiri intentionem internam: 3 q.64 a.8 ad 2.

Nego S.Thomam negare intentionem internam, quamvis nonnulli, ut diximus, hoc affirmaverint. Verba S.Thomae sunt: “et ideo alii melius dicunt, quod minister Christi agit in persona totius Ecclesiae, cuius minister est; in verbis autem, quae profert, exprimitur intentio Ecclesiae, quae sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contraritm exterius exprimatur ex narte m:l’;s*rt , e| recipientis sacramentum". Ibi non agitur de intentione requisita ad sacramentum, sed dc modo quo nobis constare potest sufficiente certitudine de habita intentione, ac proinde de valore sacramenti. S.Thomas enim expresse requirit intentionem conferendi sacramentum, seu internam: 3 q.64 a.10’.

6. Baptizati, qui solummodo intendunt *contrahere matrimonium,* eo ipso conficiunt sacramentum. Atqui hi non habent intentionem internam. Ergo intentio interna non requiritur.

Dist. mai. Baptizati sic contrahentes eo ipso conficiunt sacramen-

’ Cf. Luco, *Dc ^aeramentis in genere* disp.S ç.4.

tum, quia ex institutione Christi contractus matrimonialis validus inter baptizatos plene determinatus est ut sit semper sacramentum, conc. *mai.;* quia non requiratur talis ulterior determinatio signi externi in nullo sacramento, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.* Non requiritur intentio interna ex ratione sacramenti, *nego cons.;* non requiritur ex speciali ratione matrimonii, *conc. cons.* Alii tamen aliter respondent ".

ARTICULUS III

De Fide et probitate ministri

Thesis 14. Valor sacramentorum non pendet per se a probitate ministri.

S.Th., 3 q.64 a.5; Lennerz, 174-261; Lercher-Dander. 104-108; Puic, 57-70.

118. Notiones. Valor sacramentorum, scilicet quod sacramentum sit validum, seu vere confici possit.

Probitas intelligitur in concreto status gratiae.

Non pendet. Etiamsi minister careat illa probitate, seu sit in statu peccati mortalis, adhuc sacramentum ab ipso confectum potest esse validum.

Per se„ seu formaliter non influit probitas ministri in valorem sacramenti. Potest tamen influere per accidens, si peccatum ministri versetur circa materiam vel fqrmam essentialiter mutandam, aut circa necessariam intentionem non ponendam.

Unde dicimus potestatem ministerialem seu vicariam ad sacramentum valide conficiendum posse inveniri aequo modo in iusto et in peccatore.

119. Adversarii. Saec.V *Donatistae,* tenentes baptismum et ordinem non posse conferri a ministro schismatico \

Saec.XIlI-XIV eundem errorem renovarunt *Waldenses et Fraticelli* (D 488), iuxta quos sacramenta a ministro peccatore collata sunt invalida; deinde WlCLBFF, qui tenuit sacerdotem in statu peccati mortalis non conficere sacramentum (D 584) 13

Saec.XVI *Anabaptistae,* tenentes malum ministrum non conferre sacramentum.

10 Cf. Lennerz, 171; Lercher-Dander, 103 obicc.9.

1 Cf. A.Palanque, *L'affaire donatistc* in Fliche-Martin, *Histoire de l'Eglise* 3,41-52. De vera doctrina Donatistarum, cf G.NicoTra, *Dottrina sacramentaria cd ecclesiologica presso i Donatisti:* ScuoCatt 70 (1924) 141-147.227-236.

3 Cf. L.Cristiani, *Wycclif:* DTC 15,3605.

120. Doctrina Ecclesiae, a) *Ante Cone.Tridentinum:* S.Leo M.: "Maximum quoque ex laico, licet reprehensibiliter, ordinatum, tamen si Donatista iam non est et a spiritu schismaticae pravitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate; ita ut et ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet" 8.

Anastastus II admisit baptismum et ordinationem, quae ab schismaticis conferebantur (D 169).

Pelagius I de clerico schismatico scribit: "Et suscepi eum et catholicae fidei communione iussimus adunari; quia sicut docte veraciterque dixistis, nihil in illo maxime nisi solam a se divisionem dolebat Ecclesia. Eadem siquidem fides in symbolis, eadem forma in baptismatis sacramento, eadem in dominici Corporis consecratione mysteria" 4.*

Gregorius II admisit baptismum rite collatum ab adulteris et indignis presbyteris (D 296a).

Nicolaus I scripsit: "Non potest aliquis quantumcumque pollutus sit, sacramenta divina polluere, quae purgatoria cunctarum remedia contagionum exsistunt...; proinde qualiscumque sacerdos sit, quae sancta sunt, coinquinare non potest" B. Cf. D 334a.

Innocentius III in professione fidei Waldensium (D 424) profitetur sacramenta a sacerdote peccatore collata esse valida.

Ioannis XXII (D 488) errorem Fraticellorum damnavit. Cf. D 486.

Conc.Constantiense damnavit errorem Wicleffii (D 584). Cf. etiam Martinum V in interrogationibus proponendis Wicleffitis et Hussitis (D 672)^

121. b) *Cone.Tridentinum* sess.7 cn.12 (D 855): "Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali exsistentem, modo omnia essentialia quae ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent servaverit, non conficere: aut conferre sacramentum, anathema sit". Cuius canonis haec est historia. Error decimus prioris elenchi theologis propositi hic erat: "Malum ministrum non conferre sacramentum"6. Hic articulus, iuxta theologos, et iam damnatus et iterum damnandus erat7. Patribus tamen nonnullis visus est non damnandus sine aliqua declaratione, "cum si esset de per se malus, non noce-

' *Epistola* 12.6: ML 54,653.
4 Textum vide apud L.Saltet, *Les réordïnations* (Paris 1907) 83.
8 *Responsa ad consulta Bulgarorum* cp-71: Msi 15,425.
4 CTr 5,836.
< CTr 5,863.

ret; alias, si male administraret sacramenta, noceret"; aliqui etiam proposuerunt hanc formulam: "ministrum, qui est in peccato mortali, non conferre sacramentum" [8]. Hinc prima redactio canonis: "si quis dixerit, ministrum etiam in peccato et extra gratiam exsistentem, si alioquin omnia essentialia quae ad sacramentum conferendum pertinent, servaverit, non conferre sacramentum, anathema sit" [9]. Cui redaction! Patres quasdam correctiones intulerunt [10].

Cf. etiam *Cone.Tridentinum* sess.14 cp.6 (D 902) et cn.10 (D 920).

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

122. Probatur ex traditione, a) *Primis sacculis* valor sacramenti a peccatore collati habebatur in pacifica et quieta possessione fidei et praxis Ecclesiae. Ideo postea S.Augustinus invocare potuit traditionem apostolicam, quae ex praxi universalis Ecclesiae colligeretur (R 1623).

b) Ubi primum exorta est *controversia cum Donatistis,* S.Optatus Milevitanus [11] et S.Augustinus (R 1624 1635 1645 1810) illis validissime obstiterunt.

c) Alia quoque dantur *Patrum testimonia.* V.gr. S.Gregorius Nazianzenus dicit: "Sint duo annuli, alter aureus, alter ferreus ; atque ambo eandem imperatoris imaginem insculptam habeant; ac deinde ceram imprimant... Quid tandem hoc signum ab illo differt? Nihil... Discrimen enim in materia est, non in signo. Sic tibi quoque omnes, qui baptizandi munere funguntur, idonei habentur. Quamvis enim alius alium vitae probitate antecellat, eadem tamen baptismi vis est" [12]. S.Chrysostomus : "Neque enim iustum esset, ut propter alterius improbitatem fidelis in susceptione sacramentorum laederetur" (R 1169); "nihil laeditur gratia baptismi per vitam sacerdotis" (R 1189).

d) *Omnes conatus contra hanc veritatem* a magisterio Ecclesiae statim et constanter, ut vidimus, suppressi sunt.

123. Ratio theologica probare nequit valorem sacramenti de facto esse independentem a sanctitate ministri ; hoc enim oritur ex sola positiva voluntate Christi sic instituentis sacramenta. Sed posito facto, probare potest:

' CTr 5,971.
• CTr 5,984.
*' CTr 5,991.
11 *De schismate Donatistarum* 1.1 Is: ML 1.1,906s. Cf. P.V.Kornyljak, *Sancti Augustini de efficacitate sacramentorum doctrina contra Donatistas (Romae* 1953).
u *Oratio* 40,26: MG 36,395.

a) Sacramentum *ex natura sua* non exigere sanctitatem ministri. Minister enim agit ut vicarius Christi; unde virtus conficiens sacramentum est virtus ipsius Christi. Atqui haec eodem modo haberi potest in sacramento collato a malo et a bono ministro. Ergo sacramentum ex natura sua non exigit sanctitatem ministri ad valorem.

b) Convenientissimum fuisse ut valor sacramenti non penderet a sanctitate ministri. Magna enim esset incertitudo de valore sacramentorum, quod gravissimum fuisset praesertim in sacramentis baptismi et ordinis.

124. Obiectiones. 1. Nemo potest dare quod ipse non habet. Atqui peccator non habet gratiam. Ergo nequit eam dare. Ergo neque sacramentum validum conficere.

Dist. mai. Nemo potest dare virtute propria quod ipse non habet, *conc. mai.;* nemo potest dare virtute vicaria quod ipse non habet, *subdist.:* quod ipse nullo modo habet, *conc. mai.;* quod ipse non habet ut proprium, *nego mai. Contradist. min.* Peccator non haoet gratiam ut propriam, *cone, min.;* non habet gratiam ullo modo, *nego mai.,* habet enim eam ut instrumentum Christi.

2. Sacramentum conficere in statu peccati, est peccatum. Ergo si tale sacramentum esset validum, dicendum esset peccato dari gratiam, quod est absurdum.

Dist. antec. Sacramentum conficere in statu peccati, est peccatum prout confectio sacramenti est actio propria ministri, *conc. antec.;* prout est actio vicaria Christi, *nego antec. Pariter dist. cons.* Peccato dicendum esset dari gratiam, si sacramentum causaret gratiam prout est actio ministri, *conc. cons.;* si illam confert prout est actio Christi, *nego cons.*

3. Minister sacramentorum est instrumentum Christi. Ergo deoet esse commictus Christo tanquam causae principali. Atqui peccator non est coniunctus Christo. Ergo peccator nequit esse minister sacramentorum.

Dist. antec. Minister sacramentorum est instrumentum Christi, formaliter in quantum perficit actionem vicariam Christi, *conc. antec.;* est instrumentum Christi in quantum est talis persona particularis, *nego antec. Pariter dist. primum cons.* Debet esse coniunctus Christo, formaliter ut faciens actionem Christi vicariam, *conc. cons.;* debet esse coniunctus Christo prout est talis persona particularis, *nego cons. Dist. etiam min. subs.* Peccator non est coniunctus Cristo, ut est talis persona particularis, *trans, min.;* non potest esse coniunctus Christo formalitcr prout efficit actionem Christi vicariam, *nego min.*

Ad hoc ut minister coniunctus sit Christo formaliter ut faciens actionem Christi vicariam, solum requiritur ut habeat potestatem ministerialem (quam Christus non dedit tantum iustis) et intentionem necessariam. Haec autem duo possunt haberi etiam a peccatore, qui Christo non sit coniunctus personaliter per gratiam.

125. 4. Pelagius I negavit valorem consecrationis Eucharistiae a schismatico peractae: “Non est Christi Corpus, quod schismaticus

conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine Apostoli reprobatione confingere"

Respondeo Pelagium I certo admisisse valorem Eucharistiae a schismatico confectae, ut vidimus supra n.120. In citato textu non negat consecrationem Corporis Christi, sed quod schismatici possint congregare veritatem Corporis Christi, quod est Ecclesia. Ideo statim sequitur: "unam, ut saepe dictum est, quae Christi corpus est, constat esse Ecclesiam, quae in duo vel in plura dividi non potest" ".

5. Conc.Lateranense anni 769 irritas declaravit ordinationes factas a Constantino, Sanctam Sedem post mortem Pauli I invadente".

Respondeo textum illum probabilius intelligendum esse de privatione iuris ad ordines exercendos, non de validitate ipsorum ordinum. Unde nova *ordinatio,* de qua sermo est in Concilio, intelligenda est nova restitutio illorum iurium. Concedendum tamen est, ex maxima rerum confusione, hanc totam rem tunc temporis nonnihil obscuratam fuisse. Quod etiam apparet in Sergio III, qui videtur eos reordinasse quos Formosus ordinaveratl'; et in Urbano II, qui disputatur utrum denuo ordinaverit diaconum Daibertum, ab archiepiscopo schismatico ordinatum".

6. Conc.Sessionense anni 853 declaravit invaliditatem ordinationum, quas Elbo, archiepiscopus Remensis, post depositionem fecerat ",

Respondeo textum illum bene posse intclligi de privato iure exercendi ordines sacros, cum praesertim provocetur in illo ad traditionem romanam.

Thesis 15. Valor sacramentorum non pendet per se a fide ministri.

S.Th., 3 q 64 a.9; Lennerz. 174-261; LErchEr-DandEr. 104-108; Puig, 57-70.

126. Nexus. Vidimus non requiri in ministro statum gratiae ut valide possit conficere sacramentum. Ulterius dicimus nunc, non requiri ne quidem fidem ministri.

Notiones. Valor sacramentorum, scilicet quod sacramentum sit validum, seu confici possit.

Fides intelligitur divina.

Non pendet, id est etiamsi minister careat fide, seu sit haereticus, iudaeus, paganus; etiamsi nihil omnino credat; adhuc sacramentum ab ipso confectum potest esse validum.

Per se, seu formaliter non influit infidelitas ministri in valorem sacramenti. Potest tamen influere per accidens, si defectus fidei in ministro vitiet ipsam necessariam intentionem vel formam.

Unde dicimus, potestatem ministerialem seu vicariam ad

13 *Epistola ad Viatorem et Pancratium:* MI< 69,412s.
14 *Ibid* Vide Lennerz, 223.
16 MGh *Concilia* 2.85s.
10 Cf. Lennerz. 227.
17 Cf. Lennerz, 229.
" Msi I4,98fa.

sacramentum valide conficiendum, posse inveniri aequo modo in fideli et in infideli.

127. Adversarii. Saec.IH *nonnulli episcopi in Africa et in Asia Minore* tenuerunt baptismum ab haereticis collatum, esse invalidum ; unde baptizatos ab haereticis esse rebaptizandos. His praeiverat Tertullianus (R 308) \ Eandem doctrinam tenuerunt *Donatistae* z.

128. Doctrina Ecclesiae, a) *De baptismo.*

Saec.IH orta est *controversia de rebaptizandis* haereticis, cuius haec historica summa est: Circa annum 220 Agrippinus, episcopus Carthaginensis, synodum convocavit provinciae Africae et Numidiae, in qua statutum est rebaptizandos esse eos, qui in haeresi baptizati convertebantur (cf. R 592a 593). Eodem fere tempore synodus Iconiensis in Asia Minore eadem statuit[3]. Sed speciatim id propugnatum est a S.Cypriano, episcopo Carthaginensi ab anno 248-249; qui etiam synodos plures ad hanc quaestionem definiendam collegit, quique in eadem sententia perstitit usque ad martyrium anno 258 *.

In hac ergo controversia S.Stëphanus I (D 46s) rebaptismum eorum, qui in haeresi fuerant baptizati, reprobavit, eo quod prior baptismus fuerat validus [5].

Conc.Arelatense 1 anno 314 cn.8 definivit valorem baptismi ab haereticis collati (D 53). De sensu huius canonis disputatur. In eo sine dubio non agnoscitur validitas cuiuscumque baptismi haereticorum, sed fit distinctio: qui baptizati sunt in Patre et Filio et Spiritu Sancto, valide baptizati sunt, etiam ab haereticis ; sed non alii. Ad hoc dignoscendum debent interrogare *symbolum.* Si symbolum significet formam baptismi, sensus canonis est: baptismus haereticorum validus

1 Cf. G.Nicotra, *Interpretatione di Cipriano al cp.4 vers.12 delle Cantica:* ScuoCatt 68 (1940) 380-387; *Dottrina di Cipriano· sull*efficacia dei sacramenti:* ScuoCatt 68 (1940) 496-504

2 Cf G.Nicotra, *Dottrina sacramcntaria et ccclcsiologica presso i Donatisti:* ScuoCatt 70 (1942) 141-147.227-23-6.

3 Cf. Firmilianvs. *Epistola ad Cyprianum 7:* ML 3,1209: Eusebius, *Historia Ecclesiastica* 7.7.5: MG 20 651.

4 S.Cyprianus suam opinionem proposuit iam anno 251 in libro *De unitate Ecclesiae* cp.11: ML 4.324. Synodi habitae sunt anno 255, 31 episcoporum Africae Proconsularis et 18 episcoporum Numidiae (cf. R 591); anno 256. 71 episcoporum utriusque Provinciae (cf. ^Cyprianus, *Epistola 72:* ML 3 1083ss); et iterum anno 256 Carthagine, 87 episcoporum Africae, Numidiae et Mauritaniae (cuius synodi acta conservantur sub titulo *Sententiae episcoporum nujncro 87 de haereticis baptisandis;* cf. R (600). De his omnibus, cf. J Lebreton, *Les écrivains chrétiens d'Afrique,* in Fliche-Martin, *Histoire de ?Eglise* 2,199-204

δ Cf. Ernst, *Die Kctscrtaufangclcgcnhcit in der altchristlichen Kirche nach Cyprian* (Mainz 1901); *Papst Stephan I und der Ketsertaufstreit* (Mainz 1905); A.d'Alès, *La question baptismale au temps de Cyprian:* RcvQuestHist 41 (1907} 253ss.

est, si forma baptismi bene fuit ab ipsis servata. Sed probabilius fortasse symbolum significat in hoc textu professionem fidei. Quo in casu canon videretur affirmare invaliditatem baptismi haereticorum illorum, qui errant circa mysterium Trinitatis. Tamen etiam in hoc casu dicendum esset invaliditatem illam non provenire directe ex ipsa haeresi trinitaria, sed indirecte eo quod haeretici, male sentientes de Trinitate, hanc suam haeresim in ipsam baptismi formam vel in necessariam intentionem transfuderunt[6].

129. *Conc.Nicaenum I* anno 325 cn.8 (D 55) et cn.19 (D 56) iterum loquitur de baptismo haereticorum. Ibi distinctio fit inter Catharos (Novatianos) et Paulianizantes (discipulos Pauli Samosatensis), baptismus illorum validus agnoscitur; horum autem invalidus. Rationem huius distinctionis affert Innocentius I (D 97), quod illi recta forma utantur, hi vero non. Si ita est, non habemus nisi distinctionem eandem S.Stephani I et Conc.Arclatensis[7]. Eadem fuit explicatio S.Augustini[8]. Tamen S.Athanasius affirmat discipulos Pauli Samosatensis formam baptismi veram proferre[9]. Quare fortasse intelligi potest c.19 Nicaenus ita, ut illi haeretici baptizando homines consecrare voluerint illi trinitati, quam ipsi in oppositione ad fidem catholicam intelligebant; unde eorum baptismus vitiaretur ex defectu necessariae intentionis[10].

S.Siricius denuo docet non esse rebaptizandos haereticos; quod addit etiam a Liberio decretum fuisse (D 88). Eadem docuerunt S.Innocentius I (D 94)[11], Pelagius I (D 229) iterum insistens in defectu formae, S.Gregorius M. (D 249) apud quem eadem recurrunt quae supra diximus, S.Zacharias[12], Nicolaus I (D 335).

Conc.Florentinum in Decreto pro Armenis (D 696) docet ministrum baptismi validum posse esse etiam paganum et haereticum.

Conc.Tridcntinum sess.7 cn.4 de baptismo (D 860) definit: "si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab haere-

9 Cf. Lennerz. 184. qui tamen aliter sentire videtur.

7 Impositio manus, de qua agitur in cn.8 probabilius non est ordinat'0. sed reconciliatio cum Ecclesia, de qua sermo fuerat in Conc.Arelatense (D S3) et ali s saepe.

8 *De hacrcsibus* 44: ML 42 34. Cf etiam R 1626.

v *Oratio 2a contra Artanos* 43: MG 26 238.

10 Sic Lennf.rz. 191. De tota hac quaestione, cf. G.Bardy, *Paul de Samosatc* (Louvain 1923) 411-423. Similis .distinctio inter hacreses invenitur in Conc.Laôdicaeno cn.7 et 8: Msi 2.565; et in Conc.Arelatense II cn.16 et 17: Msi 7.880.

11 "Montenses" sunt Donatistae; cf. S Augustinus, *Dc hacrcsibus* 69: ML 42,43; S.Epiphanius, *Ancoratus* 13: MG 43,39.

13 *Epist. "Sacris liminibus":* ML 89,94β8·

ticis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, anathema sit". Canon ortus est ex tertio errore de baptismo theologis proposito, qui sic se habebat: "Baptismum datum ab haereticis verum non esse et ob hoc iterandum" 1S. Elie articulus pro theologis erat damnandus et iam antea damnatus ". Ex Patribus, quidam dixerunt cum non esse damnandum sine aliqua declaratione, cum ad hoc ut valeat baptismus haereticorum requiratur ut fiat secundum ritum catholicorum, secus non valeret15. Hinc prima canonis redactio: "si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab haereticis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, dato etiam quod haereticus de baptismo, de Sancta Trinitate aut de intentione ecclesiastica aliter sentiat quam oportet, anathema sit"1B. Aliqui Patres voluerunt ut omitterentur verba "de Sancta Trinitate", et alii proposuerunt ut diceretur "de doctrina" pro "de intentione" 17 ; hinc totum illud incisum in redactione definitiva omisium est.

130. b) *De ordine.* In controversia de rebaptismate agebatur etiam de valore ordinationis ab haereticis peractae. Ideo documenta Ecclesiae iam citata hunc quoque sensum habent.

S.Lko M.: "Circa quos [clericos Pelagianos conversos] etiam illam canonum constitutionem praecipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati" 1S.

S.Gregorius M. admisit validitatem ordinum in Nestorianis conversis (D 249).

Leo XIII ordinationes Anglicanorum invalidas habuit tantum ex defectu formae et necessariae intentionis (D 1963-1966), non ex eo quod fuerint confectae ab haereticis.

131. Valor dogmaticus. De baptismo ab haereticis collate, thesis est *de fide divina et catholica.* De baptismo collato a iudaeis vel paganis, idem dicendum est, *saltem ex magisterio ordinario Ecclesiae* rem semper per modum unius considerante. De reliquis sacramentis, thesis est *saltem communis et certa,* ex consensu theologorum.

" CTr 5.837.
" CTr 5.864.
" CTr 5.971.
'· CTr 5.985.
« CTr 5.986ss.
" 18: MI, 54,708,

132. Argumentum conficitur duobus gressibus:

1.° *Ex controversia de rebaptismate constat baptismum rite collatum ab haereticis esse validum·.*

a) Haec doctrina fuit in quieta possessione veritatis per duo prima saecula. Sic constat ex verbis S.Stephani: "nihil innovetur, nisi quod traditum est" (D 46) ; ex testimonio ipsius S.Cypriani: "non est de consuetudine praescribendum, sed ratione vincendum" (R 592a); "proinde frustra quidem, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit veritate"[19]; ex testimonio libri *De rebaptismate,* auctoris ignoti illius temporis: "In quo genere quaestionis, ut mihi videtur, nulla omnino potuisset contror versia aut disceptatio oriri, si unusquisque nostrum, contentus venerabili ecclesiarum omnium auctoritate et necessaria humilitate, nihil innovare gestiret" 2021

b) Semel turbata illa quieta possessione, traditionalis doctrina fuit statim restituta. Sic constat ex S.Hieronymo: "Illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos haereticos cum eo [S.Cypriano] statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti, novum emisere decretum [scilicet in Conc.Carthaginensi anni 348, ubi statutum est] : Illicitas esse sancimus rebaptizationes, et satis esse alienum a sincera fide et catholica disciplina"E1. Item ex S.Augustino: "Hanc saluberrimam consuetudinem [scilicet primaevam] per Agrippinum praedecessorem suum dicit Cyprianus quasi coepisse corrigi; sed sicut diligentius inquisita veritas docuit, quae post magnos dubitationis fluctus ad plenarii concilii confirmationem perducta est, verius creditur per Agrippinum corrumpi coepisse non corrigi" [22]. Tandem ex S.Vincentio Lirinensi: "Agrippinus... rebaptizandum esse censebat... Stephanus... prae ceteris restitit... Quis ergo tunc universi negotii exitus? Quis utique nisi usitatus et solitus? Retenta est scilicet antiquitas, explosa novitas"[23].

c) Quae doctrina diligentissime fuit semper custodita ab Ecclesia Romana, ut ex documentis citatis patet. Hinc S.Augustinus potuit deduçere exsistentiam alicuius traditionis apostolicae de hac re (R 1623).

133. 2.° *Ex probata validitate baptismi ab haeretico collate possumus arguere ad validitatem omnium sacramentorum, quae ab ipsis conferantur:*

'•*Epistola* 73,13: ML 3.1163.
20 *Liber de rebaptizate* I: ML 3.1233.
21 *Diadogus cojitra Lucifcrianos* 23: ML 23,186.
23 *De baptizo* 2,7,12: ML 43,133s.
23 *Commonitorium* 9: ML 50,645.

a) Inde iam constat, fidem ministri non exigi ex formali ratione sacramenti.

b) Nullum est indicium positivum inducens exceptionem factam fuisse a Christo pro baptismo.

c) Potius sunt indicia positiva contraria. Quia argumentum adversariorum, scilicet haereticum non posse dare Spiritum Sanctum quo caret, eodem modo valet pro omnibus sacramentis.

d) Ideo cum occasionaliter sermo fit de ordine, eius validitas pari modo indicatur a catholicis et ab adversariis. Sic S.Cyprianus 24, S.Augustinus (R 1717 1620).

e) Ideo etiam SS.Patres saepe loquuntur terminis generalioribus. Sic S.Augustinus: "Non itaque ideo non sunt sacramenta Christi et Ecclesiae quia iis illicite utuntur, non haeretici solum sed omnes iniqui et impii ; sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa vero agnoscenda et veneranda sunt" (R 1624). S.lJiERONYMUS: "Si in fide sua baptizato baptizans nocere non potuit, et in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinavit..." (R 1360).

/) Haec omnia explicant universalem consensum theologorum a pluribus saeculis de independentia sacramentorum omnium a fide ministri.

134. Ratio theologica probare quidem nequit valorem sacramentorum esse independentem a fide ministri ; hoc enim fundatur in sola positiva voluntate Christi sic instituentis sacramenta. Sed posito facto, probare potest:

a) Sacramentum *ex natura sua* non exigere fidem ministri. Minister enim non agit ut causa principalis, sed ut instrumentum ; proinde non virtute propria, sed virtute vicaria Christi ; haec autem independens est a fide ministri. Neque per se potest esse difficultas in intentione ministri infidelis vel haeretici. Ipse enim vel credit effectum sacramenti et tunc illum intendere potest, vel saltem potest velle ritum illuni sacrum prout a Christo, vel ab Ecclesia vel a petente sacramentum intenditur.

/›) *Convcnientissimum fuisse* ut valor sacramenti non penderet a fide ministri. Primo quidem quia fides ministri multoties potest esse occulta, unde sacramentum exponeretur magnis anxietatibus. Deinde quia sic clarius monstratur sacramentum esse opus ipsius Christi, qui est supremus et verus sanctificator hominum.

« *Epistola* 72: ME 3,1083-1090.

135. Obiectiones. 1. Sacramenta data sunt soli Ecclesiae catholicae. Ergo qui extra ipsam est, nequit esse eorum minister.

Dist. antec. Data sunt soli Ecclesiae catholicae administranda vel ab ipsa immediate vel cum essentiali subordinatione erga ipsam, *conc. antec.;* data sunt Ecclesiae catholicae ab ipsa sola necessario administranda, *nego antec.*

Minister haereticus vel infidelis per intentionem, qua vult sacramentum prout ab Ecclesia fit et intenditur, sese subordinat Ecclesiae catholicae in administrationc illius sacramenti ; ipsi enim conformatur in intentione. Ideoque sacramentum ab ipso collatum est verum sacramentum catholicum. Hinc S.Augustinus : "Christiana sane in vobis sacramenta cognosco... Prorsus agnoscit in vobis Ecclesia cuncta quae sua sunt ; nec ideo non sunt cius, quia et apud vos inveniantur. Apud vos quippe aliena sunt" ",

2. Qui falsam habet fidem de Deo non consecrat baptizatum Deo vero. Atqui multi haeretici habent fidem falsam de Deo. Ergo baptizatum Deo vero non consecrant. Atqui baptismus, in quo baptizatus non consecratur vero Deo, nequit esse validus. Ergo multi haeretici nequeunt valide baptizare.

Dist. mai. Qui falsam habet fidem de Deo *potest* non consecrare baptizatum Deo vero, *conc. mai.; necessario* eum non consecrat Deo vero, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.* Qui falsam habent fidem de Deo, possunt non consecrare baptizatum Deo vero, *conc. cons.;* necessario eum non consecrant, *nego cons.*

3. *Plures Patres* invalidum putaverunt baptismum haereticorum, qui. errabant circa Trinitatem. Sic S.Athanasius, S.Basilius, S.Cyrillus Hierosolymitanus; Optatus Milevitanus omnium haereticorum baptismum invalidum habere videtur".

Dist. assertum. Illi Patres invalidum putaverunt baptismum illorum haereticorum, eo quod essent haeretici, *nego;* eo quod putarent eorum haeresim influere aut in formam mutandam aut in intentionem vitiandam, *conc.*

Ad textus citatos dicendum est, *praxim* revera variam fuisse illo tempore in Oriente. Sic testantur non solum citata testimonia, sed efiam cn.7 Conc.Laodicaeni " et suppositions cn.7 Conc.Constantinopolitani I", qui praxim orientalem saec.V testatur. Huius in praxi varietatis meminit S.Epiphanius : "Alii, qui audaciores videntur ex catholicorum partibus, privata sibi factione conflata, praeter Ecclesiae consuetudinem ac citra generalis concilii decretum, eos qui ab Arianis ad suas partes transeunt, iterum baptizare nihil verentur; cum nondum ea res, ut dixi, universalis synodi iudicio decisa sit"

136. 4. In reconciliatione haereticorum fiebat impositio manus et accipiebant Spiritum Sanctum. Atqui hoc significat *confirmationem* haereticorum non fuisse habitam ut validam. Ergo saltem ad confirmationem requiritur fides ministri.

55 *Contra Cresconium Donatistam* 2,10: ML 43,473.

36 S.Athanasius. *Oratio 2.a contra Arianos* 42s: MG 26.235-240: *Epistola l.n ad Serapionem* 30: MG 26.597s: S.Basilius, *Epistola 1* canonica* 1: MG 32, 663-667; *Epistola* 199,47: MG 32,729; S.Cyrillus Hierosolymitanus. *Procatcchcsis 7:* MG 33.436 (cf. etiam *Constitutiones Apostolicae* 6,15: ed.FuNK 337); S.Optatus. *De schismate Donatistarum* 1,1 Is.

" Msi 2.565.

28 Msi 3,563.

» *Expositio fidei* 13: MG 42,807.

Cone. mai. Nego min. Ibi enim non agitur de confirmatione. Factum, cui alluditur, constat his fere testimoniis: S.Stephanus 1 (D 46), Conc.Arelatense I (D 53), Conc.Nicaenum I (D 55), S.Basilius ", Conc.Laodicaenum cn.7sl, S.Siricius (D 88), Innocentius I (L) 94), S.Leo M. ", Timotheus Constantinopolitanus ", S.Gregorius Ai. (D 249), S.Theodorus Studita M.

Concedendum est hunc ritum impositionis manus, cum invocatione Spiritus 'Sancti et in Oriente etiam cum unctione, simillimum esse ritui confirmationis; sed nullo modo constat fuisse veram confirmationem. Ad hoc enim mera rituum similitudo non sufficit. Immo contrarium probabilius dicitur, etiam historice, cum constet ex multis documentis finem illius impositionis manus fuisse conferre Spiritum Sanctum "ut reconciliatos mundaret", qui non est finis confirmationis. Concedi tamen potest, ex similitudine magna rituum, quandam irrepsisse quandoque confusionem in aliquibus ®.

137. 5. *S.Innocentius 1* de clericis conversis ab Arianismo scribit: "Quoniam cum a catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt; nec dare Eius plenitudinem possunt, quae maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suae perfidiam potius quam fidem dixerim, perdiderunt" ". Ergo S.Innocentius putabat eorum ordinationem validam non fuisse.

Nego cons. Ibi tantum dicitur eos non esse recipiendos in clerum, ut clericalem exerceant potestatem. Aliud enim est eos de facto non habere potestatem sacerdotalem, aliud illos eandem non posse exercere ex prohibitione Ecclesiae

6. *Pelagius I* consecrationem episcopalem Paulin! schismatici ab haeretico factam censuit esse invalidam®.

Respondeo Pelagium alibi admisisse illas ordinationes. Unde textus explicatur ex tendentia impediendi efformationem communitatum schismaticarum ",

7. Clerici venientes de haeresi saepe *reordinati sunt.* Ergo ordo collatus ab haeretico censebatur invalidus. *Antec.* loannes Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus (565-577) clericos monophysitas reordinavit"; Theodorus, legatus Vitaliani papae in Anglia, Ceaddam reordinavit "; tempore S.Leonis IX quidam episcopi ordinationes a simoniacis (quos ut haereticos habebant) receptas iteraverunt ".

30 *Epistola* I." *canonica* 1: MG 32.670.
31 Msi 2,565; cf. etiam falsum cn 7 Conc.Constantinopolitani I: Msi 3,563,
32 *Epistola ad Nicctmt* 6s: ML 54.1138s.
53 *De receptione haereticorum:* MG 86.14.
33 *Epistolae* lib.l n.40: MG 99,1051.
35 De hac re multum disputatum est. Cf. F.Dolcer, *Das Sakrament der Eirmung, historischdogmatisch dargcslellt* (Wien 1906); L-Saltet. *Les réordinations* (Paris 1907); P.Galtier, *Absolution ou ConfirmationP:* RechScRel 5 (1914) 201-235.339-394.507-544; *Imposition des mains:* DTC 7.1397-1480; LCoptens, *L'imposition des mains et les rites connexes* (Wetteren 1925) 387-392.
33 *Epistola* 24,4: ML 20,549.
31 Cf Lennerz. 209.
33 Cf. Lennerz, 221.
30 Cf. Saltet, *Les réordinations* 83; Lennerz, 223.
« Cf. Saltet, *Les réordinations* 52ss.
41 Cf. Saltet, *Les réordinations* 85-101.
43 Ita affirmat S.Petrus Damianus, *Liber gratissimus:* ML 145,99. Ipsum S.Leoncm IX id fecisse non probatur, nec S,Petrus Damianus *(Actus Mcdiola.*

Trans, antec. Dist. cons. Ordo ab haeretico collatus ab aliquo vel ab aliquibus paucis censebatur invalidus, *trans, cons.;* ab Ecclesia talis censebatur, *nego cons.*

Casus Ioannis Scholastici posset esse suspectus, quia narratur ab aliquo monophysita. Casus Theodori dubius manet, cum nesciamus propter quam rationem Theodorus consuerit invalidas fuisse ordinationes acceptas a Brittonibus vel ab haereticis. Nonnullos episcopos sacc.XI reordinasse simoniacos, admitti potest ex magna confusione idearum tunc temporis orta; quae etiam in theologis et canonistis apparet[43]. Horum autem perfectus consensus habetur iam a saec.XIII.

CAPUT V

De auctore sacramentorum

138. Sacramentum ex tam probatis constat esse signum sensibile symbolicum et efficax gratiae; rituale etiam et cultuale, ita ut revera sit actus supremi cultoris Dei, Christi Iesu.

Sed vidimus sacramenta non esse signa mera naturalia; hinc nec significare possunt gratiam, nec eam multo minus causare nisi efficaciter in signa gratiae practica instituta sint. Haec institutio duplex est. Prima, qua efficaciter decernitur ut determinatus ritus sensibilis, qui iam ex se erat quodammodo symbolicus, revera *significet gratiam;* sic additur rei significanti ipsa significatio, sine qua signum intelligi nequit; unde instituitur ritum *in signum.* Secunda institutio est, qua efficaciter decernitur ut symbolum illud sensibile, gratiam iam significans, revera *gratiam efficiat;* sic additur signo iam constituto efficacia, sine qua signum practicum intelligi nequit; unde instituitur signum in *signum practicum.*

Utraque institutio fit a Christo Domino, totius sanctificationis thesaurum, utpote suae Redemptionis fructum, administrante. Disputari tamen potest de modo quo Christus illam institutionem fecerit. De his ergo nunc agimus.

nensis: ML 145,93) aliud diccrc videtur nisi Leonem institutionem canonicam dedisse illis simoniacc ordinatis. Cf Lennerz,' 228.

43 Dc hac confusione et ulterioribus quaestionibus speculativis inde exortis, cf. Lennijrz, 230-235.

ARTICULUS I

De facto institutionis sacramentorum per Christum

Thesis 16. Christus, secundum quod homo, omnia sacramenta Novae Legis immediate instituit.

S.Tir., 3 q.64 a.2s; I.ENSBRZ, 475-515; LKRChkr-Dander, 71-76; Puic, 44-55.

139. **Notiones.** Christus secundum quod homo, scilicet Christus voluntate sua humana. Triplex distinguenda est potestas quoad sanctificationem hominum:

a) *Potestas auctoritatis:* est potestas suprema et independens cuiuscumque sanctificationis. Haec competit soli Deo. Secundum hanc potestatem dicitur Deus, vel Christus secundum quod est Deus, sacramenta instituisse; videlicet tanquam causa principalis, a qua ultimatim habeant sacramenta quod sint signa efficacia gratiae.

b) *Potestas excellentiae* (seu ministerii principalis); est potestas a Deo communicata Humanitati Christi, hypostatice unitae cum Verbo. Haec competit Christo. Secundum hanc potestatem dicitur Christus secundum quod est homo sacramenta instituisse; videlicet tanquam causa instrumentalis coniuncta Divinitati, a qua proxime habent sacramenta quod sint signa efficacia gratiae.

c) *Potestas ministerii*: est potestas a Christo homine alicui communicata, tanquam vicario Eius. Haec cuilibet competere potest, cui nempe a Christo communicetur. Secundum hanc potestatem quaeri potest, utrum Apostoli vel Ecclesia nomine Christi sacramentum aliquod instituerint [1].

Instituit sacramenta, scilicet determinavit efficaciter exsistentiam sacramentorum. Conceptus institutoris sacramentorum haec duo comprehendit: ut exsistere faciat et signum significans gratiam, et signum conferens gratiam. Primum exigit ut institutor decernat quaenam sint *gratiae significandae,* et *vim* eas *significandi* signis sensibilibus imponat. Secundum exigit ut institutor illis signis, quae iam significant gratiam, *vim* tribuat *eandem conferendi.* Haec tria dicimus fecisse Christum, quoad omnia sacramenta, voluntate sua humana.

Immediate, scilicet directe per se, non per alium, fecit Christus haec tria quae diximus. Huic immediationi non ob-

[1] Triplicem hanc potestatem agnoscit S.Th., 3 q.64 a.3s; cf. Suarez, b\ 3 (1.22 disp.47 §4.

stat, quod Christus alicui commiserit facultatem ritum externum accuratius determinandi; ita tamen ut ille ritus debuerit habere significationem et efficaciam ab ipso Christo iam praefinitas. In hoc enim casu Christus revera per se et directe decrevisset *gratiam significandam,* imposuisset ritui *significationem* eique *vim sanctificandi* tribuisset[2].

140. Adversarii. *Protestantes* negaruut sacramenta habere originem divinam aut a Christo. "Confirmatio et extrema unctio sunt ritus accepti a patribus; propterea non est inutile, hos ritus discernere a superioribus [a baptismo, absolutione, Eucharistia], qui habent expressum mandatum Dei et claram promissionem gratiae"[3]. "Reliqua sacramenta [praeter baptismum et coenam dominicam! caeremoniae potius sunt; nihil enim initiant in Ecclesia Dei. Unde non immerito loco moventur; non enim a Deo instituta sunt, ut aliquid eis in Ecclesia initiemus" *.

Modernistae tenuerunt sacramenta a Christo nonnisi mediate fuisse instituta, sicut et ipsam Ecclesiam. Cf. D 2039-2051 2088.

Scotus et multi *Scotistae* negarunt Christum secundum quod est homo instituisse sacramenta, quatenus non admittebant Christum potuisse humana sua voluntate coniungere infallibiliter efficaciam gratiae cum determinato signo sensibili electo a sua humana voluntate. Sic etiam Biel b.

2 Disputatum est a theologis quid requiratur ad hoc ut aliquis vere possit dici institutor sacramenti. Supponunt enim Deum potuisse alicui tribuere potestatem designandi materiam vel formam alicuius sacramenti. Quo in casu, alii tenent id non sufficere ut ille censeatur institutor sacramenti; sic inter alios Scotus *(In 4* d.l q.3 a.2), Durandus *(In 4* d.2 q.l). Biel *(In 4* d.2 a.3 dub.2) et VXzquez *(In 3* disp.135 cp.2). Alii e contrario tenent id revera sufficere; sic inter alios Suarez *(In 3* q 64 disp.12 s.2) et Luco *(Dc sacramentis in genere* disp.7 s.2 n.24); cf. S.Th., 3 q.64 a.4. Hac occasione accurate distinguit Luco *(l.c.* n.29-36), quid requiratur ut aliquis vere censeatur institutor sacramenti, statuitque ea fere quae in textu dicimus. Cf etiam dc hac re, J.P.HarEN, *Christus secundwd quad homo instituit sacramenta:* ThSt 7 (1946) 189-212.

3 Mélanchton, *Apologia Confessionis Augustanae* a.13: *Corpus Reformatorum* 27,286s.

4 Zwinglius, *Dc vera et falsa religione: Opera* 3,231.

6 Scotus. *In 4* d.l q.3; Hieronymus a Montefortino, *In 3* q.64 a.3; Frassen. *Scotus Academicus* 10 disp. proocm a.2; G.Biel. *In 4* d.l q.2 dub 2. Scotus admittit et Christum secundum quod est Deus omnia sacramenta instituisse, et Christum secundum quod est homo causam fuisse meritoriam efficaciae sacramentorum. Plures antiquiores theologi ita loquuntur, ut videantur negare quaedam sacramenta instituta esse immediate a Christo. Ipsi autem, quamvis obscure loquantur ex defectu terminologiae et sufficientis evolutionis problematis, potius agunt de determinatione materiae ct formae uniuscuiusque signi sacramentalis. Cf. L.Guillaume. *Dc institutione sacramentorum ct spcciatim confirmationis iuxta Alexandrum llalcnscm, OF.M-:* Ant 2 (1927) 437-468; J.BittrEmieux, *L'institution des sacrements d'après Alexandre de Halès:* EphThLov 9 (1932) 234-251; *L'institution des sacrodents d'après saint Bonaventure:* EtFranc 35 (1933) 129-152.225-240.337-365; H.Baril, *La doctrine de saint Bonaventure sur l'institution des sacrements* (Montreal 1954); Fr.Scholz, *Die Lehre von der Einsctzung der Sakranicntc nach Alexander von Hales* (Breslau 1940). Praecipuos textus horum auctorum collegit Lennerz, 483-498.

141. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess.7 cn.l (D 844); "si quis dixerit, sacramenta Novae Legis non fuisse omnia a lesu Christo Domino Nostro instituta..., anathema sit". Hic canon ortum habuit in primo ex articulis quos theologi addiderunt priori elencho errorum Protestantium: "Omnia sacramenta non esse a Christo instituta" ®. Priori redaction! canonis tantum addita sunt verba "Domino Nostro". Hoc ergo canone damnatur sententia protestantica, quae originem divinam quorundam sacramentorum negabat; non tamen damnatur ulla doctrina theologorum. Hinc definitur in canone nullum esse sacramentum, quod non sit a Christo institutum, saltem secundum quod Christus est Deus; de Christo institutore *secundum quod est homo,* nihil dicitur. Ex alia parte sensus canonis extenditur ad institutionem *immediatam* omnium sacramentorum a Christo. Hoc enim Protestantes reapse negabant (quamvis hac voce non uterentur); quod aliunde ab omnibus theologis illius temporis defendebatur. Ceterum hanc immediatam institutionem expresse Christo tribuit Concilium quoad Eucharistiam sess.13 cp.l et 2 (D 874s); quoad paenitentiam sess.14 cp.l et cn.l (D 894 911); quoad extremam unctionem sess.14 cp.l et cn.l (D 908 926); quoad ordinem sess.23 cp.l et cn.3 (D 957 963); quoad matrimonium sess.24 cn.l (D 971 ; cf. 969) 7.

Hoc proinde sensu intclligenda etiam est *professio fidei tridentina* (D 996; cf. 1470).

S.Pius X damnavit errores Modernistarum (D 2039-2051 2088).

Valor dogmaticus. Institutio immediata omnium sacramentorum a Christo, est *de fide divina et catholica definita.* Institutio a Christo secundum quod homo, est sententia *communior et probabilior.*

142. Probatur ex sacra Scriptura, a) Christum instituisse immediate baptismum (Mt 28,19), Eucharistiam ac ordinem (1 Cor 11,23-26), et paenitentiam (Io 20,22s), docetur expresse in Scriptura. De aliorum institutione immediata nihil in ipsa docetur.

• CTr 5.867.

7 Cf. M.wj BaEts, *Quelle question le Concile dc Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ:* RevThom 14 (1906) 31-47; W.Hoch. *Die Anfange dcr Firmung im Lichte dcr Trientcr Konzilsverhand-ïungen:* TliQschr 94 (1912) 428-452; F.Cavallera, *Le décret du Concile de Trente sur les sacrements en général:* BullUttEccl 6 (1914) 407-417; J.BittrEmieux, *La doctrine de saint Bonaventure et le Concile de Trente:* EtFranc 35 (1923) 225-240.

δ) Sed ex una parte constat ex Scriptura Christum habuisse potestatem omnia alia sacramenta instituendi, utpote cui data sit potestas universalis, qua utitur ad instituendum baptismum (Mt 28,18s): ex alia parte Apostoli in Scriptura exhibentur tantum ut ministri et dispensatores mysteriorum Dei (1 Cor 4,1). Ergo suadetur omnia sacramenta immediate fuisse instituta a Christo 8.*

c) Ubi posset fortasse suspicari aliquem Apostolum instituisse aliquod sacramentum (Tac 5,14), scimus certo illum textum non posse sic intelligi, sed S.Iacobum in illo solum promulgasse sacramentum a Christo institutum (D 908).

143. Probatur ex traditione, a) Patres loquuntur de institutione immediata plurium sacramentorum a Christo, et e contrario omnino silent de aliqua institutione ab Ecclesia facta. S.Justinus (R 135), Ortgënes (R 500), S.Ephraem (R 707s), S.Ambrosius (R 1297). Expresse affirmant Christum esse auctorem sacramentorum: S.Augustinus (R 1419). Docent sacramenta profluxisse ex latere Christi mortui: S.Augustinus (R 1814).

b) Theologi, ubi primum quaestio de institutione omnium sacramentorum expresse ponitur ®, statim affirmant immediatam institutionem a Christo, quamvis deinde in ulterioribus quaestionis determinationibus valde inter se differant 10.11

144. Ratio theologica, o) Christus est *institutor immediatus Ecclesiae.* Ergo elementa essentialia Ecclesiae per Seipsum constituere debuit. Atqui inter elementa Ecclesiae essentialia sunt sacramenta, non solum in genere sed etiam in concreto. Ergo Christus immediate instituit omnia sacramenta.

V) Institutio sacramentorum pertinet *ad opus redemptorium* Christi. Atqui Christus Redemptionem peregit secundum quod homo, id est actibus suae humanae naturae. Ergo etiam sacramenta instituit secundum quod homo.

Mai. Institutio sacramentorum non est nisi determinatio modi, quo homines fructum Redemptionis participare possunt. Ergo pertinet ad opus redemptivum Christi, non quidem in eius primo stadio gratiae merendae, sed in secundo gratiae applicandae u.

8 Suârkz, *Tn 3* q.64 disp.12 s.1 n.4.

8 Primus, qui eam expresse posuisse videtur, est Alexander Halensis, *Summa* p.4 q.1 m.3 a.4; q.S m.2.

w Vide quae diximus supra n.140 nota 5.

11 De tota quaestione, cf. Pouerat, 268-315.

145. Obiectio. Deus in opere sibi proprio, quale est productio gratiae, nequit subcsse creaturae. Atqui subcsset humanitati Christi, si Christus secundum quod homo instituisset sacramenta.. Ergo Christus secundum quod homo non instituit sacramenta “.

Dist. mai. Deus nequit subesse creaturae independenter ab Ipso agenti, *conc. mai.;* creaturae agenti ex potestate ab Ipso concessa, *nego mai. Contradist. min.* Deus subessct humanitati Christi, agenti ex potestate ab Ipso concessa, *conc. min.;* agenti ex potestate independente a Deo, *nego min.* Christus secundum quod homo instituit sacramenta non per potestatem auctoritatis, sed per potestatem excellentiae.

ARTICULUS II

De modo institutionis sacramentorum per Christum

146. Vidimus Christum instituisse sacramenta eo saltem sensu, quod et gratias sacramentales determinaverit et vim easdem significandi aliquibus signis imposuerit, et virtutem sanctificandi eisdem signis indiderit. Sic ergo Christus saltem constituit ritum in signum significans et conferens gratiam.

Sed ulterius quaeri potest, utrum haec Christi immediata institutio usque *ad determinationem ipsius ritus sensibilis* pervenerit. Et sane quod ipsa res significans fuerit aliquo modo a Christo determinata, est clarum. Sed quaerimus quosdam limites haec determinatio habuerit. Cum enim ritus coalescat ex materia et forma, quaeri potest utrum Christus *materiam et formam uniuscuittsque sacramenti* determinaverit.

Thesis 17. Non constat Christum instituisse omnia sacramenta in specie immutabili.

LSNnSRZ, 516-532; LerchEr-Dander, 77-80; Puio, 55.

147. Notiones. Non constat, id est non probatur, seu nullum habetur argumentum cogens pro affirmanda institutione omnium sacramentorum in specie immutabili ab ipso Christo. Thesis proinde est tantum negativa.

Instituisse in specie, scilicet partes essentiales ritus sacramentalis, materiam et formam, determinasse, quales hodie ad valorem sacramentorum requiruntur; v.gr. pro confirmatione, chrismatio et verba determinata. Haec institutio in specie opponitur *institutioni in genere,* qua scilicet ritus sacramentalis determinatur ab institutore (a Christo) tantum in communi, ut ritus; (coalescens ex aliqua parte minus determi-

u Scoius, *In 4* d.2 q.1.

nata et alia parte magis determinata aliamque determinante) significatis hanc vel illam gratiam in concreto; quin amplius determinetur quisnam sit ille ritus; v.gr. pro confirmatione aliquis ritus, qui ex se sit aptus ad significandam collationem Spiritus Sancti, quicumque ille sit. Tn hoc secundo casu requiritur ut institutor immediatus sacramenti det alicui (Ecclesiae vel Apostolis) potestatem accuratius determinandi illum ritum in specie; v.gr. pro confirmatione impositionem manus, vel unctionem.

In specie immutabili dicitur institutio sacramentorum, si ita a Christo institutore determinatae sint materia et forma, ut hae immutabiliter servari debeant secundum communem aestimationem hominum ; v.gr. maneant semper vinum, sive album sive rubrum ; panis, sive azymus sive fermentatus ; ablutio, sive immersio sive infusio sive aspersio; quae omnes non sunt mutationes essentiales secundum communem aestimationem hominum. Opponitur *institutioni in specie mutabili,* iuxta quam Christus ita dicitur determinasse materiam et formam, ut Ecclesiae potestatem dederit eandem accuratius determinandi vel etiam ulterius augendi novis elementis essentialibus, dummodo maneat semper quod Christus instituerit ; v.gr. si Christus pro confirmatione instituerit impositionem manus, et deinde Ecclesia (ex potestate a Christo accepta) determinaverit chrismationem.

14^. Problema exsurgit ex hac consideratione: Ex una parte Ecclesia necuit mutare “substantiam” sacramentorum, scilicet id quod a Christo tanouam essentiale pro unoouoque sacramento constitutum est. Ex alia parte historice videntur multae fuisse mutationes in materia et forma, quae ad valorem sacramentorum pertinent. .Sic “baptismus per immersionem, infusionem, aspersionem; forma baptismi trinitaria, et baptismus in nomine lesu vel in nomine Christi (quem multi theologi saltem pro temporibus Apostolorum validum et in usu fuisse putaverunt) ; confirmatio per solam manus impositionem, vel per unctionem chrismate factam, vel impositio manus chrismantis; variae formae confirmationis; in SS.Eucharistia panis azymus, panis fermentatus ; in paenitentia, verba absolutionis deprecativa, indicativa; in extrema unctione oleum benedictum ab episcopo, a simplici sacerdote ; collatio ordinum per solam impositionem manuum (uti apud Graecos), vel per solam traditionem instrumentorum (ut aliqui theologi

putant), vel per utrumque simul (ut alii theologi credant)"[1].

A priori dicendum est, vel has mutationes *de facto non fuisse* (id est historice non probari easdem aliquando habitas esse ut de valore sacramentorum); vel eas non nértinere ad sacramentorum *substantiam,* prout a Christo fuir constituta. Hinc quaeritur: qualis sit haec substantia sacramentorum a Christo determinata.

149. Sententiae. *Prima* tenet Christurd instituisse omnia sacramenta *in specie immutabili.* In hac/sententia admittuntur quaedam mutationes: sed tales quae materiam et formam, iam a Christo constitutas, secundum moralem hominum aestimationem non mutent essentialiter. Substantia sacramenti intelligitur materia et forma in specie (non in individuo) a Christo determinatae. Sic Toledo, Suarez, S.Bellarminus, Vazquez. S.Alphonsus M.a de Ligorio, Franzelin, Pesch, Sassb, *alii plures*[2].

Secunda sententia tenet Christum instituisse omnia sacramenta *in specie immutabili;* sed ita ut dederit Ecclesiae potestatem apponendi *condiciones valoris* ex parte ipsius ritus, quibus ipsa materia et forma non mutentur, sed effectum non habeant nisi accedat condicio illa sine qua non; v.gr. pro confirmatione Christus instituit impositionem manus, Ecclesia addidit chrismationem; illa manet etiam nunc unica materia essentialis confirmationis, haec non est nisi condicio valoris. In hac sententia substantia sacramentorum intelligitur materia et 'forma in specie â Christo determinatae. Sic Umberg[3].

Tertia sententia tenet Christum instituisse sacramenta *in specie mutabili.* In hac sententia admittuntur mutationes, quae ad valorem sacramentorum pertinent, quibus tamen ab Ecclesia non tollatur id quod a Christo institutum fuit circa materiam et formam, sed illud accuratius determinetur et evolvatur. Substantia sacramenti intelligitur id quod a Christo circa materiam et formam institutum est. Sic F.Schmid; similiter De Smet[4].

Quarta sententia tenet Christum non omnia sacramenta in-

[1] Lennerz. 517.

[2] Toledo, *In 3* q.64 a.2: Süârez. *In 3 q.64* disp.12 s.1; disn.2 s.3; S.Bellarminus. *De sacramentis in genere* 1.21; Vazquez. *In 3* d?sp 129 cp.5; S.Alphonsus M m de Ligorio. *Theologia Moralis* lib.2 n.12; Franzelin, *De sacramentis in genere* th.5: Pesch, *Dc sacramentis in genere 222;* SassE. th.22; De Augustinis. *De sacramentis* th.13; Tepe. *De sacramentis in genere 23s.*

[3] *Systema sacramentarium* 33-42. Exemplum ponitur in testamento, cuius substantia est unice expressio voluntatis testatoris, sed lex civilis potest ponere condiciones essentiales, ut illa voluntas valorem habeat in actu secundo.

[4] Schmid. *Die Gcwalt der Kirchc bcziiglich der Sakramcntc:* ZkathTh 32 (1908) 43-54.254^288; Di Smet, *De sacramentis* 9Qss.

stituisSe in specie, sed *aliqua tantum in genere.* Christus signa sacram^ntalia aliquomodo determinavit; non autem semper in specie.,Dedit autem Apostolis et Ecclesiae potestatem materiam et 'formam determinandi quando ab Ipso hae definitae non fuèrant. In hac sententia admittuntur mutationes in materia et forma, in quantum hae a Christo determinatae non fuerunt. Substantia sacramenti intelligitur significatio eius, et in ipsa re significante quidquid a Christo institutum fuit. Sic v.gr. substantia confirmationis est significatio collationis Spiritus Sancti et talis materia et forma, in qua actio aliqua et quaedam'verba illam collationem significent; sed Ecclesia potuit actionem determinare, ut fuerit aliquando impositio manus et aliquando chrismatio. Haec mutatio non pertinet ad substantiam sacramenti. De unoquoque sacramento deinde investigandum est, utrum institutum sit a Christo in specie, an tantum in genere. Sic Lugo, Arriaga, Salmanticenses, Gonet, Billuart, Wirceburgenses, Hurter, Billot, Van Noort 5.

150. Dicimus institutionem in specie immutabili omnium sacramentorum a Christo, *non probari*e. Inde nondum sequitur institutio in genere; poterit enim esse institutio in specie mutabili; vel etiam in specie immutabili, si nova afferantur argumenta quae rem omnino evincant.

Valor theologicus. Sententia *probabilior.*

151. Argumentum, a) Pius XII in recenti Constitutione Apostolica "Sacramentum Ordinis" supponit aliquid posse pertinere ad valorem in materia ritus sacramentalis, quod a; Christo non sit institutum, quod ab Ecclesia sit determinatum, quodque ut tale mutabile sit. Atqui haec suppositio probat possibilitatem institutionis genericae aliquorum sacramentorum non esse exclusam ex mente Ecclesiae. Ergo non constat Christum instituisse omnia sacramenta in specie immutabili.

Mai. Affirmat Pontifex, Ecclesiam Romanam semper habuisse ut validas Graecorum ordinationes, quae factae fuerant sine traditione instrumentorum; et Conc.Florentinum non iussisse Graecis ut mutarent ritum essentialem ordinationis, vel4

• Lugo, *Dc sacramentis in genere* disp.7 s.2 n.2-37; Arriaga. *Dc sacrantentis in genere* disp.6; Salmanticenses, *Cursus theologiae moralis,* tr. de sacramentis in genere cp.4 n.48; Wirceburgenses, *De sacrament.s in genere;* Hurter, *De sacramentis in genere 207;* Billot, *De Ecclesiae sacramentis* 1,35.171; Van Noort, *Dc sacramentis* 1,101.

4 Sic etiam Lennerz, 516-532.

ut traditionem instrumentorum superadderent. "Quibus colligitur, etiam secundum mentem ipsius Conc.Florenti/i, traditionem instrumentorum non ex ipsius D.N.Iesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem huius sacranynti requiri. Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem aliquando fuerit necessaria, ad valorem quoque, omnes/norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare yalere" [7] Unde traditio instrumentorum non fuit instituta a Ehristo tanquam materia sacramenti ordinis; possibile est ut aliquando constituta fuerit ab Ecclesia ut necessaria ad valorem; est proinde aliquid mutabile.

Min. Verum est Pontificem ibi loqui tantum hypothetice. Sed optime admonet Hürth: "Qui modus loquendi supponit: secundum indicium Ecclesiae sacramentorum per Christum institutionem in genere hucusque non esse probatam impossibilem; nam simpliciter impossibilium vel omnino certo non exsistentium, Ecclesia in suis documentis rationem habere non solet" [8].

152. *b) Documenta Ecclesiae,* quae in contrarium afferuntur, rem non evincunt:

Clemens IV (D 570m) quaerit a catholico Armenorum: "Si credidisti et adhuc credis, Romanum Pontificem circa administrationem sacramentorum Ecclesiae, *salvis semper illis, quae sunt de integritate et necessitate sacramentorum,* posse diversos ritus ecclesiarum Christi tolerare et etiam concedere ut serventur". In hoc quidem textu dicitur esse aliqua, circa quae Romanus Pontifex nihil potest; eaque esse, quae pertinent ad integritatem et necessitatem sacramentorum. Sed quid pertineat ad illam integritatem et necessitatem, non explicatur.

Conc.Tridentinum sess.21 cp.2 (D 931) declarat: "hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, *salva illorum substantia,* ea statueret vel mutaret, quae... magis expedire iudicaret". Hic potestas Ecclesiae circa sacramenta coarctatur ad ea, quae non pertinent ad substantiam sacramentorum. Sed quaerendum est; quid intelligatur in textu "substantia sacramentorum". De qua re multum disputatum est. Alii tenent, substantiam sacramentorum ibi intelligendam esse concrete pro materia et forma, secundum communem hominum aestimationem. Alii dicunt, esse intelligendam concrete quidem pro materia et forma, sed in quan-

' AAS 40 (1948) 5

8 *Commentarius in Consi. Apost. "Sacramentum Ordinis":* Per 37 (1948) 13.

tum hae institutae sunt a Christo. Alii denique defendunt intelligendaixi esse de compositione signi metaphysica, quatenus substantia habeatur primo in significatione, deinde etiam secundum quondam limites in ipsa re significante, prout haec duo a Christo sunt definita[9]. Sed nunc habemus authenticam declarationem Ecclesiae: "Cum... Ecclesiae nulla competat potestas in substantiam sacramentorum, id est in ea, quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo sacramentali servanda statuit" [10]. Unde neque ex illo textu Concilii aliquid concludi potest pro institutione specifica.

S.Pws X (D 2147a) damnat sententiam, "quae tenet apud Graecos verba consecratoria effectum non sortiri nisi iam prolata illa oratione, quam epiclesim vocant", quaeque ab Ecclesia est instituta, non a Christo; "cum compertum sit, Ecclesiae minime/ competere ius *circa ipsam substantiam sacramentorum* quidpiam innovandi". In hoc textu negatur Ecclesiae potestas aliquid constituendi quod valorem mutet elementorum essentialium a Christo institutorum. Hinc videtur excludi solutio "condicionum valoris". Rursus in textu vocantur substantia sacramentorum elementa essentialia a Christo constituta. Sed non dicitur quaenam sint illa elementa.

Unde *possibilitas* institutionis genericae non est exclusa. Ergo *non constat,* Christum omnia sacramenta instituisse in specie immutabili [11].

153. Scholion 1. *De necessitate sacramentorum.* Necessitatem sacramentorum sic effert Conc.Tridentinum sess.7 cn.4 (D 847): "Si quis dixerit, sacramenta Novae Legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam justificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit". Ad habendam plenam intelligentiam huius canonis, haec notanda sunt de historia ipsius:

a) Secundus error Protestantium, propositus iudicio theologorum, talis erat: "Sacramenta non esse necessaria, et sine eis ac

[9] Cf. H LennERZ, *Salva illorum substantia:* Greg 3 (1022) 358-410; J.R.Umberg. *Dic Bcdcutune/ der tridcntinischc, "salva illorum substantia"*: ZkathTb 48 (1024) 161-105; A d'Alès. *Salva illonûn substantia:* EphThl.ov 1 (1924) -i 7->04; PuiG, 55; I'I Dondaine, *Substantia sacramentorum:* RevScPhTh 29 (1940) 218-243; A.Poyer. *A propos du "salva illorum substantia"*: DivThom (Pi) 56 (1953) 38-66; *Nouveaux propos sur le "salva illorutrt substant a":* ib. 57 (1954) 3-24.

[10] Pius XII, *Const. Apost "Sacramentum Ordinis":* AAS 40 (1948) 5

[11] Dc tota quaestione, cf. HarEnt, *I.a part de l'Eglise dans la détermination du rite sacramental:* Et 72 (1897) 315-336; HuguENY, *L'institution des sacrements:* RevScPhTh 8 (1914) 236-257; J.B.Umberg, *Zur Gewalt der Kirchc Uber die Sakramente:* Kath 95 (1915.11) 25-40; G.Sola. *jlnstituyd Jcsucristo en especie todos los sacramentos?:* RevEcl 18 (1926) 522-525; A.Michel, *Sacrements:* DTC 14 536-577; I).Van den Eynde, *Dc modo institutionis sacramentorum.:* Ant 27 (1952) 3-10.

eorum voto, per solam fidem, homines a Deo gratiam /adipisci" ". Ibi iam apparet origo canonis et *prior eius pars,* proponens necessitatem generalem sacramentorum in oppositione ad theoriam protcstanticam iustificationis per solam fidem fiducialemf

b) Post disputationes theologorum, articulus hic effertur inter illos, qui multis theologis non videbantur damnandi sine aliqua declaratione: "Nonnulli censent non esse damnandu/i hunc articulum prout iacet, sed cum additione, ut dicatur non /esse necessaria in Ecclesia; quia singula sacramenta singulis necessaria non sunt. Alii vellent omnino damnari, cum iam damnatus sit..." " Apparet' hic iam novum elementum, quod recurrit *in secunda parte canonis,* scilicet restrictio illius necessitatis quatenus non omnia sacramenta singulis hominibus necessaria sunt. Sed simul 'apparet aliquid aliud, quod deinde disputatum fuit, scilicet particula illa "in Ecclesia" ; iuxta quam sensus canonis fuisset potius necessitas socialis tantum, non necessitas individualis sacramentorum.

c) Patres censuerunt articulum illum simpliciter esse damnandum, et proposuerunt ut diceretur: "necessaria ad salutem hominum" **. Quae particula iterum dabat canoni sensum potius necessitatis individualis. Multi praeterea censuerunt verba "in Ecclesia" addenda non esse.

d) Addita tamen sunt in prima redactione canonis: "Si quis dixerit, huiusmodi sacramenta non esse in Ecclesia ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis aut eorum voto, per solam fidem, homines a Deo gratiam iustificationis adipisci, anathema sit" ". *Ultima pars canonis,* quae iam proposita fuerat a theologis, nondum apparet; imtno et habentur verba illa "in Ecclesia". Quod utrumque ambiguitatem haud parvam dat huic primae redaction! canonis. Hinc censurae. Patrum variae fuerunt maxime circa particulam "in Ecclesia" et circa vocem "iustificationis" ".

e) Ad tollendam omnino ambiguitatem, praelati theologi, quibus commissa fuerat nova rcdactio canonum, censuerunt delendam esse particulam "in Ecclesia", addendum esse in fine "licet non omnia singulis necessaria" sint, et substituendum "Novae Legis" pro "huiusmodi" ". Talis autem nova redactio omnibus Patribus placuit et definita est.

154. Scholion 2. *De ritibus sacramentorum·.* Conc.Tridentinum sess.7 cn.13 (D 856) agit de potestate ministri quoad ritus administrationis sacramentorum. Ortum habuit hic canon ex errore protestantico: "Quemvis pastorem habere potestatem formas sacramentorum prolongandi et abbreviandi pro arbitrio suo, et mutandi" ". Prima rcdactio canonis: "si quis dixerit, communes sanctae Romanae Ecclesiae ritus, in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni aut sine peccato a sacerdotibus omitti aut in novos alios per quoscumque ecclesiarum pastores mutari pos-

u cTr 5.835.
» CTr 5.865.
« CTr 5.971.
" CTr 5.984.
" CTr 5.991.
« CTr 5.992.
" CTr 5.836.

se, anathctpa sit" ". Hie error non erat novus in Ecclesia. Sic v.gr. inter errores Wicleffitarum et Hussitarum habetur similis error (D 665). Definitio tridentina perseveravit etiam in professione fidei (D 996).

APPENDIX

De sacramentalibus

155. Cum conceptu et realitate sacramentorum cohaerent sacramentalia.

Sacramentalia duplicis generis sunt: *d)* Ritus, quos in' sacramentorum administratione Ecclesia observat ; *V)* Alii ritus, qui extra sacramentorum administrationem a fidelibus ad pios usus adhibentur.

Sacramentalia presse sumpta intelliguntur hoc secundo sensu, et *definiuntur·,* signa sacra, ab Ecclesia adhiberi solita, ad fidelibus fructus impetrationis ecclesiasticae impetrandos. Haec definitio intelligenda est per similitudinem cum sacramentis. Sunt enim sacramentalia etiam signa sacra ; non tamen a Christo, sed ab Ecclesia instituta. Quae consideranda sunt tanquam obiectiva voluntas Ecclesiae, simili modo quo sacramenta sunt obiectiva Christi voluntas. Et tandem sicut per hanc significationem efficacis voluntatis Christi Deus producit gratiam in sacramentis, sic per illam voluntatem Ecclesiae impetrantis pro suis filiis Deus producit effectus sacramentalium.

Numerus sacramentalium valde varius est. Sed reduci solet ad sex genera : orans (oratio dominica et ceterae preces publicae), tinctus (aqua benedicta et variae unctiones), edens (manducatio alimentorum benedictorum), confessus (confessio generalis in sacra communione, in Missa, in Officio divino), dans (eleemosyna), benedicens (benedictiones variae). Tamen oratio dominica et eleemosyna vix inter sacramentalia enumerandae videntur.

Effectus sacramentalium non est gratia sanctificans. Quemnam vero effectum unumquodque habeat, ex eorum natura intelligi debet. Sacramentalia ergo habent vim expellendi daemones, vim scilicet non physicam sed moralem ; liberant etiam a peccatis et poenis peccatorum, scilicet a peccatis venialibus et poenis temporalibus, excitando in fidelibus bonos motus compunctionis ; impetrant a Deo bona temporalia.

Efficacia haeç sacramentalium non est ex opere operato,

» CTr 5,984.

sed neque ex opere operantis, quasi eorum efficacia sit eadem quam habent bona opera fidelium. Efficacia sacramentalium habetur ex eo quod sint petitiones Ecclesiae, quae/utpote Deo acceptissimae, speciali modo efficaces sunt; non tamen habent effectum infallibiliter. Efficacia ergo sacramentalium est quasi ex opere operato, seu *ex opere operantis Ecclesiae*[1]

1 Cf. Pbsch, *De sacramentis in genere* 328-346; SassK, *Institutiones theologicae de sacramentis Ecclesiae* 1,191-195; A.Michel, *Sàcramcntaux:* DTC 14, 465-482; Doronzo, 539-560.

TRACTATUS II

De sacramentis initiationis christianae

SEU

De baptismo et de confirmatione

Auctore

P.Francisco a P.Solâ, **S.I.**

introductio generalis

De sacramentis in specie, singillatim

Quamvis singula sacramenta in ratione signi inter se conveniant, multaque communia habeant; nihilominus etiam multum inter se discrepant ut non possint sub unico tractatu omnia et singula comprehendi. Propterea, postquam generaliora et omnibus sacramentis communia disputata sunt, necesse est ut ad singula sacramenta singillatim spectanda transitus fiat.

Cum vero iam in praecedenti tractatione quaestiones nonnullae sint absolutae, eaedem repetendae non erunt, vel non nisi breviter attingendae. In eis, igitur, praecipue incumbemus, in quibus vel specialis difficultas, vel peculiaris uniuscuiusque sacramenti natura, peculiarem demonstrationem exigere videbuntur.

Sacramenta, praeterea, ad vitam christianam practicam spectant, et suapte natura praescriptionibus iuridicis, moralibus et liturgicis subsunt. Quapropter non nisi quae ad theologiam dogmaticam pertinent, ceteris ad proprias disciplinas amandatis, nostrae considerationi subicientur.

LIBER I

De sacramento baptismi

INTRODUCTIO

1. In N.T. occurit frequenter nomen βάπτισμα (Mt 3,7; 21,5 etc.) et βαπτισμό (Mc 7,4; Hebr 6,2; 9,10), quod a verbo βάπτω (Lc 16,24; Io 13,26; Apoc 19,13) derivat, cuius forma frequentativa βαπτίζω est magis usitata (Mt 3,6.11.13s.16 etc.)[1]. Occurrit etiam aliquando vox βαπτιστή (Mt 3,1; 11,ls; Mc 6,25; 8,28; Lc 7,33; 9,19), quae ad loannem Praecursorem Christi refertur.

Verbum βαπτίζω iam ab auctoribus profanis adhibitum [2] significat *immergo, lavo;* sed potest etiam habere sensum metaphoricum et significare *malis obruor, i>t mala vel bona immergor,* etc.

Uterque sensus invenitur in N.T.: *Pharisaeus autem coepit... dicere, quare .non* baptizatus ESSET *ante prandium* (Lc 11,38; cf. Mc 7,4); Baptismo *autem habeo* baptizari, *et quomodo coarctor usque dum perficiatur* (Lc 2,50; cf. Mc 10,38); *Ego* BAPTiZAVi *vos aqua, ille vero* baptizavit vos Spiritu Sancto (Mc 1,8; cf. Mt 3,11; Lc 3,16; Io 1,33).

2. Sed praecipue adhibetur ad significandum ritum quemdam lotionis sacrae connexionem habentem cum remissione peccatorum. Hic ritus tripliciter apparet:

d) a loanne Baptista adhibitus (Mt 3 passim);

b) a discipulis Christi pariter adhibitus (Io 3,32; 4,2);

c) a Christo Domino institutus (Mt 28,19)®.

Praeter verbum βαπτίζω saepe invenitur etiam verbum substantivum, quod apparet sub formis βαπτισμό, βάπτισμα,

1 Omnes loci Novi Testamenti in quibus voces βάτυτισμα, βαπτισμό βαπτίζειν, etc., inveniuntur collegit D'Alès; *De Baptismo et Confirmatione,* p.VIs (Paris 1927); DBS 1.852s.

* Cf. G.Kittel 2, *Theologischcs Wortcrbuch. sum Ncuen Tcstanfcnt* 1,527ss (Stuttgart 1949); DAValter Bauer 4, *Gricchisch-Dcutsches Wortcrbuch* (Berlin 1950) 1.239SS.

' F.ZorEll, *Lexicon graccum N.T.* coi.208-211 (Paris 1931); Kittel, *Lc.:* J.Bellamy: DTC 2,167.

quibus pariter respondent voces latinae *baptismus, baptisma,* in Vulgata recensione. Significatio vocis eadem etiam est atque forma verbalis[4].

3. A Sanctis Patribus diversis nominibus baptismus designatur:

a) *Ab Îius materia* vocatur lavacrum, sacramentum aquae, aqua vitae, fons vitae, fons salutis, etc.[5]*

b) *Ab eius forma* appellatur Sacramentum Trinitatis, Sacramentum fidei, etc. [6]

c) *Ab eius effectibus* dicitur: lavacrum regenerationis, rcnascentia spiritualis, genitalis unda, lavacrum renovationis, novum natale, sacramentum vitae novae, sacramentum salutis aeternae, obsignatio fidei, sigillum Trinitatis, sigillum Domini, sig. fidei, sig. aquae, sig. regenerationis, sig. infrangibile, illuminatio, sepultura hominis in Christo, etc. [7]

4. A primis christianismi saeculis doctrina catholica de baptismo invariabilis semper ac fixa permansit, quamvis non semper eodem modo proposita fuerit.

Patres, tum graeci tum latini, Apostolorum gressus prementes, baptismum tradunt tanquam lavacrum animam mundans, medium infusionis Spiritus Sancti in hominem, sacramentum regenerationis et ingressum in Ecclesiam; haereticis opponunt efficaciam ex opere operato et initerabilitatem ex charactere quem imprimit [8].

Saeculis sequentibus theologi, praesertim scholastici, sicut in genere totam theologiam, ita doctrinam de baptismo elaborarunt, quibusdam quaestionibus elucidatis, praesertim vero determinarunt effectus huius sacramenti.

Dubia, si quae sunt orta, pertinebant potius ad praxim

4 Pro significatione locutionum baptizare in Christo, in Christum, etc., cf. H. Lennerîz, *De Sacramento Baptismi* (Roma 1942) 1; ZorEll, *O.C.,* 210; E. René y Orô: βαπτίξειν (ἐσΟαι) εἰ τινα ει ὀνομα τινο : AnalSacraTarrac 1 (1925) 115-143.

8 Clemens Alex., *Strom.* 1.6: MG 8,281; *Didaché* 7,1: ed.I'uNK, 1,16-18; S. Cyprianus, *Epist.* 73,11: ML 3.1116; Tertullianus, *Dc Baptismo* 1: ML 1,1187.

8 S. Augustinus, *Scrm.* 269,2: ML 38,1235; Tertullianus, *De Poenitentia* 6: ML 1.1239.

1 Tit 3,5; Rom 6.4; Hebr 6,4; 10.32; S. Hilarius, *In Ps.63* 11: ML 9 412; *De Trinitate* 12.56: ML 10.472; Clemens Alex., *Strom.* 4,25: MG 8.1369; Tertullianus, *De Bapt.* 420: ML 1,1204.1224; S. Iustinus. *Apologia* 1 61: MG 6.420; S. Augustinus. *Contr. Cresc.* 2,13.16: ML 43.476; *Epist.* 88.9: ML 33 307; Ps. Dyonisius, *De Eccl. hierarch.* 2,1.2: MG 2,392; Eusebius, *Hist. Ecci.* 3 23: MG 20,260; S. Basilius, *Advers. Eunom.* 3,5: MG 29,665; *Dc Bapt.* homil.13,4,5: MG 31,432-433; S. Ioannes Chrysostomus, *In 2 Cor.* homil.3.7: MG 61.418; *Ad illuminat,* cat.1: MG 49,225; S. Cyrillus Hier., *Catech.* 3.4: MG 33,432; *Catech»* I, 2: MG 33,372. Cf. etiam G. BarEille: PTC ?,179. Cf. PUS 1,$64.871.

8 PTC 2,200.206,

quam ad doctrinam ; ideo mirum non est doctrinam de baptismo fuisse in pacifica possessione in catholica Ecclesia, donec Protestantes serio eam impugnaverunt.

5. *Reformatores* doctrinam baptismi penitus everterunt, quamvis apparenter eius sacramentalitatem admittere dicebantur. Nam, praeter quam quod veram sacramenti notionem eiciunt, Lutherus characterem baptismalem negavit et asseruit baptismum non esse nisi quoddam foedus inter Deum et neophytum °. Zwingi.ius reputat baptismum tanquam ritum initiationis, quo fidelis militiae Christi se adscribit, declarat se eius discipulum esse velle et populo Dei aggregatur10. Secundum Calvinum baptisma est aliquid amplius quam mera initiatio, est insuper legatio quaedam divina et tanquam tessera qua baptizatus ostendit suam cum Christo crucifixionem 11. *Anabaptistae* baptismum habent pro lavacro simplici sine ulla interna efficientia; est symbolum sive ritus symbolicum quo homines ingrediuntur in quandam perfectiorem societatem 12.

Ecclesia anglicana non magis fidelis fuit antiquae traditioni, et paulatim antiquam baptismi notionem relaxavit.

Neo-Lutherani voluerunt baptismi valorem revindicare sed solummodo ei effectum tribuerunt cuiusdam spiritualis unionis cum Christo et publicae professionis fidei in Trinitatem 13.

Rationalistae recurrunt ad evolutionem dogmaticam ex ritibus purificationis ludaeorum. Prima Christianorum communitas sub influxu loannis baptismi ritum baptismalem accepit ad significandam vitae puritatem, quam aggredi volebat. Cum vero "divinizatio" Christi a christianis perfecta est, baptismus fuit ritus initiationis et symbolum unionis cum Christo, qui baptizari voluerat. Multum tamen inter se rationalistarum opiniones circa evolutionem baptismi discrepant ; dum enim aliqui (Holzmann, Hetmüller, Dietrich...) influxum paulinum admittunt; alii (Loisv, Bousset, Reitzenstein...) hunc influxum penitus reiiciunt14.

Moderniores Protestantes non minus discordes apparent. De controversia inter Karl Barth et Oscar Cullmann agemus postea, de subiecto baptismi tractantes (n.87).

8 *Sermo de Baptismo,* Luther's Werke 2,724-737. .
w *De vera et falsa religione* 3,229.
11 *Opera Omnia* 45.822.
12 *Corpus Reformatorum* 3,197.
13 A.H.Strong, *Systematic Theology* vol.3.
14 Summam harum opinionum vide apud V.Iacono. *Il battesimo nella dottrina di S-Paolo* 15-28; DSB 1,877-886,

BIBLIOGRAPHIA GENERALIS

N.B. Agunt de baptismo fere omnes theologi in commentariis in 4 *Sent,* et in 3 S.Thomae; tum etiam illi, inter modernos, qui de Sacramentis in genere et in specie tractant, ut Sasse, Lahousse, Otten, Puig de la B., Lercher...

Corblet, I., *Histoire dogmatique, liturgique et archéologique du sacrement de Baptême* 2 vol. (Paris 1881).

Koch, W., *Die Taufe in N.T.'* (Münster 1921).

Spačil, Th., *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacramento Baptismi:* Orientalia Christiana (Roma 1926).

D'Alès, A., *Prima lineamenta tractatus dogmatici de Baptismo et Confirmatione* (Paris 1927).

— *Baptême et Confirmation* (Paris 1927).

Lenonnyer, L., *Notre Baptême d'après S.Paul* (Paris 1930).

Iacono, V.. *Il battesimo nella dottrina di S.Paolo* (Roma 1935).

Walter, E., *Zu den Herrlichkeiten der Taufe* (1940).

Montanchez, J., *Los sacramentos en general. Bautismo. Confirmaciôn* (Buenos Aires 1941).

Lennerz, H., *De Sacramento Baptismi* (Roma 1942).

Doronzo, E., *Tractatus Dogmatici de Baptismo et Confirmatione* (Milwaukee 1947).

CAPUT I

De institutione baptismi

Thesis 1. Christus instituit baptismum ut ritum sacrum quo homines in Ecclesiam ingrederentur.

LexnERZ, n.7-9.

6. Nexus. Incipientes tractationem de baptismo, primum occurrit quaestio de eius institutione et usu sacro in Ecclesia, in quam fideles per ipsum recipiuntur. Nondum intendimus materiam ipsius et formam determinare, neque eius probare sacramentalitatem, sed solummodo divinam eius originem demonstrare.

7. Notiones. Ritus sacer est caeremonia quaedam religiosa a competente auctoritate peracta. Utpote res sacra ad cultum publicum pertinens, perfici debet a persona competente, quae non erit nisi auctoritas religiosa, vel etiam quaelibet persona potestate, sive implicite sive explicite delegata, gaudens.

Ecclesia intelligitur coetus fidelium in societate a Christo condita degentium.

Baptismus sive *baptisma,* ut ritus sacer, est lotio cum aqua sub illis caeremoniis quae ab Ecclesia praescribuntur. Ex iis aliae essentiales sunt, aliae accidentales; haec, ab Ecclesia decursu temporis decreta, possunt omitti cum necessitas urgeat, illae, a Christo statutae, nunquam, sine periculo nullitatis, praeteriri possunt.

8. Adversarii. Proprii huius theseos adversarii non inveniuntur, nisi illi qui baptismi necessitatem negant, prout in sequentibus thesibus videbimus.

9. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Valcntinum III,* cn.5 : “Item firmissime tenendum credimus, quod omnis mul-

titudo fidelium ex aqua et Spiritu Sancto regenerata, ac per hoc veraciter Ecclesiae incorporata..." (D 324).

Concilium Florentinum in Instructione ad Armenos: "Primum omnium Sacramentorum locum tenet baptisma, quod vitae spiritualis ianua est: per ipsum enim membra Christi ac de corpore efficimur Ecclesiae" (D 696).

Concilium Tridentinum, sessione 14, cp.2: "Constat certe baptismi ministrum iudicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus" (D 895). Idem Concilium similem docet doctrinam ubi asserit homines, etiam parvulos, semel baptizatos subici Ecclesiae praeceptis (D 864 870).

Pius XII in *Encyclica "Mystici Corporis"*: "Baptismum quoque (Christus) designabat, quo credituri Ecclesiae Corpori inseruntur" [1]; saepius idem docet.

10. Valor dogmaticus. Thesis est *de fide divina et catholica definita.*

11. Probatur ex sacra Scriptura. 1. Io 3,5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei. Explicatio textus*[2]. Iuxta textum graecum esset: Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu non potest introire in regnum Dei (vel: non potest videre regnum caelorum). *Renatus* vel *natus* ad rem idem est; respondet enim ad secundam nativitatem, prout superius dixerat Christus: *Nisi quis natus* [Vulg. = renatus] *fuerit* denuo *non potest videre regnum Dei* (v.3). Ergo nasci ex aqua et Spiritu Sancto idem est ac *nasci denuo* γεννηθήναι ἄνωθεν.

Haec autem locutio duplicem patitur interpretationem: ἄνωθεν = υψωθεν, desursum; ἄνωθεν = αὖθι, denuo. 1) Pro priori interpretatione potest adduci: a) contextus; agitur enim de nativitate spirituali, sive caelesti, quae etiam ad caelorum regnum spectat;

b) convenit etiam usus frequens similis locutionis in ipso S.Ioanne: 5,31; 19,11; 19,23; simul cum doctrina ioannea de nativitate filiorum Dei (1,1.13; 8,23.47, etc.);

1 AAS 35 (1943) 204-205; cf. etiam 201.

2 Possunt conferri commentaristae in h.l., praesertim Knabenbauer. Etiam P.van Imschoot, *Baptême d'eau et Baptême d'Esprit:* EphThLov 13 (1936) 653-666; L.Murillo. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris:* VerDom 4 (1924) 169-175; J.Havet, *Les Sacrements et le rôle de l'Esprit Saint d'après Isidore de Sevilla:* EphThLov 16 (1939) 32-93.

c) interpretatio Patrum Apostalicorum[3] et graecorum post Origenem [4]; et inter modernos Lagrange [5] aliorumque.

2) In favorem significationis *denuo* adducitur: *a)* ipse textus; nam Nicodemus intellexit de renascentia: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suae iterato* (δεύτερον) *introire et renasci* [gr. = nasci] ? (v.4). Dominus autem non corrigit locutionem sed explicat: *nisi quis renatus fuerit ex aqua... Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo* (v.5-7);

&) lexici graeci solent hanc significationem admittere [8];

c) generalis est etiam haec interpretatio apud Patres [7] et commentatores antiquos et modernos [8].

Haec secunda interpretatio praeferenda est, quae tamen non opponitur ad priorem, quia nova vel secunda generatio est spiritualis.

Ex aqua et Spiritu Sancto. Omissio *ex aqua* in uno codice tantum, valorem nullum habet. Ergo omnino retinenda est lectio. In graeco omittitur *sancto,* sed sensus non mutatur. Nam πνεύμα est spiritus per oppositionem ad carnem: *Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est* (v.6). Idem dixerat lôannes 1,12-14, multisque aliis locis tum in Evangelic tum in Epistolis.

Introire in regnum Dei vel *regnum caelorum* (ut plures codices graeci habent) refertur ad gloriam caelestem tanquam finem ultimum sive terminum hominis, sed inchoative ad Ecclesiam Christi, quae vocatur saepe regnum Dei.

12. His positis *arguimus:* \'erba Christi ostendunt Nicodemo necessitatem a) suscipiendi ritum sacrum, *b~)* ad ingrediendum in Ecclesiam. Ergo.

Prob. antec. a) Agitur de ritu sacro; quia sermo est de renascentia spirituali; et quidem quae debet perfici ex aqua; scilicet, ritu aliquo sacro cuius materia sive materiale elementum erit aqua.

*2 Clem 14.2: Funk, 1,200-202; Pastor Hermae, *Hand.* 9,11; 11,5,8.20: ed. Funk. 1.498.506.510.

4 S.Athanasius. *De Incarnat.* 8: MG 26.996: ancipites haerent Origenes et S.Joannes Chrysostomus, *Homii.* 24: MG 59,146.

• *Evangile scion Saint Jean* (1925) 74-76 nota.

4 F.Zorell, *Lexicon graecum N.T.* 130; G.Kittel, *Thcologischcs Worterbuch sum Ncucn Testament* 1,378; D.W.Bauer, *Griechisch-Deutsches Wôrtcrbuch* 1, vox ἀνωθεν.

' S.Justinus. *Apologia* 1,61: MG 6,420; S.IrenaEus, *Adv. Haeres.* 1.21,1.2: MG 7,657. et alibi; Tertullianus. *De Baptismo* 13: ML 1.1215; S.Cyprianus, *Ad Donatum* 4: ML *(Epist.* 1.4) 4,200: CV 3.3-11; S.Methodius, *Conv.* 8,6: MG 18,148; S.Basilius, *De Spiritu Sancto* 15.35: MG 32,128; S.Gregorius Naîz, *Orat.* 39.1.2: MG 36,386; S.Augustinus, *Enchiridion* 51: ML 40,256; *De pccc. mer. et remis.* 2,27.43: ML 44,177.

• V.gr. Knabenbauer, Corluy, in h.l.

Prob. antec. b) Regnum Dei directe est gloria aeterna, sed ad illam non pervenitur nisi per ingressum in Ecclesiam Christi °, ideo Ecclesia vocatur etiam a Christo "regnum Dei" 10.

13. 2. Mt 28,19: *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Ergo baptismus institutus est a Christo tanquam aliquid necessarium ad ingrediendum in suam Ecclesiam. Nam in primis sermo est de conversione hominum ; etenim Christus mittit Apostolos ad praedicandum ita ut sibi discipulos faciant: "docete", [μαθητεύσανε = facite discipulos] ; nisi homines susceperint baptismum non poterunt esse Christi discipuli. Praeterea cum haec praecipit Christus Apostolis, dat eis potestatem necessariam: *data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo, docete...* (v .18s); et, ut dicit S.Marcus in loco parallelo *qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit* (Mc 16,16).

14. 3. Mt 3,11: *Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est... ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni.* Mc 1,8: *Ego baptizo vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto* (cf. Lc 3,16; Act 11,16). His verbis praenuntiavit loannes Baptista Messiam instituturum etiam alium baptismum, qui erit similis illi quem ipse loannes ministrabat, sed non omnino idem. Nam baptismus ipsius erat in paenitentiam et in aqua tantum, baptisma vero Messiae futurum erat in Spiritu Sancto. His baptisma de quo loannes loquitur est baptismus quem Christus (Messias) praenuntiat Nicodemo "in aqua et Spiritu Sancto". Quod vero Baptista non loquatur de aqua, cum ritum a Christo instituendum praenuntiat, pendet ab intentione quam habet contraponendi utrumque baptismum, et ideo in suo baptismo non considerat nisi elementum materiale et efficaciam, scilicet, aquam et paenitentiam internam ; dum in baptismo Christi attendendum est potius ad effectum internum: iustificationem per purificationem (ignis) Spiritus Sancti. Iam vero, quae hoc loco praenuntiat S.loannes referuntur evidenter ad baptismum quem Christus instituit de facto. Ergo est ille ritus sacer necessarius ad ingrediendum in Ecclesiam Christi.

• Cf. L,.de Grandmaison. *Jésuchrist. Sa personne, son message, ses preuves* (Paris).

10 Salaverrt. *De Ecclesia:* Sacrae Theologiae Summa 1.37.53-63; P.Pous, *Ewnqelwn Reqni Pci:* VerDom 5 (1925) 193-199 textum Io 3,5 in p.190,

15. 4. Apostoli, oinnes qui ad Christianam vitam converti volebant, baptizabant. Ita fecit Petrus, die Pentecostes, aggregans ad Ecclesiam tria millia hominum (Act 2,37-41) et postea cum Centurionem Cornelium eiusque familiam convertit (Act 10,44-48); ita fecit Philippus, qui Samaritanos baptizavit (Act 8,12-16); Saulus conversus baptizatus est (Act 9,10-18), etc. Et huiusmodi praxis baptizandi neoconversos est constans et universalis in primaeva Ecclesia, et quidem ut ab Apostolis procedens, ut videre est in Actibus Apostolorum et S.Pauli. Atqui hoc non fecissent neque docuissent Apostoli nisi a Christo mandatum accepissent ita sese gerendi, seu, quod idem est, nisi baptismus esset a Christo praeceptus (nam se ipsos non institutores, sed *dispensatores* sacramentorum proclamant: 1 Cor 4,1). Ergo revera baptismus a Christo institutus est ad ingrediendum in suam Ecclesiam.

16. 5. Gal 3,25-26: *Omnes filii Dei. estis per fidem, quae est in Christo lesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis*[11] (cf. etiam 1 Cor 12,12). Secundum S.Paulum, indui -Christum, idem est atque sequi Christum, discipulum esse Christi, etc.; hoc autem supponit pertinere ad Christi Ecclesiam. Ergo si per baptismum christiani pertinent ad Ecclesiam Christi, signum est hunc ritum institutum esse ad ingrediendum in Ecclesiam.

17. Probatur ex traditione. Non est necesse afferre textus in favorem huius theseos. Nam ex thesibus sequentibus clarius apparebit quomodo Sancti Patres thesim praesentem affirmaverint[12]. Nam revera nunquam dubitatum est de institutione Baptismi a Christo, neque de eius necessitate ad ingrediendum in Ecclesiam.

18. Ratio theologica. Ecclesia est societas visibilis. Atqui in omni societate visibili (praesertim religiosa) solet esse aliquis ritus externus (saltem late sumptus) ad manifestandam admissionem et ingressum in illa societate. Ergo oportebat ut etiam Christus, instituens societatem visibilem religiosam, decerneret aliquem ritum externum, quo manifestaretur ingressus in suam societatem.

19. Scholion 1. *Quando Christus baptismum instituit?* Diversimode respondetur:

a) S.Thomas: "Tunc videtur aliquod sacramentum institui quan-

[11] De hoc loco, cf. V.Iacono, *II battesimo neHa dottrina di S.Paolo* 39-44; Lagrange. *EpUrc aux Galatas* in h.l.

[12] Plurcs textus affert H.Lennei&, *De Baptismo* 15-25.

do accipit virtutem producendi suum effectum. Hanc autem virtutem accepit baptismus, quando Christus est baptizatus. Unde tunc vere baptismus institutus fuit, quantum ad ipsum sacramentum" °. Quae S.Tbomae aborumque theologorum sententia", ita intelligenda est' ut velit significare baptismum esse quasi obumbratum ex materia (aqua) et forma (praesentia SSmae.Trinitatis) in baptismo Christi, non autem iam tunc institutum esse quoad suam virtutem et significationem sacramentalem ".

b) Estius " aliiqne pauci reponunt baptismi institutionem in sermone Christi cum Nicodemo. Non tamen theologi hanc sententiam admittunt; quia non videtur probabile tam magnum sacramentum fuisse institutum in colloquio privato et secreto.

c) Institutio facta est post passionem Christi, quando iussit Apostolos doCere omnes gentes baptizantes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ita Halensis" aliique non multi". Innituntur in aliquibus SS.Patribus, qui, ut Tertullianus", rationem dant ex eo quod sacramenta supponant passionem Christi iam peractam. At ratio non valet; nam Christus optime potuit ex praevisis meritis sacramenta ante passionem stabilire, imo etiam et conferre, sicut de facto fecit in ultima coena eucharistiam Apostolis tradendo.

d) Tandem maior theologorum pars ponit institutionem baptismi ante passionem Christi; de momento autem determinando non una est sententia. Scotus, ex eo quod discipuli Christi baptizarent (Io 3,26; 4,2) eruit: "Convincitur ergo tempus institutionis fuisse ante illud tempus quo discipuli Christi bantizabant, licet praecise hora institutionis non legatur in evangelic"". Et haec sententia est magis admissa a theologis, de qua ait Suarez: "Aliqui moderni censent hoc esse dogma fidei; non tamen ita censeo... solum est haec sententia probabilior et Scripturis conformior et communis theologorum"",

e) S.Thomas iam alias dixerat: "Multiplex fuit baptismi institutio", Fuit enim primo institutus quantum ad materiam in baptismo Christi... Et aliquo modo fuit forma praefigurata per praesentiam trium personarum in signo visibili... Et similiter fructus baptismi ibi praefiguratus est, quia caeli aperti sunt super eum. Sed necessitas eius fuit declarata Io 3,5... Sed usus fuit inchoatus quando misit discipulos ad praedicandum et baptizandum, ut patet Mt 10. Sed efficaciam habuit ex passione Christi tantum quantum ad ultimum effectum, qui est apertio ianuae. Sed divulgatio eius quantum ad omnes nationes praecepta fuit Mt ult.19, ubi dixit: *Euntes docete omnes gentes*"". Simili modo loquitur S.Bonaventura: "Notandum

" 3 q.66 a.2.

11 Inter modernos hanc sententiam defendit M.Daffaka, O.P., *De Sacramentis et dc novissimis* (1944) 243-246; Dokonzo, *l.c.,* 30-34.

16 Suarez, *Dc Sacramentis* d.19 s.2 n.4.

M In 4 dist.3 s. 11.

17 In 4 q.12 membr.3 a.1; cf. *Summam* p.4 q.8 mcmbr.2 a.3.

18 M.Cano, *De locis theologicis* 1.8 c.5, qui plures alios citat.

w De Baptismo 11: ML 1.1212; S.Ioannes Chrysostomus, *Homil 29 in Ioannem* 1: MG 59.170.

20 In 4 dist.3 q.4.

" De Sacramentis d.19 s 1 n.4.

22 Hanc synthesim. quam S.Thomas proposuit, acceptat A.PioLanti: 'Omne? opiniones aliquod veri continent, veritas plena fortasse in synthesi deprehenditur... quae quidem interpretatio auctoritate S.Thomae roboratur" *(De Sacramentis2* 129s).

23 In 4 dist.3 q.1 a.5 sol.2.

quod Dominus baptismi sacramentum primo insinuavit instituendum, secundo instituit, .tertio confirmavit institutum" M. Insinuationem invenit seraphicus Doctor in baptismo Christi et in colloquio cum Nicodemo, institutionem in baptismo ab Apostolis mandato Christi peracto ante passionem ; confirmationem, tum in aqua ex latere Christi mortui profluente, tum in commendatione ad Apostolos ante Ascensionem, de qua Mt 28,19 a.

20. Scholion 2. *De discrimine inter baptismum Christi et loannis.* Praecipuum discrimen consistit in sacramentalitate baptismi Christi, qua baptismus loannis carebat ; non enim erat nisi quoddam sacramentale ad baptismum Christi disponens[31].

Ipse loannes iam animadvertebat: *Ego quidem baptizo vos aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est...; ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni* (Mt 3,11). Ubi sufficienter ostendebat baptismum ipsius non conferre gratiam ex opere operato, sed ex opere operantis, quatenus disponebat per humilitatem ad contritionem; ideo appellabatur "baptismus in paenitentiam". Baptisma autem Christi est in remissionem peccatorum (Act 2,38), effectum producens ex opere operato. Ideo S.Paulus ephesinos, quos accepisse baptismum dumtaxat loannis invenit, baptizavit baptismo lesu (Act 19,3-5).

Protestantes, et postea rationalistae, contendebant baptismum Christi non fuisse nisi quandam evolutionem vel quasi repetitionem baptismi loannis, adeo ut inter utrumque baptismum nihil veri discriminis intercederet. At. Concilium Tridentinum contra Novatores definivit: "Si quis dixerit baptismum loannis eandem vim habuisse cum baptismo Christi, A.S." (D 857) ",

21. Scholion 3. *De baptismis sive purificationibus ludaeorum.* Rationalistae, evolutionem dogmaticam quaerentes, intendunt demonstrare exsistentiam baptismi inter Christianos ex influxu iudaxo. Ideo afferunt, tanquam originem baptismi christiani, diversos baptismos sive purificationes quae penes hebraeos in usu fuerunt. Fuerunt' quidem "semper apud ludaeos, atque etiam a Moyse praescriptae[18], plures purificationes legales. At rationalistae influxum specialem in nostrum baptismum vident in sequentibus: in ablutionibus sive purificationibus legalibus ; in baptismo proselytorum ; in lavacro esseniorum ; et in baptismo loannis. De hoc ultimo iam scholio anteriori egimus; nunc breviter de aliis.

22. A. *Purificationes legales.* Ad duas species reduci possunt:

a) Illae quibus Levitae segregabantur a populo ad constituendam classem sacerdotalem (Num 8,6) et quibus etiam quasi sancti fiebant (Lev 11,14; cf. textum hebraicum). Sed hae purificationes non constituebant ritum initiationis, neque consecrationis (consecratio enim fiebat per impositionem manus sacerdotum: Num 8,10), ac nihil erant aliud quam praeparationes sive dispositiones.

b) Aliae purificationes omnibus iudaeis communes erant; et re- 28

™ *In 4* (list.3 p.2 a.1 q1.

20 Singularis est sententia Aphraatis institutionem baptismatis in ultima Cocna reponentis: R 690; *Demonstr.* 12,10.

26 3 q.38 a.1 ad 1.

27 Cf. S.Robertum Bellarmino, *De Baptismo* c.19.

28 V.X.KoRTLEiTNER, *Archacoloyia biblica* (1917) 355.

ferebantur ad munditiem legalem, amissam propter contaminationem ex delicto sive peccatis contractam. Sic qui tetigerat cadaver immundus erat (Num 19,11), etc.

Ut patet tales purificationes non respiciebant ad statum interiorem animae sed solummodo ad puritatem externam, quae a lege requirebatur. Quamvis immundus excludebatur a participatione cultus externi ct a societate iudaica, nihilominus nullam supponebatur habere internam maculam si non purificabatur, nisi purificatione ex contemptu legis omitteret, vel impuritas ex delicto vel peccato gravi oriretur. Sed in hoc casu immunditia interna proveniebat ex peccato non ex omissione purificationis.

23. B. *Baptismus proselytorum.* Secundum consuetudinem iudaicam saeculo I servatam, proselyti, qui ex gentibus ad iudaismum convertebantur, si homines erant, praeter circumcisionem, lavacro sive baptismate purificari debebant; mulieribus vero non nisi lavacrum sive baptismus praescribebatur Et adeo praevaluit usus baptismi proselytorum, ut in fine saec.I haberetur tanquam verus et praecipuus initiationis ritus, transcurata etiam ipsa circumcisione".

Quamvis proselyti, baptizati hoc ritu iudaico, aliquando vocarentur "neonati", haec tamen renascentia nullo modo comparari potest cum spirituali renascentia Christiana. Nam apud iudaeos non agebatur nisi de inscriptione legali in populum electum. Etsi vero conversione ad iudaismum, expleta circumcisione vel actu aequivalenti, peccatum originale remittebatur (nisi iam remissum fuisset), attamen, cum de adultis agebatur, effectus obtinebatur ex opere operantis, non vero ex opere operato. Neque haec efficacia baptismo, sed circumcisioni vel actui fidei et caritati tribuenda erat.

24. C. *Baptismus esseniorum.* Essenii, ex iudaismo provenientes, puriorem vitam profitebantur'*. Ab ortu solis ad meridiem laboribus agricolis incumbebant; et ante prandium solemni sive rituali lavacro mundabantur. Post prandium ad laborandum iterum pergebant. Praeter hoc solemne baptisma alias purificationes sive lotiones partiales vel totales faciebant, ut cum, v.gr., quis ab alieno sive sectae ignoto tangebatur.

Novitii huiusmodi quotidianis purificationibus subiciebantur, attamen. ad purificationem perfectissimam, quae aqua puriori fiebat, et qua sectae adscript! utebantur, non admittebantur, nisi duobus annis post eorum admissionem in communitatem.

Cum esseni ad populum iudaicum pertinerent hae lotiones non videntur alium habere valorem, quam illae a iudaeis adhibitae, nisi quod esseni maiori cura et diligentia purificationem legalem requirebant ",

® W.Brandt, *Die jiidischen Baptismcn:* Beihef. z.Zeitschr.f.Alttestamcntliche Wissenchaft 18 (1910) 57-62.

30 Flavius Iosephus. *Antiquitates* 12,5,1.

" H.Cerfaux. *Le Baptême des Esséniens:* RechScRel 19 (1929) 248-265; W.Brant. *l.c.,* 64-69; V-Ermoni, *L'esscnismc:* RevQuestHist 40 (1906) 5-27; Ch'.Bugge, *Zum Essaencrproblc'ni:* ZNTWiss (1913) 145-174.

32 Pro tota hac quaestione potest consuli J.Thomas, *Le mouvement Baptist en Palestine ct Syrie* (150 av.J.C-306 a.C.) (Louvain 1936); et recensionem huius libri a W.Goossens: EphThLov 14 (1937) 467-476. Bihliographiam copiosam magnamque eruditionem habet C.M.Edsman, *Le baptême de feu* (Upsala 1940), sed doctrina, quam sustinet, est fere rationalista; cl. A. est protesttfntismo deditus.

Thesis 2. Baptismus, a Christo institutus, est verum Novae Legis sacramentum.

S.Th., 3 q.66 a.1s; SuârEz, d.19 s.1s; Pssch, 348; Otten, 264s; Lercher', 131-138; Lennerz, 89-94; Doronzo, 19-27.

25. Nexus. Demonstratum est Christum instituisse ritum sacrum ad ingrediendum in suam Ecclesiam, huncque ritum esse baptismum. Nunc ostendendum est Christum baptismum constituisse tanquam verum sacramentum. Sacramentalitatem baptismi vix negarunt adversarii ulli; imo etiam Protestantes non negarunt baptismum esse sacramentum. Quare Patres Concilii Tridentini non iudicarunt necessarium de eius speciali sacramentalitate tractare nec quidquam definire, nisi quod iam in canone 1 de Sacramentis in genere dictum erat. Attamen nostris diebus, et inter Protestantes posteriores, baptismus ut sacramentum reiectus est. Ideo stabilienda nunc est haec thesis.

26. Notiones. Baptismus est ablutio aquae sub expressa Trinitatis invocatione ad regenerationem spiritualem hominis. Diversis nominibus designatur in fontibus, prout supra dictum est (n.3): *lavacrum aquae in verbo vilae* (Eph 5,26); *lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti* (Tit 3,5); *sepultura in Christo* (Rom 6,4); etc.[1]

Sacramentum Novae Legis eo sensu intelligitur de quo in tractatu, anteriori agitur. Intelligimus, ergo, sacramentum siensu stricto, seu signum sensibile ac symbolicum efficax gratiae a Christo institutum.

27. Adversarii. Praeter aliquos haereticos antiquos, adversantur thesi *Protestantes liberales, Modernistae* et *Unitarii,* iuxta quos baptismus non est nisi ritus externus nec necessarius. *Rationalistae* et *Modernistae* baptismum Christianorum explicare intendunt per evolutionem dogmatico-historicam cuius initium in baptismo loannis inveniri autumant (D 2040 2043). Simili modo sensit Loisy 2.

28. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Florentinum*: "Primum omnium Sacramentorum locum tenet baptisma" (D 696).

Concilium Veronense·. "Universos qui de sacramento Corporis et Sanguinis Domini nostri lesu Christi, vel de baptis-

1 Cf. G Kittel, *Theologische Wortcrbuch sum Neuen Testament* 1.527-520; W.Bauer, *Griechisch-Deutsches Wortcrbuch* 1.239-241. De diversis baptismi definitionibus, cf. Exc. Dom. Lanuc.raf, *Die Eriihscholastische Definition der Taufe:* Greg 27 (1946) 200-219.353-383.

2 *L'Evangile et l'Eglise.*

mate... vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quam sacrosancta romana Ecclesia praedicat et observat... vinculo perpetui anathematis innodamus" (D 402).

Concilia Lateranense IV (D 430), *Lugdunense II* (D 465) et *Tridentinum* (D 844) recensent baptismum inter sacramenta Ecclesiae, quae sunt septem et tantum septem. Praeterea in ipso Concilio Tridentino in cn. de sacramento baptismi, praesertim 1,2 et 3: "Si quis dicit in Ecclesia romana... non esse veram de baptismi sacramento doctrinam, A. S." (D 857ss).

CIC cn. 737,1: Baptismus, sacramentorum ianua ac fundamentum...

29. Valor dogmaticus. Thesis est *de fide divina et catholica definita.*

30. Probatur ex sacra Scriptura. Sacramentum Novae Legis est signum sensibile ac symbolicum efficax gratiae perenniter institutum a Christo. Atqui huiusmodi apparet baptismus secundum textus Novi Testamenti. Ergo Baptismus est verum Novae Legis sacramentum.

Maior constat ex definitione Sacramenti. *Minor* probatur: a) *Est signum sensibile;* nam ritus, de quo egimus in thesi anteriori, est vere sensibilis, siquidem consistit in usu aquae, et quidem adhibitis verbis sensibilibus (ut videbitur in thesi de materia et forma baptismi), sicut faciebant Apostoli, et ipse Christus instituerat (Io 3,5; Mt 28,19; Mc 16,16; Act 8,36);

b) *Est symbolicum,* quia per aquam cum verbis adhibitis, significatur mundities animae, quae a peccatis mundanda est; per hoc lavacrum significatur mundities quam habere debent internam illi qui ad Christi Ecclesiam pertinere velint[3];

c) *Est efficax gratiae,* nam ideo contraponitur baptismo Ioannis, qui erat solum *in paenitentiam,* id est, ad excitandam contritionem de peccatis commissis, qua contritione delebantur peccata. Baptismus vero a Christo institutus ipse peccata emundat, cum sit mundatio in Spiritu Sancto, id est, per gratiam[4].

3 De symbolismo aquae in Novo Testamento, L.Murillo, *Haurietis aquas in gaudio dc fontibus Salvatoris:* VerDom 4 (1924) 169-175, praesertim p,170s

4 In tractatu de Sacramentis in genere, cum probatur sacramenta gratiam conferre ex opere operato, solet adduci praecise sacramentum baptismi, ideoque hoc loco minus immorandum est. Cf. J.HavKt, *Les sacrements et le rôle de l'Esprit Saint d'après Isidore de Sevilla:* EphThLov 16 (1939) 32-93; P.van Imschoot, *Baptême d'eau et baptènte d'Esprit Saint:* EphThLov 16 (1936)

d) *Institutio est perennis sive pro omni tempore.* Etenim, ex una parte Ecclesia Christi perseverare debet usque ad consummationem saeculi (Mt 28,20), et ex alia parte omnes homines qui in Ecclesiam ingredi velint, necessario debent baptismum recipere.

31. Probatur ex traditione. Si aliquod est sacramentum de quo, iuxta doctrinam Patrum, dubitare nefas est, tale erit baptismus. Imo vero, doctrina, sacramentaria saepe innititur in his quae Patres de baptismo affirmant. Sic effectus gratiae ex opere operato, reviviscentia sacramenti, initerabilitas, etc. Neque obiter tantum de baptismo tractarunt, sed integros ediderunt libras: Tertullianus[5,6] S.Ambrosius[6], S.Pacianus[7], S.Maximus Taurinensis[8], etc. Inter Orientales Dionysius Alex.[9], S.Basilius[10], [11] S.Cyrillus Hier. S.Gregorius Naz.[12], S.Gregorius Nyss.[13], etc.[14] Praesertim vero saeculo IV S.Augustinus[15] naturam sacramentalitatis baptismi mirifice descripsit et vindicavit contra Donatistas et Pelagianos.

32. Obiectiones. 1. Io 3,5 non necessario intelligi debet de baptismo per aquam, quia etiam dicit baptismum debere esse in Spiritu Sancto, quapropter tantum intenditur significari renascentia spiritualis.

Nego antec. et eius probationem dist. Ita requiritur Spiritus Sanctus ut non requiratur etiam aqua, *nego;* ita requiritur ut sine illo regeneratio non detur, *conc.* Renasci ex aqua et Spiritu Sancto significat aquam esse materiam remotam baptismi quae ad ablutionem inservit; ablutio autem corporalis significat ablutionem spiritualem animae, quae per Spiritum Sanctum sive per gratiam fit.

2. *Inst.* Aqua debet hoc loco sumi metaphorice, siquidem Ioannes Baptista dixit de baptismo Christi: *ipse baptizabit vos in Spiritu Sancto et igni* (Mt 3,11). Atqui ignis sumitur metaphorice. Ergo etiam aqua.

Nego assertum et probationem. Nam baptizare igni, id est, lavare igni (πυρὶ) vel lavare aliquid igne, est certe locutio metaphorica, ut per se patet; non autem baptizare seu lavare aliquid aqua[16].

653-666, cum ampla bibliographia; I. Murillo. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris:* VerDom 4 (1924) 169-175.

6 *De Baptismo:* MT. 1,1197ss.

8 *De Mysteriis:* ML 16.389ss.

7 *De Baptismo:* ML 13.1089ss.

8 *Dc Baptismo* tr.3: ML 56.771SS.

’ *Epist.* 1: MG 10.1313-1316

70 *Epist. ad Amphil.* 199: MG 32,128ss.

11 *Catecheses:* MG 33.369ss.

12 *Oratio* 40: MG 36,360ss.

13 *Oratio catechctica magna:* MG 45,9ss.

w Ampliorem bibliographiam v. in indice *Patrologiae Latinae,* et Bareille: DTC 2,218-219.

15 *Serm. ad competentes* 56-59.212-215.294: ML 38,377.1058 1335; *De Baptisina contra Donatistas:* ML 43, etc.

16 Aliqui moderni protestantes in hac doctrina Calvinum sequuntur, sed ab aliis protestantibus generatim refutantur. Cf. D'Alès. *De Baptismo et Confirmatione* 18, qui citat B.Weiss, T-Zahn, A.von Stromberg.

3. Baptismus Christi non est nisi baptismus loannis; nam non constat Ipsum voluisse instituere novum baptismum, et Ipse voluit baptizari baptismo loannis.

Nego assertum eiusque probationem. Etenim probatum est in thesi praecedenti Christum verum ritum instituisse baptismalem, diversum a baptismo loannis; baptismum enim loannis erat tantum ad paenitcntiam, dum baptismus Christi est ad remissionem peccatorum et ingressum in eius Ecclesiam.

33. Scholion. *De figuris biblicis baptismi Christiani.* In Vetere Testamento fuerunt aliquae figurae baptismi a Christo instituti, prout Apostoli, Patres et Theologi explicant. Praecipuae eiusmodi figurae sunt:

1. S.Petrus baptismum praefiguratum invenit in *arca Noe* in qua salvi facti sunt a diluvio Noe et filii (Gen 7). Ex hac figura Patres vocarunt baptismum plancam sive tabulam in naufragio ".
2. Circumcisio. Potius quam figura baptismi fuit ritus suppletorius pro baptismo futuro, quatenus erat medium ad remittendum peccatum originale; aliter tamen atque in baptismo Christi fit ”
3. *Transitus maris Rubri et columna dirigens populum per desertum* (Ex 13,21). S.Paulus 1 Cor 1-2. Ita etiam S.Basilius ”, S.Augustinus”, necnon theologi posteriores”.
4. *Aqua e saxo a Moyse educta:* 1 Cor 10,4; Origenes” aliique Patres.
5. *Manna, probatica piscina, aqua fluens e latere Christi, mundatio Naaman*™.

CAPUT II

De essentia sacramenti baptismi

Thesis 3. Materia sacramenti baptismi est ablutio corporis adhibita aqua naturali; forma autem constituitur verbis quibus distincte exprimatur unitas et Trinitas divina.

S.Th., 3 q.66 a.3s.7s; SuAr^z. d.20 s.1; S.Bellarmino, *De Bafit.* c.2; Puic de la B.. 208-227; LerchEr3, 141-150; D'AlES, 30-59; LennErlz, 9-42; Doroxzo, 37-77.

34. Nexus. In omni sacramento materia et forma perficitur eius essentia (D 895); quare etiam in sacramento baptismi materia et forma determinanda est, si scire cupimus 23

17 Tertullianus, *De Paenitentia.* 12,9: ML, 1,1247.
» 3 q.70 a.2.
« *De Spiritu Sancto* 14-15: MG 32.121-124.
=» *Sermo* 352.3; 363.2: ML 39.1551.1635.
21 Sic S.Thomas, 3 q.90 a.1 ad 2; et alii paene multi.
In los hom.4,1: MG 12,842.
23 Plura vide apud L'Al.KS, *l.c.* 24-26; Bellamy: DTC 2.168, qui affert loca in quibus auctores vident a prophetis praenuntiatum baptisma. P.Lundberg, La *typologie baptismale dans l'ancienne Eglise* (Upsala-Leipzig. 1942).

essentiam huius sacramenti. Materia autem esse potest remota et proxima; de utraque agemus quatenus ad ablutionem (materiam proximam) aqua naturalis requiritur (materia remota). De materia licita, de modo abluendi, de ipsis verbis quibus forma proferenda est, aliisque similibus, agi solet in theologia morali ; de his igitur supersedebimus, relatis tantummodo in scholiis quae necessaria videbuntur et cum theologia dogmatica magis consona.

35. Notiones. Materia est pars sacramenti determinabilis per verba, quibus *forma* exprimitur, et quae sensum sive usum materiae determinant. Sic aqua ad multos usus inservire potest, v.gr. ad refrigerandum ; verbis autem indicatur ad abluendum adhiberi. Forma vero est illud quo determinatur sensus sive usus materiae (cf. dicta in tractatu superiori).

Materia remota, sive ex qua sacramentum baptismi conficitur, est aqua naturalis ; forma vero est prolatio verborum quibus exprimitur unicitas et trinitas Dei simulque indicatur ratio ob quam aqua effunditur super personam quae sacramentum suscipit. Interea praescindimus a quaestione an aliquando valuerit baptismus collatus alia forma qua non exprimeretur determinate trinitas et unitas divina [1] ; etenim *nunc* certo alia forma invalida esset.

Ablutio significat materiam proximam, id est, actionem qua aqua in baptizandum infunditur. Neque nostra intentio est interea determinare modum quo nunc aqua infundi debet ; scilicet, praescindimus a forma rituali qua administratio sacramenti baptismi perficitur.

Aqua naturalis intelligitur vera aqua per oppositionem ad aquas artificiales [2,3] vel ad aquam sensu metaphorico, prout Calvinus volebat, intellectam.

Forma, ut dictum est, intelligitur pars determinans, seu quae specifice designat usum ad quem aqua baptismi adhibetur. Haec forma, ex voluntate Christi, debet esse talis quae suis verbis exprimat, explicite et determinate, non vero implicite vel indeterminate, Unitatem et Trinitatem divinam ; sic non valeret forma: *Ego te baptizo in nomine Trinitatis* (forma explicita sed indeterminata). Forma in Rituali Romano praescripta haec est. *N. ego te baptizo in nomine Patris et Filii et*

1 Num requiratur ad validitatem formula expressis et iisdem verbis, quae in Evangelio exstant et in Rituali Romano habentur, nunc vix quisquam exigit. Possent adhiberi verba aequivalentia, ut dicemus in scholio 4.

3 Aqua mediis chimicis ex hydrogenio et oxigenio rite confecta, est vera aqua naturalis et ad baptismum apta. Cf. Ferreres-Mondría, *Thçο^oqia Moralij* 2,288, 3.°; Catcchismum Tridenfinum 2,2.7.

Spiritus Sancti. De validitate aliarum formularum, cf. schol.4, n.47-49.

36. Adversarii. Antiqui aliqui, ut *Gnostici* et *Manichaei*[3], reputantes aquam materiam deteriorem et a principio mali procedentem, negabant baptismum administrari debere aqua naturali, sed verba Io 3,5 interpretabantur de aqua sensu metaphorico. His accesserunt *Cathari* et *Albigenses,* quos decuti sunt inter modernos quakeri, sed quatenus baptismum habent pro ritu mere iudaico. Aliqui innixi in Mt 3,11, arbitrabantur adhibendum esse ignem [4]. Alii tandem alias materias adhibuerunt[5].

Eutherus admisit in casu necessitatis "quidquid balnei nomine nuncupari potest" esse aptum ad sacramentum baptismi [6].

Quoad formam, fuerunt in antiquitate haeretici *Gnostici*[7], *Sabelliani* et qui vocabantur *Paulinistaz, Eunomiani, Priscillianistae,* aliique haeretici in doctrina trinitaria errantes, qui aut omiserunt aut perverterunt formam trinitariam in administratione baptismi; *Montanistae* addebant in formula nomen Montani[8]. S.Damasus I memorat quosdam haereticos qui baptizabant in nomine Angelorum et Archangelorum (D 82). De baptismo in nomine lesu vel Christi, cf. n.47.

Luth'ERUS, Zwinglius, *Uniiarii, aliaeque Protestantium sectae* formam baptismi vel mutarunt, vel mutari permittunt [9].

37. Doctrina Ecclesiae. Constans fuit Ecclesiae doctrina circa materiam et formam baptismi, quae apparet in diversis decretis et responsionibus occasione errorum adversariorum. Sic Pelagius ad Episcopum Volaterranum, Gaudentium, respondebat: "Multi sunt qui in nomine Christi solummodo... se asserunt baptizari. Evangelicum vero praecep-

3 S.Irenaeus, *Adversus Haeres.* 1,21,4: MG 7,666; S.Epiphanius, *Haereses* 34: MG 41,620; S.Augustinus, *De Haeres.* 46: ML 42.38; Tertullianus citat etiam haereticos quos *caianos* et *qu.ntilianos* appellat: *De Baptismo* 1: ML ! 1306; *Auctor de Rcbaptis.* c.16: CV 3,3.89; Calvinus. *last, rei christ.* 17; cf. D'Alès, *De Baptismo et Conf»rntatione* 34,4.

4 Cf. *Auct. de Rebapt.* c.16: CV 3 3.89; *Baptême par le feu:* DTC 5,355-360; C.M.Edsman, *Le baptême de feu* (Upsala 1940).

e Adhibuerunt arenam illi quos refert Ioannes Moschus, Leimon, 166: MG 87,3045; vel oleum cum aqua, prout refert S.IrenaEus. */ c.;* alii in casu necessitatis usi sunt saliva, vino, cerevisia, etc. (cf. D 412,447).

c *Colloq. Sympos.* c.17.

7 Teste S.Irenaeo, *Haeres.* 1.21,3: MG 7,661; ThEodoretus, *Haeret, fab.* 1,9: MG 83.360, ait hanc formulam adhiberi: "In nomine incognoscibilis Patris omnium, in veritate matre cunctorum, in descendente in lesum, in unitate et redemptione et societate potentiarum"

8 *Corpus Inscrip. Latinarum 8,2272;* A.de LabriollE, *Sources de Γhistoire du Montanisme* 195: DTC 2,182s.

• Lutherus, *De Captivitate Babyl.;* Zwinglius, *Dc vera et falsa religione;* etc. Plura v. in Nouvelles Religieuses (1924) 239s.

tum ipso Domino et Salvatore nostro Iesu Christo tradente nos admonet, in nomine Trinitatis... sanctum baptismum unicuique tribuere" (D 229). Gregorius M. ad Leandrum, Episcopum Hispalensem, dicit posse baptismum administrari una vel trina immersione[10].[11]

Alexander III: "Si quis sane puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen; et non dixerit: "ego baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen", non est puer baptizatus" (D 398)[11].

Innocentius III a Thoria, Archiepiscopo Nidrosiensi interrogatus, utrum validum esset baptisma saliva collatum quondam propter caritatem aquae, respondit: "Respondemus quod, cum in baptismo duo semper, videlicet verbum et elementum, necessario requirantur, iuxta quod de verbo Veritas ait: Euntes in *mundum,* etc., eadem dicat de elemento: *Nisi quis,* etc., dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumque praedictorum, sed eorum alterum est omissum" (D 412).

Gregorius IX pariter interrogatus de liceitate baptismi adhibita cerevisia pro aqua, ait ad Sigurdum, Archiepiscopum etiam Nidrosiensem: "Tibi tenore praesentium respondemus: quod, cum secundum doctrinam evangelicam oporteat ex aqua et Spiritu Sancto renasci, non debent reputari rite baptizati, qui in cerevisia baptizantur" (D 447).

Concilium Viennense: "Ad hoc baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans est, sicut unus Deus et fides unica ab omnibus fideliter confitendum, quod celebratum in aqua in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti credimus esse tam adultis quam parvulis communiter perfectura remedium ad salutem" (D 482).

Concilium Florentinum in instructione ad Armenos: "Materia huius sacramenti est aqua vera et naturalis; nec refert frigida sit an calida. Forma autem est: *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Non tamen negamus quod per illa verba: *Baptizatur talis servus Christi in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,* vel: *Baptizatur manibus meis talis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,* verum percipiatur baptisma; quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas,, instrumentalis

10 *Epist.* 43: ML 77,497.
11 I.Morinus (*Disc. Paenit.* 8.16,21) et F.FarvacquES putaverunt aliquando fuisse validum baptismum collatum sub forma ab Alexandro III damnata, sed talis opinio damnata iterum fuit ab Alexandro VIII (D 1318). De hac re cf. Lercher-Umberg, *De Baptismo* 149.

autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum ; si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sanctae Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum" (D 696). Etiam contra errores Armenorum Benedictus XII (D 542).

Concilium Tridentinum contra Protestantes declarat aquam intelligendam esse sensu proprio et non metaphorico (D 858) ; Leo XIII[12] permittit in casu morbi usus aquae cum hydrargyro bichlorato corrosivo (D 1977).

38. Valor dogmaticus. Thesis est *de fide divina et catholica definita.*

39. *Probatur prima pars*·. Materia baptismi est ablutio, adhibita aqua naturali.

Probatur ex sacra Scriptura. 1. Io 3,5 : *nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire m regnum Dei.* Atqui hic agitur de baptismo (ut supra ostendimus) et expresse asseritur usus aquae, ut patet. Ergo.

2. Idem insinuatur in Mt 28,19 et Mc 16,16, cum Christus simpliciter commendat ut *baptizent* in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. lam vero "baptizare" intelligi debet eo modo quo iudaei ordinario loquendi usu verbum usurpabant, scilicet, pro *lavare* sive *mundare aqua.*

3. Etiam Apostoli apparent in sola aqua baptizantes : Act 8,36; 10,47; et ad aquam alludentes ubi de baptismo agitur, tum expressis verbis (Tit 3,5 ; Eph 5,26), tum in comparationibus sive figuris biblicis usurpatis (1 Cor 10,2; 1 Petr 3,20) (cf. supra n.33).

40. Probatur ex traditione. lam inde ab initio christianismi non nisi aqua adhibetur tanquam materia sacramenti baptismi, et quidem per ablutionem, quae fieri solebat immersione simplici vel trina, tum etiam infusione, prout postea videbimusJ3. Antiquissimum documentum (quod potius ad liturgiam pertinet), *Didache,* expressis verbis de aqua quaestionem inducens, ait: "De baptismo autem, sic baptizate: haec omnia postquam antea dixistis, baptizate in nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti, in aqua viva. Si autem non habes aquam vivam, in alia aqua baptiza; si non potest in frigida, in calida. Si autem neutram habes, effunde in caput ter aquam in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti" (R 4). Nec permittit usum alicuius alius rei, sed solam aquam adhibendam esse dicit, quomodocumque haec aqua inveniatur.

" Deer. S.Officii 21 aug. 1901: ASS 34 (1900-1901) 319,
« Cf. R 302 307 703; ind. sistem.461s.

Pastor Hermae per synecdochen, ipsum baptisma appellat aquam: "Priusquam homo nomen filii Dei portaverit, mortuus est; cum autem acceperit sigillum, deponit mortalitatem et resumit vitam. Signum ergo est aqua; in aquam igitur descendunt mortui et ascendunt vivi" (D 92).

Eodem modo S.Iustinus explicans liturgiam baptismi, ait: "Deinde eo ducuntur [baptizandi] a nobis ubi aqua est, et eodem regenerationis modo regenerantur quo et ipsi sumus regenerati. Nam in nomine parentis universorum ac Domini Dei, ac Salvatoris nostri Iesu Christi, et Spiritus Sancti, lavacrum. in aqua tunc suscipiunt... Hanc autem huius rei rationem ab Apostolis accepimus" (R 126).

Nec aliter alii Patres de baptismi aqua loquuntur, ut cum baptismum comparant cum tabula e naufragio liberante, cum aqua quam hebraei transierunt in mari Rubro, vel quae de latere Christi profluxit, etc.

41. *Probatur secunda pars'.* Forma baptismi consistit in verbis quibus unitas et trinitas divina distincte exprimitur.

Probatur ex sacra Scriptura. Mt 28,19[14] dicit Dominus apostolis: *Docete omnes gentes', baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Christus, igitur, Ipse docet formulam qua baptismus administrari debet. Atqui formula sive verba constituunt formam sacramenti, ut constat ex praenotandis. Ergo his verbis debet constare forma baptismalis. Praeterea haec verba distincte exprimunt unitatem et trinitatem divinarum Personarum, cum enim dicunt *in nomine* (singulari numero) unitas designatur; cum vero tres seperatim Personae nominantur, Trinitas intelligitur. Si, itaque, Christus determinavit formam in baptismo adhibendam, non licet ab ea recedere; nam quae Christus instituit mutari non possunt. Ergo forma debet habere expressionem Trinitatis et unitatis Divinae, et quidem distincte significatam.42

42. Probatur ex traditione. Ut in priori parte ostendunt testimonia traditionis, Patres non solum aquam in baptismo adhibendam tradunt, sed etiam determinant formam, quae est eadem quam Christus praecepit[15]. Ita *Didache* (R 4), S.Iustinus (R 126), *Pastor Hermae* (R 92); quibus adiungi possunt:

Canones Hippolyti: "singulis vicibus [quibus catechume-

M Discussionem huius loci habet D'Ales. *De Baptismo et Confirmatione* 50B-54.

" R ind. system.464; D'Ales, *l.c.* 52s.

nus inungitur] dicit presbyter: Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti" ie.

Tertullianus "Mandans, ut tingerent in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, non in unum; nam nec semel, sed ter ad singula nomina in singulas personas mergitamur" 17.

S.Ambrosius: "Nisi baptizatus fuerit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, remissionem non potest accipere peccatorum nec spiritualis gratiae munus haurire" 18.

Estque res adeo manifesta ut S.Augustinus asserere potuerit: "Quis nesciat non esse baptismum Christi si verba evangelica, quibus symbolum constat, illic defuerint? Sed faciliu^ inveniuntur haeretici, qui non baptizent, quam qui non verbis istis baptizent" ie.

Eodem modo, omnes ritus baptismales, sive in Liturgia occidentali, sive etiam in orientali, adhibent formam a Christo statutam 20.

43. Ratio theologica. "Baptismus per suam formam consecratur, secundum illud Eph 5: *Mundans eam lavacro aquae in verbo vitae;* et Augustinus dicit in libro de unico baptismo, quod baptismus verbis evangelicis consecratur. Est autem eius duplex causa: una quidem principalis a qua virtutem habet; quae est Sancta Trinitas; alia autem instrumentalis scilicet, minister qui tradit exterius sacramentum, et ideo oportet in forma baptismi de utraque fieri mentionem: minister autem tàngitur cum dicitur: Ego te baptizo; causa autem principalis, cum dicitur: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti; unde haec est conveniens forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti"21.44

44. Obiectiones. 1. loanncs dixit se baptizare in aqua, Christum vero baptizaturum Spiritu Sancto et igni (Mt 3,11). Ergo materia baptismi Christi non est aqua.

Dist. antec. S.Ioannes Baptista his verbis volebat contraponere effectum sui baptismi ad effectum baptismi Christi, *conc. antec.;* volebat contraponere materiam utriusque baptismi, *nego antec.* Revera verba S.Ioannis Baptistae ostendunt effectum baptismi Christi esse per se spiritualem, quatenus directe remittit peccata; dum baptismus ab ipso collatus est baptismus aquae, id est, non directe effectum spiritualem producit, sed tantum in quantum disponit ad contritionem vel caritatem. Hoc modo explicatur Act 1,5; 11,15 (cf. n.20).

w Canon 132: ed.AcHEi.is, 97.
" *Adversus Prax. 26:* ML 2.190.
18 *De Mysteriis* 4.20: ML 16,394.
19 *De Baptismo contra Donat.* 6,25,47: ML 43,214.
» Puniet: DACL 2,251-346.
** 3 q>66 a.5.

2. Ad exprimendum effectum spiritualem quem baptismus producit, sufficit ut actio abluendi determinetur. Ergo non est necesse ut formula trinitaria adhibeatur.

Trans, antec. Nego conseq. Non, enim, arguimus ex necessitate significandi effectum sacramcntalcm (quem ultro concedimus sufficienter significari verbis "ego te baptizo") sed ex verbis Christi determinantis formam.

3. Apostoli baptizabant in "nomine lesu". Ergo forma trinitaria non est de essentia baptismi.

Quid significet "baptizare in nomine lesu" dicetur in scholio (n.47) ".

4. S.Bernardus ait: "Sine praeiudicio sanis sapientis, ego vero hunc baptizatum puto [scilicet, baptizatum sub hac formula: baptizo te in nomine Dei et sanctae ac verae crucis]... legimus enim in Actibus Apostolorum non modo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, verum et in nomine Domini lesu Christi aliquos baptizatos" M. Ergo non requiritur forma trinitaria.

Cone, antec. Nego conseq. Scilicet admittimus verba esse S.Bernardi (quamvis aliqui dubitare velint), sed negamus inde eius auctoritatem in hac re singulari posse inducere ad veram conclusionem.

45. Scholion 1. *De modo faciendi ablutionem in baptismo.* Constat primis temporibus Ecclesiae generatim baptismum administratum fuisse per immersionemImo, vox ipsa βαπτίζειν immergere significat. Ideo dubium esse poterit an baptismus alio modo collatus validus sit, necne.

a) Didache iam commendabat: "De baptismo autem sic baptizate: baec omnia postquam antea dixistis, baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti in aqua viva. Sin autem non habes aquam vivam, in alia aqua baptiza; si non potes in frigida, in calida. Sin autem neutram habes, effunde in caput ter aquam in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti" (R 4). Aqua viva intelligitur aqua in flumine, in mari, vel alio loco ubi currit aqua; alia aqua quae non sit viva, erit aqua in balneo aut piscina, aut loco simili posita. Si neutra habeatur, scilicet, si baptizandus non potest immergi in aquam poterit baptismum recipere per infusionem.

Novatianus aegrotans baptismum recepit in lectulo (R 547); S.Cyprianus doctrinam generalem tradit pro his casibus, asserens negandam non esse misericordiam divinam his qui tantum per infusionem baptizari possunt"; et in actis martyrum, vitis sanctorum aliisque documentis constat talem praxim in usu antiquissimo fuisse".

Neque exempla desunt baptismi per aspersionem administrati, ut probabiliter fecerunt apostoli die Pentecostes cum tria millia hominum baptizati sunt (Act 2,41). Ladislaus Jagcllon Poloniae rex, s.XIV per aspersionem a longinquo multitudinem baptizari fecit. Cf. Cyprian. R 590.22

22 Aliqui auctores distinguunt inter formam adhibitam ab Apostolis ante ascensionem Domini et post ascensionem (cf. Lercher 154 ob.3); sod talis distinctio non facit ad rem, nam praecise agitur de forma adhibita post ascensionem.

» *Epist.* 403: ML 182,560.

M *Act* 8,36; Rom 6,3-4; et Patres saepissime: DTC 2,185s.

a *Epist.* 76,12: ML 3,1147; CSEL *(epist.* 69) 3.2.760.

M Teste Eusebio, *Hist. Eccles.* 6,43: MG 20,623; Martène citat S.Laurentium in carcere baptizasse S.Romanum; similia habentur de aliis, ut in actibus $.Baçchi: *De antiquis Ecclesiae ritibus* 1 c.1 a.14 n.5.

Verum etiam est in antiquitate Christiana baptismum per immersionem exigi, adeo ut *clinici sive grabatorii* (ut vocabantur qui baptismum per infusionem acceperant) aliquando a sacerdotio arcerentur". Sed etiam in his casibus baptismus ut certo validus habebatur, nec iteratio permittebatur

b) Etiam in antiquitate Christiana *Irina* immersio sive *trina* aquae infusio fiebat", ita ut S.Basilius hunc ritum "ex traditione Apostolorum" receptum esse dixerit". Attamen non reputabatur ritus necessarius ad essentiam sacramenti, ut patet ex declaratione S.Gregorii Magni ad S.Leandrum hispalensem approbantis hispamcam consuetudinem omittendi trinam immersionem, ne viderentur eundem ritum cum arianis adhibere[30] Inter auctores posteriores solus Alcuinus[33] autumavit essentialem trinam immersionem, dum S.Thomas eam solummodo ad liceitatem sub gravi requirebat[33]; Scotus[34] vero, Petrum Lombardum * secutus, simplicem vel trinam immersionem sive etiam infusionem secundum diversas locorum consuetudines licitam esse malebat.

c) Itaque quod ad evolutionem ritus baptismalis spectat, haec cum sufficienti probabilitate stabiliri possunt: Usque ad sacculum IV baptismus administratus est per immersionem totalem, salvo casu necessitatis. A sacculo IV ad VIII immersio partialis in baptisterio fiebat, adhibita simul infusione aquae; a saeculo VII ad XI pueri immergebantur totaliter in pelvi vel in scypho, quoad adultos vero, qui propter corporis magnitudinem in pelvim immergi non poterant ", diversus erat mos et usus ; et hoc quidem per totum medium aevum. Immersio puerorum, verticalis esse solebat; a sacculo vero XI ad XIII immersio erat horizontalis semper atque adhibebatur, tam pro pueris quam pro adultis (ad modum balnei); sacculis XIII-XIV immersio tum totalis, tum partialis, tum etiam infusio indiscriminatim fiebat pro locorum more. Postea vero saeculis XV-XVI frequens infusio, rara immersio erat ; dum tandem saeculo XVII vix immersio in usu invenitur, eaque solum conservata fuit in ritibus ambrosiano et mozarabico atque in aliquibus sectis. Sed iam saeculo XIX infusio fere unice praevaluit, etiam in illis sectis ".

46. Scholion 2. *Benedictio aquae baptismalis.* Rituale Romanum praescribit : "Aqua solemnis baptismi sit eo anno benedicta in

x Concilium Caesar, c.12: Msi 2,541; Kch 388.

x Cum S.Cornelius dc Novatiano ait: "in ipso quo iaccbat lectulo perfusus baptismum suscepit, xi *tamen huiuscemodi baptismum susccp>:sc dicendus est"* (R 547), non significat se dubitasse dc validitate baptismi, propter modum quo fuit administratus, sed propter dispositionem recipientis. Addit, enim: "Sed neque postquam liberatus est morbo reliqua percepit, quae iuxta ecclesiasticam regulam percipi debent". V.I Puig on *is* B.. 218. Graeci schismatici aliquando videntur exigere ad validitatem triplicem immersionem (SrAcir.. *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacramento Baptismi:* OrCh 6,12). Cf. M.JueiE: DAFC 2 369s.

® *D'daché* 3.7; ed.Fuxx. 16-18; Tertullianus, *Adversus Prax.* 26: ML 2,189. Cf. D'Ai.Es. *l.c.* 40 schol.IV.

30 R 954. Item Tertullianus. *De Corona* 3s: ML 2.98s; S.Hyeronimus, *Dialog, contra Lucifer.* 8: ML 23.163s; Pelagius I: D 222.

" *Epist.* 43 (ML 77,497s) recitata in Concilio Toletano IV (ann.633), cap.6: Msi 10.618.

33 *Epist.* 90 et 130: ML 100,289.342.

« 3 q.66 a.8.

In 4 dist.3 q.2.

" *4 Sent,* d.3 q.2: ML 192,1092.

38 W.Strabo. *Dc rebus Eccles.* 26: MIL 114.959s.

" M.CorblET, *Histoire du Sacrement du Baptême* (1881) 248s.

pervigilio Paschatis vel Pentecostes, quae in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur" (2 Til' 1,5). Haec benedictio, quae iam in antiquitate habebatur", non est necessaria, quamvis aliqui Patres aliquando videantur eam tanquam ad essentiam sacramenti require-re*. Sed huiusmodi Patres sumunt vocem "baptismum" pro toto ritu baptismal!. Ceterum, scimus fuisse in usu baptisma in fluvio, in mari, in "aqua viva" (R 4), quae aquae non poterant hanc habe-re benedictionem.

Lex ecclesiastica praecipit benedictionem aquae baptismalis, ut videtur, fortasse sub gravi, minime vero ad validitatem. Praeterea, haec praescriptio respicit ad baptismum solemnem, non autem ad privatum. Ast, si fieri potest, conveniens est ut etiam in his casibus adhibeatur aqua ad baptismum destinata, vel benedicta.

47. Scholion 3. *De baptismo "in nomine lesu".* Act 2,38; 8,12.16; 10,48; 19,5; et alibi Apostoli dicuntur baptizare *in nomine lesu, in nomine Domini;* unde magni theologi medii aevi autuma-runt Apostolos *per privilegium* a Christo acceptum, potuisse bapti-zare in nomine lesu loco adhibendi formulam trinitariam ". Hoc confirmabant ex testimonio S.Ambrosii[41], [42] Nicolai I ad bulgaros (D 335), et cuiusdam textus S.Basilii ".

Verum in primis statuendum est: Baptismus in tali forma colla-tus post Apostolos nunquam fuit validus; ita patet ex tota traditio-ne Ecclesiae et ex documentis allatis in thesi. Neque in praxim talis ritus adhiberi potest, quia in his quae ad sacramentorum validitatem spectant, non licet opinione probabili uti (D 1151).

Quaeritur, igitur, an re vera Apostoli baptizarent sub hac for-mula: "Ego te baptizo in nomine lesu", vel "Ego te baptizo in no-mine Domini". Nihil certum definitum est, ideo licet opinari validi-tatem huius formulae *pro Apostolis.* Sed rationes, propter quas hanc probabilitatem auctores admittebant, non sunt omnino convincentes, et inter modernos vix quisquam talem probabilitatem iam admittit.

Antiqui theologi, porpter hos textus Actuum Apostolorum, ad-mittebant plus minus baptismum in nomine lesu esse validum nisi formula trinitaria relinqueretur ex contemptu vel propter errorem dogmaticum4'; Scholastici antiqui solum concedebant Apostolis usum huius formulae, et quidem ex privilegio, vel ex speciali revelatione

35 S.Basilius, *De Spiritu Sancto 27:* MG 32,191; ct cf.. libros liturgicos antiquos.

* Pourrail, *La théologie sacramcntale* S3.

*° Multum de hac quaestione scriptum est: Harduinus, *Dc baptismo quaestio triplex: De baptismo pro mortuis, Dc baptismo in vino, De baptismo in nomine Christi* (Parisiis 1687); Gillmann, *Taufe **im Namcn lesu" oder* '*.m *Namen Christi"?* (Mainz 1913); C.de ClErq, *A propos de la formule dc Baptême "in nomine lesu":* Collectanea Mechlinensia 5 (1931) 313-318; M.de Ionghe, *Le baptême au nom dc Jésus d'après les Actes des Apôtres:* EphThLov 10 (1933) 647-653: DTC 2,271-273. In manualibus de Sacramento Baptismi, saepè. H.Lennerz, 43-47; I.Puic de la Bellacasa. 222-229; H.Dondaine. *La forme du Baptême selon Caictan:* RevScPhTh (1940) 331s. Doronzo. 67-72.

41 *De Spiritu Sancto* 1.3,39-45: ML 16,742s. De hoc textu scripserunt, praeter auctores in superiori nota citatos. O.Fali.ER, *Dic Taufe im Name lesu bci Ambrosius:* 75 Jahre Stella Matutina. Fetschrit (Feldkirch) 1,139-150; I.Puig de la Bellacasa, *El Bautismo en cl nombre de Jesus segun S.Ambrosio:* Las Ciencias 6 (1940) 707-716; DTC 2,184.

42 *De Spiritu Sancto* 12,28: MG 32,116 (R 945). De hoc textu agit etiam I. Puig de la Bellacasa, *l.c.* 714s.

44 S.Albertus Magnus, *In 4* dist.3 a.2 q.5; S.Bonaventura, *In 4* d.3 a.2 q.2.

ipsis facta"; rationem vero dabat S.Thomas: ut "nomen Christi, quod erat odiosum iudaeis et gentilibus, honorabile redderetur per hoc quod ad eius invocationem Spiritus Sanctus dabatur in baptismo" ". Pristinam sententiam renovare voluit Caietanus, sed Pius V eam in editione Romana operum expungi iussit.

48, Saeculo XVI alia interpretatio proposita est: "Baptizare in nomine lesu" est locutio quae contraponit baptismum Christi ad baptismum loanms ',J: nec exprimit praecise *formulam* in administratione baptismi adhibitam. Haec interpretatio praevaluit, et moderni fere omnes eam tenent. In hunc sensum interpretantur verba S.Ambrosii et Nicolai I. Hic, scribens ad Bulgaros ait: "A quodam iudaeo, nescitis utrum christiano an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, et quid de his sit agendum consulitis. Et profecto, si in nomine Sanctae Trinitatis vel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius), constat eos non esse denuo baptizandos" " (D 335). Hoc loco "baptizare in nomine lesu", vel "in nomine Sanctae Trinitatis" evidenter potius refertur ad intentionem baptizantis quam ad formulam adhibitam. Quod vero adducat auctoritatem S.Ambrosii ad ostendendum idem esse baptizare in nomine lesu atque in nomine Sanctissimae Trinitatis, magis confirmat explicationem datam ; nam S.Ambrosius non agit de formula, quae proferenda est a baptizante, sed de professione fidei, quam ante baptismum proferebant baptizandi ; ait enim : "Ergo isti [Ephesini de quibus Act 19,2] quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus Sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismatis sacramentum. *Baptizati itaque sunt in nomine lesu Christi: nec iteratum est in eis baptisma, sed novatum, unum enim baptisma* (Eph 4,5). *Ubi autem non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium, vel species aliqua baptismatis aestimatur. Plenum autem est, si Patrem et Filium Spiritumque Sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues.* Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum; fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum Sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum : ita etiam, quamvis et Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum dicas, et aut Patris, aut Filii, aut Spiritus Sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Denique et illi ipsi qui dixerant: Nec si Spiritus Sanctus sit audivimus, baptizati sunt postea in nomine Domini lesu Christi (Act 19,5). Et hoc abundavit ad gratiam ; quia iam Spiritum Sanctum, Paulo praedicante, cognoverant. Nec contrarium debet videri, quia quamvis etiam postea tacitum sit de Spiritu, tamen creditum est ; et quod verbo tacitum fuerat, ex-

44 Cf. JouchE. *Le Bdptfme au nom de Jésus d'après tes Actes des Apôtres:* EphThLov 10 (1935) 647-653, qui sequitur sententiam S.Thomae.

« 3 q.66 a.6 ad 1.

40 Ita magni theologi saec.XVI: M.Cano. *De locis theologicis* 6.8 ad *7;* Suârez, *De Sacramentis* d.21 s.3; S.Robertus Bellarmino. *De Baptismo* c.3; et commentaristae Scripturae. Huic sententiae repugnavit Card. Orsi: *De Baptismo in nomine lesu Christi* (Mediolani 1733); *Vindiciae dissertationis De Baptismo in nomine Christi* (Florentiae 1738).

47 De hoc difficili textu Nicolai I scripserunt, inter alios: Hadrianus VI (nondum Pontifex), *Quaestiones de Sacramentis in IV librum Sententiarum* (Romae 1522) fol.XI; SuArbz, *De Sacramentis* d.21 s.3; Wirceburcenses, 9 182.47; Ch.Pesch, 389; Pute de ea Bexxacasa, *De Sacramentis 229;* Lennbrz, *De Baptismo* 46s; DTC 2,272s.

pressum est fide. Cum, enim, dicitur: in nomine Domini nostri lesu Christi, per unitatem nominis impletum mysterium est: nec a Christi baptismate Spiritus separatur; quia loannes in paenitentia baptizavit, Christus in Spiritu" ". Iam vero, evidenter haec S.Ambrosii verba non possunt referri ad formulam baptismalcm, quia secus etiam valeret baptisma collatum in nomine Spiritus Sancti esse validum; quod quidem inauditum est; prosequitur, enim: "Nunc consideremus, utrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus baptismatis sacramentum ; ita etiam Sancto tantum Spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterii plenitudinem. Rationem sequamur; quia qui unum dixerit, Trinitatem significavit. Si Christum dicas, et Deum Patrem, a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est Filius, et Spiritum sanctum quo unctus est, designasti. Scriptum est enim : Hunc lesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto (Act 10,38). Et si Patrem dicas, et Filium eius et Spiritum oris eius pariter indicasti ; si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritum dicas, et Deum Patrem a quo procedit Spiritus; et Filium, quia Filii quoque est Spiritus, nuncupasti. Unde ut rationi copuletur auctoritas: in Spiritu quoque recte nos baptizare posse Scriptura indicat, dicente Domino : Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto (Act 1,5). Et alibi Apostolus ait: Omnes enim in ipso corpore, in unum Spiritum baptizati sumus (1 Cor 12,13). Unum opus, quia unum mysterium : unum baptisma, quia mors una pro mundo : unitas ergo operationis, unitas praedicationis quae non potest separari"". Itaque argumentatio S.Ambrosii haec est: talis est unitas Personarum divinarum ut separari, salva fide, non possint. Si, igitur, tu catechumenus baptizandus, profers fidem in Patrem iam in illa professione includis et Filium ct Spiritum Sanctum, quin mentionem specialem de tribus personis agas. Non est sermo de forma baptismi, sed de intentione cordis baptizandi : "Si tamen id etiam corde comprehendas", scilicet, si unitatem et trinitatem fatearis.

49 Scholion 4. *De formulis aeqùivalentibus.* *a)* Documenta adeo exigunt expressionem trium divinarum Personarum earumque unitatem in formula baptismi, ut omnino invalidae habendae sint illae formulae quae unitatem vel distinctionem Personarum non exprimant. Itaque ut prorsus invalidae habentur hae formae: Ego te baptizo in nomine Trinitatis; ego te baptizo in nominibus Patris et Filii et Spiritus Sancti ; ego te baptizo in nomine divinarum personarum, etc.

Dubiae sunt expressiones huiustnodi : Ego te baptizo in nomine Patris et in nomine Filii ct in nomine Spiritus Sancti; vel: in nomine Ingeniti, et Geniti et Paracliti ; et aliae similes. Quia etiamsi speculative sint validae, attamen ex auctoritate theologorum contrarium asserentium, non possunt simpliciter adhiberi ; et ideo baptismus, his formulis collatus, posset sub condicione iterari, quamvis stricta obligatio iterationis urgere non videtur.

b) In forma baptismi debet etiam aliquo modo exprimi subiectum baptismi et actio baptizandi, et quidem sub periculo invaliditatis si alterutrum omittatur. Suarez dicit hoc esse "conclusionem de fide" ", Certo constat ex documentis pontificiis Alexandri III (D 398),

w *De Spiritu Sancto* 1,3: ML 16,743.
40 *Dc Spiritu Sancto* 1,3: ML 16,744.
w *De Sacramentis* d.21 s.1 n.1.

Alexandri VIII (D 1317) et Eugenii IV (D 696); ex quibus patet non valere neque unquam validum fuisse sacramentum collatum sine indicatione: Ego te baptizo[51].

In ritualibus et libris liturgicis antic: s semper invenitur formula, quae baec exprimit. Occidentales adhibent semper verba Christi (Mt 28,19); Orientales, praesertim graeci, proferunt: "Bapfizatus sis, servus Dei, in nomine Patris..." Quae formula licita quidem est (D 696).

Huius rei rationem S.Thomas[52] ex necessitate determinandi significationem usus aquae ad signum sacramentale, desumit.

CAPUT III

Necessitas sacramenti baptismi

50. Nexus. In Vetere Lege via ad salutem diversa erat pro diversis hominum condicionibus: ludaeis praescripta erat quaedam quasi inscriptio in populum electum, quae pro masculis circumcisione fiebat; ethnicis vero actus aliquis fidei cum caritate imperabatur. Omnibus via ad salutem per actus proprios ex opere operantis et gratia Dei, patebat; parvulis autem salus esse poterat in fide parentum. Nova autem Lex novum mediorum genus statuit, et, ut dictum est, baptismus est medium a Christo institutum ad ingrediendum in Ecclesiam ab Ipso conditam. Iam vero, ut in Theologia fundamentali ostenditur, Ecclesia catholica est ad salutem necessaria; unde necessario sequitur baptismum esse etiam necessarium ad vitam aeternam obtinendam. Sed necessitas potest diversos gradus habere, ex quo naturam huius necessitatis investigare debemus.

Thesis 4. Baptismus, post Evangelii promulgationem, tam parvulis quam adultis, omnibus necessarius est ad salutem, necessitate medii.

S.Th., 3 q.68 a.1; SuArBz. d.27 s.1 n.3; Pescu. 190-194; OttBN, 295-306; PuiG la B., 230-244; Lknnerz, 120-144; Dorokzo, 104-134.

51. Notiones. Tam parvulis quam adultis; scilicet tum iis qui aliquando saltem usum rationis habuerunt, tum etiam iis qui ad rationis usum nondum pervenerunt, baptismus necessarius est. Interea praescindimus a non natis, sive iis qui in materno claustro moriuntur.

61 De hac re ampliorem sermonem facit LennERZ, nn.56-65.

® 3 q.66 a.5 ad 2.

Necessitas medii opponitur necessitati praecepti, et dicitur de illis auxiliis sine quibus aliquid haberi non potest. Tale, igitur, medium adeo necessarium est, ut eo etiam inculpabiliter omisso, effectus obtineri non possit[1].

Necessitas medii potest esse absoluta (v.gr. gratia ad supernaturaliter operandum), et hypothetica, si medium est a Deo tanquam necessario stabilitum, sed ex natura sua non necessario cum effectu coniungitur. Huiusmodi est baptismus.

Ubi agitur de necessitate praecepti, non obligantur nisi qui praecepti capaces sunt, et hic et nunc coguntur; excusat autem ignorantia invincibilis, impossibilitas physica vel moralis, et alia huiusmodi. A necessitate vero medii nemo dispensatur. Si vero necessitas medii non est absoluta, sed relativa dumtaxat, sive hypothetica, in adiunctis quidem ordinariis medium illud necessarium ponendum est, in adiunctis vero extraordinariis Deus providit alio modo suppletorio vel extraordinario seu aequivalenti. Itaque dicimus baptismum esse medium in adiunctis ordinariis necessarium et sine quo salus obtineri non potest; in quibusdam vero adiunctis, in thesi sequenti determinandis, Deus alio medio baptismum supplendum statuit, non tamen omnino a baptismo independenter.

52. Post promulgationem legis evangelicae. Homines ad legem non obligantur, nisi lex eis legitime fuerit promulgata; promulgatio autem legis non singulis necessario facienda est. Itaque ad hoc ut omnes homines ad legem baptismi servandam teneantur, requiritur ut lex evangelica omnibus in genere, promulgata dicenda sit. An de facto talis promulgatio hic et nunc detur, ad rem nostram non facit. Quare, si alicubi, vel pro casu aliquo particulari, lex evangelica promulgata nondum aestimatur, ibi ad legem baptismi non tenerentur. Ch.Pesch putat "secundum communem theologorum sententiam iam per multa saecula promulgationem factam esse pro toto orbe terrarum"[2]. D'Alès'autem animadvertit: "Nunc autem communius distinguunt [theologi] condicionem adultorum et infantium. Adultos negant salvos esse posse sine fide implicita Redemptoris; ad infantes quod attinet, statuunt in unaquaque regione antiqua auxilia tum demum abolita esse cum in illa regione promulgatio evangelii potuit censeri moraliter facta. Unde sequitur in illis regionibus quae adhuc carent promulgatione Evangelii, nullam intervenisse de infantibus

1 Cf. J A.nr, Aι.πλμλ, *La necesidad de mcd'C en la escoldstica fostridentina:* ArchTG 8 (1945) 57-84.

* *Praelectiones Dogmaticae* VI, 417,

mutationem : non enim videtur pertinere ad Dei benignitatem ut condicio illorum infantium per adventum Domini facta sit peior” [3]

Verba haec “post Evangelii promulgationem” desumpta sunt ex Concilio Tridentino, cp.4 de iustificatione : “Quae quidem translatio [a statu peccati ad statum gratiae] post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis aut eius voto fieri non potest” (D 796).

53. Adversarii. In antiquitate Christiana fuerunt aliqui *haeretici (Calani, Manichaei)* [4], qui baptismi necessitatem negabant. *Pelagiani* exigebant baptismum ex necessitate praecepti ad ingrediendum in regnum caelorum, et nullam necessitatem ad vitam aeternam obtinendam [5]. *Novatores* non unam de baptismo habent sententiam : *Sociniani, Unitarii* et *Zwingliani* necessitatem simpliciter negant; *Lutherani* et *Calvinistae* admittunt quidem necessitatem praecepti, sed non medii, siquidem concedunt in quibusdam adiunctis specialibus posse salvationem obtineri sine baptismo, per dispensationem divinam. *Protestantes liberales* et *Modernistae* (D 2042-2043) nullam omnino necessitatem requirunt. Ceterum tota doctrina protestantica innixa in iustificatione ex sola fide, debet reicere necessitatem sacramentorum [6].

Pro pueris Caietanus exceptionem posuit, prout in scholio videbitur.

54. Doctrina Ecclesiae. Documenta superius allata de baptismi sacramentalitate non solum naturam baptismi statuunt, sed etiam necessitatem vel asserunt, vel supponunt. In specie sint :

Concilium Carthaginense a Zosimo approbatum : “Placuit ut quicumque parvulos recentes ab utero matris baptizandos negat... A.S.” (D 102).

Caelestinus I: “Tum parvuli, tum iuvenes indigent sacramento regenerationis” (D 140) : Innocentius II *(Concilio Later. IV)* damnavit ut haereticos et ab Ecclesia expulit eos qui baptismum puerorum negabant (D 367). Simili modo Innocentius III damnavit etiam eos qui dicebant inutiliter

3 *De Baptismo ct Confirmatione* 142s.

4 Quos citat Tertullianus. *Dc Baptismo* 1: ML 1,1197; tum etiam S.Augustinus. *Haereses* 46: ML 42.38.

5 S.Augustinus, *Serm.* 294: ML 38,1335-1348; *Contra luliament* 3,3,8: ML 44,705.

6 S.Robertus Bellarmino, *De Baptismo* c.4, ubi doctrinam Wicleffii refutat. Cf. Otten, 297. De doctrina protestantica videre est C.Crivelli, *Directorio Protestante de la America latina* (1933) 15.

baptismum pueris conferri (D 410) ; et in *Professione fidei Wcddensibus* praescripta exigit ut admittant infantium baptisma (D 424. cf. etiam 430).

Clemens V in *Consilio Viennensi* contra loannem Olivi (D 482), Eugenlus IV in *Concilio Florentino* in instructione ad Armenos (D 696) et decreto pro lacobitis (D 712), non modo defendunt necessitatem baptismi etiam pro pueris, sed expresse dicunt illis alio modo subveniri non posse, et ideo oportere ut quam primum commode fieri posset baptizentur, quamvis non necessario statim baptizandi sint, nisi instet periculum mortis.

55. *Concilium Tridentinum* in decreto de iustificatione iam indirecte de baptismo egerat affirmando iustificationem sine lavacro regenerationis obtineri non posse (D 796) ; et paulo post, eodem decreto, iterum affirmavit necessitatem baptismi cum dixit illum esse causam instrumentalem justificationis (D 799). At ubi perventum est ad discussionem de ipso sacramento baptismi, theologi damnandam proposuerunt hanc propositionem : "Pueras in uteris maternis per invocationem Trinitatis et benedictionem salvari". Multis discussionibus hic articulus ansam dedit; et quamvis Patres hanc sententiam generatim non admittebant nihilominus maluerunt ab illa abstinere, ne Caietanus catholicus damnaretur (haec enim erat ipsius sententia). Imo neque expresse de parvulis loqui voluerunt, neque determinare an baptismus necessarius esset necessitate medii, an tantum praecepti. Itaque, reiecta illa propositione et quaestione de baptismo nonnatorum, Synodus consideravit solum in genere necessitatem pro omnibus et statuit sequentes canones: Cn.5: "Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, A.S." (D 861). Cn.12: "Si quis dixerit, neminem esse baptizandum nisi ea aetate, qua Christus baptizatus est, vel in, ipso mortis articulo, A. S." (D 868). Cn.13: "Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptisma inter fideles putandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos, aut praestare omitti eorum baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiae, A. S." (D 869). Cn.14: "Si quis dixerit, huiusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine dum baptizarentur, polliciti sunt, et ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos nec alia interim poe-

na ad christianam vitam cogendos nisi ut ab Eucharistiae aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, A.S." (D 870)[7]. Haec consonant cum his quae in decreto super peccato originali, idem Concilium declaraverat asserens parvulos baptizandos esse ad remissionem peccatorum obtinendam (D 791). Postea, sessione XIV, de sacramento Paenitentiae ait: "Est autem hoc sacramentum Paenitentiae lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse baptismus" (D 895). Ex quibus apparet clare mentem Concilii esse determinare absolutam baptismi necessitatem, quamvis non expresse dicat esse necessitatem medii.

Benedictus XIV in professione fidei Orientalibus praescribit: "Item baptismum esse necessarium ad salutem, ac proinde, si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse, et a quocumque et quandocumque sub debita materia et forma et intentione collatum esse validum" (D 1470). S.Pius X Modernistarum doctrinam de evolutione baptismi damnat quod eius necessitatem negent (D 2042) et quod usum pro pueris renuant (D 2043).

Pius XII in allocutione ad membra Conventus "Unione Cattolica Italiana Ostetriche" : "Si quod hucusque diximus, defensionem et curam vitae naturalis respicit, tanto magis valere debet de supernatural! vita, quam modo natus infans baptismate accipit. In praesenti enim rerum oeconomia, *nullum aliud est medium* ad hanc vitam puero, adhuc rationis experti, communicandam. Et tamen status gratiae in momento mortis, absolute necessarius est ad salutem ; sine hoc, possibile non est pervenire ad felicitatem supernaturalem, ad visionem Dei beatificam. *Actus quidem amoris sufficere potest adulto ad gratiam sanctificante»^ consequendam et baptismum supplere.; at necdum genitae proli vel modo natae haec via non patet".* (29 oct. Ï951) 7 b,s.

Tandem CIC cn.737 appellat baptismum ianuam sacramentorum, dicitque esse omnibus in re vel in voto necessarium.

56. Valor dogmaticus. Thesis est *de fide divina et catholica definita*[8].

7 Hic canon directe contra Erasmum dirigitur, qui, etiamsi admittebat necessitatem baptismi, nihilominus iudicabat pueros non esse baptizandos antequam ad annos discretionis pervenerint, ut possint libere religionem amplecti.

Tbia AAS 43 (1951) 841. Versio latina (exceptis aliquibus, quae nos minus eleganter, sed magis ad litteram vertimus) invenitur in PerMorCanUt 40 (1951) 358-359, a P.Springhetti, confecta.

8 Ita tenent: Lercher 3, 170; Otten, 332;. M.Daffara, 300; A.Piolanti. *De Sacramentis* 137. Aliqui auctores distinguunt: si attenditur ad necessitatem medii,

57. Probatur ex sacra Scriptura. Io 3,5 proponit baptismum tanquam medium sine quo salus obtineri non potest. Atqui talis est necessitas medii. Ergo.

Prob. mai. Christus usus est forma negativa, et consequenter sine ulla exceptione asserit: *Nisi quis renatus* /ueri/ *ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Hic contraponitur regeneratio ad generationem ; et sicut omnes sine exceptione possibili, generantur, ita etiam sine exceptione regenerari debent ut vitam ingrediantur aeternam; haec autem regeneratio proponitur per solum baptismum.

Nota. Ut patet textus agit de generatione et regeneratione, et ut supra animadvertimus, praescindemus ab infantibus in utero materno morientibus, de quibus Tridentinum silere voluit "quia non videtur pertinere ad baptismum" 8. Generatio autem per se non est idem atque nativitas, ac proinde pueri non nati possunt includi in generali affirmatione Christi. Postea de his agemus in scholio (n.63-65).

58. Probatur ex traditione. Iam diximus in thesi prima Patres affirmare baptismum esse ingressum necessarium in Ecclesiam, extra quam salus esse non potest. Ideo textus pro illa thesi agentes ad rem nostram nunc etiam faciunt. Exemplo sint aliqua testimonia: Tertullianus ait: "Praescribitur nemini sine baptismo competere salutem, ex illa maxima pronuntiatione Domini: Nisi natus ex aqua quis sit, non habet vitam" 10.

Origenes: "Quaecumque anima in carne nascitur, iniquitatis et peccati sorde polluitur... Addi his etiam illud potest, ut requiratur quid causae sit, cum baptisma Ecclesiae pro remissione peccatorum detur, secundum Ecclesiae observantiam etiam parvulis baptismum dari; cum utique si nihil esset in parvulis quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur" xl.

S.Cyrillus Hierosol.: "Si quis baptisma non recipiat, sa-

thesis est de fide catholica (F.Dander, *Summarium Theologiae dogmaticae. De Sacramentis Christi* 1,39), saltem certum theologice (Pvig de la Bellacasa, 234) vel contraria est temeraria (Dobonzo, 108); si vero ad necessitatem· simpliciter, de fide definita. Ratio huius distinctionis petunt hi auctores ex eo quod Concilium Tridentinum noluerit Caietanum damnare. De mente Tridentini. cf. P.HorgEr, *Concilii Tridentini dc necessitate baptismi doctrina in decreto de iustificatione (sess.VI):* Ant 17 (1942) 193-222.253-268: DTC 2,296-328.

° Cf. J.B.Umberg, *Kajetanus auf dem Trienter Konsil:* ZkathTh 39 (1915) 452-464.

18 *De Baptismo* 12: ML 1,1213; R 306.

»» *In Levit,* hom.8,3: MG 12,496; R 496.

lutem non habet, solis martyribus exceptis, qui etiam sine aqua regnum recipiunt"[12].

S.IoannES Chrys.: "Luge infideles, luge eos qui nihil ab infidelibus differunt, qui sine illuminatione, sine signaculo decesserunt; hi vere lamentis digni hi lacrimis; extra regiam sunt cum damnatis, cum perversis. Arnen, enim, dico vobis, nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non introibit in regnum caelorum" [1S].

S.Ambrosius: "ludaeus et graecus, quicumque crediderit, debet scire se circumcidere a peccatis ut possit salvus fieri... ; quia nemo ascendit in regnum caelorum nisi per sacramentum baptismatis... Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Utique nullum excipit, non infantem, non aliqua praeventum necessitate. Habeant tamen illam opertam poenarum immunitatem, nescio an habeant regni honorem"[14].

59. Et praesertim S.Augustinus, qui agens contra Pelagianos saepissime baptismi necessitatem, etiam pro pueris, testatur: "Quisquis dixerit quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profecto contra Apostoli praedicationem venit, et totam condemnat Ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo vivificari omnino non posse" [10].

"Optime punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud quam salutem... vocant. Unde nisi ex antiqua, ut existimo, et apostolica traditione, qua Ecclesiae Christi insitum tenent, praeter baptismum... non solum ad regnum Dei, sed nec ad salutem et vitam aeternam posse quemquam hominum pervenire? Hoc enim et Scriptura testatur"[10].

60. Ex his aliisque innumeris textibus constat ex testimonio Patrum baptismum :

a) *necessarium esse ad salutem, quia:* 1. extra Ecclesiam salus esse non potest, et baptismus est ianua Ecclesiae;

2. verba Christi (Io 3,5) universalissime et sine exceptione sumenda sunt:

« *Catech.* 3.10: MG 33.440; R 811.
13 *In Epist. ad Philip,* hom.3.4: MG 62,203; R 1206.
14 *De Abraham* 2,11,79.84: ML 14,494.497; etiam *Dc obitu Palent. cons.* 51: ML 16,1374.
15 *Epist.* 166,7,21: ML 33.730.
,e *Dc peccat, merit, et remiss.* 1,24.34: MLI 44,128; etiam *Serin.* 294:1 ML 38.1336ss; *Dc Baptising* 4,22,29: ML 43.173; *Dc anima et çiuf origine* 4,11,16; ML 44.533-

3. baptismus est regeneratio spiritualis, et sine hac regeneratione nemo potest ad vitam aetornam venire;

4. baptismus est ad peccatum originale delendum institutus ; a peccato autem originali, nemo, ne puer quidem, excipitur.

b) *necessarium necessitate medii,* quia: 1. regeneratio spiritualis est tam necessaria quam generatio naturalis;

2. etiam pueri baptizandi sunt, si volunt salvari ; nec sunt capaces praecepti ;

3. talis est doctrina universalis Ecclesiae (S.Augustinus).

61. Ratio theologica. Innititur verbis Io 3,5. Sicut ad vitam carnalem requiritur medium aliquod, quod est generatio ; ita ad vitam spiritualem requiritur medium aliquod, quod est regeneratio. Et sicut generatio est medium sine quo vita corporalis non datur, ita et regeneratio est medium sine quo non potest haberi vita spiritualis. Tale medium est baptisma, quod proinde erit medium, necessitate medii necessarium ad salutem.

62. Obiectiones. 1. Io 3,5 nimis probat; quia secus etiam Eucharistia esset necessaria necessitate medii ad salutem ; quia Christus dixit: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis...* (Io 6,53). Atqui Eucharistia non est necessaria necessitate medii. Ergo.

Nego mai. eiusque probationis nego paritatem. Nam ex ipsa forma grammaticali apparet discrimen. Nam loquens lesus ad Nicodemum, generaliter de quibuscumque natis, dicit : *Nisi quis renatus fuerit;* ubi nulla est distinctio, ne quidem ex contextu, inter pueros ct adultos, neque exceptio aliqua permittitur. In sermone autem eucharistico Christus loquitur ad adultos, quos urget: *Nisi manducaveritis...* Praeterea in subiecta materia etiam disparitas est magna: nativitas ct renascentia ad quoslibet spectat, scilicet, ad omnes qui propter peccatum originale nasci debeant ad vitam supernaturalem ; dum manducare carnem non potest referri v.gr. ad lactantes. Tum, denique, manducatio spiritualis, de qua agitur in promissione Eucharistiae, non potest pertinere nisi ad eum qui iam habeat vitam spiritualem et eam amittere vel labefactare valeat, scilicet, adultus ".

2. Iuxta S.Paulum (1 Cor 7,14) filii Christianorum sunt iam sanctificati in parentibus. Ergo non indigent baptismo.

Dist. antec. Sunt sanctificati sanctitate interna, *nego antec.;* sanctitate externa, *conc. antec.* Filii matrimonii christiani iam habent quandam quasi destinationem legalem ad Ecclesiam, utpote fructum coniugii sacramentalis, et quatenus parentes christiani obligationem habent educandi prolem secundum leges Ecclesiae. Hoc sensu habent quandam sanctitatem externam, legalem sive remotam, qua quasi incipiunt avocari a potestate daemonis et disponuntur ad ve-

1T 3 q.73 a.3. Cf. D'Alès, *De Baptismo ct Confirmatione* HOs; S-Avcustw NVM: R 1716§,

ram sanctitatem internam et intrinsecam, quatenus illis facilius redditur receptio baptismi et adquisitio fidei

3. Quod est necessarium necessitate medii non potest aliis mediis obtineri. Atqui salus aeterna potest obtineri per martyrium vel etiam per caritatem. Ergo.

Dist. mai. Non potest obtineri aliis mediis independentibus ab illo medio, *conc. mai.;* dependentibus ab illo, *nego mai. Contradist. min.* Martyrium et carifas iustificant independenter a baptismo, *nego min.;* dependenter ab illo, *subdist.:* quasi baptismus ipse iustificaret in 'hoc casu, *nego;* quatenus caritas requirit votum baptismi et in martyrio adultus non potest renuere baptismum, *conc.* De martyrio et caritate quatenus supplent baptismum, statim agemus. Hic notare sufficiat: Martyrium se habet ad modum privilegii et effectum consequitur quasi ex opere operato; quare si de pueris agitur, omnino supplet baptismum et independenter ab ipso (sed est casus privilegii); si de adultis agitur, supponitur saltem attritio et generale desiderium amandi Deum, in quo amore involvitur desiderium faciendi quidquid Deus praeceperit ad salutem; quare etiam quodammodo includitur baptismus; nec vix intelligitur martyrium christianum nisi in illo adulto qui sciat quid religio Christiana sit, saltem in confuso, ac proinde vult ponere media necessaria. Si talis adultus excluderet positive voluntatem non peccandi, non esset vere martyr. Caritas includit, saltem implicite, votum baptismi, et tantum in adultis esse potest.

4. Deus vult omnes homines salvari, parvulis non exceptis. Atqui multi parvuli baptismum accipere non possunt. Ergo saltem pro iis pueris baptismus non est necessarius.

Dist. mai. Voluntas salvifica Dei se extendit etiam ad parvulos, voluntate universali, *conc.;* voluntate singulari, *subdist.:* ita ut debeat providere remedio aliquo, quo omnes parvuli possint salvari, *conc.;* ita ut debeat providere ut singuli parvuli sine tali remedio non moriantur, *nego.* Vita aeterna cum fruitione visionis beatificae est donum Dei gratuitum et indebitum, quapropter nulla fit iniuria alicui si Deus obtentionem salutis aeternae relinquit quandoque oeconomiae generali rerum, quamvis ex hac ordinationi, sine ulla cu'pa individual!, aliquis in concreto tali salute privetur. Cum praeterea parvuli habeant peccatum originale, non possunt visionem beatificam obtinere; sed neque tale peccatum est personale, ac proinde non puniuntur poenis positivis, sed tantum privativis scilicet carentia visionis intuitivae Dei".

63. Scholion. *De necessitate baptismi pro pueris.* In thesi asserimus baptismum necessarium esse necessitate medii ad salutem etiam infantibus. Fuerunt tamen aliqui catholici, qui sustinuerunt in quibusdam adiunctis pueros posse habere aliquod substitutivum baptismi.

In primis distinguendum accurate est inter necessitatem provenientem ex sufficienti promulgatione Evangelii, et ex ipsa natura rei. Si disputatur an Evangelium fuerit sufficienter promulgatum,

,s J.Bovek, *Las Epistolas dc S.Pablo* (1940) 1.195.

w De limbo puerorum agitur in tr. de Deo Elevante; cf. J.F.SAC.üis. *Dc Deo Creante ct Elevante* in hac *Svm-ma* t.2,1021. Potest etiam, consuli DTC 2,366-378; D'Ai.Ès, *l.c.* 155-158 cum ampla documentatione patristica. De voluntate salvifica Dei universali agitur in tractatu de Deo Uno; cf. J.M.Dai.mau, *De Deo uno et trino* in hac *Summa* t.2,230-235, specialiter pro parvulis n.231.

ita ut omnes prorsus homines teneantur ad baptismum, quaestio alio loco dilucidanda erit. Hic supponimus Evangelium esse iam sufficienter promulgatum, vel saltem loquimur de illis locis in quibus Evangelium sufficienter promulgatum est.

Pro adultis baptismus suppleri potest caritate sive voto baptismi, et martyrio. Pueri autem qui non sunt voti seu desiderii capaces, non habent aliud medium nisi baptismum aquae vel martyrium. Unde *quaestio cum illis catholicis est de ponenda vel reicienda dispositione particulari Dei pro pueris sine baptismo decedentibus.* Neque loquimur de casu aliquo particulari (Deus, enim, potest, prout velit, salutem aeternam concedere sine Sacramentis), sed quaerimus an *lex aliqua generalis* detur in favorem infantium[20].

64. 1. *Diversae sententiae, a)* Antiquiores casum generatim considerabant attendentes ad necessitatem intentionis in ministro; si enim minister baptismi non habuisset intentionem baptizandi, adultis quidem remedium aderat, scilicet, votum baptismi, infantibus vero, si in talibus adiunctis morerentur, salus esse nulla posset. Ideo respondebant: "Respondeo sine praeiudicio, quod in casu isto, pie stfpponi potest quod Summus Sacerdos supplebit"[21]; "pium est credere, quod Summus Sacerdos suppleat; si tamen non faciat, iuste facit" n.

b) Inde assurgentes ad generaliorem ordinem, quaerebant hi theologi quid accideret pueris quibus baptismus nullo modo administrari potuisset. Pro hoc casu Durandus putavit legem aliquam esse specialiter a Deo latam subveniendi his infantibus, qui fortasse salvarentur ex orationibus parentum Similiter opinati sunt Gerson °* et Amort ", Biel dicit Deum revelasse remedium ad salutem quod in Ecclesia manifestetur, et talia sunt sacramenta; sed pro his qui nondum in lucem prodierunt, sibi remedium reservasse[20].

c) Caietanus hanc proponebat opinionem: "non irrationabiliter occurrit dicendum, quod in casu necessitatis ad salutem puerorum sufficere videtur baptismus in voto parentum: praecipue cum aliquo exteriori signo" " ; quod asserebat innixus in auctoritate S.Gregorii,

[20] De tota hac quaestione egerunt praecipue: W.Stockums, *Das Los der ohne die Taufc sterbende Kinder* (1922); A.Landgraf, *Kindcrtaufe und Glaube in der Friihscholastik:* Greg 9 (1928) 337-372.497-543. Ampliorem bibliographiam recentem invenies in NouvRevTh 71 (1949) 588 *Note de la Redaction.* J.N. Walty, *Controverses au sujet du Baptême des enfants:* RevScRel 36 (1952) 52-70. j.-C. Didier, *Un cas typique dc développement du dogme: A propos du baptême des enfants:* MélScRcl 9 (1952) 191-213; A.Michel, *Enfants Morts sans Baptême* (Paris 1952), ubi inveniuntur quae in L'Ami du Clergé 1922-1954 ediderat, et postea 1956, 49-59: *Nouvelles remarques.*

Inter plures elucubrationcs his quatuor postremis annis editas, speciatim memorandae sunt: Deeming, *1st their* [infants] *baptism really necessary?:* The Clergy Review (1954-1955. passim); Gumbel. *Unbaptised Infants may they be saved?:* The Dowside Review (1954) 342-368; W.A. Van Roo, *Infants Dying without Baptism. A survay of recent literature and determination of the state of question:* Greg 35 (1954) 406-473; D.-LGreESTOCk, *En torno al problema de los niüos que mueren sin bautismo:* Salmanticensis 2 (1955) 245-264; N.L6-PEz MartînEz, *El màs allé de los niüos* (Burgos 1955); A.Winklofer, *Dos Los der ungestauft verstorbenen Kinder:* MünchTheolZcit 7 (1956) 45-60.

[21] Alexander Halensis. *Summa Theol.* 4 q.8 membr.3 a.1.1.

[22] S.Bonaventura, *In 4* d.6 p.2 a.2 q.l; Durandus, *In 4* d.6 q.2; H.Natalis, *In 4* d.6 q.3.

[23] *In 4* d.6 q.l.

[21] *Sermo de Nativ. Virg.* 3 cons.2.

[26] *Theologia Moralis* (Innsbruck 1758) 2,120ss.

» *In 4* d.4 q.2 dub.2.

[27] *Commentar. in Summa S.Thomae* in 3 q.68 a.2 et 11.

in impossibilitate alius meclii, in bonitate Dei, in meliori oeconomia Novae Legis, et in auctoritate S.Bernardi id negare non audentis.

d) Klee ” supponebat tales infantes speciali Dei illuminatione donari in instanti mortis, qua possunt elicere actum caritatis et baptismum desiderare. Haec doctrina in initio aliquibus non displicuit, et in Cathechismo dioecesis Luxcmburgensis ” tanquam probabilis inserta est.

e) Schell” admittit mortem horum infantium considerari debere tanquam martyrium in expiationem peccati Adami, per associationem cum morte piaculari Christi.

f) Bianchi “ aliquid simile proposuit, sed pro casu in quo mater acceptaret mortem filii nomine ipsius.

g) Recenter novam theoriam proposuit Boudes ®. Omnes homines lege solidaritatis sive unionis moralis cum Adamo peccaverunt, sed etiam a Christo redempti, cum Christo solidaritatem habent. Fieri potest ut pueri huiusmodi extra hanc solidaritatem manere debeant? Etiam animae horum puerorum unientur cum corporibus suis ; unde derivatur hoc donum si propter peccatum originale privati sunt a donis ab Adamo amissis? Effectus martyrii ex opere operato in pueris solum potest explicari ex solidaritate cum Christo ; cur non potest esse etiam aliquod medium generale supplens baptismum?

h) Aliam theoriam recentissime proposuit L.LaurengeCbl* : luxta S.Thomam cum puer “usum rationis habere inceperit... primum quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso, et si quidem se ipsum ordinaverit ad debitum finem per gratiam consequitur remissionem originalis peccati; si vero non ordinet seipsum ad debitum finem... peccabit mortaliter”... Iam vero, pueri qui decedunt sine baptismo nullum adhuc actum moralem nec intellectualem effecerunt; ideo cum moriuntur Deus illis concedit gratiam “sanantem” qua libere ordinare se possint ad finem ultimum. Si id faciunt, remittitur eis peccatum originale, et beatitudinem obtinent; si secus, damnantur in infernum. Sic salvatur voluntas Dei salvandi omnes omnino homines.

65. 2. *Crisis sententiarum, a)* Antiqui illi scholastici solutionem proponunt dubitando non affirmando; plures alii reiciebant possibilitatem salvationis sine baptismo, et solvebant casum appellando ad valorem baptismi ex intentione Ecclesiae. Unde pueri, qui baptizabantur a ministro, intentionem baptizandi non habente, validum baptismum recipiebant, quia supplebat Ecclesia”.

b) Ad legem generalem quam *pie* supponunt vel supponi posse permittunt Durandus, Gerson, Biel et Amort, respondent theologi non licere leges seu decreta divina supponere nisi expresse constet,

23 H.KlEE. *Katholischc Dogmatik* 3.158.

20 Ed. (1879) 228; cf. H.Lennerz. *De Baptismo* 144.

30 H.Scheli.. *Katholischc Dogmatik* 3,479s.

” *Dc remedio aeternae salutis pro parvulis in utero clausis sine baptismate morient;bus* (Venetiis 1768).

22 E.Boudes, *Réflexions sur la solidarité des hommes avec le Christ:* NouvRevTli 71 (1949) 589-605.

«S·»· L.Laurence. S.M.. *Esquisse d'une étude sur la sort des enfants morts sans baptême:* AnTh 12 (1952) 145-186.

“‘»·’ 1.2 q.89 a.6 c.

" Ita v.gr. S.Th., 3 q.64 a.8.

cum e contrario habeatur lex generalissima et universalissima quae omnem excludit exceptionem. Has sententias refutat Suarez[34].

c) Sententiam Caietani voluerunt damnare theologi minores in Concilio Tridentino et nonnulli Patres[35]. Caietanum defenderunt Franciscus Romeus et Seripandus. Sed denique articulus damnans hanc opinionem reiectus est "quia non videtur pertinere ad baptismum". Sententia Concilii non erat in favorem Caietani, sed tamen certum est Concilium non damnasse expresse illum auctorem[36]. Attamen, considerando declarationes Patrum et Eugenii IV in decreto pro lacobitis (D 712), eruitur non posse asseri ulla probabilitate legem aliquam universalem exsistere, propter quam infantes non baptizati salventur per invocationem Trinitatis a parentibus factam. Talis doctrina est falsa. Durius hanc Caietani sententiam reiciebat D.Soto: "Quod sit aliud ordinarium remedium [pro pueris non natis] divinitus institutum, *manifesta haeretis est*"[37]; Toletus vero aiebat: "Quantum ego puto non potest excusari a temeritate et errore in fide"[38]; et Suarez: "ut minimum est temeraria et errori proxima"[39]. Nec minus rigidi generatim apparent moderni[40], qui tamen aliquando distinguunt inter infantes natos et non-natos; pro natis exigunt baptismum, pro aliis non audent tanto rigore procedere[41]. Sed revera rationes non sunt nisi sentimentales.

d) Doctrina a Klee proposita est omnino gratuita, neque concipitur quomodo in actu separationis animae a corpore illuminari possit; nisi haec illuminatio fiat paulo antequam a corpore separetur, separatio enim consistit in indivisibili, adeo ut anima in corpore sit vel extra corpus. Itaque requiritur ut fiat illuminatio per verum miraculum, dum anima in corpore est. Etenim infans in utero materno non potest ullum actum intellectualem exercere; iam vero talia miracula de lege generali patrata, reicienda sunt, nisi expresse constet. Similem doctrinam proponit Pacios Lopez[41b].

e) Falsum etiam est suppositum H.Schell. Nam mors puerorum non est in expiationem peccati Adami, sicut mors Christi, sed, ut summum, ut poena peccati unicuique proprii. Ideoque nullo modo potest cum martyrio comparari. Hanc sententiam iam praeoccupaverat Soto: "Si fingerent [adversarii] quod gratiam susciperent in illo puncto mortis, ut est gratia quae martyribus impenditur plenissimae remissionis, temeraria esset assertio, quod parvulus, non occisus pro Christo, per fortuitam mortem, absque aliquo actu proprio.

34 *De Sacramentis* d.27 s.2 n.6.

35 Cf. P.Horger, *Concilii Tridentini de necessitate baptismi doctrina in decreto de testificatione (sess.VI)*: Ant 17 (1942) praesertim p.304-308.

36 Cf. Pallavicini, *Historia Concilii Tridentini* 9,8,2-4.

37 *In 4* dist.5 q.unic a.2.

38 *In 3* q.68 a.2.

39 *De Baptismo* d.27 a.3.

40 Sint in exemplum: Ch.Pesch, *Praelect. Dogmat.* 6,415s: "Opinio Caietani et aliorum... admitti nequit" (recenset etiam sententias antiquorum); D'Alès, *De Baptismo et Confirmatione* 152: "Plane constat huiusmodi pueros excludi a caelo et a visione Dei intuitiva"; Van Noort, *De sacramentis 1,222* adhaeret sententiae S.Augustini asserentis: "Noli dicere..."; Otten. p.304. reicit opiniones has tamquam vanas et futiles; A.Piolanti. *De Sacramentis* 143: "Doctrina... nunc sola regnans tenet pueros ante baptismum' morte correptos hinc visione beatifica privari"; M.Daffara, *De Sacramentis et de Novissimis* 310, refellit sententias Caietani aliorumque tamquam contrarias sacrae Scripturae, Patribus, Conciliis et doctoribus, et tamquam fundamento carentes.

41 Lercher 3, 175.

41b A.Pacios López, *La suerte de los niños muertos sin bautismo:* RevEspTeol 14 (1954) 41-58.

vel sacramento extrinsecus adhibito, abstergeretur originali culpa" e.

Nec valet dicere, ut affirmat Schell, "principem mortis persequi Christum in quovis infante, quem occidit"; nam hoc gratis asseritur; non enim hi pueri occiduntur a daemone. Recte, igitur, S.Congregatio Indicis respuit doctrinam a Schell propositam tanquam audaciorem et temerarium loquendi modum", et aliqua ipsius opera in indicem librorum prohibitorum relata sunt.

f) Pari ratione omni caret fundamento opinio P.Bianchi; nam si ipsa puerorum mors non potest in se ipsa expiatoria considerari, non apparet quomodo talem eam reddere possit intentio matris.

g) Boudes potius interrogat quam exponit. In lege solidaritatis " cum Christo vult invenire fundamentum ad salvandos pueros non baptizatos, sed haec lex non adeo patet, ut vult Boudes. S.Paulus in locis obiectis, praesertim Eph 1,9-10 agit de recapitulatione omnium rerum in Christo, de redemptione omnium, etc.; sed ex hoc non sequitur necessarium esse ut omnes omnino, pro quibus Christus mortuus est, salventur, si aliunde constat salutem a Christo acceptam debere singulis applicari mediis ab ipso stabilitis. Itaque rationes propositae tantum valent aliquam inducere congruentiam, contra quam, tamen, perstat principium generale a Christo stabilitum et ab Ecclesia sancitum: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Iterum recordemur quaestionem: non quaerimus quid Deus facere possit, si vult; sed quid statutum sit tanquam lex generalis, de qua certo constet.

h) Gratis asseritur gratia illa sanans, quam Laurenge proponit. Praeterea debet admitti, in hac hypothesi, morte non finiri statum viae. Tum etiam debent extorqueri textus Conc.Lateran. (D 464) et Conc.Florentini (D 693), quos A. non esse de fide contendit.

3. *Obirctiones* generales, quae contra necessitatem baptismi pro his pueris proponuntur, ad haec reduci possunt:

a) Voluntas salvifica Dei salvari non potest, si non providit lege aliqua generali pro salute horum puerorum.

Resp. Nego assertum. Nam haec difficultas iam soluta est in tra&-tatu de Deo uno, ubi agitur de voluntate salvifica Dei (v. supra n. 62, 4).

b) Doctrina de limbo puerorum non est certa. Ergo non potest esse certum baptismum esse necessarium pro his pueris.

Resp. Trans, antec., nego cons. Nam si certo constat pueros sine baptismo non posse salvari, secundaria est quaestio de limbo, sive dc loco ubi servantur; sicut secundarium est determinare naturam poenae sensus in inferno, cum de fide sit infernum exsistere et poenam sensus" ibi dari.

Transmisimus antec., quia etsi de limbo plures sunt quaestiones, eius exsistentia *certo tenenda est,* quamvis non sit doctrina de fide definita.

4. Contra has obiectioncs, et alias similes, haec certo tenenda sunt, quae ad solvendam quaestionem multum iuvant et ostendunt qualiter opinari debeamus si vplumus *Ecclesiae sensum* habere:

a) Fere nihil inservit distinguere inter pueros in utero et extra uterum mortuos, cum paenes illos nullum sit remedium personale ad

43 *De natura et gratia* 2,10.
43 Decretum S.Officii, 15 decembr. 1898.
44 EJ.Hqcedkz, *Notre solidarité en J.Ç. cl en Adam:* Grcg 13 (1932) 373*404,

salutem; nec Magisterium Ecclesiae unquam talem distinctionem adhibuerit.

b) Peccatum originale ab omnibus contrahitur, ne pueris quidem exceptis.

c) Morte finitur status viae; nec intelligi potest momentum inter vitam et mortem in quo illuminatio specialis habeatur.

d) Nemo habet ius ad gratiam. Imo vero, donum perseverantiae est omnino gratuitum sicut ipsa praedestinatio; illud Deus elargitur quibus et quomodo vult.

5. Et haec quidem dicta sunt de lege aliqua generali; pro casibus, enim, particularibus et ad modum exceptionis, Deus pro sua liberrima voluntate, potest, quomodocumque velit, parvulis subvenire ne pereant. At de his casibus non constat.*

Quare gravissimis S-Augustini, in quaestione de peccato originali Doctoris insignis, standum videtur: "Noli credere, nec dicere, nec docere infantes antequam baptizantur morte praeventos pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, *si vis esse catholicus*" Λ.

Thesis 5. Baptismus aquae suppleri potest voto baptismi vel etiam martyrio.

S.Tn., 3 q.68 a.2; q.66 a.lis; SuarEz, d.27 *s.2* d.29 s.2s; Pesch. 418-431; Puic de la B., 245-254 (solum agit dc martyrio); Lercher 3, 177-185; Doronzo, 188-237.

66. Nexus. Etsi baptismus, aquae est necessarius necessitate medii ad salutem non tamen desunt alia media ad hanc salutem obtinendam; sed non independenter ab ipso sacramento. Huiusmodi sunt votum baptismi pro adultis, et martyrium pro omnibus. Ideo baptismus aquae dicitur necessarius in re vel in voto. Tres, igitur, distinguuntur baptismi species: fluminis, flaminis, sanguinis.

67. Notiones. Votum sive desiderium baptismi potest esse explicitum vel implicitum. *Explicitum* erit in casu quo, v.gr. catechumenus, baptismum sincere et vehementer desiderans, moritur antequam de facto baptizetur. *Implicitum* habetur cum includitur in actu caritatis cum generali desiderio faciendi quidquid Deus praecipiat ad salutem. Cum, igitur, baptismus sit a Deo statutus ut medium necessarium ad salutem, et tamen fieri potest ut multi homines hunc baptismum recipere non valeant (sive ex impedimento physico, sive ex ignorantia invencibili), ideo adulti, qui sunt voti capaces, baptismum supplere possunt voto seu actu caritatis. Hoc in casu votum baptismi obtinet effectum principalem, scilicet collatio-

45 Dc his quaestionibus, praeter bibliographiam supra citatam et NouvRevTIi 71 (1949) 589, possunt conferri: Sfrondati, *Nodus praedestinationis resolutus* (Romae 1936).

* *&ç Qtfintf ef çiuj origine* 3,9,12; MIγ 44,516.

nem gratiae cum remissione peccatorum; non tamen necessario debet remittere totum reatum poenae neque omnia peccata venialia. Potest tamen plus minus hos effectus producere secundum subiecti dispositionem et intensitatem caritatis. Characterem certe non imprimit, ac proinde semper remanet obligatio suscipiendi baptismum in re. Ut patet aditum ad alia sacramenta non aperit. Pueri non sunt voti vel caritatis capaces, et ideo illis haec via praeclusa est, et non restat ad, salutem nisi baptismus aquae vel martyrium.

Votum baptismi debet cum actu caritatis coniungi, quia haeo est medium necessarium ad iustificationem sine sacramento (cf. tr. de Paenitentia th.12-13), seu ex opere operantis. Actus vero caritatis supponit voluntatem ponendi media necessaria ad salutem, ideo includit votum explicitum vel implicitum baptismi, et non iustificat independenter ab hoc voto; non, igitur, sunt duae viae (baptismus et caritas), sed una : baptismus in re vel in voto.

68. Martyrium [1] est perpessio .letalis cruciatus in odium fidei, vel ob virtutis Christianae exercitium, inflicti et patienter tolerati. Requiruntur, igitur, tres condiciones: *a)* cruciatus debet esse *letalis,* quamvis de facto mors non sequatur, vel Deus miraculose mortem impediat; *b)* debet infligi *in odium fidei* vel exercitium virtutis, v.gr. ad custodiendam puritatem, ut Sta.Maria Goretti, vel ad tuenda Ecclesiae iura, secretum confessionis, etc., ut de multis martyribus legitur; quare non est martyr qui ob motiva politica vel alia de causa occiditur; c) mors' *patienter debet tolerari:* ideo morientes in bello, etiam iusto, martyres dici nequeunt, neque eos Ecclesia ut tales veneratur [2].

Martyrium supplet effectus omnes baptismi quoad collationem gratiae et remissionem plenam peccatorum ; non vero quoad characterem et quoad alios effectus, scilicet, quoad ingressum in Ecclesiam militantem et ius ad cetera sacramenta

[1] De martyrio iam actum est in tractatu de Revelatione Christiana (1,11,730-735); hic tantum agemus dc his quae ad rem nostram spectant.

[2] Ecclesia, pari ratione, reprobat eos qui sponte ad tribunal accedunt et iudices provocant. Huiusmodi fideles, saepe postea, debiles fuerunt. (Cf. *Martyrium Polycarpi,* 4: ed.FuxK, 318 martyres lugdunenses, etc.) Itaque rcicit cos qui destruebant idola, evertebant templa pagana... et hac- de causa occisi sunt; quia in his occasionibus ratio mortis poterat esse politica vel simplicité) criminalis, non vero religiosa proprie dicta, quamvis illi fideles bona intentione egerint. Non desunt auctores (Billuart. Mendive, Beraza, etc.) qui martyres considerant milites in bello religioso morientes. Idem videtur, saltem theoretice, exponere S.Thomas *In 4* d.49 q5 a.3 q.a2 ad 11. Cf. de hac re M.Rackl, *Dic Anschauungcn der katholischen Théologien über das Martyrium des Soldatentodes:* DivTh(Fr) (1921) 55-76.113-151 : ThRev (1917) 461; D.J.Saunders, S.I., *The Supernatural value of a soldier's death:* ThSt 6 (1945) 35-50.

suscipienda. Ideo martyr qui post passionem non moritur, debet baptismum aquae recipere, secus nullum aliud sacramentum recipero potest nec membrum erit Ecclesiae.

Martyrium supplet baptismum per modum *privilegii,* non per modum institutionis a Christo ; nam martyrium supponit persecutorem Ecclesiae3.

69. Adversarii. *Quidam haeretici affirmarunt* “nullum adultum posse salvari si' absque baptismo reipsa suscepto moriatur, quantumvis desiderio ipsius flagraverit, et per eum non steterit, quominus fuerit ablutus” *. Baius docuit etiam caritatem non semper esse coniunctam cum peccatorum remissione (D 103 1033 1069ss).

Contra secundam partem adversarii vix sunt5, nisi pauci theologi, qui de modo quo martyrium effectum obtinet disputant; de quibus in scholio agemus.

70. Doctrina Ecclesiae. Pro voto baptismi Innocentius II ad Episcopum Cremonensem, interrogantem de Presbytero sine baptismo defuncto, respondit non debere anxium esse, quia “in sanctae matris Ecclesiae fide et Christi nominis confessione perseveravit” (D 388) ; et auctoritatem adducit SS.Ambrosii et Augustini. Item Innocentius III (D 413) de quodam iudaeo, qui se ipsum in mortis periculo baptizaverat, dicit baptismum quidem invalidum fuisse, attamen si ille in bona fide decessit “ad caelestem patriam protinus evolasset, propter sacramenti fidem, etsi non propter fidei sacramentum”.

Concilium Tridentinum agit de voto baptismi occasione justificationis, quam dicit, post promulgatum Evangelium, obtineri non posse sine baptismo “vel eius voto” (D 796) ®.

S.Pius V damnavit propositiones Baii supra memoratas (D 1032s 1069ss), ex quibus deducitur caritatem perfectam in non baptizatis non remittere peccata.

Pro martyrio non habentur documenta ecclesiastica; nec mirum est, quia agitur de re incunctanter recepta. Concilium Tridentinum, neque in discussione de iustificatione, neque de Sacramentis Ecclesiae de martyrio quidquam dixit ; quia Concilium agebat de mediis ordinariis quibus iustilicatio obtine-

3 E Hochdez, *Le concept du m'artyre:* NouvRevTh (1928) 21-200, praesertim 178-188.

4 Cf. S.Bernardus, *Epist. 77:* ML 182.1036; SuXrkz, *De Sacramentis* d.27 s.2.1.

5 S.RobERTUS BEli.armino citat Kemnitz et Illyricum ut veros adversarios *(De Baptismo* 1,6); negaverunt martyrium valere pro infantibus A.Halensis, Àrmachanus et Hadrianus, teste SuÂREz *(Dc Sacramentis* d.29 s.1.2).

fl Cf P HorgER. *Concilii Trident.ni de necessitate baptismi doctrina, in de-r Çrçto de iustificatione:* Ant 17 (1942) 183-222.268.5Q2,

tur, non de privilegiis. Indirecte valerent illa documenta liturgies et praxis orandi ad martyres.

Innocentius III refert verba S.Augustini, quam ad sanctos omnes canonizatos extendit: "Cum sacrae Scripturae dicat auctoritas quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, idem est ratione consimili de sanctis aliis censendum, qui orationibus nostris non indigent..." 6*a.

71. Valor dogmaticus. Prima pars est *proxima fidei* Altera pars est *theologice certa.*

72. Probatur prima pars ex sacra Scriptura. 1. Ex Scriptura constat (ut videbitur in tr. de Paenitentia th. 13) contritionem caritate perfectam peccatorem cum Deo reconciliare, seu delere peccata mortalia. Ergo etiam peccatum originale, si adsit. Ergo contritio perfecta caritate supplet baptismum. Probatur *prima consequentia:* Nam peccata mortalia sunt personalia et merentur poenam damni et sensus aeternam; peccatum vero originale non est personale nec inducit poenam sensus aeternam, sed tantum carentiam visionis Dei, neque est obiectum paenitentiae.

2. Probari etiam potest (saltem addita interpretatione traditionis) ex Act 10,44-43 ubi refertur conversio centurionis Cornelii, qui antequam baptizaretur iam accepit Spiritum Sanctum: *Adhuc loquente Petro... cecidit Spiritus Sanctus super omnes... Time respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt sicut et nos?* Effectus Spiritus Sancti fuerat charismaticus; sed hoc non impedit quominus vere accepissent iustificationem, nam dicitur ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγιου πνεύματο (v.45), et S.Petrus affirmat esse idem atque ipsi (Apostoli) acceperant (v.47). Postea vero ipse Petrus insistit coram aliis Apostolis explicans quomodo gentiles fuerint baptizati, quia prius quam eos baptizaret, iam *cecidit Spiritus Sanctus super eos sicut 'et in nos in initio* (11,15), scilicet, die Pentecostes. Imo vero, cum Petrus in visione accepisset invitationem manducandi cibos communes et renuisset, Deus illi dixit: *quae Deus mundavit, tu ne commune dixeris* (11,9). Cornelium vere sanctificatum fuisse ante baptismum referunt S.Cyprianus et S.Augustinus 8.

β· *Epist. cum Marthac:* ML 214,1122.

T Aliqui auctores vocant thesim theologice certam, ita ut contraria sit saltem temeraria, sed doctrina Tridentini est plane clara (D 796).

8 S.Cyprianus. *De Rcbaptism.* 5: ML 3,1187; S.Augustinus, *De Baptismo* 4,21-28: ML 43,172.

3. Suadetur etiam ex Mt 3,11 ; Mc 1,8; Lc 3,16; Io 1,33; 3,8; Act 1,5, etc., quibus locis actio baptismalis tribuitur Spiritui Sancto, qui est spiritus amoris et dilectionis.

73. Probatur ex traditione. Expressis verbis thesim primus fortasse proposuit S.Ambrosius agens de Valentiniano II catechumeno : "Sed audio vos dolere quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in vobis est, nisi voluntas nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut, antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit, eti ideo prae ceteris causis me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit? Non habet quam poposcit? Certe, quia poposcit, accepit. Et unde illud est: Iustus quacumque morte praeventus fuerit, anima eius in requie erit? (Sap 4,7). Solve, igitur, Pater Sancte, munus servo tuo... Solve ergo servo tuo munus gratiae tuae, quam ille nunquam negavit, qui ante diem mortis templorum privilegia denegavit, his urgentibus quos revereri posset. Astabat virorum caterva gentilium, supplicabat senatus: non metuebat hominibus displicere, ut tibi soli placeret in Christo. *Qui habuit Spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam?*" *

S.Augustinus [10] * ait praeferendum esse catechumenum catholicum haeretico baptizato; imo etiam catholico malo; nec ideo iniuriam fieri baptismo. Et in confirmationem huius asserti adducit exemplum Cornelii centurionis (Act 10,44-48) Etiam desiderium baptismi supplere sacramentum in re susceptum deducit ex verbis Christi ad latronem in cruce morientem: "Baptismi sane vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso (Lc 23,43), non leve documentum beatus Cyprianus assumit. Quod etiam atque etiam considerans invenio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Sed tunc impletur invisibiliter, cum ministerium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit"[12].

• *De obitu Valentiniani consolatio* n.51-52: ML 16.1435-1436.

10 S.Augustinum aliquandiu durius locutum esse aliqui existimarunt (cf. A.Piolanti, *De Sacramentis* 139 nota); sed, ut videtur, in obiectis locis potius Sanctus Doctor necessitatem dispositionis internae extollit ad hoc ut verum baptismi votum dici queat. Loca obiccta collegit Ch.Pbscm. *Compendium Theologiae Dogmaticae* 4 n.75.

« *De Baptismo* 4,21.28: ML 43,172.

« *De Baptismo* 4,22,29: ML 43,173.

Hac SS.Ambrosii et Augustini auctoritate suffultus S.Blr-nardus baptismum in voto supplere posse baptismum aquae fatetur, dummodo “aquam non contemptus, sed sola prohibeat impossibilitas''[33].

Ad doctrinam Patrum plane intelligendam, recte animadvertit D'Alès: “Quaestio late patet, si quidem agitur de via salutis quae sola patuit ac patet innumeris hominibus, baptismi aqua destitutis, longe maiori parti humani generis. Quod Patres intellexerunt. Cum autem accessus ad Deum duas requirat praeparationes, unam intellectus per fidem, alteram voluntatis per caritatem, Patres plerique magis attenderunt praeparationem irttellectus, quae natura prior est, iuxta Hebr 11. Non tamen neglexerunt praeparationem voluntatis; iam apud Patres antiquos, apparent semina doctrinae, quae ab Ambrosio et Augustino ad maturitatem perducetur” 14.

74. Ratio theologica. Theologi15 omnes in hac re consentiunt, teste Suarez1®. S.Thomas rationem dat: “Sacramentum baptismi dupliciter potest alicui deesse: uno modo et re et voto; quod contingit illis, qui nec baptizantur, nec baptizari volunt... et ideo hi, quibus hoc modo deest baptismus, salutem consequi non possunt... Alio modo potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non voto; sicut cum aliquis baptizari desiderat, sed aliquo casu praevenitur morte, antequam baptismum suscipiat; et talis sine baptismo actuali salutem consequi potest propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operante, per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur''1T.

75. Probatur secunda pars ex sacra Scriptura. Patientibus persecutionem propter iustitiam promittit -Christus ingressum in regnum caelorum (Mt 5,10); qui tradiderit animam propter Christum salvabit eam (Mt 10,39; 16,25; Mc 8,35) ; Ipse confitebitur coram Patre eos qui eum confessi fuerint ante tribunalia vel coram hominibus (Mt 10,33) ; martyres in Apocalypsi apparent habentes specialem gloriam (Apoc 7,14; 6,9-11). Iam vero, his textibus *agitur de martyrio;* nam Christus promittit retributionem certam et quasi immediatam

M *Epist.* 77 *ad Hugoncm,* 8: ML 182,1036.
34 *Dc Baptismo et Confirmatione* 147.
35 Doctrinam theologorum explanat Lercher 3, 178, et De Smet, *De sacramentis in genere* n.259.
,e *Dc Baptismo* d.27 s.2 n.2.
n 3 q.68 a.2.

his qui pro ipso vitam ponant; ponere vero vitam est idem atque mori. Praeterea implicite *promittitur remissio peccatorum;* nam promittitur regnum caelorum seu vita aeterna quae obtineri nequit sine peccatorum remissione. Quod vero *non agatur de solis Christianis,* seu de iam baptizatis, patet universalitate verborum Christi ; et quidem fieri potest, ac de facto non semel accidit, catechumenum in discrimine vitae fuisse in testimonium fidei antequam ad baptismum recipiendum pervenisset. Ergo in casibus allatis martyrium delet peccata, ergo etiam peccatum originale ac supplet baptismum.

Tum etiam hi textus Scripturae valorem habent praesertim ex Traditione, quae in illis videt absolutam promissionem a Christo martyribus factam ingrediendi statim post mortem ad regnum caelorum 18.*

76. Probatur ex traditione. 1. Omnes Patres 10, iam inde ab initio christianismi, martyrii excellentiam exaltant, et martyres summis laudibus et honoribus afferunt. S.Ignatius damnatus ad feras, romanos vehementer orat ut pro ipso intercedere nolint, ne privetur gratia et privilegio martyrii : ‘Obsecro vos, ne intempestivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei et per ferarum dentes molor, ut purus panis Christi inveniar... Si patiar, libertus fiam lesu Christi et in ipso resurgam liber. Nunc vinctus disco nihil concupiscere” 2“. In *Martyrio S.Polycarpi* ostendit auctor desiderium celebrandi festum diem anniversarii gloriosi triumphi 21 ; ita etiam laudantur martyres in *Pastore Hermae* 22,23 a S.Irenaeo 123, et generatim in actibus martyrum et contionibus in eorum honorem.

His locis agitur de martyribus Christianis baptizatis; at ex modo loquendi ostenditur singularis efficacia martyrii in se ipso spectati. Sed praeterea textus abundantes sunt in quibus sermo est de martyribus nondum baptizatis. Sint in exemplum : Tertullianus (R 309), Origenes (R 493), S.Cyprianus (R 598) qui affirmant duas esse peccatorum remissiones: baptismum et passionem sive martyrium. S.Cyrillus Hier , ait: “Si quis baptisma non recipiat, salutem non habet, solis mar-

18 S.Augustinus, *Dc Civitate Dei* 13,7: ML 41,381; S.Cyprianus, *Dc Rebapt.* 11: ML 3,1196; Origenes, *Exhortât, ad niartyr.* 30: MG 11,599; *In Levit.* hom.2.4: MG 12,417; *Comment, in Matth.* 16,6: MG 13.1383.

ω Plures textus in LenneRz, *De Sacramento Baptismi* 153-160.

20 *Ad Romanos* 4 praesertim 2-6: ed.PuNK, 1,256-258.

2' *Martyrium Polycarpi* 18,3: ed.FuNK, 1,336.

22 *pis.* 3,1,9; 21; *Simii.* 9,28.1-8; ed.FuNK, 1,432-434.624-626.

23 *Adversus Haeres.* 3,16,4: MG 7,924.

tyribus exceptis, qui etiam sine aqua regnum recipiunt" (R 811). Melito Sàrdensis s', S.Hippolytus 2r', S.Fulgentius (R 2269) aliique plures vel asserunt simpliciter martyrium baptismum supplere, vel etiam ipsum baptismum superare. Nec de solis baptizatis sed de quibuslibet martyribus est celebris illa S.Augustini sententia: "Habet ecclesiastica disciplina quod fideles noverunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ubi non pro ipsis oretur; pro ceteris autem commemoratis defunctis oratur. Iniuria est enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare" 2<!.

77. 2. Cultus martyrum ostendit esse in Ecclesia doctrina de efficacia martyrii; etenim non modo omnes apostolos ceterosque martyres veneratur, verum etiam expresse inter cos recensentur aliqui de quibus certo constat baptismum non accepisse. Veneratur Innocentes, tantum quia pro Christo passi sunt, nec quaerit an fuerint circumcisi necne; similiter catechumenos martyrio decedentes; S.Genesium, mimum, ceterosque paene multos in martyrologio romano memoratos. Neque Ecclesia pro eis orat, ut dicebat S.Augustinus et Innocentius III27.

78. Ratio theologica. Secundum testimonium ipsius Christi *maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis* (Io 15,13); ergo martyrium est actus caritatis maximus. Atqui actus caritatis peccatorem Deo reconciliat. Ergo etiam martyrium.

79. Obiectiones. 1. SS.Patres saepe dicunt catechumenum quantumcumque credat, nisi baptizetur, adhuc portare sarcinam peccatorum, nihil ipsi fidem proficere, et alia huiusmodi (S.Ambrosius ", S.Augustinus2'). Ergo desiderium baptismi non valet.

Concedo textus sed nego interpretationem. Nam his locis hi Patres ostendunt necessitatem baptismi in re; et ideo catechumeni non possunt omittere vel negligere sacramentum, qui si culpabiliter vel despective omittant illud, non obtinebunt remissionem peccatorum. Quod est evidens si attenditur ad ipsam rationem seu valorem baptismi flaminis, qui in tantum valet in quantum habet votum baptismi in re ".

Inst. S.Cyrillus Hier, ait; "Neque si quis etiam virtutum operibus instructus, signaculum per aquam non recipiat, ille caelorum regnum

31 *Corpus Apologet.* 9,418.
35 *APost. Traditio* cn.101.
M *Sentio* 159.1.1: ML 38,868.
27 3 Decret, tit.41 c.6,2: ed.Friedberg, 2,639.
æ *Dc Myster.* 4,20: ML 16.394.
20 *In Ioann,* tr.13,7: ML 35,1946.
Çf. Çh.Pesch, *Compendium Theologiae Dogmaticae* 4 n.73.

ingressurus est" ". Ergo S.Cyrillus non admittit neque actum caritatis supplere pro baptismo.

Dist. antec. Hoc loco S.Cyrillus intelligit hominem qui voluntarie omittit baptismum, *conc. antec.;* aliter, *nego antec.* Casus est omnino idem cum illis Patribus supra memoratis ; agitur enim de extollenda necessitate baptismi, ut neque opera bona sine illo valeant quidquam, si ex contemptu, vel culpabili negligentia omittatur ®.

2. Tridentinum agens de baptismo (sess.VI c.4) non recenset nisi votum baptismi ut suppletorium. Ergo saltem martyrium non supplet.

Conc. antec. nego canseq. Tridentinum non agit de casibus extraordinariis, prout est martyrium, ut supra iam diximus. Propter hanc eandem causam 'non facit ad nostrum casum locus S.Pauli (1 Cor 13,3) in quo extollit caritatem ita ut *et si tradidero corpus meum ita ut ardeam* et caritatem non habuero, nihil mihi hoc prosit.

3. Baptismus est necessarius in re vel in voto. Atqui infantes, qui martyrium patiuntur non sunt capaces voti baptismi. Ergo infantibus his baptismus nullo modo est necessarius.

Conc. mai. et min et nego suppositum conseq., videlicet infantibus esse necessarium votum baptismi. Hi pueri accipiunt baptismum sanguinis, qui se habet ad modum privilegii, ut iam diximus.

80. *Corollarium.* Ex dictis infertur tum caritatem seu votum baptismi, tum martyrium iustificare statim, quamvis mors non sequatur. Ünde fieri potest ut plures catechumeni adulti ad baptismum accedant iam iusti ficati, si scilicet fecerunt ante baptismum actum caritatis. Ideoque quando dicitur *in casu necessitatis* baptismum flaminis supplere baptismum fluminis, significare volumus necessitatem strictam recipiendi baptismum re, quamvis non assignetur tempus determinatum ad illum suscipiendum.

81. Scholion 1. *Qua ratione martyrium suum effectum obtineat.* In explicanda ratione cur martyrium efficaciam ad plene remittenda peccata habeat, theologi discrepabant. S.Thomas" aliique theologi, et quidem insignes, tenuerunt efficaciam martyrii provenire ex caritate, sine qua martyrium non valeret. At huiusmodi opinio iam non admittitur generaliter, nam:

1. In actis martyrum constat aliquando martyres sustinuisse passionem prae oculis habentes ignem aeternum, quem paucis tormentis vitabantM ;

2. Ipse Christus commendavit timorem gehennae (Mt 10,28) et quidem ad sustinendam mortem antequam Deum offendere;

3. Patres simpliciter dicunt martyrium maioris efficaciae esse quam ipsum baptisma aquae®;

4. Infantes innocentes Ecclesia veneratur ut martyres, multosque alios infantes, qui quidem actum caritatis elicere non potuerunt;

5. Tandem si ageretur de actu caritatis, martyrii efficacia comparanda esset cum voto baptismi, quod quidem non apparet in Patribus.

82. Scholion 2. *Quomodo martyrium efficaciam obtineat.* Ut

tx *Catcches.* 3,4: MG 33,431; cf. etiam n.10: MG 33,439.
83 De his cf. SuXrbz d.27 *s.2* n-5.
33 3 q.66 a 12 ad 2; 2.2 q.124 a.2 ad 2.
34 Sic qui recensentur ab auctore *Martyr. Polycarpi* 2,3: ed.FuNK, 1,316.
* V.gr. S.Grecorivs Naz., *Oratio* 39,17: MG 36,356. Vic|e schol.4.

diximus immediate superioribus, martyrium efficaciam habet non ex caritate. Non igitur restat nisi ut operetur ex opere operato", Non tamen dicitur simpliciter ex opere operato, sed *quasi ex opere operato.* Ratio est, quia, quamvis effectus obtineatur ex ipso opere, scilicet, ex ipsa morte pro Christo perpessa, tamen, siquidem martyrium non est medium a Deo institutum ad remittenda peccata, et causandam gratiam, ideo eius efficacia ponitur *quasi* ex opere operato, scilicet, effectum producit eo modo quo sacramenta gratiam producunt, tanquam si esset sacramentum.

83. Scholion 3. *An valeat martyrium sine caritate.* Simpliciter, ut dictum est, caritas non requiritur ad martyrium; est certe necessaria aliqua retractatio peccatorum, si quae adsint, non tamen debet fieri retractatio per caritatem. Si tamen aliquis caritatem expresse reicerct, vix martyr dici posset'; neque concipitur casus huiusmodi; videtur, enim, esse contradictio in terminis: dare vitam pro Deo et nolle amare Deum. (Cf. Bollandistas [9 febr.j ubi narratur Sapricium paulo ante martyrium a fide defecisse, cum nollet cum inimico reconciliari.)

84. Scholion 4. *De baptismis fluminis, flaminis, sanguinis, inter se comparatis.* Si quidem hae tres baptismi species inter se conferuntur, unum quidem commune habent: remissionem peccatorum mortalium, collationem gratiae sanctificantis et adoptionem filiorum Dei cum iure ad vitam aeternam. Sed hoc ipsum non eodem modo et gradu obtinent.

Nam baptismus flaminis non necessario omnia peccata venialia remittit neque omnem peccatorum mortalium poenam temporalem; martyrium vero et baptismus fluminis, et culpam et poenam totaliter delent.

Baptismus fluminis cum martyrio convenit in eo quod ambo totaliter remissionem peccatorum omnium eorumque poenarum obtinent; discrepant tamen in quantum martyrium, etsi iustificat, non tamen facit membrum Ecclesiae militantis neque ius ad alia sacramenta confert, neque imprimit characterem, quae omnia baptismus fluminis obtinet. At si martyr moritur, ingreditur in Ecclesiam triumphantem sive caelestem, in qua non iam sacramenta, sed possessionem Dei plenam per lumen gloriae consequitur.

Ad baptismum flaminis requiritur caritas perfecta, quae in baptismo aquae et sanguinis non est necessaria.

Tandem si baptismus aquae et martyrium comparentur quoad praestantiam, baptismus aquae in hoc praestat martyrio (posito quod mors non sequatur), quod ius dat ad sacramenta et imprimit characterem facitque membrum Christi; sed in hoc martyrium excellentissimum est, quod procedens ex privilegio et summo amore Dei erga illum hominem qui pro Eo vitam dedit, gratiis et gloria martyrem cumulat et peculiari aureola eum in caelo donat. Ideo SS.Patres martyrii excellentiam extollunt et malunt prae aliis baptismi speciebus. Ita, exempli gratia S.Cyprianus: "Nos tantum qui Domino permittente, primum baptisma credentibus dedimus, ad aliud quoque singulos praeparemus, insinuantes et docentes hoc esse baptisma in gratia maius, in potestate sublimius, in honore pretiosius, bap-

M Contrarium sustinuerunt D Soto, *In 4* t.1 d.3 s.11; et Vazquez, *In 3* t.2 d.153 c.3.

tisma in quo angeli baptizant, baptisma in quo Deus et Christus eius exultant, baptisma post quod nemo iam peccat, baptisma quod fidei nostrae incrementa consummat, baptisma quod nos de mundo rece-, dentes statim Deo copulat. In aquae baptismo accipiuntur peccatorum remissa, in sanguinis baptismo corona virtutum. Amplectenda res est et optanda et omnibus postulationum nostrarum precibus expetenda, ut qui servi Dei fuimus, simus et amici" ".

CAPUT IV

De subiecto et ministro baptismi

85. In thesibus superioribus diversis occasionibus de subiecto baptismi indirecte actum est; nunc quaestiones aliquas speciales, quae ad illud spectant, attingemus.

I. *Subiectum* baptismi est omnis et solus homo viator nondum baptizatus (CIC 745). Patet, ex lege Christi : *Praedicate evangelium omni creaturae* ('Mc 16,16) et ex praxi universali Ecclesiae iam inde ab initio. Qui sunt iam baptizati nequeunt iterum baptizari, ut constat ex controversia s.IV cum donatistis.

Si agitur de adultis requiritur ut subtectum baptismi *intentionem* habeat illum recipiendi ; intentio autem sufficit ut sit *habitualis;* quare baptizari valide possunt (et si urget casus, debent) qui sensibus destituti, vel in amentiam versi, antea manifestaverint desiderium recipiendi sacramentum et non constet de retractatione. Debet etiam esse *libera,* quamvis provenire potest ex niotivo timoris spiritualis vel etiam externi et vi illati. Sic ipse Dominus: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur* (Mc 16,16), et Innocentius III idem declaravit (D 411). In his casibus baptismus valet, quia consensus est simpliciter voluntarius.

Ad liceitatem, non ad validitatem, requiritur praeterea ut adultus habeat fidem, spem, caritatem, atque si peccata mortalia commisit, retractationem eorum, saltem per attritionem. De peccato originali retractatio nulla exigitur, cum non sit personale sed generatione contractum. Neque confessio sacramentalis praecedere debet, quia catechumenus incapax est aliorum sacramentorum. "Si qui tamen baptizandi ex devotione sua peccata confiteri vellent, esset eorum confessio audienda,

37 *Ad Fortunatwni* n.4: CSEL 3,319; ME 4,654.

non ad hoc quod eis satisfactio imponeretur, sed ad hoc quod contra peccata consueta eis spiritualis informatio vitae traderetur" *. At absolutio dari nequit, neque per se paenitcntia seu satisfactio imponenda est; potest tamen imponi ad maius meritum et effectum medicinalem obtinendum.

86. Infantes, scilicet, qui usum rationis nondum sunt adepti (his aequiparantur perpetuo amentes), quippe qui intentionis incapaces sunt, possunt valide et fructuose baptizari. Baptismus illis collatus confert omnes effectus, etiam quoad virtutes et habitus infusos, neque est iterandus cum ad aetatem discretionis pervenerint. Hoc postremum affirmarunt *aliqui acatholici, Anabaptistae, Baptistae, Modernistae,* quos antecesserat Erasmus (D 870). Hi adducunt generatim textum Mc 16,16, ex quo volunt eruere legem universalem necessitatis fidei ante baptismum; quam quidem fidem pueri habere non possunt, ac proinde postea interrogandi essent de consensu ad baptismum receptum.

Fetus etiam baptizari debet si de cius vita constat vel saltem dubitatur; nec attendendum est ad tempus quod profluxerit ab eius conceptione. Ius Canonicum praecipit ut imminente qualibet de causa morte, fetus baptizetur etiam in utero matris, sed si vivus editur, tunc iterum sub condicione baptizari debet. Si vero baptizatus est in capite, cum illud egrediebatur, postea, totaliter editus, baptizari non debet, ne quidem sub condicione. Cetera ibi praescripta, cf. in CIC cn. 746.

87. Nostris diebus orta est discussio de convenientia vel etiam liceitate baptizandi infantes. Ratio huius quaestionis provenit ex facto quod multi pueri de facto, cum maiorem aetatem attigerint, nullam fere religiosam instructionem habebunt. Si de liceitate agitur, res extra dubium est. Si de convenientia controvertitur, prae oculis habenda sunt quae Ecclesia catholica praecipit, videlicet: parentes et patrinos respondere de futura formatione religiosa pueri. Si vero alicubi circumstantiae tales sint, ut regiones christianae cum paganis comparari possint, indicio prudentis et competentis auctoritatis ecclesiasticae decisioni standum erit.

Non tamen reipsa ita se habet controversia actualis inter ipsos Protestantes 2. Theologus acatholicus Karï, Barth, nova3

1 3 q.68 a.6.

3 Controversia orta est inter K.Barth et O.Cullmann. theologos protestantes. De ea vide J.Hamer. O.P.. *Le Baptême et la foi:* Ireriikôn 23 (1951) 387-405; amplia bibliographia in p.405-407; etiam bibliographiam affert O.Cullmann, *Le Baptême des enfants et la doctrine biblique du baptême*

theoria baptismatis innixus, paedobaptismum negat. Iuxta Barth baptismus ex sua institutione supponit talem animi dispositionem et tale voluntatis imperium, quale ab infantibus praestari nequeat. Baptismus, enim, est "sacramentum fidei", ac proinde fidem praesupponit.

Secundum Barth[3] (et quidem consequenter ad doctrinam sacramentariam Reformatorum) sacramentum non est nisi quaedam quasi continuatio sive prolongatio praedicationis verbi Dei ; est plasmatio verbi. Qua tale, sacramentum destinatur ad ostendendam missionem Verbi Dei ; quod quidem Verbum Dei non est simplex doctrina, sed vera actio divina; hic aspectus essentialis significatur ritu aliquo.

Itaque baptismus est elementum aliquod praedicationis christianae, et consequenter activitas humana. Ritus externus est quasi umbra; sed res interna in baptismo est participatio in morte et resurrectione Christi. Haec autem efficacia pendet a libera Dei voluntate ; baptismus, ergo, est attestatio Christi, foederis, gratiae, Ecclesiae. Testimonium hoc praebetur a ritu externo tanquam forma visibili, non nisi postquam praedicatio illud patefecit tanquam signum audibile. Consequenter, secundum Barth, baptismus non erit causa, sed manifestatio regenerationis spiritualis.

Diversimode) sentit Oscar Cullmann[4], qui iudicat paedobaptismum licitum esse. Hic doctus vir requirit etiam fidem in suscipiente sacramentum ; sed sufficit fides communitatis, quando agitur de pueris. Procedit ex principio iuxta quod baptismus est sacramentum aggregationis ad Corpus Christi, et interpretatur textus Scripturae sensu fere catholico.

•Contra hos errores est praxis continua et universalis Ecclesiae[5], et doctrina constans Patrum[6] et theologorum[7] ; quae fundatur in necessitate baptismi ex lege universali Christi etiam pro pueris, quibus nullum aliud remedium subest. Iam

• K.Barth, *Die kirchliche Lehre von der Taufe* (Thcologische Studien, 14) (1943) praesertim p.3-8.

4 O.Cutlmann, *Dic Taufichre des Ncuen Testaments. Envachscnen-und Kindertaufe* (1948); *Le Baptême des enfants et la doctrine biblique du baptême* (Cahiers de l'actualité protestante, n.19-20 Neuchâtel). Cf. L.Leenhard, *Le Baptême chrétien, son origine, sa signification:* ibid. n.14.

° In Concilio Milevitano, Lateranense IV, Viennense, Florentino, Tridentino (D 102 430 482 712 868).

e Iam id notaverat Tertullianus, *De Baptismo* 12: ML 1.1213. Doctrina Patrum est antiqua: S.Irenaeus, *Adversus Haeres.* 2,22,4: MG 7.784; cf. DTC 2.192-196. Origenes apnellat ad traditionem Ecclesiae: "Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit etiam parvulis baptismum dare" *(In Epist. ad Rom* 5,9: MG 14,1047).

7 Unicus Strabo *(De Eccles, rebus* 26: ML 114,980) asseruit in duobus primis Ecclesiae sacculis non fuisse in usu puerorum baptisma.

vero, si baptismus ipsis non valeret, ob defectum fidei, non possent salvari pueri qui ante usum, rationis moriuntur 89

88. Quoad liceitatem et convenientiam administrandi baptismum pueris etiamsi non urgeat necessitas, servandae sunt leges Ecclesiae in CIC stabilitae cn.745-754. In genere, si agitur de filiis acatholicorum, infidelium et similium, quibus difficilis est perseverantia in fide, non sunt baptizandi nisi in periculo mortis. Filiis autem catholicorum non est differendus baptismus propter aetatem; quia non expedit ut priventur bonis effectibus baptismi ; sic, enim, fit ut sensim sine sensu crescant in fide, cum adiumentis gratiae, cum meritis propriis supernaturalibus iam a primo momento in quo mereri possunt. Parentes obligantur quamprimum curare ut filii baptizentur quamvis non sub gravi, nisi periculum mortis immineat.

89. Obligatio baptizandi pueros catholicorum parentum, oritur ex iure Christi Ecclesiae tradito cui data est omnis potestas in caelo et in terra; ac proinde ipse potest exigere ut filii catholicorum fiant membra sui corporis mystici; omnis creatura humana est sub hac Christi potestate et remote ad Christi Ecclesiam pertinet. Praeterea non est malum nec libertatem dirimit, quod puer membrum fiat Ecclesiae antequam ad usum rationis pervenerit.

90. An Apostoli baptizati fuerint, vel indiguerint baptismo, disputatur, nec quidquam unquam probabiliter decerni cum certitudine poterit. Est, enim, factum historicum de quo nihil scimus. Ipsi apostoli directe subiciebantur Christo, qui poterat eis sine sacramento sacramentorum effectum conferre. Idem dicendum est de B.Virgine, in qua praeterea deerat necessitas baptismi ex parte peccati originalis quo carebat; poterat tamen illum recipere propter characterem et augmentum gratiae °.

91. II. *Minister* sacramenti baptismi quoad *validitatem* potest esse quaelibet persona, usu rationis compos, quae materiam et formam debitam adhibeat et intentionem habeat faciendi quod facit Ecclesia. Haec doctrina est *de fide ex* Concilio Lateranense IV (D 430). Constat iam ex Patribus antiquiori-

8 Indicium baptismi infantium aliqui vident in Act 16.15.33; 1 Cor 1.16, ubi refertur baptizatas esse familias integras (Lydiae, custodis earceris Philippis. Stephanae) inter quarum membra probabiliter et infantes numerabantur.
9 SüÂREZ, *De Sacramentis* d.31 s.1 n.3.

bus[10] et documentis Ecclesiae. Aliquo tempore prohibitum fuit feminis baptizare[11], atque etiam bigamis[12]. Sed evidenter agebatur de liceitate non de validitate; nam praeter universalitatem. quae in Patribus invenitur circa ministrum baptismi, expresse Urbanus II ait: "Baptismus sit si instante necessitate femina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit" [13].

Ratio theologica oritur ex necessitate baptismi; nam ut ait S.Thomas: "Ad misericordiam eius qui vult omnes homines salvos fieri, pertinet ut in hia quae sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inveniat... Et ideo... statutum est ut minister baptismi sit quicumque non ordinatus, ne propter defectum baptismi homo salutis suae dispendium patiatur" [14].

CTC distinguit inter administrationem sollemnem baptismi et privatam ; et ideo statuit sequentes leges: Cn.738.1 : "Minister ordinarius baptismi sollemnis est sacerdos ; sed eius collatio reservatur parocho vel alii sacerdoti de eiusdem parochi vel ordinarii loci licentia ; quae in casu necessitatis legitime praesumitur". Cn.741 : "Extraordinarius baptismi sollemnis minister est diaconus ; qui tamen sua potestate ne utatur sine loci ordinarii vel parochi licentia, insta de causa concedenda, quae, ubi necessitas urgeat, legitime praesumitur".

Cetera quae ad ministrum et subiectum baptismi respiciunt, determinantur a CIC et in theologia morali investigantur.

92. Scholion 1. *Utrum angeli possint esse ministri baptismi,* non videtur in dubium verti posse. Nam "sicut Deus virtutem suam non alligavit sacramentis, quin possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre ; ita etiam virtutem suam non alligavit Ecclesiae ministris, quin etiam angelis possit virtutem tribuere ministrandi in sacramentis ; et quia boni angeli sunt ministri veritatis, si aliquod sacramentale ministerium a bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum, quia deberet constare hoc fieri voluntate divina... Si vero *daemones,* qui sunt spiritus mendacii, aliquod sacramentale ministerium exhiberent, non esset ratum habendum"[15]. Itaque angeli possunt esse ministri baptismi, sed extraordinarii, quia agitur de sacramento necessitatis,

93. Scholion 2. *De baptismo pro mortuis.* In 1 Cor 15,29 loquendo S.Paulus de resurrectione mortuorum obicit Corinthiis: *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non*

[10] Tertullianus. *De Baptisme* 17: ML 1.1217; S.Hieronymus, *Dialog, contra Lucifer.* 9: ML 23.164.
[11] Concilium Carthagincnse IV. cn.100: Msi 3.959.
[12] Concilium Illiberitanum, cn.38: Msi 2,12; cf. D'Alès, *Dc Baptismo ct Confirmatione* 70s.
[13] *Epistola* 271: ML 151,529.
[14] 3 *q.67* a.3.
[15] 3 q.64 a.7.

resurgunt? ut quid et baptizantur pro Hits? inde aliqui voluerunt inferre mortuos sive cadavera posse etiam baptismum fructuose et valide recipere ".

Sed verba S.Pauli diversimode Patres interpretati sunt; et exegetac non plane constant. Aliqui crediderunt apud Corinthios fuisse in usu, ut si quis sive catechumenus, sive ex familiaribus, sine baptismo decedebat, alius Christianus pro defuncto, id est in favorem defuncti, baptismum, sive baptismi caeremonias recipiebat; hoc modo putabant Corinthii hos defunctos dignos fore resurrectione.

Tertullianus[17] putat agi hoc loco de baptismo quasi per procuratorem, sicut fit in matrimonio.

Alii[18] alias interpretationes dant: *a)* baptizare hoc loco significat ritum iudaicum ad extergendam impuritatem defunctorum;

b) mortificationem pro defuncto (ad modum quasi indulgentiae);

c) *baptizare* hoc loco intelligendum est de baptismo in articulo mortis (Epiphanius);

d) vel etiam de baptismo post professionem fidei in resurrectionem mortuorum (Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus);

e) baptismus in quantum est efficax ex morte Christi (Pseudo-, Hieronymus, Tulianus, Sedulius);

f) significantur effectus baptismi (Petrus Lombardus);

g) refertur ad praxim apud Corinthios usitatam iuxta quam, cum catechumenus sine baptismo moriebatur, alius baptizabatur, vel suscipiebat caeremonias baptismi in testimonium illius fidei quam defunctus profitebatur.

Quidquid sit de his interpretationibus (aliquae admitti non possunt) hoc unum admittunt omnes interpretes, S.Paulum hanc consuetudinem neque laudare neque vituperare, sed tantum commemorare ad ostendendam fidem in resurrectionem **. Aliqui haeretici revera putaverunt baptismum pro mortuis validum fuisse, sed Patres omnes unanimiter hanc doctrinam reiccerunt. Praeterea certum est Ecclesiam nunquam admisisse baptismum defunctorum, sed expressis verbis hanc praxim damnasse, quotiescumque ob influxum haereticorum vel ex ignorantia, hic mos irrepere incepit.

CAPUT V

De baptismi effectibus

94. In tractatu de Sacramentis in communi, multa quae dicuntur in genere de Sacramentis, directe ad baptismum referuntur; ideo sufficiet hoc loco praecipua tantum adnotasse.

10 De diversis interpretationibus huius loci et de hac re. v. W.Henry: DACL 2.380-382. cum amplissima bibliographie; D'Alès. 83s; L.Dursêllen, *Dic Taufe für die Totem* Theol. Studicn und Krit. (1903) 291-308; JAV.Horsley (Ncwbery House Magazine 1890) triginta et unam enumeravit interpretationes, teste Iacono. *Il battesimo nclla dottrina di S.Paolo* 88-91; DTC 2,361s.

IT *Liber de Resurrectione carnis* 48: MT, 2,912.

w Summam brevem diversarum interpretationum affert J.CoRLUY, *Spicilegium Dogniatico-Biblicum* (1884) 1,314-317 et in nota.

ω Vide etiam de baptismo pro defunctis apud paganos, in DBS 1,907.

1. Primus baptismi effectus est *generatio spiritualis* ad novam plane vitam "et quidem est! prima huius vitae communicatio. Vocatur *regeneratio,* tum quia est secunda generatio post primam generationem naturalem, tum, maxime, quia est generatio ad eam vitam, quam Deus ab initio generi humano contulerat, quam homo ante peccatum habuit, quam naturali generatione propagare debuit, quam tamen peccato amisit, ita ut naturali generatione haec vita non iam communicetur, sed homo concipiatur cum privatione huius vitae in statu peccati originalis"[1]. Hac de causa baptismus vocatur lavacrum regenerationis (Tit 3,5), regenerationis sacramentum, renascentia spiritualis, at aliis eiusmodi nominibus[2].

95. 2. Regeneratio autem haec fit per gratiam, iustificatione enim homo transit a statu irae divinae ad statum amicitiae[3]; quod importat remissionem peccatorum et infusionem gratiae sanctificantis. Per baptismum, igitur, *peccata* omnia remittuntur; non modo peccatum originale, verum etiam peccata actualia, si quae sint, et tota poena etiam temporalis pro eis debita.

Quod quidem ostenditur ex Symbolis quibus confitemur unum esse baptisma in remissionem peccatorum (D 86) ; Caelestinus in Indiculo, ait: "Per novae regenerationis purificationem omne praeteritum vitium sui baptismatis lavacro [Christus] purgavit" (D 130). Et Concilium Lugdunense II: "Illorum animas qui post sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt..., mox in caelum recipi" (D 464). Concilium Tridentinum anathemate damnat eum qui "per lesu Christi Domini nostri gratiam, quae in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum id quod veram et propriam peccati rationem habet... In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil damnationis est his, qui vere consepulti sunt cum Christo per baptismum in mortem... (Rom 6,4) innocentes, immaculati, puri, innoxi ac Deo dilecti filii effecti sunt... ita ut nihil prorsus eos ab ingressu caeli' remoretur" (D 792).

Sacra item Scriptura hunc baptismi effectum ostendit ; ut S.Paulus hortatur christianos ut vitam degant sanctam, rationem apponit quod baptizati fuerint (Rom 6,2; Eph 5,26; 1 Cor 6,9-11); et S.Petrus, interrogantibus quid facere de-

1 Lennerz, *De Sacramento Baptismi* 69. Cf. Doronzo, 78-95.
2 Concilium Carthag. IV: D 102; Indiculus Caelestini: D 140; Concil.Valentinum III: D 324; Conc.Florentinum: D 696; Conc.Tridentinum: D 933.
• Concilium Tridentinum, sessione VI, de lustificatione.

beant ut salventur, *Poenitentiam,* inquit, *agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine lesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum* (Act 2,38).

Remanet tamen concupiscentia, quae in renatis non ad poenam, sed ad meritum servatur; non, enim, renati in statu iustitiae originalis constituuntur (D 792). Haec doctrina iam saepius repetita in controversia pelagiana, tandem citatis verbis declarata est a Concilio Tridentino» sessione 5.

96. 3. "In ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per lesum Christum, cui inseritur: fidem, spem, caritatem" (D 800). Itaque per baptismum homo accipit etiam *gratiam et virtutes infusas, cum donis Spiritus Sancti et habitibus infusis ad supernaturaliter operandum.* Gratia semper cum peccatorum remissione! coniungitur. Ideo nunquam de gratia baptismali dubitatum est; quae quidem solet vocari speciali ratione *sanctificans,* quia est prima gratia quae confertur et hominem Deo gratum sanctumque facit. Appellatur etiam *gratia regenerationis,* quia is est eius primus effectus.

Olim disputabatur an infantibus infunderentur virtutes et habitus cum gratia baptismali. Qua in re iam notabat S.Thomas : "Quidam antiqui posuerunt quod pueris in baptismo non dantur gratia et virtutes ; sed imprimitur eis character Christi, cuius virtute, cum ad perfectam aetatem venerint consequuntur gratiam et virtutes. Sed hoc patet esse falsum... Causa autem erroris fuit, quia nescierunt distinguere inter habitum et actum, et sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutes habere. Sed ista impotentia operandi non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali ; sicut etiam durmientes, quamvis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somnum" *. Concilium Viennense probabiliorem putavit hanc opinionem (D 483); at Concilium Tridentinum (D 800) ita loquitur ut nulla iam videatur possibilis disputatio.

97. 4. Hac regeneratione et sanctificatione alius baptismi effectus producitur, *incorporatio,* scilicet, *ad Corpus Christi mysticum*[4 bis]. Etenim *In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive ludaei, sive Gentiles, sive*

4 3 q.69 a.6.

4 b,e Longe de hac re agit E.Sauras, O.P., *El Cuerpo Mistico de Cristo* (BAC, Madrid 1952) 592-596.

servi, sive liberi: et omnes in tino Spiritu potati sumus (1 Cor 12,13); cum omnibus iuribus ad communitatem fidelium pertinentibus, videlicet, participatione ad cetera omnia Sacramenta. Nam per lavacrum regenerationis baptismi, qui nascuntur in vita mortali non modo renascuntur ad vitam gratiae, sed etiam accipiunt characterem et apti fiunt ad alia sacramenta accipienda 5, Ideo, qui baptismum susceperunt, etiamsi haeretici sint vel schismatici, eo ipso sunt membra Ecclesiae catholicae, etiamsi ob peccata haeresis vel schismatis membra sint sectae. lure etiam tenentur ad omnia Ecclesiae praecepta servanda, nec liberi ab hac obligatione dicendi sunt (Tridentinum D 864). Ecclesia tamen catholica leges generatim non dat nisi proi catholicis, proinde ad eos solos talia praecepta extenduntur. Hoc autem Ecclesia facit propter sua materna viscera, non vero quod suo iuri cedat huiusmodi praecepta imponendi. lura vero, quae fidelibus communia sunt, non adquirunt illi qui obicem habent, qui vinculum ecclesiasticae communionis impediat, ut sunt defectus fidei, et alia huiuscemodi ’.

98. 5. Alius baptismi effectus est *character,* quo baptizati dedicantur ad servitium Christi Regis, et Christo Sacerdoti configurantur. Character, enim, incorporat hominem Christo 8.*

S.Thomas ait: “Character sacramentalis specialiter est character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres, qui nihil aliud sunt quam quaedam participationes sacerdotii Christi ab ipso Christo derivatae” °. Itaque character baptismatis est quaedam consecratio quae facit Christianum participem sacerdotii Christi. Est in anima ad modum potentiae passivae, quatenus facit aptum ad cetera sacramenta recipienda; sed huiusmodi aptitudo non est mere passiva 10, sed hominem baptizatum facit verum ministrum 11, qui est instrumentum activum et non inanime 12. Ideo sacramenta non proficient ei qui baptismalem characterem non habeat, quamvis baptismum flaminis vel sanguinis

• Pius XII, *Encyclica "Mystici Corporis”:* AAS 35 (1943) 204.
« Ibid., p.205.
’ Werxz-ViDAt, *Ius Canonicum* (1928) 2 p.3.
’ 3 q.70 a.4.
° 3 q.63 a 3.
10 CaiETanus, *In 3* q.72 a.5.
n SalmanTICENSES, *Cursus Theologicus* d.5 dub.2 n.49.
“ Ioannes a S.Thoma, *Cursus Theologicus. De Sacramentis in genere* q.63 d.25 a.2 n.129.

acceperit Itaque sacerdotium omnium Christianorum incipit in baptismo [14] (cf. De Eucharistia n.188).

99. Scholion. *De baptismi initerabilitate.* Ex impressione characteris sequitur baptismum iterari non posse. Quae doctrina de fide est saepius ab Ecclesia declarata et definita. S.Stephanus I in quaestione; cum episcopis aphricanis orta de rebaptizatione, praecipiebat S.Cypriano et aliis Episcopis: "Nihil innovetur, nisi quod traditum est" (D 46). Iterum Concilium Arelatense decisionem S.Stephani confirmavit (D 53); haereticos, ab arianis baptizatos et ad catholicam fidem revertentes, non esse denuo baptizandos respondet S.Siricius ad Himericum (D 88). S.Innocentius I distinguit inter novatianos et paulinistas; hi baptizandi sunt, cum ad catholicam venerint, quia baptismus sub nomine Pauli invalidus fuerat; novatiani vero recte fuerant baptizati, ac proinde rebaptizandi non sunt (D 97). Concilium Lateranense IV debuit graecortun versus latinos superbiam frenare, qui a latinis baptizatos "rebaptizare ausu temerario praesumebant; et adhuc, sicut accepimus, quidam hoc agere non verentur" (D 435). Postea Clemens VI ad Catholicon Armenorum recordatur non esse rebaptizandos qui lapsi in infidelitatem ad Ecdesiam revertuntur (D 3024).

Innixus in charactere, quem baptismus imprimit, iterandum baptisma non esse, ait Eugenius IV in instructione ad Armenos (D 695), et sollemniter idem definivit Concilium Tridentinum in canone 9 de Sacramentis in genere (D 852; cf. etiam 869), haneque definitionem renovavit Pius IV in Professione Fidei tridentina (D 996).

100. Patres unanimo ore idem'proferunt: S.Irenaeus[15]*, Tertullianus'°, S.Epiphanius ", S.Optatus Milevitanus[18]*, S.Hieronymus [10], S.Augustinus [20]. Idem S.Cyprianus, qui volebat baptismum ab haereticis collatum esse invalidum, rebap-

« Id., q.63 d.25 a.2 n.130.

11 Dc charactere Baptismal», praeter ea quae in tractatibus generalibus dicuntur, cf. A.GroEgært. *Les cérémonies du Baptême, et de la Confirmation* (1935) 170s; E.Sauras. *Fundamento sacramental de la Acciôn Catôlica:* RevEspT 3 (1943) 129-158. praesertim 140s; Id.. *El Cucrpo Mistico de Cristo* 695-701; L.Audet, *Notre participation au sacerdoce du Christ: étude sur le charactère sacramental:* Laval théologique et philosophique (1944) 9-46 (1945) 110-130 in specie 119-125

13 *Adversus haeres.* 1.21.2: MG 7,657.

10 *Dc Baptismo* 15: ML 1.1216; *Dc Pudicitia* 16: ML 2,1015.

« *Haeres.* 42,3: MG 41,700.

18 *Dc Schism. Donatist.* 5.3 ML 11.1048-1051.

50 *Dialog, contra Lucifer.* 11: ML 23.166.

20 Saepissime; ipse, enim, doctrinam characteris egregie edocuit, Ct ÇJÇ çha. ractcris in^clebilitate arguit. Cf. R 1492 1621 1623 1625s..........

tismum reiciebat: "Nescio qua etenim praesumptione ducuntur quidam de collegis nostris, ut putent eos qui apud haereticos tincti sunt, quando ad nos venerunt, baptizare non oportere... Nos autem dicimus eos, qui inde veniunt, non rebaptizari apud nos, sed baptizari" [21].

101. Ratio theologica desumitur 1) ex ipsis verbis Christi et baptismi effectu; cum, enim, sit regeneratio spiritualis, sicut generatio non esse potest nisi una, ita et regeneratio[22]. 2) F,x permanentia characteris; cum, enim, indelebilis sit, non permittit ut baptismus iteretur.

CIC (cn. 732,2) agens de sacramentis initerabilibus, ait: "Si vero prudens dubium exsistat, num revera, vel num valide, collata fuerint, sub condicione· iterum conferantur". Ubi exigitur dubium vere prudens, non quaelibet suspicio; neque tamen tam grave debet esse hoc dubium pro baptismo quam pro confirmatione; baptismus enim sacramentum maximae necessitatis est, ac proinde sufficiet ut dubium habeat sufficiens fundamentum[23].

Ut iam indicabat S.Innocentius I (D 97), si agitur de haerteticis ad fidem catholicam conversis, inquirendum apprime est, et quidem, in singulis casibus, an fuerint de facto baptizati, et qua formula, materia, intentione. Si in casu concreto non constat de anormalitate aliqua, sufficiet cognoscere usus liturgicos illius sectae haereticae. Secundum illud quod ex hac inquisitione derivetur, neoconversus baptizandus non erit, vel baptizandus absolute aut sub condicione, prout detectum fuerit illum esse vel non baptizatum, vel dubium prudens exstet de accepti baptismi validitate.

102. De *conversis a Protestantismo.* 1. Concilium Provinciale I Westmonasteriense decrevit omnes baptizari debere sub condicione, nisi ex indubiis rationibus appareret certissime in eorum baptismate debite observata fuisse, quae ad materiam, formam et earum applicationem spectant[24]. Ratio huius decreti fuit incuria, quam generatim habent Protestantes in baptismo administrando. "Unitarii, Universalistae, Congregationistae necessitatem baptismi negant, ac proinde de eius administratione non curant. Methodistae ac Presbyteria-

21 *Epist.* 71,1: ML. 4,409; et idem repetit *Epist.* 73.1: ML 3,1110.

22 S.Augustinus ait: "Sic tu intcllige nativitatem Spiritus, quomodo intellexit Nicodemus nativitatem carnis: quomodo, enim, uterus non potest repeti, sic nec baptismus" *(In loannem Tract.* 11,6: ML 35.1478; et tr.12.2: ML 35,1484).

3 Cf. probatos auctores in Theologia Morali et iure Canonico.

* Conc. Plen. Westminster, XVI, 7; citatus a J.MonTÂNCHBZ, *Los Sacramcntos en general. Bantismo. Çonfirmaciôn* (1944) 276.

ni baptizant aspersione, unde semper dubium prudens esse poterit an reapse aqua corpus baptizandi an tantum eius vestes attigerit, tum etiam, etiamsi revera corpus fuerit aspersum, an vere ablutio dici potuerit ita ut aqua per corpus defluxerit. Baptistae immersione baptizant; itaque ratione materiae proximae baptismus validus esset; sed generatim verba multo antea proferunt quam in aquam descendant, et hac de causa baptismus dubius erit ob defectum debitae unionis materiae et formae. Episcopalian! négligentes sunt in usu elementorum ad baptismum essentialium. Tandem Quakeri non baptizant" 25. Ritualistae, tamen, anglici satis curant de materia, forma et intentione, quare in suis asseclis baptismus validus supponi debet, nisi contrarium positive probetur.

103. 2. *Baptismi reviviscentia.* Ex initerabilitate baptismi eius reviviscentia deducitur. Revivisci autem sacramentum dicitur, cum effectus non producitur in actu quo sacramentum conficitur, propter obicem, sed cum obex tollitur. Si, igitur, baptismus non revivisceret, ille qui cum obice baptismum accepisset, nullam iam ad salutem haberet viam. Quia, ut Concilium Tridentinum asserit, iustificatio consistit in translatione e statu peccati ad statum gratiae, "quae quidem translatio, post Evengalium promulgatum, sine lavacro regenerationis aut eius voto, fieri non potest" (D 796).

*Obex*2* idem; est atque impedimentum; et potest esse duplex: sacramenti et gratiae. Primum! habetur cum subiectum non est rite dispositum ad recipiendum sacramentum v.gr. ob defectum intentionis (in adulto), quare sacramentum est *invalidum.* Obex gratiae provenit ex mala suscipientis dispositione, quia sacramentum quidem validum est, sed subiectum gratiam nullatenus accipere potest, v.gr. quia peccatum habet non retractatum, vel ob defectum fidei, vel aliud eiusmodi.

Ut patet, ubi agitur de obice sacramenti, non potest sermo esse de reviviscentia; itaque casus reviviscentiae tantum datur ubi opponitur obex gratiae.

Cum, igitur, quis fictione aliqua, seu cum obice, sacramentum baptismi recipit, sacramentum quidem validum est, et characterem recipit, gratiam vero sanctificantem recipere non valet. At cum obex removetur, v.gr. per peccati retractationem, tum gratia sacramenti baptismi infunditur animae; idque significatur cum de sacramenti reviviscentia sermo est,

T.MontAnchbz. *l.c. 276.*
* De obice, cf. OttBn, n.139.

Effectus tunc obtinetur ex opere operato, non ex opere operantis. Videlicet est ipsum sacramentum, quod effectum producit ; ac proinde plena remissio omnium peccatorum ante baptismum commissorum, et eorum poenarum obtinetur. Peccata vero post susceptum baptismum patrata remittuntur tantum sacramento Paenitentiae, ac proinde non iam tunc tota poena remittenda est virtute reviviscentiae aut sacramenti.

104. Doctrina de reviviscentia baptismi communis plane est inter theologos, qui eam ut omnino veram habent. Aliqui, ut Scotus [27], Biel [28] et Vâzquez [29], probabile admittunt reviviscendam gratiae non conferri ex'opere operato, sed tantum ex opere operantis. Sed neque ut certam rem proponunt.

Patres [30] non attigerunt hanc quaestionem ex professo, nisi cum a donatistis difficultas posita est. Nam ex una parte eorum baptisma validum dicebatur, et ex alia parte impugnabantur ut haeretici qui Spiritum Sanctum non darent. Ideo Donatus vehementer S.Augustinum premebat: "Si baptismus noster non est validus, debemus rebaptizari si ad vos revertimur; si autem, vere baptizamus, damus Spiritum Sanctum, ergo sumus in vera Ecclesia". Ad quod respondebat S.Doctor: "Tunc incipit *valere idem baptismus ad dimittenda peccata,* cum ad Ecclesiae pacem pervenerint; non ut iam vere remissa non retineantur, neque ut ille baptismus quasi alienus aut alius improbetur aut alter tradatur, sed ut idem ipse, qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operetur salutem" [31].

105. Omnes denique baptismi effectus eiusque excellentiam S.Cyprianus enumerat: "Haec egomet saepe mecum. Nam et ipse quam plurimis vitae prioris erroribus implicatus tenebat quibus exui me posse non crederem, sic vitiis adhaerentibus obsecundans eram, et desperatione meliorum, malis meis veluti iam propriis ac vernaculis offerebam et fovebam. Sed postquam undae genitales auxilio superioris aevi labe detersa in expiatum pectus [serenam] aa purum desuper se lumen infudit, postquam, caelitus spiritu hausto, in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri posse quod

27 *In 4* d.4 q.5
28 *In 4* d. 4 q.1.
=» *In 3* d.159,4.
30 Rem optime habet SassE. I,252s.
51 *Dç Baptwmo* 3,13,18; Mb 43U4Î.

impossibile putabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret, Dei esse coepisse, quod iam Spiritus Sanctus animaret"[32]. Nec minus praeclare Clemens Alexandrinus: "Hoc ipsum nobis quoque evenit, quorum fuit exemplar Dominus. Tincti, illuminamur; illuminati, in filios adoptamur; adoptati, perficimur; perfecti, immortales reddimur. Ego, inquit, dixi: Dii estis et filii Excelsi omnes (Ps 81,6). Multis; autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum et lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus. Gratia autem, qua remittuntur poenae, quae peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur, hoc est, per quam Deum perspicimus. Perfectum autem dicimus cui nihil deest... Soli ergo, qui primum vitae fines attigimus, iam perfecti sumus. Iam autem vivimus qui sumus a morte separati"[33].

" *Epist.* 1.4: MI, 4.200s; CSEL 3,5s

® *Pacdayoy.* 1.6: MG 8.220s. Perpulchre etiam S.Hilarius effectus baptismi similiter explicat per effectus, qui in baptismo Christi ex Evangelio apparent: *Comm. in Matth. 2,6:* ML 9,927.

LIBER II

De sacramento confirmationis

INTRODUCTIO

106. S.Paulus aiebat: *Qui autem* confirmat *nos vobiscum in Christo, et qui* unxit *nos Deus·, qui et* signavit *nos et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris· (2* Cor 1,21). His verbis SS.Patres Ecclesiaeque doctores illud sacramentum designatum invenerunt, quo Spiritus Sanctus traditur, quodque inde his praecipue nominibus determinant : *confirmatio, signatio,* chrismatio Sive *unctio.*

Nomen *confirmationis*1 ad hoc sacramentum specialiter designandum, universaliter adhiberi non incepit nisi s.V. Sacramentum vero iam multo antea, a primis saeculis, multis quidem nominibusl significabatur:

1. A *materia* vocatur: unctio2, chrisma3, manus impositio 4,* χρίσμα B, unctio chrismatis6, sacramentum chrismatis 7, μύρον ®.
2. Ab *effectibus* : σφραγί 8,*signaculum 10, sigillum11 ; signaculum dominicum12, vitae aeternae13, spiritale 14 ; chrisma spiritalis unctionis1S, chrisma salu-

1 G.Barrille, *Confirmation d'après les Pères Grecs et Latins:* DTC 3.1026s; P.DB Puniet, *Confirmation:* DACL 3.2515-2519.

2 *Const. Apost.* 7,44: MG 1,1045; S-Cyprianus, *Epist. 70,2:* CSEL 3,2,768.

« S.Cyprianus, *Epist.* 70.2: CSEL 3,2,768.

4 S.Aucustinus, *De baptismo contra donat.* 3.16.21: MI, 43,149.

6 *Sacramentarium Serapionis, Oratio in oleum* 25: cd.Funk, 2,186.

• S.Salvianus, *De Gubernat.* 3,2: ML 53.58.

’ S.Aucustinus, *Contra Litt. Petil.* 3,104.239: ML 43,342.

8 *Const. Apost.* 7,22,2: MG 1,1012; ed.FuNK, 1,406.

’ S.Cornelius, *Epist. ad Fabian,* (apud .Eusebium, *Hist. Eccl.* 6,43): MG 20,624.

10 Tertullianus, *Advers. Marcion.* 3,22: ML 2.358.

11 *Sacramentarium Serapionis* 25: ed.FuNK, 2,186; *Const. Apost.* 7,22,2: ed.FuNK, 1.406.

« S.Cyprianus, *Epist.* 73,9: ML 4,1115.

18 S.Leo Magnus, *Sermo de Nativ. Dom.* 4.6: ML 54.207.

14 S.Ambrosius, *De Myster.* 7,42: MI, 16,403; Ps.Ambrosius, *De Sacrmtentis* 3,2: MJ, 16,434.

15 S.Leo M., *De Matin. Dom. sermo* 4,6: ML 54,207.

tis 1β, ἅγιον χρίσμα 17, μυστικὸν χρίσμα18,* consignatio ", confirmatio 20,21βεβαίωσι B1.

3. Ex *relatione ad baptismum:* perfectio22, complementum23, consummatio24,25baptismum Spiritus Sancti as, μυστήριον τελετή μύρον26.

107. Ecclesia, catholica semper confirmationem ut verum sacramentum habuit et a baptismo distinctum, imo vero, tanquam ipsius complementum. Statim post baptismum administrari solebat; cum vero episcopis reservaretur huius sacramenti administratio, si iustis de causis baptismus ab alio quam ab Episcopo conferebatur, confirmatio a baptismate separata, tempore vel occasione opportuna conficiebatur.

Duo sunt quae specialem difficultatem faciunt circa hoc sacramentum eiusque quasi historiam sive evolutionem: diversitas quoad effectum, et diversitas quoad ritum.

Si ad *effectum* attendimus, animadvertimus in saeculo primo (aut saltem tempore apostolorum) solemne fuisse saepe collationem charismatum dari in ipso instanti confirmationis; quae collatio charismatica iam postea non apparet. Ad *ritum* vero quod spectat, magna est varietas; non modo quoad ritum externum, seu caeremonias, sed etiam quoad ritum substantialem. Dum, enim, v.gr. in baptismo, iam inde ab initio apparet usus aquae, et solius aquae cum determinata formula, et semper substantialiter eadem, in confirmatione, e contrario, materia huius sacramenti designatur per impositionem manuum, vel per unctionem, chrismationem, etc. Ex hoc, apud catholicos dissensiones non fuerunt nisi circa materiam huius sacramenti ac praeterea etiam circa ministrum, ut suo loco videbimus.

108. *Reformatores* totam doctrinam sacramenti confirmationis penitus everterunt. Ante ipsos solummodo Wicleff et Huss errorem habuerunt circa ministrum huius sacramenti, ut patet ex Concilio Constantiensi (D 504); et antea Wal-

10 *Pontificale Romanum* Pars I, *De confirmandis.*
37 Conc.Laodic. cn.7: Hrd 1,782.
18 S.Cyrillus Hier., *Catech.* 21.4: MG 33,1902.
» S.Cyprianus, *Epist.* 73,6: CSEL 3.2,783.
20 Conc.Arausicanum, cn.2: Hrd 1,1783. S.Isidorus Hispal., *De offic. eccles.* 2,26: ML 8J.823.
21 *Const. Apost.* 3.17: MG 1,800.
23 Concil.Illiber. cn.38: Hrd 1,254; cn.77: Hrd 1,258.
23 Ps.Ambrosius, *De sacrament.* 3.2: ML 16,434.
24 S.Cyprianus, *Epist.* 73,9: CSEL 3,2,784.
25 Auct. *De Rcbaptism.* 10: ML 3.1195.
M *Çonst. Apost. 7,22,2'.* MG 1,1012; ed.Fw, 1,40$.

denses, sacramentum quidem acceperant, sed chrismationem reâecerunt, retenta manuum impositione.

At Lutherus in initio admisit sacramenta baptismi, confirmationis, paenitentiae, extremae unctionis simul cum eucharistia [27]; postea vero non nisi tria sacramenta agnovit: "baptismum, paenitentiam, panem" [28].

Melanchton proposuit: "Confirmatio olim fuit exploratio doctrinae in qua singuli recitabant summam doctrinae Christianae, et ostendebant se dissentire abi ethnicis et haereticis..." [29]

Sic paulatim usus confirmationis apud Protestantes extinctus est. Sed saeculo XλΠII Spencer voluit renovare caeremoniam impositionis manus ad vitam spiritualem instaurandam; quod quidem non paucis in locis obtinuit, non tamen sine magna multorum oppositione. Ecclesia lutherana semper servavit usum a Luthero commendatum eo sensu interpretatum quem Melanchton exponebat [30].

Protestantes hispani saeculi XIX, admittebant Sacramentum Confirmationis ab Episcopo administrandum ante primam puerorum participationem ad Coenam Domini. Ritus consistebat in quibusdam precibus et exhortationibus quas manus impositio, sine ulla unctione, sequebatur [30111'].

109. *Concilium Tridentinum* [31] examinare sibi proposuit quatuor Reformatorum propositiones circa confirmationis sacramentum: 1) Confirmatio non est sacramentum [32]; 2) Institutio confirmationis debetur Summis Pontificibus, non a Christo, et non habet promissionem gratiae Dei [33]; 3) Est vana, caeremonia, et alio tempore non fuit nisi catechesis qua, adolescentiae proximi, fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant [3·*]; 4) Minister confirmationis non est solus episcopus sed quilibet sacerdos [35].

Tres priores propositiones damnatae sunt tanquam haereticae, quarta in sensu reformatorum damnari potest dici, sed

27 *Ein Sermon von dem Ncucn Testament* (1520): *Opera Omnia* ed.WsiMAK, 6,367.

28 *De Captiv. Babyl.: Opera Omnia* 7,501.

20 *Loci communes* 48.

30 P.Bernard, *La Confirmation chez les Protestons:* DTC 3,1082-1088.

so bi· *Oficios divinos y administraciôn dc los sacramentos y otros ritos en la Iplcsia espaûola reformada* (Madrid 1889) 315-325.

31 CTr 5,838s.

32 Lutherus, *Dc Captiv. Babyl.* l.c.

33 *Confessio Augustana.*

31 Melanchthon, *Loci comntoincs,* l.c.

33 *f^ipellus reformationis ad Colonicnscj.*

cum quadam additione fuit proposita. Itaque sollemni definitione, die 3 martii 1547, sessione VII statutum est:

Cn. 1. Si quis dixerit, confirmationem baptizatorum otiosam caeremoniam esse et non potius verum et proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolescentiae proximi fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant: A.S.

Cn. 2. Si quis dixerit iniurios esse Spiritui Sancto eos, qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt: A.S.

Cn. 3. Si quis dixerit sanctae confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem: A.S. (D 871-873).

BlÈL1ÛGRAPHiA GENERALIS

Bει,ι,λ ρμ ινο. R. (S.), *De Sacramento Confirmationis* (ed. Vrvès) 3,588s (Paris 1870).

Dolger, F.X.J., *Das Sakrament der Firmung* (Wien 1906).

Coppens, J., *L'imposition des mains et les rites connexes dans le N.T. et dans l'Eglise ancienne* (Paris 1925).

D'Alès, A., *Prima lineamenta tractatus dogmatici de Baptismo et Confirmatione* (Paris 1927).

— *Baptême et Confirmation* (Paris 1927).

MontAnchez, J., *Bautismo, Confirmaciôn* (Buenos Aires 1941).

CroecaerT, A., *Baptême, Confirmation, Eucharistie** (Bruges-Paris 1946).

Gasnier, M., *La grâce de ma confirmation* (Paris 1946).

Doronzo, E., *Tractatus Dogmatici de Baptismo et Confirmatione* (Milwaukee 1947).

Lennerz, H., *De Sacramento confirmationis** (Roma 1949).

CAPUT I

Exsistentia sacramenti confirmationis

Thesis 1. Baptizatis ritus confirmationis confertur, qui est verum Novae Legis sacramentum.

S.Th., 3 q.72; SuXrez, d.32 s.1; Pesch, 491-500; Puig de la B., 269-279; Lennerz, 56-72; LerchEr-Umberg, 194-204; Doronzo, 264-276.

110. Nexus. Per baptismum homo fit membrum Ecclesiae catholicae et subditus Christi Regis, estque pars corporis mystici Christi; sed adhuc perfectionem pertingere debet. Christus voluit ut sacramentis, ad modum vitae materialis, in vita spirituali homines progrederentur; ideo post sacramentum baptismi aliud sacramentum instituit ad robur spiritus conferendum. Tale est sacramentum confirmationis. Novatores autem huius sacramenti rationem negant, affirmantes non esse aliud a baptismo distinctum. Ideo sacramentalitas confirmationis stabilienda in primis est.

111. Notiones. Baptizatis. Hoc verbo non solum significamus confirmationem a non baptizatis recipi non posse (cum iam sciamus baptismum esse necessarium ad alia suscipienda sacramenta), sed etiam indicare volumus ritum confirmationis esse a ritu baptismi distinctum et seperabilem, ita ut unusquisque suum diversum effectum obtineat.

Ritum confirmationis intelligimus prout nunc ab Ecclesia adhibetur, videlicet, impositione manus chrismafido renatos, et invocatione Spiritus Sancti. Praescindimus ab ulteriore quaestione dilucidanda de materia et forma huius sacramenti.

Confirmatio, prout est Novae Legis sacramentum, definiri potest: "Ritus quo post baptismum, et ut eius complementum, datur Spiritus Sanctus ad robur et ad firmiter credendum et hanc fidem intrepide confitendum" [1]. Est, igitur,

[1] PuiG de la B., *De Sacramentis* 269. Cf. Umberg, *Confirmatione baptismus "perficitur"*: EphThLov (1924) 505-517.

ritus a baptismo distinctus, neque intelligendus est cum ipso tanquam essentialiter et necessario connexus. Est tamen complementum ipsius, non quidem tanquam si esset pars ipsius, neque ad modum quo episcopatus potest dici complementum presbyteratus; sed quatenus est sacramentum novum et distinctum, quod vires in baptismo receptas adauget et ad plenitudinem quandam perducit. Baptismus est sacramentum renascendae spiritualis ; confirmatio est sacramentum adolescendae. In baptismo fides, spes, caritas infunduntur; in confirmatione roborantur, et anima vires adquirit ad fidem illam defendendam et virtutes alias augendas. His omnibus confirmatio est complementum baptismi.

112. Ad quaestionem plenius intelligendam notare oportet difficultatem quam Protestantes contra hoc sacramentum adducunt: "Sacramentum confirmationis vel adhibetur ad *conferendam gratiam,* vel ad *conferendum robur:* primum, iam habetur per baptismum; secundum confert Eucharistia. Ergo confirmatio est vana". Praeter solutionem, quae dari statim potest, scilicet, nihil nos debere a priori statuere cum argumenta positiva exsistentiam huius sacramenti ostendant, haec determinanda erunt: Cum dicimus confirmationem esse statutam a Christo tanquam verum sacramentum, nolumus significare per hoc sacramentum : a) *conferri unice· gratiam,* tanquam si alia sacramenta gratiam non conferrent ; neque b) *conferri gratiam necessariam,* tanquam si alia sacramenta non conferrent gratias sufficientes ad effectus necessarios producendos; c) *neque quaerimus* an detur aliquod sacramentum *pet quod exclusive* detur Spiritus Sanctus (quandoquidem cum· gratia semper connectitur inhabitatio Spiritus Sancti in anima) ; sed d) *tantum dicimus* confirmationem esse sacramentum in quo speciali ratione communicatur Spiritus Sanctus ad specialem effectum producendum, scilicet,ad efficiendos Christianos *milites* Christi.

113. Adversarii. *Novationi* videntur non admisisse confirmationem, nam eius dux illam non acceperat, et quidem, ut videtur, ex contemptu (Kch 256,15; R 547).

Expressis verbis hoc sacramentum negaverunt *Albigenses,* quibus postea accesserunt *Waldenses* (D 424), *IVicleffitae* (qui tamen erraverunt dumtaxat circa ministrum: D 504) et tandem *Protestantes.* Iuxta Lutherum 2, apostoli quidem imponebant manus, sed tantum ut conferrent *dona* Spiritus3

3 *De Captiv. BabyL,* l.c.

Sancti, minime veroi *donum* Spiritum Sanctum; christiani accipiebant, illa impositione manuum, multa charismata, sed non gratiam internam, quae per solam fidem infunditur. Labente tempore Ecclesia oblita est horum charismatum ; episcopi autem conservarunt hunc ritum confirmationis ad ostensionem suae auctoritatis ; qui quidem ritus non inutilis evasit. Nam, iuxta Lutherum, ritus confirmationis inservit ad initiandum officialiter christianum in externam societatem ecclesiasticam : puer, cum ad 14 aetatis annum pervenerit, debet sistere coram sacerdote et coram quodam tribunale de religione sive de catechismo christiano responsurus ; tunc renovat professionem fidei in baptismo a parentibus emissa, et a sacerdote sollemniter in Ecclesiam cooptatur.

Calvinus 3 tenet confirmationem non differre a baptismo quoad effectus, ac proinde nequit a baptismo distingui. Antiquitus non fuit nisi mera caeremonia professionis fidei ab infantibus emissae cum ad annos discretionis pervenerant.

M'ëlanchton 3* iam supra diximus (n.108) docuisse quod postea Lutherus acceptavit, scilicet, confirmationem esse examen sive specimen catechismi.

Protestantes, quamvis non conveniant in explicanda ratione confirmationis, unanimi affectu illam respuunt tanquam ritum mere ecclesiasticum (Lutherus) 6, abortivam sacramenti larvam (Calvinus) ®.

Modernistae similiter negant hoc sacramentum, quod dicunt non spectare ad historiam christianismi (D 2044).

114. Doctrina Ecclesiae. *Concilium IlHberitanum*" (c.300) iam statuit disciplinam circa administrationem confirmationis, canone 38: "In casu necessitatis potest laicus baptizare catechumenum, ita ut, si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit". Canone *77* statuit Concilium, ut diaconus baptizet quidem, sed baptizatos episcopus debet per benedictionem perficere.

Idem docet Innocentius I (D 98). Innocentius III ait: "Per frontis chrismationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur confirmatio quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur et robur" (D 419).

Professio fidei IValdensibus praescripta (D 424).

3 *Institutio religionis Christianae* 16; *Corpus Reformatorum* 29,1068s.
* *Loci communes* 48; *Apologia confessionis* 8,6.
8 *Dc Capt. Babyl.* pracludtum.
6 *Institutio religionis Christianae* 4,19; *Corpus Reformatorum* 29,1070.
' Msi ?,1?,

Concilium Lugdunense II: "Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana Ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma...; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos" (D 465).

Benedictus XII inter errores Armenorum includit illud, quod dicant sacramentum confirmationis nihil valere (D 543). Eodem pacto Clemens VI ad Catholicon Armenorum diversas interrogationes facit circa ministrum confirmationis (D 571-574). *Concilium Florentinum* in instructione ad Armenos, recenset confirmationem inter sacramenta Novae Legis (D 697).

Concilium Tridentinum, ut supra dictum est (n.109), in sessione VII damnavit errores Reformatorum circa hoc sacramentum. Discussiones hac de re habitae sunt primo a theologis in octo congregationibus particularibus et postea in 12 congregationibus generalibus a Patribus. Tandem sessione VII Concilii definita doctrina est de confirmatione complectens tres canones, qui respiciunt ad quatuor praecipuos protestantium errores. In illis asseritur confirmationem esse verum et proprium sacramentum, et chrismationi virtutem veram tribuit (D 871s). Et in eadem sessione, in canone 1 de sacramentis in genere, iam annumerata erat confirmatio inter septem vera sacramenta Ecclesiae (D 844).

S.Pius X, decreto *Lamentabili,* damnavit errores modernistarum (D 2044).

Pius XII in Encyclica *Mystici Corporis*[8] determinat officium huius sacramenti in vita Christiana.

Valor dogmaticus. Thesis est *de fide divina et catholicd definita.*

115. Probatur ex sacra Scriptura. Act 8,16-20: Postquam Philippus diaconus baptizavit samaritanos conversos, venerunt in Samariam Petrus et loannes, qui *oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini lesu. Tunc imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum.* Quod ut vidit Simon magus voluit pecunia emere ab apostolis illam facultatem dandi Spiritum Sanctum.

Act 19,1-6: Cum venisset S.Paulus Ephesum invenit aliquos discipulos qui baptismum loannis duntaxat receperant;

[8] AAS 35 (1943) 201.

eos edocuit doctrinam de Spiritu Sancto, baptizavit et *cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant.*

116. *Explicatio textus*9. His locis apparet modus procedendi apostolorum : primum discipulos docent doctrinam Christi. et credentes baptizant; si ille qui baptizat est apostolus, sive episcopus, procedit ad manus impositionem ut Spiritum Sanctum baptizato tradat ; si vero apostolus non est, baptizatus spectat adventum alicuius apostoli sive episcopi, qui in eum manus imponat et tradat ei Spiritum Sanctum.

Hoc ritu traditur Spiritus Sanctus, qui, in, his locis citatis, descendit super baptizatos forma- charismatica, ut expresse dicitur in 19,6 *(loquebantur linguis et prophetabant'),* et implicite in 8,19s, quia Simon magus volebat similem ipse potestatem habere, scilicet patrandi illa mira signa quae ut effectus Spiritus Sancti videbat, et aliis etiam illam posse communicare.

Ob quem specialem finem apostoli et S.Paulus darent Spiritum Sanctum post acceptum baptismum, his locis expresse non dicitur, sed certe apparet ritus impositionis manus ad tradendum Spiritum Sanctum, aliquid esse quod apostoli iudicant necessarium post baptismum acceptum ; et ideo Petrus et loannes Samariam petunt, et S.Paulus de accepto necne Spiritu Sancto ephesinos interrogat.

At ex aliis Evangelii locis constat Christum promisisse Spiritum Sanctum et quidem non potest esse dubium illam promissionem effectum habuisse in ritu quem apostoli exercebant in locis citatis. Nam S.Petrus Simoni, emere cupienti facultatem tradendi Spiritum Sanctum, respondet: *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei* (τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ) *existimasti pecunia possideri* (Act 8,20). Itaque Spiritus Sanctus est *donum Dei,* cuius traditionem intendebat Simon emere: et de hoc *dono Dei* dixerat lesus mulieri Samaritanae: *Si scires* donum Dei ' (τὴν δωρεάν του Θεοῦ) *et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam* (Io 4,10). Haec autem "aqua viva" est ipsum "donum Dei", seu Spiritus Sanctus, ut S.loannes declarat narrans verba lesu: *In novissimo autem die* [scenopegiae] *stabat lesus, et clamabat mcens: Si quis sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre*

• Praeter commentatores in h l., confrtri utiliter possunt Lennerz. *Dc Sacramento Confirmationis* nn.3-8.65-72; C.Rucn, *Confirmation dans* ‹la *Sainte Ecriture:* DTC 3.075-1026; I.B.UmbErg, *Dc Sacramentis* I n.754-764.

eius fluent aquae vivae. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia lesus nondum erat glorificatits'*10 (Io 7,37-39). Ergo Spiritus Sanctus est donum Dei. et aqua viva animam satians ". Alii etiam effectus, ad quos producendos traditur Spiritus Sanctus, referuntur ab ipso lesu : *Ego mitto promissum Patris mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoadusque* induamini virtute *ex alto* (Lc 24,28). *Et convescens praecepit cis ab Icrosolymis ne discederent, sed expectorent promissionem Patris quam audistis, inquit, per os meum; quia loannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto, non post multos hos dies... Accipietis* virtutem *supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem et in omni htdaea et Samaria et usque ad ultimum terrae* (Act 1,4-8). Hoc testimonium praebent apostoli in synagogis et conciliis, quia haec *virtus* divina docebit eos: *Cum autem inducent vos in synagogas ct in magistratus et potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis; Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat voÀ dicere* (Lc 12,1 ls).

In postrema coena Christus promisit Spiritum Sanctum qui solabitur apostolos et *vos cognoscetis eum; quia apud vos manebit, et in vobis erit* (Io 14,17) ; *ille vos docebit* [ὑπομνήσει = suggeret vobis, in memoriam revocabit] *omnia, quaecumque dixero vobis* (v.26) ; *ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* [ὁδηγήσει ὑμά ει τήν ἀλήόέιαν πασαν= per viam ducet vos in omnem veritatem]... *ille me clarificavit, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis* (16,13s).

Iam vero, haec, prout promissa erant, concessa sunt. Nam die Pentecostes apostoli Spiritum, Sanctum receperunt, et statim "testes" manifestantur eorum quae a Christo acceperant : S.Petrus contionatur intrepide (Act 2,14-37) ; ductus ad Synedrium cum loanne, post sanationem viri claudi, *repletus Spiritu Sancto Petrus* Christum confessus est, et cognita re a fratribus apostolis, dum omnes gratias agerent, *et cum orassent motus est locus, in quo erant congregati, et repleti sunt om-*

w II.Rahner, *Ehemina dc ventre Christi: Dic patristische Ausleyung vvη Io 7,37-38:* Bibi (1941) 269-302.367-403; mavult textum ita legere: *Si quis sitit veniat ad me ; ct bibat qui credit in me. Sicut dicit Scriptura flumina dc v-ntre cius fluent aquae vivae.* luxta hanc interpunctionem, "aquae vivae" intclligerentur fluere de Christo, non de christiano. Hanc etiam interpunctionem adhibet Pius XII in Encyc. *Haurietis aquas* (AAS 48 [1956] 310)

11 Sub hac éadem metaphora aquae, saepe Spiritus Sanctus promissus fuerat in Vetere Testamento: *Effundam tiquas super sitientem... ; effundam Spiritum meum super semen tuum* (Ez 44,3; cf. 49,10; 36,26; 47,lr22); Is 12,3; *rictis aquas in gaudio dc fontibus salvatoris.*

nes Spiritu Sancto, ct loquebantur verbum· Dei cum fiducia (4,1-3); praediti hac virtute *magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis lesu Christi Domini nostri* (v.33). Omnes postea apostoli in vincula coniecti, magna fiducia coram synedrio et sacerdotibus causam Christi defenderunt usque ad sanguinem, ita ut caesi et dimissi *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine lesu contumeliam pati* (5,26-42) ; et hoc quidem faciebant, quia *et nos sumus testes horum verborum, et Spiritus Sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibtis sibi* (v.32). Itaque effectus Spiritus Sancti in apostolos erat robur, fiducia, virtus, ad confitendam acceptam fidem.

117. *Argumentum.* His positis arguimus: Illa impositio manus, qua apostoli Spiritum Sanctum tradebant, est signum sensibile ac symbolicum efficax gratiae a Christo statutum, et a baptismo distinctum. Ergo est sacramentum.

Prob antec. a) *Signum sensibile* ostenditur ac symbolicum in impositione manuum, qua traditur potestas; talis enim ritus apud antiquos traditionem aliquam potestatis sive spiritualis sive dominativae significabat.

b) *Efficax gratiae:* etenim collatio Spiritus Sancti, apparebat tunc revera in modo charismatico, sed respondebat illis effectibus internis qui postea apparent in apostolis, ut diximus : virtus, robur, fiducia, etc. Datur etiam tanquam "donum Dei", et Spiritus Sanctus manet in apostolis, etc. ; quae omnia respondent gratiae internae, quae datur animae tanquam principium supernaturale ad actus supernaturales operandos.

Et huiusmodi effectus pendet a signo sacramentali ; nam confecto ritu gratia confertur, et ita quidem, ut in textibus allatis appareat connexionem esse inter ritum et effectum, connexionem verae causalitatis. Nec Apostoli exigunt aliam dispositionem in recipiente confirmationem, quam illam quae semper ad gratiam recipiendam requiritur.

c) *A Christo institutum:* nam apostoli statim post Pentecosten iam apparent ritum illtim exercentes et quidem tanquam aliquid necessarium, ut complementum baptismi ; quod quidem supponit illos in hac re instructionem a Christo accepisse.

d) *A baptismo distinctum:* ut evidens est, datur ut complementum baptismi et non nisi post baptismum ; ab episcopo—apostolis—non autem a Philippo diacono; a baptismo separari potest. Praeterea datur ad fidem intrepide confiten-

dam, dum baptismus est ad regenerationem spiritualem ; quod patet ex promissione Christi, ex effectibus supra memoratis, et ex ipsa Petri praedicatione, qui hortatur omnes ut baptizentur ad hoc ut possint accipere Spiritum Sanctum (Act 2,38).

118. Probatur ex traditione. Primis saeculis testimonia sunt obscuriora[12]. Attamen quamvis Patres Apologistae non clare et expresse de confirmatione agunt, ad illam tamen alludunt aliquando. Sic S.Clemens Romanus inter gratias Corinthiis collatas enumerat "plenitudinem Spiritus Sancti"[13], quo roboratus est Hermas iuxta testimonium *Pastoris*[14], et cuius unctione proprie et iure *christiani* appellari debemus, ut dicit Theodorus Antiochenus (R 174).

Saeculo III praeclara exstant testimonia Tertulliani et S.Cypriani. Tertullianus saltem septies dc confirmatione loquitur[15], et solet (quamvis non semper), illam inter baptismum et Eucharistiam annumerare (R 30-1 333 362) ; et praecipue attendit ad effectus spirituales quos producit. S.Cyprianus [16] potius respicit ad necessitatem et ritus essentiales huius sacramenti, insistendo etiam in necessitate episcopi tanquam ministri (R 592 595). Uterque distinguit confirmationem a baptismo, et tanquam ipsius complementum illam proponunt: "Dehinc (post baptismum) manus imponitur per benedictionem, advocans et invitans Spiritum Sanctum" (R 304). Effectus autem unctionis est spiritualis "quomodo et ipsius baptismi carnalis actus quo in aqua mergimur, spiritualis effectus quod delictis liberamur" [17]. "Qui legitimum et ecclesiasticum baptisma consecuti fuerant, baptizari eos [Samaritanos] ultra non oportebat, sed tantummodo quod deerat, id a Petro et loanne factum est, ut oratione pro iis habita et manu imposita invocaretur et infunderetur super eos Spiritus Sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, praepositis ecclesiae offerantur et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur"[18]. Ut patet

[12] P.BareillE, *Confirmation d'après les Pères Grecs et Latins:* DTC 3,1027s.
[13] *2 Cor* 2: ed.FuNK, 187.
[14] *Sim.* 9,1,2: ed.FuNK, 577. Aliquae allusiones inveniuntur etiam in S.Irenaeo, *Adv. hacr.* 1,21,3: MG 7,663; atque etiam in S.Théophile Antioch., *Ad Autd.* 1,12: MG 6,1042.
[15] In *De Bapt.* c.6 et 8 (bis) : ML 1,1206; *Dc Pracscript.* c.36 et 40: ML 2.49 et 54; *Dc resur. earn.* 8: ML 2,806; *De Pudicit.* 1: ML 2,980. Cf. etiam *Adv. Marc.* 1,14: ML 2,262. Textus habentur apud D'ÂLÈS, 172.
[16] *Epist.* 69,11; 70.3; 72,1; 73,6.9.21. etc.: ML 3.1045s.
[17] Tertullianus, *De Baptism.* 7: ML 1,1206.
[18] S.Cyprianus, *Epist.* 73,9: ML 4,1115.

S.Cyprianus loquitur de illo ritu ab apostolis in Samaria adhibito, quem dicit repeti adhuc in ecclesia; nec tamen constat tempore S.Cypriani Spiritum Sanctum charismatice descendere sicut tempore apostolorum. Praeterea est ritus a baptismo diversus, separabilis, et effectum spiritualem conferens simul cum impressione characteris.

Saeculo IV iam omnes Patres consentiunt his quae a S.Hieronymo asseruntur: hanc esse ecclesiarum consuetudinem "ut ad eos qui per presbyteros et diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem Spiritus Sancti manum impositurus excurrat" ie.

S.Hippolytus ait: "Quid est hoc oleum nisi virtus Spiritus Sancti quo post lavacrum veluti chrismate unguntur credentes?"[20] Et S.Cornelius Papa reprehendit Novatianum quod post morbum omiserit ea quae solent baptizatis dari: consignationem ab episcopo (R 547). *Auctor de Sacramentis:* "Sequitur [baptismum] spiritale signaculum quod audistis hodie legi; quia post fontem superest ut perfectio fiat, quando ad invocationem sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii atque virtutis, spiritus cognitionis atque pietatis, spiritus sancti timoris: septem quasi virtutes Spiritus" (R 1337).

119. Ratio theologica. "Sacramenta novae legis ordinantur ad speciales gratiae effectus: et ideo ubi occurrit aliquis specialis effectus gratiae, ibi ordinatur speciale sacramentum... Et inde est etiam quod praeter motum generationis, quo aliquis accipit vitam corporalem, est motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam aetatem. Sic igitur et vitam spiritualem homo accipit per baptismum, qui est spiritualis regeneratio; in confirmatione autem accipit quasi quamdam perfectam aetatem spiritualis vitae"[21].

120. Obiectio. Impositione manus dabatur Spiritus Sanctus. Atqui post baptismum iam habet Christianus Spiritum Sanctum. Ergo illa traditio debebat referri ad charismata.

Conc. mai. Dist. min. Per baptismum christiani iam habent Spiritum Sanctum tanquam gratiam primam in qua adhuc crescere possunt, *conc. -min.;* nec in illa iam crescere possunt, *nego min. Dist. cons.* Intelligenda sunt charismata exclusive, *nego cons.;* etiam charismata praeter gratiam internam, *conc. cons.* Per baptismum christiani certe accipiunt iam Spiritum Sanctum in gratia prima sanctificante, sed non in illa perfectione et quasi consummatione qua pro-

w *Dialogus contra Lucifer.* 9: ML 23.163. Uberiores textus habent D'Alès, 174-178;; LennErz. n.15-55; Otten, n.385.

» *In Dan.* 1,16: MG 10,693.

« 3 q.72 a.l.

misit Christus. Et quidem Christus Spiritum Sanctum baptizatis promisit; ergo haec collatio 'Spiritus Sancti a Christo promissa, est distincta ab illa quae in baptismo confertur. Quod non sit iutclligeuda de solis charismatibus expositum est in argumento.

121. Scholion. *De tempore institutionis sacramenti confirmationis.* Non defuerunt auctores[22] qui dicerent confirmationem non fuisse a Christo sed ab apostolis institutam; sed hoc' facile reicitur quia solus Christus potuit sacramenta instituere.

Pauci veteres[23]* putaverunt institutum esse a Christo hoc sacramentum quando parvulos amplectebatur et benedicebat (Mt 19,13). Alii[21] posuerunt institutionem in ultima cocna, quando Christus promisit missionem Spiritus Sancti (Io 14,16-17) etc. At his locis potius sermo est de promissione quam de institutione sacramenti. Pro hac sententia stat Catechismus Concilii Tridentini'®, qui in suum favorem affert testimonium Fabiani. Sed hoc testimonium non est authenticum.

S.Thomas, cum multis aliis theologis[2]", sentit institutum fuisse a Christo "non exhibendo sed promittendo" [21]; hoc modo potest adduci locus loannis in ultima cocna. Sententia est probabilis, quatenus significat Christum indicasse apostolis quod postea ipsi facere debebant.

Tandem communior[28] sententia est confirmationem esse institutam tempore quo Christus cum apostolis conversatus est de regno Dei per quadraginta dies (Act 1,2s). Aliae circumstantiae temporis et loci determinari non possunt[20].

22 Alex. HalEnsis (ό'Ii,πυι. p.4 q.9 m.1) putavit confirmationem institutam instinctu Spiritus Sancti in Concilio Meldensi an.845; Rolandus, «Schî. cd.GiETi, 213; P.AurEolus, *In 4 Λ.7* q.1 a.1; secundum S.Bonaventuras* Christus insinuavit, Spiritus Sanctusi instituit *(In 4* d.23 a.1 q.2); sed contrarium dicit in *Brcviloquio* p.6 e.4 S.Albertus M.: "Credo quod illud sacramentum Christus nec dispensavit nec instituit" *(In 4* d.7 a.1 q.1).

23 Robertus Pullus, *Sententiae* p.5 c.22.

3' D.Soto, *In 4* d.7 q.unic. a.1.

45 P·2 c.3,6

36 Cf. Ed.FrutsaKrt, *Saint Thomas ct Vinstitution de ia Confirmation:* NouvRcvTh 56 (1929) 23-34.

« 3 q.72 a.1 ad 1. Sed *In 4* d.7 q.1 sol.1 ad 1, docuerat Christum instituisse et contulisse confirmationem, secundum Mt 19,13. In *Summa* vero reict hanc opinionem, sc. Christum contulisse confirmationem, ex Io 16,7.

Ά Scotus, *In 4* d-7 q.1 a.1; inter modernoos Otten, 388; Umberg, 778; LenchEr-Umberg, 205.

20 Suarez, d.32 s.2 n.3s.

CAPUT II

Essentia sacramenti confirmationis

Thesis 2. Materia remota sacramenti confirmationis est chrisma ab episcopo benedictum; materia vero proxima est impositio manus, quae in actu chrismandi fit.

S.Th , 3 q.72 a.2; SuXrkz, d.33 s.3s; Pesck, 502-518; Otten, 390-401; Lercher-Umberg, 206-219; LennKrz, 73-150; Doronzo, 277-319.

122. Nexus. Sicut in aliis sacramentis etiam in confirmatione quaerenda et determinanda est eius essentia, quippe quae est necessaria ad validitatem. Specialem difficultatem facit ipsa varietas ritus et nominis ad hoc sacramentum conficiendum et designandum. Quapropter nccesse est in hoc sacramento apprime distinguere materiam proximam a materia remota. Cum tota quaestio sit circa materiam, de ea agemus; et de forma loquemur in scholio.

123. Notiones. Quid sit materia proxima et remota iam abunde constat.

Chrisma est oleum olivarum mixtum balsamo. In usu fuit semper oleum olivarum, non tamen certo constat necessarium esse ad validitatem, ita ut alius olei usus esset invalidus. Inter occidentales de hac re quaestio nunquam est habita. Sed apud orientales disputatio facta est inter Nersen ct Theorianum saeculo XII. Nerses defendebat liceitatem olei "de arbusculo, quod sesamum vocant..., quia in Armeniae provincia propter aeris frigus non habentur olivae; ideoque necesse fuit ad chrismatis materiam oleum illud accipere, quod in ea provihcia reperitur"[1]. Tamen, saltem ex usu Ecclesiae, dubia erit chrismatio facta oleo quod olivarum non sit.

Balsamum, quo Ecclesia utitur, est resina ex Commiphora opobalsamum manans. Non tamen videtur necessarium tale balsamum adhibere ; sufficit balsamum ex aliqua regione, quod oleo odorem infundat. Neque ad essentiam absolute videtur requiri, quamvis certo est de necessitate saltem praecepti[2]. Tum quoad speciem olei, tum quoad naturam et necessitatem balsami attinet, disputatio pendet a sentententia quam quisque

* *Nersis opera* 1,183. De controversia inter Nersen et Theorianum, cf. MG 133,191.

3 Scotus *(In 4* d.7 q.unic. a.2), et Caietanus (3 q.72 a.2) requirebant oleum se4 non balsamum.

teneat de determinatione generica vel specifica sacramentorum a Christo facta.·

Impositio manus. In ritu confirmationis episcopus primo extendit manus versus chrismandos recitans orationem ; postea intingens pollicem chrismate ungit frontem singulorum confirmandorum pronuntians formam, quam dum pronuntiat "imposita manu super caput confirmandi producit pollice signum crucis in fronte illius"[3]. Hinc quaeri potest, quaenam ex his impositionibus manus sit essentialis, et an aliqua essentialis sit. Quidquid est de aliis temporibus et usibus[4], nunc certo unica essentialis impositio manus est secunda, scilicet, illa quae in ipsa chrismatione consistit.

Oleum benedici debet ab episcopo, Feria V in Coena Domini, potest tamen Summus Pontifex simplici presbytero hanc concederè facultatem. Talis benedictio episcopalis etiam essentialis esse videtur.

124. Sententiae. Controversia solum exsistit inter catholicos, quorum sententiae ad has reduci possunt :

a) Materia confirmationis est sola prima manus impositio. Ita Petrus Aureoli[6]; ipse tamen distinguit inter essentiam et integritatem sacramenti : impositio manus est de essentia, chrismatio est de integritate. Solent etiam citari pro hac sententia Sirmond et Habert ; sed primus non vult ingredi in quaestionem dc materia confirmationis [8] ; et Habert tantum affirmat Ecclesiam imposuisse chrismationem, sed non dicit impositionem manus esse unicam materiam [7]. Etiam pro hac sententia fuerunt *multi antiqui canonistae.* Nostris diebus iam nemo illam tenet (neque theologi neque canonistae) [s]. S.Congregatio de Propaganda Fide declaravit: "non esse repetendam confirmationem sub condicione"[8] in casu proposito a quodam missionario, qui omiserat primam manus impositionem. Aliqui adducunt etiam contra hanc sententiam quod Graeci non habeant hanc manus impositionem; sed "haec ratio caute adhibenda est" [18].

3 *Rituale Romanum,* Appendix de Confirmatione.
4 Ampla controversia fuit de ritu confirmationis inter PJÂE Puniet, O.S.B., et P.Gautier, S.I. Primus in *Confirmation:* DACE; *Onction et Confirmation:* RevHistEecl 13 (1012) 450-466. P.Galtier. *La Consignation à Carthage et à Rome:* RechScRel 2 (1911) 355-383; *La Consignation dans les églises d*Occident:* RevHistEccle 13 (1912) 257-301; *Onction et Confirmation:* ibid. 467-476.
6 *In 4* dist.7 q.l.
e *Antirrheticus 2* C.8.
7 *Archieraticon* (Paris 1643) 701-704.
* Ita videntur asserere fautores huius sententiae.
8 Decr.6 aug.1840.
10 XfiHNRZ, *Dc Sacramento Confirmationi^* 1?0.

b) Materia consistit in sola unctione. Ita S.Thomas11, ScoTUS12 et *plures alii.* Hi admittunt apostolos confirmasse impositione manus, ast etiam concedunt Ecclesiam posse materiam sacramentorum mutare. Haec sententia hodie generatim non admittitur.

c) Alii, ut Tapper 18,* Estius, Mayer exigunt et chrismationem et primam manus impositionem. Non facile admittitur haec opinio.

rf) Maior denique pars theologorum et canonistarum cum S.Roberto Bellarmino w, Suarez 15, Pesch 16,* Wirceburgensibus ", PuiG de la BliLLACASA 18, L'ERCHER 10, LENNERZ 20, et ceteris, dicunt impositionem manus (quae citatur in ritu antiquo confirmationis), esse eandem actionem chrismandi, prout in notionibus explicavimus et in argumento dicetur. Hanc eandem sententiam tenet Umberg 21, sed hoc discrimine, quatenus affirmat impositionem manus fuisse a Christo statutam et chrismationem ab Ecclesia determinatam; utraque actio est necessaria ad validitatem, et quidem tanquam, duas actiones distinctas. Similem opinionem sustinet Greenstock 21 a.

125. Doctrina Ecclesiae. Praeter documenta allata iam in superiori thesi, haec memorasse iuvat: Innocentius III: "Per frontis' chrismationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur confirmatio, quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur et robur" (D 419). Eandem identitatem inter chrismationem et manus impositionem indicat Innocentius IV cum. affirmat Spiritus Sancti donum in chrismatis unctione conferri (D 450), et postea dicat: "Aliud est sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos" (D 465).

11 3 *q.72* a.2. At etiami ponitur inter fautores quartae sententiae. Cf Doronzo, *l.c.* 280.
ia Scotus, *In 4* d.7 q.1 n.2.
13 *Explicatio articulorum venerandae facultatis sacrae Theologiae generalis studii Lovanicnsis* a.12.
14 *De Sacraniento Confirmationis* c.9.
16 D.33 s.4. Multi auctores (ut Pesch, 503; Puig de la B., 282, etc.) citant Suârez inter fautores secundae sententia; sed potius in quarta ponendus est, quia dicit chrisma esse materiam remotam (cf. Otten, 392).
1ß *Praelectiones Dogmaticae* 6,510s.
,T *De Confirmatione* 149.
18 *De Sacramentis* 1,280s.
10 Ed.3 n.207.
20 *Dc Sacramento Confirmationis* 131s. Ipse inclinat in secundam sententiam, sed addit: "Propter auctoritatem tamen tot theologorum dici fortasse potest, probabile esse, aliquam manus impositionem nunc requiri, sive ea est identica rcaliter cum unctione, sive ea est non quidem identica, sed simultanée cum unctione".
21 *Zum Gewalt der Kirche Uber die Sahramcnte:* Kath 95 (1915,11) 25-40.
2U D.-L.Greenstock, *El problema de la Confirmaciôn:* CiencTom 80 (1953) 175-228.539-590; 81 (1954) 201-240

Clemens VI interrogat Catholicon Armenorum an credat chrisma benedicendum esse ah episcopo, hunc esse ministrum confirmationis et solum romanum pontificem posse delegare presbyteris hanc confirmandi facultatem (D 571-574).

Eugenius IV in instructione ad armenos: “Secundum sacramentum est confirmatio; cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, quod odorem significat bonae famae, per episcopum benedicto... Loco autem illius manus impositionis [qua utebantur apostoli] datur in Ecclesia confirmatio” (D 697).

Secundum Benedictum XIV, episcopi latini infantes seu alios in suis dioecesibus baptizatos a presbyteris Graecis, absolute chrismate in fronte consignatos confirmare debent (D 1458). Et in Encyclica *lix quo primum* (1 mart. 1756, 52) ait: “Quod itaque extra controversiam est, hoc dicatur: nimirum in Ecclesia latina confirmationis Sacramentum conferri adhibito sacro chrismate sive oleo olivarum balsamo admixto et ab episcopo benedicto, ductoque signo crucis per sacramenti ministrum in fronte suscipientis, dum idem minister formae verba pronuntiat”.

Ad traditionem apostolicam revocant Innocentius III (D 424) et Innocentius IV (D 450 al. 3041).

C1C cn.780 praescribit: “Sacramentum confirmationis conferri debet per manus impositionem cum unctione chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta”.

126. Valor dogmaticus. Materiam remotam esse oleum, est *certissimum.* Esse chrisma est *sententia communis.* Necessariam esse benedictionem episcopalem est etiam *sententia communis.*

Materiam proximam esse chrismationem, est *sententia certa et communis.* Necessariam esse impositionem manus, non tamen distinctam ab ipsa chrismatione, est pariter *certa et communis opinio.* Non requiri primam manus impositionem, est *certissimum.*

127. Probatur prima pars. Illa est materia remota sacramenti confirmationis, quae ad tale sacramentum requiritur. Atqui huiusmodi est chrisma. Ergo.

Minor patet ex documentis allatis supra (n.125) et ex afferendis in secunda parte, ex SS.Patribus.

Quod *chrisma ab episcopo benedici debeat* et non a simplici presbytero, constat ex documentis ecclesiasticis Cie-

mentis VI et Eugenii IV supra memoratis (n.125), quibus addi possunt: Instructio Clementis VIII super ritibus Italo-Graecorum: "Non sunt cogendi presbyteri Graeci olea sancta praeter chrisma ab episcopis latinis dioecesanis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione, ex vetere ritu, conficiantur seu benedicantur... Chrisma autem, quod non nisi ab episcopo, etiam iuxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere" (D 1086). Praeterea alia Instructio S.Congregationis de Propaganda Fide de administranda confirmatione a simplici sacerdote, animadvertit: "Sacerdos curet apud se habere Chrisma per catholicum antistitem cum eadem sancta Sede communionem habentem confectum, ac sciat, sibi nunquam licere sine eo confirmationem administrare, vel illud ab episcopis haereticis aut schismaticis recipere" (4 mai. 1774)., Similiter omnes libri rituales conveniunt in hac re; et est consensus generalis theologorum.

128. Probatur secunda pars. 1. Materia proxima confirmationis illa est quae in sacra Scriptura et in Traditione ac Magisterio ecclesiastico ut talis proponitur. Atqui talis est impositio manus quae in chrismationd fit. Ergo haec est materia proxima huius sacramenti.

Prob. min. Ex una parte sacra Scriptura dicit apostolos confirmasse impositione manus (ut supra notavimus in textibus allatis [n.116] et nimis evidens est); imo nulla alia explicite apparet materia in ritu apostolic©a2. Ex alia parte documenta Ecclesiae et Patres iam inde ab initio docent chrismationem esse ritum seu materiam confirmationis, ita ut vel nullam requirant specialiter manus impositionem, vel indiscriminatim de utroque ritu, tanquam si unum idemque sit, loquuntur 23. Ergo modus conciliandi utramque seriem textuum est nullam aliam admittere impositionem manus, quam illam quae in ipsa chrismatione habetur. Quod etiam suadetur aliis documentis, ut videbitur.

Quoad Patres, sufficit legere textus ut appareat quomodo pro eodem sumant unctionem et manus impositionem. Sint in exemplum: S.Hyppolytus ait: "Et postea [post baptismum] cum ascenderit ungeatur a presbytero de illo oleo quod sanctificatum est... Et ita singuli detergentes se iam induan-

50 Attamen vestigium unctionis apparet in *2* Cor 1.21s et 1 Io 2.20-27. Tiieodoretus explicat textum S.Pauli per confirmationem (MG 82,384)< et S Cyrillus incipit catechesim confirmationis verbis S.Ioannis (Myjt. 3: MG -33,1088). Cf. G.Barbillb. *Confirmation d'après les Pères Grecs et Latins:* DTC 3.1037.2.*

39 Cf. v.gr. S.Cyfrianus; R 595 592.

tur et postea in ecclesia ingrediantur. Episcopus vero manum illis imponens invocet dicens... Postea oleum sanctum infundens de manu et imponens in capite dicat: Ungeo te... Et consignans in fronte offerat osculum" 2-1. Hoc loco iam apparent fere eaedem caeremoniae atque nos adhibemus. S.Cyprianus scribebat: "Qui legitimum et ecclesiasticum baptisma consecuti fuerant, baptizari eos [samaritanos] ultra non oportebat, sed tantummodo quod deerat, id a Petro et loanne factum est, ut oratione pro his habita et *manu imposita* invocaretur et infunderetur super eos Spiritus Sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut, qui in Ecclesia baptizantur, praepositis ecclesiae offerantur et per nostram orationem ac *manus impositionem* Spiritum Sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur"·25. Et paulo ante etiam dixerat: *"Ungi* quoque necesse est eum qui baptizatus est, ut accepto *chrismate,* id est unctione, esse unctum Dei et habere in se gratiam Christi possit. Porro autem Eucharistia est unde baptizati unguntur oleum in altari sanctilicatum20. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritalis apud haereticos potest esse quando constet oleum sanctificari et Eucharistiam fieri apud illum omnino non posse" 27. Itaque S.Cyprianus confirmationis sacramentum designat tum per impositionem manus (quin expressam mentionem faciat de chrismatione) tum per chrismationem sive unctionem sine ulla mentione de impositione manus. In utroque textu evidenter agit de eodem sacramento; quia loquitur de illa invocatione ab episcopo super baptizatos facta ut accipiant Spiritum Sanctum, estque illa eadem quam apostoli samaritanis fecerunt per impositionem manus, quaeque fit "apud nos... per nostram orationem ac manus impositionem"; et hoc idem quod deerat samaritanis et apostoli faciebant, est quod dicit fieri baptizatis cum unguntur ut habere in se gratiam Christi possint. Imo vero, hanc chrismationem esse sacramentum ostendit vel supponit S.Cyprianus ex eo quod, secundum suam notam opinionem, invalide ab haereticis conferatur, quippe qui non possunt Eucharistiam conficere in qua (id est, durante sacrificio Missae) consecratur vel benedicitur oleum confirmationis. Ergo

31 *Tradit. Apost.* Ed.GREc.ORY Dix, 1,37-39.

» *Epist.* 73,9: ML 3.1115.

36 Alii legunt "unguntur oleo... sanctificato"; sed de hac lectione, cf. M.de la Taille. *Dc Missa Sacerdotis ab Ecdjesia praecissi aut exauctorati antiquarunt sententiarum crisis:* Greg 1 (1920) 196; *"Unguntur oleum...":* Greg. 1 (1920) 505; 2 (1921) 116s.

" *Epist.* 70,2: ML 3,1040.

pro S.Cypriano tam necessaria est manus impositio quam chrismatio.

In eundem sensum adduci possunt textus supra memorati in doctrina Ecclesiae (n.125) et in thesi superiori.

129. 2. *Imponere manus* et *ungere* aliquando tanquam synonima verba haberi ostendi etiam potest ex Evangelio: *Adducunt ei* [Iesu] *caecum et rogabant ut illum* tangeret. *Et apprehensa manu caeci, eduxit illum extra vicum: et expuens in oculos eius* impositis manibus suis, *interrogavit si quid videret... Deinde iterum* imposuit manus super oculos eius: *et coepit videre* (Mc 8,22-25). Locutio *expuens in oculos cius impositis manibus suis,* significat Christum saliva sua madefactis digitis tetigisse oculos sive linisse. Similem locutionem habet Mc 7,32s: *Et adducunt ei* [Iesu] *surdum et mutum, et deprecabantur eum, ut* imponat illi manum. *Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas cius: et* expuens, tetigit linguam eius... In his duobus locis Evangelista pro eodem habet *tangere, imponere manus* et linire saliva sive linguam sive oculos. Id est, actio Christi ungendi oculos saliva sua, dicitur *imponere manus super oculos* [28].

130. 3. Item, et si fieri potest clarius, evincitur ex verbis *Pontificalis Romani* praescribentibus ritum in confirmatione servandum: "Summitate pollicis dexterae manus chrismate intincta... producit pollice signum crucis in frontem illius [confirmandi]" [29]; quae caeremonia explicatur in *Rituali Romano*: "... summitate pollicis dexterae manus chrismate intincta confirmat eum dicens: *N. signo te signo crucis,* quod dum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius..." [30] Quae quidem verba optime cohaerent cum illis ab Innocentio IV prolatis: "Aliud est sacramentum Confirmationis, quod *per manus impositionem episcopi conferunt chrismando* renatos" (D 465). Quod idem est atque explicite Innocentius III di-

28 Cf. KnabEnbauer, in h.l., Maldonado ct S.BEllarmino, *De Confirmatione* c.2.

29 *Pontificale Romanum,* de Confirmatione.

30 *Rituale Romanum,* tit.III, c.11,6; c.111,6. In c.1,1 dicitur: "Sacramentum Confirmationis conferri debet *per manus impositionem cum unctione chrisnfatis in fronte";* et n.3 praescribitur: "Unctio autem ne fiat aliquo instrumento, sed *ipsa Ministri manu capiti confirmandi rite imposita'*". Quod nihil aliud est quam quod exprimitur in rubrica: *pollice dexterae manus.* Unde clare apparet idem esse, secundum Rituale, *ungere pollice dexterae manus,* atque *manum capiti rite imponere,*

xerat: "Per frontis chrismationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur confirmatio" (D 419).

131. Obiectiones. 1. In Scriptura sermo non fit nisi de impositione manus. Atqui impositio manus non potest significare unctionem. Ergo.

Dist. mai. Non fit sermo nisi de impositione manus exclusive, *nego mai.;* praecisive, *conc. mai. Dist. min.* Impositio manus non potest significare unctionem secundum tcrminologiam modernam, *trans, min.;* secundum terminologiam antiquam, *nego min.* Iam diximus in sacra Scriptura adhiberi tales locutiones quae exprimunt separatim quod simul fit: imponere manus et ungere, sive imponere manus ungendo. Eodem modo loquitur Pontificale Romanum, loco citato. Eadem ratione in Act quater sermo est de Eucharistia (quam vocat fractionem panis) nec unquam meminit usum vini. Itaque S.Scriptura non meminit nisi manus impositionem quin determinet quo modo manus imponebatur. Traditio autem iam statim memorat haec loca Actuum Apostolorum et quidem loquendo de unctione.

2. In Instructione ad Armenos dicitur: "Loco illius manus impositionis datur in Ecclesia confirmatio" (I) 697), cuius materiam dixerat esse "chrisma confectum ex oleo". Ergo, secundum -Concilium Florentinum, materia sacramenti confirmationis non est impositio manus ullo modo.

Dist. antec. "Loco illius manus impositionis" significat nunc iam nullam esse necessariam manus impositionem, ne quidem illam quae habetur in ipsa unctione, *nego antec.;* significat non esse necessariam *solam* manus impositionem vel primam impositionem manus, *conc. antec.* In Instructione ad armenos Concilium Florentinum secutum est sententiam 'S.Thomae (cuius sunt verba Instructionis), qui opinabatur apostolos per privilegium confirmasse sola manus impositione, et materiam necessariam esse chrisma. Attamen, ex eadem Instructione apparet generatim sumi *materiam* in singulis sacramentis pro materia remota (panem et vinum in Eucharistia, aquam in baptismo, etc.) ideo non excluditur materiam proximam, sive ipsam chrismationem, posse conciliari cum impositione manuum, quamvis non sit illa manus impositio quae separatim ab omni alia materia remota fiat.

132. Scholion. *De forma confirmationis.* In memorata Instructione ad Armenos describitur forma confirmationis his verbis: "Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti" (D 967). Quae formula conservatur in Pontificali Romano. Haec in iistt fuit a s.XII, sed iam invenitur in s.VII. Varietas tamen magna est in forma confirmationis secumdum diversos ritus, tempora et loca.

Apostoli confirmationem administrabant non per solam manus impositionem, sed addita oratione (Act 8,15), quae sine dubio sensum illius impositionis manus significabat. Huius orationis verba, non habentur, sed Ecclesia primaeva solebat etiam unctionem cum oratione et impositione manus conficere. Primus est Tertullianus qui schema huius deprecationis offert: "Dehinc manus imponitur, per benedictionem advocans et invitans Spiritum Sanctum" [**], Formu-

·> TSRIUWANV?, *De Baptism.* 8; ML 1,1207,

iam èxplicitam praebent Canones Hippolyti : “Benedicimus tibi, omnipotens Domine Deus, quia hos dignos reddidisti, qui iterum renascerentur, et' super quos Spiritum Sanctum tuum effundis ut iam uniti sint corpori ecclesiae nunquam separandi operibus alienis. Da potius quibus iam dedisti remissionem peccatorum, etiam arrham regni tui per Dominum Nostrum lesum Christum” In primi libris ritualibus, ut Sacramentario dicto gregoriano in formula confirmationis mentio fit de donis Spiritus Sancti : “Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum, emitte in eo septiformem Spiritum Sanctum paraclitum de caelis, Spiritum sapientiae et intellectus, Spiritum consilii et fortitudinis, Spiritum scientiae et pietatis: adimple eos Spiritu timoris tui”[30] Brevissima est formula Sacramentarii Gelasiani : “Signum Christi in vitam aeternam” Propinquior est formulae florentinae illa quae proponitur in altero Sacramentario Gregoriano : "Consigna eos signo crucis Christi, in vitam propitiatus aeternam” *.

133. Ecclesiae orientales solebant etiam magnam exhibere varietatem formarum. Sufficiat has citare: “Signaculum doni Spiritus Sancti” σφραγὶ δωρεὰ πνεὺματο αγἰου (forma Graeca); "Ungendo ungo te in Deo omnipotente, in Christo lesu et in Spiritu Sancto ut sis operarius habens fidem perfectam et vas ipsi gratum” “. lacobitae : “Chrismate sancto, suavitate odoris Christi, signaculo verae fidei, complemento dono Spiritus Sancti, signatur N. in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti”3'.

Tota haec formularum varietas debet semper in aliquibus cohaerere, scilicet, in designando fine chrismationis seu effectus sacramenti confirmationis. Iam vero effectus possunt etiam explicite vel implicite exprimi: "'Signo te signo Christi”, potest significare facere aliquem militem Christi, et sub hac significatione includitur robur seu virtus quam sacramentum hoc confert. Et aliquid simile diceretur de aliis formulis.

Unde formulae, quae ad confirmationem adhibeantur, per se et ad validitatem non necessario requiritur ut invocationem Spiritus Sancti contineant (et hoc *certum est),* sed *probabilius* sufficit ut aliquem ex confirmationis effectibus exprimantæ.

33 *Canones* 137s.
33 *Sacramentarium Gregorianum:* MI, 78,90.
84 *Sacramentarium Gelasianum* 1,44: MI, 74.1112.
33 *Sacramentarium Gregorianum:* MI, 78,90, est secunda pars formulae anterioris.
30 *Testamentum D.N. lesu Christi.* E<1.Rahmannt. 131.
33 Plures formulae inveniuntur in DTC 31,1042-1046, et Doronzo l.c,, 31!*·324.
33 Cf. Umberc, *De Sacramentis* 1.317-321.

CAPUT III

De ministro, subiecto et necessitate confirmationis

I. De ministro

Thesis 3. Minister ordinarius confirmationis est solus episcopus, sed ex delegatione Romani Pontificis potest quilibet presbyter minister esse extraordinarius.

S.Th., 3 q.72 a.11; SuarKz. <1.36 s.l; Pesch, 543-553; Ottes. 421-428; l'uic de la B., 292-306; D'Ales, 211-218; Lercher-Umberg, 265-273; Lennerz, 158-204.

134. Nexus. In omnibus sacramentis magni momenti est quaestio de ministro, sed speciali quadam ratione cum agitur de confirmatione, prout videbitur. Etenim simplices presbyteri sine speciali facultate ab Apostolica Sede concessa valide confirmare nequeunt. At illa facultate Summus Pontifex nullam exercet potestatem ordinis; confirmatio vero pertinet ad potestatem ordinis. Praeterea tota haec quaestio etiam connexa est cum illa de distinctione inter episcopos et presbyteros in ratione potestatis ordinis, de qua sermo erit in tractatu de Ordine (n.39s). Interea praescindemus ab hac discussione, et thesim dogmatice proponemus.

135. Notiones. Minister ordinarius ille est qui hire proprio, sive ex munere sive ex dignitate, sacramentum confirmationis administrare potest.

Minister extraordinarius ille est qui ex delegatione tantum id facere potest. Delegatio pro simplici sacerdote reservatur unice Summo Pontifici ; aliquae delegationes conceduntur a iure communi (cardinalibus etiamsi non sint episcopi, abbatibus vel praelatis nullius, praefectibus apostolicis). Recenter concessa est factultas etiam parochis, quibusdam appositis condicionibus. Sacerdos sine hac speciali delegatione confirmans, invalide ageret.

136. Adversarii. Quidam *presbyteri in Sardinia* (D 98), Photius [1] eiusque asseclae asseruerunt potestatem confirmandi ad simplicem sacerdotem pertinere. *Wicleffitae* et *Hussitae* (D 608 661) attribuerunt avaritiae Summi Pontifi-

[1] Deslandes, *Le Prêtre oriental ministre de la Confirmation:* EchOr (1930) 5.

cis et episcoporum quod simplici sacerdoti non permitteretur confirmare. Inter catholicos Armachanus 2 cum paucis aliis putaverunt simplices presbyteros posse potestate propria et ordinaria confirmare valide, quamvis illicite.

Nullo pacto posse simplicem sacerdotem esse ministrum extraordinarium confirmationis tenuerunt aliqui pauci catholici, inter quos Hugo Victorinus3, Durandus4, Adrianus 5 et Estius °.

137. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Toletanum* (a.400) prohibet presbyteris sine consensu episcopi confirmare; et statuit: "Episcopum sane certum est omni tempore licere chrisma conficere, sine conscientia autem episcopi nihil penitus faciendum; statutum vero est diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo, praesente vero si ab ipso fuerit praeceptum"7.

Innocentius Ii "De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent" (D 98).

S.Gregorius I Magnus: "Pervenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrisma tangere eos, qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem Ecclesiae nostrae fecimus; sed si omnino hac de re aliqui contristantur ubi episcopi desunt, ut presbyteri et in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant concedimus" (D 2294).

Tum Innocentius III affirmat solis episcopis competere confirmare (D 419), idque repetit ipse in professione fidei praescripta Waldensibus (D 424). Idem sentiunt Innocentius IV circa errores Graecorum (D 449 al. 3040) ao *Concilium Lugdunense II* (D 465). Clemens VI ad Catholicon Armenorum (D 572-574) et *Concilium Florentinum* in Instructione ad Armenos (D 697) expresse notant ministrum ordinarium confirmationis esse episcopum, posse tamen sedem Apostolicam facultatem simplici presbytero concedere. Et Martinus V damnavit hunc errorem Wicleff: "Confirmatio iuvenum... reservantur Papae et episcopis propter cupiditatem lucri temporalis et honoris" (D 608).

3 *Quacst. Armen.* 11,14. Cf. Dolger, *Das Sakrament der Firtnung* 119e.
' Hugo Victorinus, *De Sacramentis 2,7,2.*
* *In 4 d 7* q.3 et 4.
e *In 4 d.7* q.4 a.3.
e *In 4* d.7 q.3 a.21.22.
» Msi 3,997e.

138. In *Concilio Tridentino* actum est de ministro confirmationis in sessione VI (a. 1547), in qua proponebatu/canon 4 sub hac simplici forma: ''Minister confirmationis est solus episcopus" Sed aliqui episcopi opposuerunt Concilium Toletanum et S.Gregorium Magnum (in locis supra memoratis). Similiter adduxerunt verba Concilii Florentini, iuxta quae potest etiam simplex presbyter esse minister extraordinarius ; et cum synodo florentina citabant Alexandrum Halensem, Turrecrematam, Nicolaum de Tudeschis (Ep. Panormitanum), necnon Papam Melchiadem (in Pseudo-decretali). Quare hi episcopi desiderabant ut definiretur formula florentina, scilicet, episcopum esse ministrum *ordinarium.*

Transmissa iterum, ad theologos formula, retinuerunt plus minus canones ut tacebant, sed relate ad ministrum posuerunt redactioncm florentinam. Quae tamen adhuc aliquibus Patribus non placuit, volebant, enim, ut constaret episcopos esse *solos* ministros confirmationis. Ideo alii aliter interpretabantur concessionem S.Gregorii Magni; dicebant, enim, Summum Pontificem in illo casu sacerdotes illos constituisse episcopos (episcopus Bossae), vel non permisisse, sed dissimulasse ad vitandum scandalum (archiepiscopus Lancianii), vel tolerasse hanc praxim pro casu illo (episcopus Pacensis), vel Summum Pontificem errasse in illa concessione (Episcopus Acciensis, qui suam opinionem submittebat Concilio).

Novas proposuerunt Patres formulas: Episcopus Lancianensis hanc proponebat: "Sii quis dixerit simplicem sacerdotem esse etiam ministrum confirmationis et negaverit ad solum episcopum hoc munus pertinere: A.S." Episcopo Salutiarum (Saluzzo) haec alia forma placebat: "Si quis dixerit non modo episcopum sed quemlibet sacerdotem esse ministrum confirmationis: A.S."[3] His omnibus iam Patres omnino pertessi, decreverunt redeundum esse ad formulam florentinam, et omnes acquieverunt. Itaque post tam longam disputationem ventum est ad definitivam redactionem, in qua theologi, ut morem gererent Patribus addiderunt formulae florentinae particulam *solum*: "Si quis dixerit, sanctae confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem: A.S." (D 873).

Postea in sessione XXIII, agentes de Hierarchia ecclesiastica, iterum discussiones fuerunt circa facultatem quam simplices sacerdotes habent erga sacramenta, et Patres reiece-

3 Cf. A.Mostaza, *El Ministro extraordinario de la Confirmation cn Trcnto:* RevEspTeol 2 (1942) 471-519; praesertim 472.

runt hanc primam redactionem canonis 5 (postea en.7): "Si quis gradus ordinis in Ecclesia esse negaverit, aut dixerit omnes sacerdotes eiusdem seii paris se jurisdictionis et auctoritatis, atque ideo quemlibet sacerdotem posse omnes christianos ab omnibus peccatis solvere, aut quibuscumque fidelibus omnia sacramenta ministrare...: A.S." [8] Emendationes propositae respiciebant ad sacramenta confirmationis et ordinis, quae nolebant Patres ut.dicerentur esse sacerdotis simpliciter. Post longas discussiones et diversas redactiones, tandem admissa est haec formula: "Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi ; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem: A.S." (D 767. Cf. 960).

Postea plures sunt declarationes Benedicti XIV (D 1458), Pii X (D 2147a), Pii XI[10], Pii XII concedentes in diversis occasionibus facultatem simplicibus presbyteris confirmandi. Hanc potestatem Pius XII generalem fecit parochis pro casu necessitatis, in suis paroeciis, et sub debitis condicionibus praescriptis; attamen expresse monet: "Definitae doctrinae est, solum episcopum esse ordinarium confirmationis ministrum : proindeque Apostolica Sedes iugiter sedulo studuit ut huius sacramenti collatio episcopo, tanquam ius et officium ipsi proprium, quantum fieri potuisset, reservaretur"lx.

Valor dogmaticus. Prima pars est *de fide divina et catholica definita.* Secunda pars est *saltem certissima.*

139. Probatur prima pars. *E.r sacra Scriptura.* Act 8,12-20 (cf. etiam 19,1-6), Philippus diaconus, qui baptizaverat in Samaria non potuit confirmare, sed ad hoc missi sunt apostoli Petrus et loannes. Eodem pacto tantum apostolus Paulus apparet confirmans eos qui putabantur baptizatos et ideo exspectabant adventum apostoli sive episcopi. Ergo *de facto* tantum episcopi apparent confirmantes. Iam vero ex hoc facto inducunt SS.Patres et magisterium ecclesiasticum ad solos episcopos pertinere potestatem confirmandi[12]. Sic, v.gr., Innocentius III: "Cum ceteras unctiones simplex sacerdos vel presbyter valeat exhibere, hanc [confirmationis] non nisi

« CTr 6 (1950) 309.312-316
10 30 april 1020: AAS 21 (1929) 555.
11 AAS 38 (1946) 350s. Postea. 18 dee. 1947, potestatem dedit omnibus ordinariis locorum a Congregatione de Propaganda Fide dependentibus, ut Sedis Apostolicae induito, valerent omnibus sacerdotibus sibi subditis curamque animarum gerentibus, facultatem sacram confirmationem fidelibus in mortis periculo constitutis valide ministrandi... (AAS (1948] 41).
u Ut patet argumentum *fundamentum* sumit ex sacra. Scriptura, at tQtUS Y3· lor peqdet ex interpretatione Magisterii Çççlesiae et Patrum.

summus sacerdos, id est, episcopus, debet conferre, *quia* de solis apostolis legitur, quorum vicarii sunt episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant" (D 419). Et ad hanc eandem rationem, alludentes videlicet ad Actus Apostolorum, recurrunt Concilium Florentinum (D 697), Tridentinum (960) et plures alii auctores.

140. Probatur ex traditione. Traditio constans Ecclesiae est etiam, confirmationem a solis episcopis iure proprio conferri posse; et quidem Patres innituntur saepe in textu allato ex Act. Apost. Ita S.Cyprianus (R 595), Firmilianus[13], S.Hieronymus (R 1359), S.Ioannes Chrysostomus[14]. Aliquando vel simpliciter episcopus confirmare dicitur, ut facit S.Hippolytus[15] et S.Cornelius I (R 547). Et praecise agendo do confirmatione protulit S.Hieronymus haec verba: "Exigis ubi scriptum sit? In Actibus Apostolorum. Etiamsi Scripturae auctoritas non subesset totius orbis in hac parte oonsensus instar praecepti obtineret. Nam et multa alia, quae per traditionem in Ecclesia observantur, auctoritatem sibi scriptae legis usurpaverunt" [16].

141. Probatur secunda pars. *Ex delegatione simplex presbyter potest esse minister confirmationis.* 1. Praxis Ecclesiae per plura saecula perdurans in materia sacramentaria, quae spectat ad validitatem sacramenti, non potest errare. Atqui iam a pluribus saeculis simplicibus sacerdotibus conceditur aliquando fiacultas confirmandi. Ergo presbyteri possunt esse ministri extraordinarii confirmationis.

Iam supra memorata sunt documenta S.Gregorii Magni, *Concilii Toletani, Florentini,* etc. His accedunt concessiones factae a Nicolao IV, Ioanne XXII, Leone X, Adriano VI, Benedicto XIV... Postea concessiones frequentiores fiunt[17], usque dum CIC iam praescripsit presbyteros esse ministros extraordinarios et hanc facultatem concessit Pius XII ad omnes parochos; et in Decreto S.Congregationis de Disciplina animadvertitur: "Necessitate bonoque fidelium id flagitante, non semel Apostolica Sedes passim indulgere compulsa est, ut episcopo... simplex sacerdos in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus, sufficeretur tanquam *administer extraor-*

[13] *Epist.* 75 *ad Cypr.* 7s: CSEL 3.814s.
[14] *In Act. Apost. Hom.* 18.3: MG 60,144. Plures textus in Indice R 479.
[15] *Tradit. Apostol.* Ed.Gregory Dix 1,37-29.
[16] *Dialog, contra Lucifer.* 8: ML 23,163.
[17] Pro hac quaestione, Dölger, *Das Sakrament der Firmung* 128; W.Onclix, *L'Administration du Sacrement de la Confirmation en cas de danger de mort;* EphThLov 25 (1949) 332,355.

datarius huius sacramenti; qui congrua pompa eius administrationem perageret, praemonitis semper fidelibus *Episcopum esse exclusivum ordinarium ministrum huiusce sacramenti illudque ab eo sacerdote conferri ex Apostolicae Sedis facultate,* prout complura pontificia indulta loculenter ostendunt"[18].

142. 2. Tum etiam demonstratur *ex praxi Graecorum,* iam saltem a saeculo IV, quae praxis incepisse videtur tempore quo, propter multitudinem baptizandorum, simplicibus presbyteris munus baptizandi generale concessum est. Quamvis vero nonnulli theologi talem praxim. oppugnarent, tamen in colloquiis et conciliis pro unione, nunquam in dubium revocatus est valor confirmationis a presbyteris graecis collatae.

Quod vero potestas delegandi sit dumtaxat penes Summum Pontificem, constat ex omnibus fere documentis supra memoratis; in specie, expresse ex Benedicto XII (D 543), Clemente VI (D 573), *Comc.Constantiensi* (D 608), *Florentino* (97), Benedicto XIV (D 1458), Pio XII. Etiam patet ex ipsa discussione quam· theologi latini cum Graecis habuerunt circa originem facultatis qua simplices sacerdotes Graeci confirmabant. Ipsi appellabant ad auctoritatem Martini Pontificis10; non vero ad suos episcopos. Et de facto theologi latini admiserunt saltem tacitam facultatem exsistere, quatenus Sedes Apostolica, id sciens, noluit Graecos turbare in hac re.

143. Obiectiones. 1. In Oriente solent presbyteri simplices confirmare. Ergo saltem ibi ministri ordinarii sunt simplices presbyteri.

Dist. antec. Solent confirmare ex induito saltem tacito Sedis Apostolicae, *conc. antec.;* vi solius ordinationis presbyterialis, *nego antec.* Ut nuper dictum est, ipsi orientales dicebant se habere licentiam a Papa Martino (γ 655) ; sed quidquid sit de hac facultate, certum est quod Benedictus XII scribebat ad Catholicon Armenorum recensens inter errores illud quod quidam dicant "quod sacramentum confirmationis... si valet aliquid, ipse (Catholicon Armenorum) dedit licentiam presbyteris suis, ut idem sacramentum conferant" (D 543).

2. Patres, ut S.Ioannes Chrysostomus et S.Hierônymus affirmant episcopos a presbyteris non differre nisi potestate ordinandi. Ergo non differunt in administranda confirmatione.

Trans, antec. Nego conseq. Transmittimus antecedens, quia posset etiam *distingui:* Non differunt nisi potestate ordinis, quatenus est unica potestas quam non possunt habere simplices sacerdotes, *trans.;* quatenus nulla alia potestas sit episcoporum propria, quae possit presbyteris communicari, *nego.* Quod attinet ad discrimen in-

18 Decretum S.Congreg. de Sacram. 14 sept. 1946: AAS 38 (1946) 351.
" D'AtÈs, *De Baptismo et Confirmatione* 314$,

ter episcopos et simplices sacerdotes dicemus in tractatu de ordine; ibique exponentur textus S.Chrysostomi et S.Hieronymi ab obiciente adducti. Nunc sufficiat animadvertere pro solutione ad difficultatem, hos Patres saltem loqui de potestate quae solius episcopi est ratione ordinationis sive potestatis ordinariae; unde tantum deducitur presbyteros non posse esse ministros ordinarios confirmationis, minime vero eos non posse etiam esse ministros extraordinarios.

3. *Contra argumentum ex Scriptura allatum.* Philippus, de quo sermo est in argumento, erat diaconus et non sacerdos. Ergo argumentum nihil probat. Nam ratio propter quam requirebatur aliquis Apostolus non erat propter necessitatem episcopi, sed fortasse ex defectu sacerdotis.

Conc. antec. et *nego consequentiam et suppositum,* scilicet nos arguere ex sola exegesi textus. Nos ex Scriptura eruimus *factum,* scilicet *semper* (non solum in casu Philippi cum Samaritanis) atque invenitur ritus confirmationis apparet aliquis episcopus illum exercens, nunquam simplex presbyter. Et ex hoc *facto* 'Sancti Patres eruunt non nisi episcopum esse ministrum confirmationis.

144. Scholion. *Quid facit Summus Pontifex facultatem confirmandi concedens simplici presbytero.* Duplex quaestio oritur ex facto quod episcopi sint ministri ordinarii confirmationis et presbyteri non sint nisi extraordinarii: *a)* an episcopi sint ministri ordinarii confirmationis iure divino, an iure ecclesiastico; *b)* quaenam sit potestas quae conceditur a Summo Pontifice simplici presbytero cum ei facultas datur confirmandi: potestas iurisdictionis, an potestas ordinis?

Responsio ad primam quaestionem pertinet ad tractatum de ordine, ubi agemus de distinctione inter episcopos et presbyteros ratione ordinationis. Ad alteram interrogationem breviter respondemus.

Quod attinet ad Summum Pontificem, nulla est difficultas: omnes concedunt Summum Pontificem conferentem potestatem confirmandi, exercere potestatem iurisdictionis, et ideo posset hanc facultatem concedere Summus Pontifex electus qui nondum esset sacerdos constitutus; haberet enim in se potestatem iurisdictionis sed nondum potestatem ordinis, nisi postquam fuisset ordinatus sacerdos. Quaestio itaque est de ipso exercitio confirmandi ex parte presbyteri; scilicet: presbyter confirmans ex delegatione, exercet actum iurisdictionis an actum ordinis, seu utitur potestate iurisdictionis an ordinis? Ratio interrogationis provenit ex eo quod difficile apparet prima fronte quomodo potestas ordinis non possit ordinarie exerceri (si sacerdotes vi ordinationis, possunt confirmare); vel quae potestas ordinis detur ex solo decreto sive induito apostolico (si potestas confirmandi non datur in ordinatione); vel quomodo Summus Pontifex, nondum sacerdos posset communicare potestatem ordinis quam non haberent simplices presbyteri. Ideo solutiones plures datae sunt. Praecipuae sunt sequentes.

145. 1. Presbyter confirmans exercet *potestatem iurisdictionis.* Ita in voto ad quemdam casum in Congregatione Concilii decissum: “Siquidem episcopi sacramentum confirmationis conferunt ex potestate ordinis, alii simplices sacerdotes ex potestate iurisdictionis a

Summo Pontifice delegatae" Et cohaeret cum doctrina Cardinalis D'Annibale[51], quem citat memorata responsio[55]. Haec sententia vix hodie sustinetur; nam non apparet cur tantum presbyter et non alius, v.gr., diaconus, possit esse minister extraordinarius confirmationis; nec explicatur cur episcopus electus, et nondum consecratus, invalide, sine induito apostolico confirmat.

146. 2. Aliqui theologi, ut Dolger[53], Baisicensent vi ordinationis sacerdotalis presbyterum habere potestatem confirmandi, quae tamen potestas impeditur quoad exercitium ex prohibitione Summi Pontificis. Itaque cum Summus Pontifex alicui sacerdoti facultatem confirmandi concedit, ei non dat novam potestatem, sed tantum tollit prohibitionem seu impedimentum quod invalidum reddebat exercitium potestatis. Haec sententia potest habere fortasse in suum favorem verba illa Benedicti XIV: "Ceterum quidquid sit dc hac difficili et valde implexa controversia omnibus inconfesso est, irritam nunc fore confirmationem a simplici presbytero latino ex sola episcopi delegatione collatam, quia Sedes Apostolica id ittris sibi unice reservavit" °. Sed, ut recte animadvertit Lennerz, "modus quo conferri solet a Summo Pontifice potestas confirmandi, non tam videtur indicare ablationem impedimenti (aliquid negativi) sed potius collationem alicuius potestatis (aliquid positivi)"M. Praeterea in hac sententia supponi debet Summum Pontificem habere facultatem invalidum reddendi, ex ablatione potestatis ordinis, aliquem actum vi potestatis ordinis positum ; secus non apparet cur possit reddere invalidam confirmationem a simplici sacerdote collatam, et non Missam ab eodem sacerdote apostata vel ordinationem ab episcopo haeretico aut schismatico confectam. Hanc sententiam Lercher[5]' falsam appellat. At nihilominus huic sententiae recentiores nonnulli favere videntur, ut A.Mostaza

147. 3. Tertiam opinionem proponit Suarez[58]: Christus potuit determinare ut sacerdoti simplici, ex vi suae ordinationis, non detur potestas proxima ad conferendam confirmationem, sed tantum remota, quae per delegationem Summi Pontificis posset proxima reddi ; episcopus vero per consecrationem accipit hanc potestatem proximam. Quod etiam Suarez explicat per characterem sacerdotalem et episcopalem : videlicet, character sacerdotalis, ex voluntate Christi, constituit hominem ministrum Christi ad actus sacramentales exercendos, non tamen omnes, sed quos Christus determinavit. Sic consecratio episcopalis, quasi extendit characterem sacerdotalem ad38

20 ConfrreK.Concilii. 11 dec. 1897.

31 Card.D'Hannibai.r. 3 n.282.

33 Analecta Ecclesiastica 6 (18981 107.

33 *Das Sakramcnt der Firmung* 206-222.

34 C.Baisi. *In Ministro straprdinario degli ordini sacramentali* p.136. Hic auctor defendit "che per la valida amministrazione deeli ordini [idem, valet de Confirmatione) si richiede anche un potcre di giurisdizione, per un complesso di motivi" (p.155). In hunc sensum debet sine dubio explicari *potestas ligata* ad confirmandum, quam supponit habere presbyteros vi ordinationis sacerdotalis (p. 136).

33 *De Synodo dioccesana* 1.7 c.8 n.7: D 1458 nota.

30 *De Sacramento Confirmationis* n.203

33 LhrchEr. *Institutiones Theologiae dogmaticae* 4 (1920) 301. In ed.3.B, Lercher-UmbUrc aliquantulum mitius loquitur: "minus placet"... (n.273).

a* A.Mostaza Rodrîcusz. *EI problema dei ministro extraordinario de la Confirntacidn* (Salamanca 1952) p.374.

38 *De Sacramentis* d.36 s.2.

actus sacramentales confirmandi ct ordinandi ; et siquidem character, ita extensus, est inamissibilis, ubicumque episcopus confirmet, id valide faciet. Summus Pontifex potest, ex facultate a Christo accepta, extendere ambitum characteris sacerdotalis simplici sacerdoti, sine consecratione, ac tunc sacerdos poterit valide confirmare, sed intra ambitum dumtaxat pontificiae concessionis.

Haec sententia, quatenus explicat quomodo potestas confirmandi sit potestas ordinis, quomodo sacerdos sine delegatione pontificia invalide confirmet, et quomodo delegatio a Summo Pontifice ad validitatem sit necessaria, est doctrina ab omnibus fere theologis modernis admissa, qui eam, plus minus mutatam, tradunt ”,

148. 4. Nova theoria proponitur a Straub”, quam sequitur Lercher-Umberg ”, iuxta quem Summus Pontifex in conferenda facultate confirmandi simplici presbytero, utitur quidem potestate jurisdictionis, ast non confert presbytero ipsam potestatem confirmandi, sed ius ad hoc ut Deus illi hanc potestatem conferat, quam Deus decrevit legitime designato dare. Valorem huius theoriae probare intendit ex comparatione cum primatu, qui debetur novo Summo Pontifici legitime electo. Attamen non videtur haec.sententia dirimere quaestionem, quia adhuc potest manere difficultas, scilicet, cur ius non possit conferri non sacerdoti.

II. De subiecto et necessitate confirmationis.

149. Quae ad haec spectant, praecipue tractantur in Theologia morali ; in praesentiarum haec dixisse sufficiat.

1. *Sublectum*™ confirmationis est omnis homo baptizatus ct nondum confirmatus. Nec requiritur ut adultus sit, nam etiam infantibus conceditur confirmatio33, quamvis Ecclesia commendat ut, nisi necessitas urgeat, confirmationis administratio ad septimum circiter aetatis annum differatur ®4. Primis Ecclesiae saeculis confirmatio statim post baptismum conferebatur etiamsi de infantibus ageretur.

Si confirmationem suscipiens est adultus, praeter intentio-

28 De hac re, cf. Dolger. *Das Sakranxent dcr Firmung* 206-222; Lehmkuhl. *Zur Frage über den Priester ais ausscrordcnliche Spender des sakrmn'entes der Firmung:* ZkathTh 6 (1882) 561-573; Gili.mann, *Zur Lehre dcr Scholastiker vom Spender der Firmung una des Weihcsakramentes;* I.Brinktrine, *Dcr cinfachc Priester ais Spender der hl Firmung:* DivTh (Fr) 7 (1929) 301-314. Praecipue vero Suarez, *Dc Sacramentis* 1 d.36; S.Bei.larmino, *De Sacramento Confirmationis* c.12.

30 A.Straub, *De Ecclesia Christi* (1912) 2,688.

» N.273.

® Quaestiones singulares invenientur apud probatos auctores theologiae moralis; nro quaestione theologica, D’Axis, 218-225, qui plurcs citat Patres et documenta Ecclesiae.

” Benedictus XIV: D 1458: CIC 788; Pius XII, Decretum S.Congregationis dc Sacramentis, 16 sept. 1946: AAS 38 (1946) 352. In Hispania mos fuit per plura saecula usque ad paucos abhinc annos, confirmandi infantes non multo tempore post baptismum. Hic mos servari adhuc potest, sed Sedes Apostolica desiderat ut non administretur confirmatio nisi post convenientem catcchesim ante primam communionem: AAS 24 (1932) 271-272.

»* CIC 788.

nem saltem habitualem implicitam, requiritur ut in statu gratiae inveniatur; agitur, enim, de sacramento vivorum. Si vero cum obice recipitur sacramentum, obice remoto, sacramentum reviviscit.

150. 2. CIC cn.787 ait: "Quanquam hoc sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere". Et Catechismus Romanus: "Docendum est, inquit, hoc sacramentum huiusmodi necessitatem non habere, ut sine eo salvus quis esse non possit. Quanquam vero necessarium non est, a nemine tamen praetermitti debet, sed potius maxime cavendum est, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis divina natura tam large impertitur, aliqua negligentia committatur; quod enim omnibus communiter ad sanctificationem Deus proposuit, ab omnibus etiam summo studio expendendum est"35. Decretum S.Congregationis de Disciplina proposuit: "Licet explorati iuris sit confirmationem ad animarum salutem de necessitate medii non requiri, ob eius tamen praecellentiam et ampla, quae secum fert, praeclara dona, omni ope est adnitendum parochis ceterisque pastoribus ut Christianorum nemo, data occasione, tam excellens salutiferae Redemptionis mysterium negligat"3®.

Mens itaque Ecclesiae circa necessitatem confirmationis sufficienter clara apparet. Nihilominus theologi discrepant in determinanda ulterius necessitate huius sacramenti.

Lercher-Umberg37* imponit necessitatem tum medii tum praecepti, et quidem ex lege non modo ecclesiastica, verum divina. Attamen praeceptum ecclesiasticum non ponitur praecise sub gravi, sed talis "obligatio... est saltem levis" 3S. Tum *necessitas medii* hoc loco intelligitur speciali modo, videlicet, "commensuratur necessitati finis, qui mediantibus sacramenti effectibus, et libera confirmati cooperatione, ex voluntate Christi, necessario obtinendus est, et sine confirmationis auxiliis obtineri nequit" 3B. Quae omnia probat cl. auctor ex verbis Conciliorum, Sanctorum Patrum et Scripturae Sacrae; tum etiam ex lure Canonico, quod exigit confirmationem in futuris religiosis, clericis, patrinis confirmationis 40, etc. Sed hoc, ut summum, ostendit Ecclesiam imponere receptionem confirmationis pro aliquibus officiis seu statibus, in quibus gra-

» P.2 c.3 n.16.
M 14 sept. 1946: .'VAS 38 (1946) 350.
87 Lercher-Umberg, n.256.
» Id., n.257.
» Id., n.256.
40 ÇJÇ 544,1; 974,1,1; 795.1-«»

tiae speciales huius sacramenti necessariae praevidentur, non autem praeceptum stricte dictum pro omnibus fidelibus. Neque Constitutio Benedicti XIV, *Etsi Pastoralis,* invocari potest pro· praecepto ecclesiastico ; nam cum dicat Summus Pontifex "monendi sunt [italo-graeci] ab ordinario locorum, eos gravis peccati reatu teneri, si cum possunt ad confirmationem accedere, illam renuunt ac negligunt"43 ; haec verba intelligi recte possunt de peccato gravi quod committerent si ex contemptu sacramenti, opportunitatem illud accipiendi praetermitterent 42.

Concilium Arelatense (a.314) can.8: "De afris, quod propria lege sua utuntur, ut rebaptizant, placuit, ut si ad Ecclesiam aliquis de haeresi venerit, interrogent eum symbolum, et si perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu Sancto esse baptizatur», manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum. Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur" (D 53).

Quod ex aliis Benedicti XIV verbis patet: "Certum est adulta iam aetate homines vel in, re vel saltem in voto debere necessitate praecepti confirmari, quod etiam inter Dei praecepta numeratur, aut cum bello a tyrannis contra fideles infertur, vel cum daemonis fraude de religione anxii sollicitique graviter iactamur, vel tandem cum in ultimum vitae discrimen adducimur. Tunc autem Ecclesiae praeceptum dicitur, cum quis rationis usu praeditus, si episcopus huius sacramenti minister praesto sit, nulla legitima causa ad illud suscipiendum impediatur. Ita ferme universi theologi sentiunt" 43. Ut patet Summus Pontifex loquitur de casibus in quibus speciales gratiae ad fidem confitendam vel defendendam necessariae sunt.

CAPUT IV

De effectibus confirmationis

151. Concilium Florentinum his verbis effectus confirmationis exprimit : "Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut videlicet christianus audacter Christi confiteatur nomen" (D 697). Apostolis autem Chris-

41 26 maii 1742: *Magnunt Btiliarium Romanteni* 16,96.
42 Apprime de hac re, Layman, *Opera Muralia* 1.5 t.3 c.5.
ficçlcsiastiççe2 (Romae 17$Q) 30.

tus promiserat Spiritum Sanctum ut fideles esse possent in confitenda fide: *Et convcscens praecepit eis ab lerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum..., accipietis virtutem* (δ^αμιν) *supervenientis Spiritus Sancti in vos, ei eritis mihi testes in lerusalem et in omni ludaea et Samaria'et usque ad ultimum terrae* (Act 1,4.8).

I. Confert gratiam et dona Spiritus Sancti.

152. Apostoli praedicant necessitatem baptismi ad hoc ut credentes possint accipere Spiritum Sanctum. *Poenitentiam, inquit* [Pctri/j], *agite, et baptizetur unusquisque vestrum... et accipietis donum Spiritus Sancti* (Act 2,38). Samaritanis, a Philippo baptizatis, mittuntur Petrus et loannes, *qui cum venissent oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum, enim, in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini lesu. Tunc imponentes manus super illos, accipiebant Spiritum Sanctum,* (Act 8,15-17). Eodem modo, Ephesi, baptizatis quibusdam discipulis, qui non nisi loannis baptismum receperant, *cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant* (Act 17,7).

Ex his locis sacrae Scripturae, multisque aliis (v.gr. 1 Cor 12,13; 2 Cor 1,21-22; Io 4,13; 7,37; Act 2,17.33, etc.), tum etiam ex testimoniis Sanctorum Patrum, apparet ritus confirmationis tanquam conferens Spiritum Sanctum, et quidem tanquam complementum baptismi*. Ideo Patres expresse hoc sacramentum appellarunt baptismi complementum[2], perfectionem [3], consummationem[4]; quae appellationes eo tendunt “ut vel baptismi effectus per confirmationis sacramentum ad maiorem perfectionem adduci adeoque compleri consummarique dicantur” [5].

153. Gratia, igitur, quam confirmatio confert, est completiva baptismi ; propter quod theologi naturam huius gratiae explicantes, aiunt illam constituere confirmatum militem

1 Potest utiliter conferri LEnnEtcz, 9-56; Dolger, *Das Sakramcnt der Firmung;* C.Rucir, *Confirmation dans la Sainte Ecriture:* DTC 3,980-999: G.Bareille. *Confirmation d'après les Pères Grecs et Latins:* DTC 3,1051-1056.

2 Origenes, *Dc Principiis:* MG 11,147; cf. Denzinger, *Rit. Orient.* 1,249s

3 Conc Uliberitanum. en.38, ed.Bruns, 1.7.12; Aphraates: R 695; *Auctor de Sacramentis:* R 1337; S.Cyrillus Alex.: MG 74,49.

4 S.Cyprianus: R. 595; Ps.Dyonisius, *De Eccles. Hierarch.* 2,8: MG 3,404.

6 J B.UmbErg, *Confirmatione baptismus "perficitur"*: EphThl^ov (1924) 505-517.

Christi. Baptismo homo ingreditur in populum Christi, fitque christianus; confirmatione ingreditur in militiam sive exercitum Christi regis. Itaque:

a) *Est gratia secunda,* seu datur *augmentum gratiae;* supponit, enim, gratiam primam in baptismo receptam, quam complet ; ideoque est *sacramentum vivorum.*

b) *Datur ad robur animae,* et quidem ut fidem intrepide profiteri et defendere valeat. Significatur his verbis natura huius gratiae, quae confertur ad fidem defendendam et profitendam in adiunctis tum *ordinariis* tum *extraordinariis;* et non modo ad defensionem *passivam fidei,* ut cum v.gr. christianus ante tribunal sistit, vel tormentis agitur ; sed etiam *activam,* scilicet, cum pugnare debet in ordinariis vel specialibus adiunctis, positive fidem defendendo vel eandem fidem propagando.

c) *Cum auxiliis specialibus suo tempore conferendis.* Non semper et ubique fides in discrimen ponitur, ac proinde generatim ad conservandam fidem illa gratiae adiumenta generalia sufficient, quae Deus nunquam negat. Sed cum tentationes vel pericula erunt maiora vel extraordinaria, sacramentum confirmationis ius dat ad convenientia auxilia obtinenda.

d) *Conformat animam cum Christo.* "Qui confirmationem accipiunt, quae est sacramentum plenitudinis gratiae, Christo conformantur, in quantum a primo instanti suae conceptionis fuit plenus gratiae et veritatis" e. "Vitam spiritualem homo accipit per baptismum, qui est spiritualis regeneratio ; in confirmatione autem accipit quasi quandam perfectam aetatem spiritualis vitae"7. "Ergo hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam, non quidem unius hominis ad alium, sicut sacramentum ordinis, sed hominis ad seipsum ; sicut idem perfectus vir exsistens habet excellentiam ad se puerum" ®. Et haec perfectio, seu conformitas cum Christo perfecto, procurari ab omnibus debet; ideoque "etiam, morituris hoc sacramentum dandum est, ut in resurrectione perfecti appareant... Unde etiam pueri confirmati decedentes maiorem gloriam consequuntur, sicut et hic maiorem obtinent gratiam" ".

e) Cum gratia sanctificante confert etiam *dona Spiritus Sancti.* Nam haec pertinent ad armaturam militis Christi.8

8 3 *q.72* a.1 ad 4.
T 3 q.72 a.1 c.
8 3 q.72 a.8 c.
• 3 q.72 a.8 ad 4.

S.Ambrosius ait: "Accepistis signaculum spirituale, spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii atque virtutis, spiritum cognitionis atque pietatis, spiritum sancti timoris; et serva quod accepisti''[10]. Similiter S.AugustinusM, et Liber Ordinum ecclesiae Wisigothicae et Mozarabicae[12], qui explanant sensum septem donorum Spiritus Sancti confirmatis collatorum, Haec tamen donorum; collatio non est nisi quaedam ampliatio ipsorum donorum, quae in baptismo iam cum caritate data fuerant[13].

II. Imprimitur character

154. Iam in tractatu de Sacramentis in communi probatum est confirmatione imprimi characterem. Nunc tantum de natura specifica huius characteris[14] breviter agemus.

Sicut gratia confirmationis auget et complet gratiam in baptismo receptam, ita confirmationis character perficit characterem baptisnii. Itaque:

d) Character in baptismo est signum distinctivum fidelium ab infidelibus; character vero confirmationis distinguit spiritualiter provectos ab his quibus dicitur: sicut modo geniti infantes (1 Petr 2,2)[15]. Est etenim confirmatio sacramentum perfectionis spiritualis. Modalitas igitur characteris erit hanc perfectionem signare et suo sigillo muniri.

b) In baptismo character ianuam aperit Ecclesiae et ad sacramentorum, praesertim Eucharistiae, receptionem ordinatur[10]; sed haec potentia, quae in sacramento baptismi est potius passiva quam activa, in confirmatione e contrario est potius activa quam passiva, ut postea dicemus; nam charactere confirmationis anima perficitur in sua capacitate ad sacramenta suscipienda. Imo vero, vi characteris et virtute sacramenti confirmationis, anima debet esse disposita ad plures gratias, quae ipsi necessariae erunt ad fidem defendendam;

» *De Myst.* 7.42: ML 16,402.

u *Tract.* 15,2: cd.Morin, p.58.

12 Ed.FÉROTiN, 34.36s.

13 I.DU Guibert, *Theologia Spiritualis ascctica et mystica** (1939) 139 η.145; Umberg vero videtur velle probare dona non nisi in confirmatione conferri: *Confirmatione baptismus "Perficitur"*: EphThLov (1924) 505.

14 De charactere confirmationis, praeter auctores qui de sacramentis in genere agunt cf. L.Audet. *Notre' participation au sacerdoce du Christ: étude sur le charactère sacramental:* LavThPh (1944) 9-46; (1945) 110-135, praesertim p.125-130; F.Brommer, *Die Lchrc vom sakramcntalcm Character in der Scholastik bis Thomas von Aquin inklusive* (Forschungen zur christl. Littcratur-und Dogmengeschichte, 8,2); A.CroEgaert, *Baptême, Confirmation, Eucharistie, sacrements dc "initation chrétienne"*4 p.253-268.

3 q.72 a.5 ad 1.

*· Cf. tr. *de Baptismo* n.97.

quapropter augetur capacitas et potentia receptiva, quae est quasi exigitiva [17].

c) Character baptismatis hominem membrum Christi fa-, cit; character confirmationis eum militem Christi regis constituit. “Sacramentum, quo spirituale robur regenerato confertur, eum quodammodo constituit pro fide Christi propugnatorem. Et quia pugnantes sub aliquo principe eius insignia deferunt, hi qui confirmationis sacramentum suscipiunt, signo Christi insigniuntur... Qui hoc sacramentum suscipiunt ad spiritualem militiam quodammodo videntur adscript!” [18]. Hoc charactere confirmatus assimilatur Christo auctori fidei et consummatori (Hebr 12,2). Itaque virtute huius maioris participationis in militia Christi, character confirmationis auget potentiam receptivam animae relate ad omnes gratias sacramentales et extrasacramentales suscipiendas; quia non modo debent Christiani confirmati suam fidem alere, sed novum habere robur ut “Ecclesiam Matrem et quam ab ea acceperunt fidem strenue tueantur ac defendant” [19].

Ideo potentia haec non est mere passiva, sed potius activa, et quidem vere *activa,* quia “confirmatus accipit potestatem publice fidem Christi verbis profitendi, quasi *ex officio* ” Imo, iuxta Sasse, “character baptismalis modum habet potentiae passivae; dum character confirmationis potentiae activae assimilatur” [21]. Si, enim, quasi ex officio competit confirmato fidem Christi defendere, et non modo passive defendere, sed active, luctando, confitendo, propagando illam, iam apparet animam multis gratiis indigere, sine quibus robur, constantiam, fortitudinem minime haberet.

d) Confirmationis charactere, confirmatus particeps fit illius sacerdotalis dignitatis, regiae et propheticae, quae Christi militi competit. Id saepe extollunt SS.Patres, ut Tertullianus [22], S.Ambrosius [2S], Pseudo-Ambrosius [21], S.Augustinus [25], S.Leo Magnus [20] et alii plures [27].

e) Tandem charactere confirmationis Christianus participationem habet in apostolatu, seu, ut nostris diebus dicitur,

11 3 q.65 a.3; q.63 a. 6 c.
« CG 4.60.
» Pius XII. *Encyti.* “Mysi. *Corp.*"·. AAS 35 (1943) 201.
30 3 q.72 a.5 ad 2; item In *4* d.7 q.2 a.l sol.l'ad 3.
» 1,282.
32 *Dc Baptismo* 7: ML 1,1206.
23 *Dc Myst.* 6.30: MI, 16,398.
21 *Tract.* 3: ML 57,777.
» *Dc Civitate Dei* 20,10: ML 41,725.
2)5 *De Nativ. Dom. sermo* 4: ML 45,149.
22 Quos citat Lerchcr-Umberg, Otten, Pesch, etc.

in Actione Catholica. Nam ex una| parte Actio Catholica supponit et exigit in suis membris virtutes activas pugnandi pro tuenda fide et illa propaganda; ex alia parte apostolatus est applicatio sive exercitium harum virtutum. Tum etiam Actio Catholica vult et supponit participationem ad hierarchiam per adhaesionem ad ipsam et traditionem totalem ad servitium Ecclesiae. Hoc autem est quod character confirmationis confert: plenitudinem huius participationis ad munera sacra, praesertim ad tuenda Ecclesiae iura et fide dilatanda; quae non nisi cum unione ad hierarchiam haberi possunt2S.

155. Scholion. *De distinctione inter characterem baptismi et confirmationis.* "Dubitari potest an character confirmationis sit nova qualitas omnino in re distincta a charactere baptismati, vel solum sit quidam modus, vel perfectio eius, sicut gratia confirmationis ad baptismalem gratiam comparatur. Videtur, enim, hoc posterius sufficere, quia hoc satis est, ut vera sint omnia, quae de hoc charactere docent Concilia et theologi, et est consentaneum institutioni huius sacramenti; dicitur enim esse quaedam baptismi perfectio: ergo et character cius solum erit quaedam perfectio characteris baptismalis; et hoc sufficit ut dicatur imprimere characterem, sicut dicitur conferre gratiam, solum quia perficit gratiam baptismalem".

"Hic modus dicendi posset defendi sine errore in fide; veritas autem est, characterem confirmationis esse qualitatem realem omnino distinctam a charactere baptismi" ", Non omnes theologi tam asseveranter hanc distinctionem inter utrumque characterem tuerentur, sed communis sententia est utrumque characterem esse realiter distinctum, quamvis character confirmationis dicatur perfectio vel etiam extensio characteris baptismalis; non tamen eo modo quasi ageretur de uno solo charactere ad plura per confirmationem terminante w.

'^'S.Sauras, *Fundàntento sacramental de la Acciôn Catôlica*:* RevEspT 3 (1943) 129-158, speciatim p.147-158; I/.Audet, *Notre participation au sacerdoce du Christ: étude sur le caractère sacramental:* LavThPh 1 (1944-1945) 9-47.110-130. particulari modo 129-130; L, Civardi, *Manual dc Acciôn Catôlica* 1.3; Emm. Card .Villeneuve, *Fondantent thcologique du rôle des laïques dans l'apostolat:* Semaine religieuse de Quebec, 1944; H.GasniER, *La Grâce de nia Confirmation* (1946) p.113-127; A.CroegaErt, *Baptême, Confirmation, Eucharistie* p.268.

29 Suarez, *Dc Sacramentis* d 34 s.1 n.2.

30 Sasse, *Dc Sacramentis* 1,282

TRACTATUS III

De Sacramento unitatis christianae

SEU

De sanctissima Eucharistia

Auctore

P. Iosepho A. de Aldama, S.I.

IN'IRODUCTIÔ

1. Quid de excellentia venerabilis Mysterii Altaris sentiat Ecclesia, optime scripsit Leo XIII in Encycl. *Mirat caritatis* anno 1902: "Tam magnum et virtute omni affluens Sacramentum nemo satis unquam, proinde ac dignum est, nec loquendo laudaverit, nec venerando coluerit. Ipsum sive pie mediteris, sive rite adores, sive eo magis pure sancteque percipias, tanquam centrum existimandum est, in quo Christiana vita, quanta usquam est, insistit; ceteri quicumque habentur pietatis modi demum in id ipsum conducunt et desinunt... Ipsum denique est vehit anima Ecclesiae, ad quod ipsa sacerdotalis gratiae amplitudo per varios ordinum gradus dirigitur. Indidemque haurit Ecclesia omnem virtutem suam et gloriam, omnia divinorum charismatum ornamenta, bona omnia... Et uberrimam quidem salutis copiam non singulis modo sed universis hominibus paratam, hoc habet augustissimum mysterium, ut est sacrificium...; quo nihil esse Deo honorabilius, nihil iucundius potest. Nam divina est, quae immolatur hostia; per ipsam igitur tantum augustae Trinitati tribuimus honoris, quantum dignitas Eius immensa postulat; infinitum quoque pretio et suavitate munus exhibemus Patri, Unigenitum suum; eo fit ut benignitati Eius non modo agamus gratiam, sed plane referamus" [1].

Est ergo mysterium Eucharistiae anima vitae Christianae, ■centrum totius cultus liturgici in Ecclesia.

2. Sed inde apparet uberrima multiplicitas quaestionum, quae in hoc venerabili mysterio investigari debent. Habet enim in se et rationem sacrificii et rationem sacramenti. Haec vero ratio sacramenti ita habetur in Eucharistia, ut in pluribus valde differat a ceteris sacramentis ; est enim sacramentum permanens. Accedit quod in hoc sacramento non sohim gratia producitur, sed etiam auctor gratiae substantialiter continetur et donatur. Quin immo, quae a Christo Domino sive in Coena

1 *Encycl. "Mirae Caritatis":* ASS 34,650ss.

sive in cruce semel peracta sunt\ haec ipsa miro et arctissimo .vinculo cum mysterio Eucharistiae cohaerent. Hi ergo omnes aspectus investigandi sunt.

3. Ut igitur nostram tam complexam tractationem ad quandam unitatem intimam redigamus, investigabimus primum ipsam originem seu institutionem Eucharistiae; quae omnino in Coena Domini ponenda est. Christus Dominus in Coena et panem ac vinum in Corpus ac Sanguinem suum transsubstantiavit, et Corpus ac Sanguinem suum sub speciebus panis ac vini Apostolis tradidit manducanda, et eadem suo Patri obtulit in sacrificium. Haec autem omnia ita Christus Dominus peregit, ut tina eademque actione et panem ac vinum in suum Corpus ac Sanguinem transsubstantiaverit, et ipsa traderet Apostolis manducanda, et Patri suo offerret in sacrificium.

Sed praeterea hanc suam mirificam actionem, qua omnes hos effectus semel produxit, voluit in Ecclesia permanere usque ad finem saeculorum. Hinc ergo datur in Ecclesia actio quaedam mirabilis, cuius effectus est et panem ac vinum in Corpus ac Sanguinem Christi transsubstantiare, et hoc Corpus ac Sanguinem sub speciebus panis ac vini Deo offerre; actio ergo consecrativa simul est sacrificalis. Effectus vero illius actionis ex ipso Christo ordinatur in spiritale alimentum fidelium; quae quidem manducatio iterum simul est et participatio in sacrificio peracto et applicatio alicuius signi sensibilis producentis gratiam, seu usus sacramenti. Sic tam mire omnia cohaerent in consecratione.'

Hinc divisio nostri tractatus:

Liber I. De origine seu institutione mysterii Eucharistici.

Liber II. De realitate mysterii Eucharistici in Ecclesia:

Caput I. De praesentia Christi reali in Eucharistia.

Caput IL De sacrificio Eucharistico.

Caput III. De sacramento Eucharistiae.

BIBLIOGRAPHEA GENERALIS

Alastruey, G., *Tractatus de sanctissima Eucharistia* (Vallisoleti 1949).

D'Alès, A., *Sanctissima Eucharistia* (Paris 1929).

Doronzo, E., *De Eucharistia* (Milwaukee 1948).

De la Taille, M., *Mysterium fidei* (Parisiis 1931).

Filograssi, I., *De sanctissima Eucharistia* (Romae 1947).

Lercher-Danuer, *De sanctissima Eucharistia.* In editione 3." operis L. Lercher, *Institutiones Theologiae Dogmaticae* (Oeniponte 1948) t.IV/2.

Puig de la Bellacasa, I., *De sacramentis*[2] (Barcelona 1948).

Sasse, I.B., *Institutiones theologicae de sacramentis Ecclesiae* I (Friburgi Br. 1897).

LIBER I

De origine seu institutione Eucharistiae

CAPUT I

De ipsa institutione Eucharistiae

4. Quaestio de origine Eucharistiae valde agitatur a Rationalistic recentioribus et Modernistis. Pro his omnibus Eucharistia, prout in Ecclesia nunc habetur, non fuit directe instituta a Christo. Qua affirmatione semel posita, duo maxime ipsis explicanda sunt. *Primum* est, qualis fuerit vera significatio ultimae: Coenae a Christo Domino peractae ; *secundum* est, quomodo haec Coena per historicam evolutionem devenerit in hodiernam Eucharistiam. Ad haec explicanda theoriae et systemata in infinitum multiplicata sunt atque in dies multiplicantur. Quorum systematum generalia lineamenta haec fere sunt :

5. *a)* In explicatione *Coenae a Christo Domino peractae* triplex datur auctorum tendentia.

Prima tendentia est *pure synibblica.* luxta quam, Coena est realis quaedam comparatio, seu parabola, significans amorem Christi erga discipulos, maxime in fractione panis (Goetz, Haup, Goguel, Clemen), aut etiam mortem Christi violentam (Jülicher, Weizsàcker).

Secunda tendentia est *synibolico-dynamica.* luxta quam Coena non solum significabat, sed quodammodo etiam efficiebat, aut sanctificationem esus et potus in discipulis Christi propter Eius praesentiam promissam (Harnack), aut fraternam caritatem inter Christi discipulos (Hoffmann, Seville, Heitmüller, Brandt, Wellhausen), aut novum foedus inter Deum et suum populum constituendum (Holtzmann, Katenbusch), aut ultimam Christi voluntatem salvificam (Dibelius).

Tertia denique tendentia est *eschatologica.* luxta quam

Coena fuit allusio et quasi anticipatio coenae. messianicae, seu caelestis, iamiam adventantis (Spitta, Andersen, Loisy).

6. b) *Transformationem huius Coenae* in nostram Eucharistiam sic explicant. Initio exsistebant coenae Christianorum, in quibus fiebat "fractio panis" in memoriam ultimae Coenae Christi et in signum fraternitatis christianae. Ibi nondum aderat commemoratio passionis aut fides in praesentiam realem Christi. Sed in epistolis paulinis iam apparet evolutio. Iam mutata est (fortasse ab ipso Paulo) coena illa communis in coenam sacramentalem ; et iam attribuitur eius institutio Christo morienti, resurgenti, Seque in cibum donanti. Evolutio peragitur sub influxu religionum hellenisticarum, maxime religionum mysteriorum. Sed iterum explicationes concretae sunt diversissimae.

Alii tenent Paulum, cognitis mysteriis eleusynis, introduxisse coenas sacras in communitate Christiana, eisque aptasse narrationem ultimae Coenae (.Gadner, Loisy).

Alii, affirmatol facto universali harum coenarum religiosarum in hellenismo, tenent non posse amplius determinari fontes, quibus Paulus usus est (Heitmüller, Goguel).

7. Aliis tandem visum est has explicationes non sufficere ; unde quaesierunt *nova elementa solutionum.* Sic Wetter putat aspectum "mysteriosum" Eucharistiae bene explicari ex syncretismo hellenico; sed aspectum sacrificalem provenire ex evolutione alicuius ritus iudaici, scilicet oblationis ciborum pro coena. Iluiq oblationi, quae initio fiebat a christianis divitibus et postea ab omnibus christianis, additae sunt preces et ritus sacri, qui mixti cum charactere mysterioso coenae christianae, per naturalem evolutionem devenerunt oblatio sacrificalis.

LiETZ.mann vero rem sic explicat. Initio habetur duplex forma celebrationis eucharisticae : alexandrina et romana. Forma alexandrina (quae appareil in *Anaphora Serapionis* et antea in *Didaehe'),* provenit ex ecclesiis palaestinensibus ; in his coena Christiana nullum habebat vinculum historicum cum ultima Coena Christi, sed cum prandiis ordinariis Christi cum discipulis, addita spe eschatologica ; eratque coena vulgaris, in qua panis frangebatur cum aliqua benedictione; postea vero, ex influxu hellenismi, habita est paulatim ut coena sacrificalis, in qua manducabatur panis sacer. Forma romana (quae apparet in *Traditione Apostolica* Hippolyti et antea in 1 Cor)

provenit ex ecclesiis paulinis ; in his coena Christiana relationem historicam habebat cum ultima Coena Christi (quae fuit tantum symbolum futurae passionis), atque inde hausit suum characterem memorialem mortis Christi ; postea ex influxu hellenismi habita est ut convivium sacrificale, in quo per manducationem physicam fiebat participatio mystica cum Christo. Haec forma paulina, sensim modificata per elementa iudaica, facta est generalis extra Aegyptum.

8. c) luxta cultores *scholae historicae formarum,* narratio ultimae Coenae Christi creata est a communitate Christiana ex necessitate explicandi coenam eucharisticam. Narratio illa primitiva continebat tantum verba Christi : “hoc est Corpus meum” (nondum “quod pro vobis tradetur”, additum postea a Paulo), “hic calix novum Testamentum est in meo sanguine” (nondum “quod pro vobis effundetur”) et “quotiescumque... veniat”. Unde coena eucharistica primitiva erat symbolum unionis fidelium cum Christo, tam validum ut Christus dicere posset: “Hoc est Corpum meum”. Cetera elementa addita sunt postea ex influxu hellenismi (Dibelius). Loisy recenter tenuit pericopam ad Corinthios non esse authenticam, sed pertinere ad ulteriorem evolutionem mysterii christiani. anteriorem quidem S.Iustino et redaction! evangeliorum synopticorum, sed posteriorem ipsi Paulo et aetati apostolicae. Sic coena primitiva, quae erat vulgare symbolum unionis (propter idem alimentum participatum in communi ab omnibus et propter sensum praesentiae spiritualis Christi venturi), facta est primo symbolum religiosum (“mysterium”) spei et unitatis christianae in Christo (sic in *Didache'),* et deinde symbolum religiosum commemorans et communicans mortem reparatricem (sic in 1 Cor)1.

9. In oppositione ad omnes has theoriasi rationalistarum et modernistarum perpetua *doctrina Ecclesiae* haec est: Christus Dominus in Coena “Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis ut sumerent tradidit; et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus ut offerrent praecepit” *(Cone. Trid.,* sess.22 cp.l : D 938). Tria in his verbis continentur:1

1 Cf. C.Ruch, *Eucharistie:* DTC 5,1024-1031; 'W.Goossens, *Les origines dc ΓEucharistie, sacrement et sacrifice* (Louvain 1931) ; de quo libro, cf. F.M.Braun. *Les origines de FEucharistie, sacrement et sacrifice:* EphThLov 8 (1931) 618-629. Vide etiam J.Coppens, *Eucharistie:* DBS 2.1146-1167; F Carpino. *Evoluzions di sistemi suile origini dell'Eucaristia:* ScuoC^tt 63 (19.}5) 296T312.

a) Christus in Coena sub speciebus panis et vini dedit Apostolis suum Corpus et Sanguinem.

b) Ipsum suum Corpus et Sanguinem sub eisdem speciebus Patri suo obtulit.

c) Praecepit ut in Ecclesia perpetuo fieret id quod Ipse fecerat.

Quae in totidem thesibus investigabimus.

Thesis 1. Iesus Christus in Coena Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Apostolis ut sumerent tradidit.

Fii.ograssi, 18-36.

10. Notiones. In Coena, scilicet cum dixit Apostolis: "accipite et comedite, hoc est Corpus meum ; bibite ex eo omnes, hic est enim Sanguis meus".

Corpus et Sanguinem suum tradidit. Vere et realiter dedit eis suum Corpus et Sanguinem. Proinde dicimus verba illa intelligenda esse sensu proprio et reali, non symbolico aut parabolico.

Nihil tamen in hac thesi dicimus de ulterioribus quaestionibus: num substantia panis et vini conservata sit simul cum Corpore et Sanguine Christi, necne; num species reales panis et vini remanserint. In hac thesi "sub speciebus panis et vini" significat tantum: tradendo Apostolis id quod prius erat panis et vinum.

11. Adversarii. 1) In genere omnes qui negant in sacra Eucharistia dari verum Corpus et Sanguinem Christi, de quibus postea erit agendum.

2) Speciatim *Ratimalistae* recentiores, nihil admittentes in Coena dominica nisi vulgarem coenam cum promissione praesentiae spiritualis Christi apud suos, vel symbolicam allusionem ad mortem Christi aut ad coenam caelestem 2.

12. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Tridentinum* sess. 13 cp.1 : "Post panis vinique benedictionem Se suum ipsius Corpus illis praebere ac suum Sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est" (D 874). Sess.13 cp.3: "Nondum Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret Corpus suum esse, quod praebebat" (D 876). Sess.13 cp.14: "Quoniam autem Christus redemptor

3 Vide supra n.S.

noster* Corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit...” (D 877). Sess.21 cp.l : “Nam etsi Christus Dominus in ultima Coena venerabile hoc Sacramentum in panis et vini speciebus instituit et Apostolis tradidit...” (D 930). Similiter in sess.21 cp.3 (D 932) et sess.22 cp.l (D 938).

Quibus in verbis Ecclesia docet:

a) Christum in Coena dedisse Apostolis 'suum Corpus et Sanguinem ;

b) id contineri in verbis ipsius Christi prout ab Evangelistis et a S.Paulo conservata sunt;

c) haec verba sic semper a Patribus et ab Ecclesia fuisse intellecta nec aliter proinde intelligi posse.

Commemoranda etiam est propositio 45 Modernistarum, a S.Pio X damnata (D 2045).

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

13. Probatur ex sacra Scriptura. Mt 26,26s; Mc 14, 22s; Le 22,19s; 1 Cor 11,23-29.

Praenotandum. Harum quatuor narrationum ordo chronologicus compositionis videtur esse: 1 Cor, Mt, Mc, Lc. Si autem inter se comparentur, duplicem saltem diversam traditionem referunt: 1 Cor-Lc et Mt-Mc. Diximus “saltem”, quia non obstantibus similitudinibus inter 1 Cor et Lc, hic ultimus aliqua propria habet, quae fontem independentem designare videntur.

In recensione Lc traditio versuum 17-20 non est eadem in omnibus codicibus. Textus longior, qui est textus alexandrinus et receptus, habetur in bmnibus codicibus graecis, praeter D, et in pluribus latinis. 'Sed. in codice D et in pluribus codicibus latinis atque in versionibus syris habetur textus brevior, qui tamen non uno modo exhibetur in singulis his codicibus. In codice enim D et in quibusdam latinis omittuntur vers.l9b et 20; e contra, in versione peshita omittuntur vers. 17 et 18; tandem in versionibus syrcur et syrsyn mutatur ordo versuum (16-19-17-18), ita tamen ut in syrsyn ex duobus versibus 18 et 20 unus fiat. Textus longior, unicus et constans, retinendus est ; cum in textu breviori multiplex conatus appareat simplificationis et adaptationis[3].

’ Cf. C.Ruch: DTC 5,1063-1065.1073-1077; M.I.LagrangE, O.P., *Evangile selon S.Luc* 22,19s; J.Coppens, *Les origines de VEucharistie d'après les livres du Nouveau Testament:* EphThLov 11 (1934) 54s. Ex dictis apparet nullum habere fundamentuni obiectivum hypothesim quorundam rationalistarum, iuxta quam Christus in Coena tantum dedit Apostolis panem, non vinum (cf. DTC 5,1078s).

Ceterum pro hac thesi diversitates in quatuor narrationibus nullae sunt quoad panem (nisi additio Mt φάγετε); quoad calicem duo sunt modi loquendi:

τοὺτο ἐστιν τδ αἱμα μου τἠ διαθήκη (Mt-Mc).
τοὺτο τδ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη, ἐν τω αἳματϊ μου (Lc).
» » » » » » ἐστὶν ἐν τω ἐμω αἱματι (1 Cor).

In secunda formula sensus est: hic calix, in meo sanguine (id est, continens» meum sanguinem) est novum testamentum; seu hic calix est novum testamentum, eo quod continet meum sanguinem. Quod idem exprimit prima formula: hic est sanguis meus, novum testamentum. Hinc omnes formulae continent affirmationem sanguinis Christi.

14. Argumentum. Christus, dicens Se dare Apostolis suum Corpus et Sanguinem, loquebatur de vero et proprio Corpore et Sanguine. Atqui illa verba non essent vera si non dedisset eis vere suum Corpus et Sanguinem. Ergo Christus Corpus suum' et Sanguinem vere dedit Apostolis.

Mai. Corpus, quod dat Apostolis, est ipsum Corpus quod tradetur ad Crucem; Sanguis, quem dat, est ipse Sanguis qui fundetur in Cruce.

Min. Verba illa Christi nequeunt intelligi sensu metaphorico. Ergo intelligi debent sensu proprio. Atqui in sensu proprio vera non essent, si Christus non dedisset Apostolis vere suum Corpus et Sanguinem. Ergo.

Antecedens hoc: Verba Christi nequeunt intelligi sensu metaphorico ex natura rei (quia panis non est signum naturale pro corpore, nec vinum pro sanguine), aut ex usu recepto (quia non datur talis usus), aut ex praevia monitione (quia non fuit). Ergo nullo modo intelligi possunt metaphorice.

15. Probatur ex traditione, a) Persuasio Ecclesiae ab antiquitate Christiana de obiectiva realitate horum verborum Christi patet ex documentis plurimis, quorum plura recurrent in sequentibus thesibus. Ut nonnulla afferantur etiam nunc, habemus: *Saec.II-III,* S.Irenaeum (R 240 232), Tertullianum (343) [*], S.Cyprianum (R 581); cf. etiam 582ss. *Saec.III-*

[*] Tertullianum non negare realitatem Corporis Christi, patet ex contextu; totus enim est in probando figuras V.T. impletas esse in N.T. Linde inepte diceret Christum instituisse aliam figuram sui Corporis. Cf. etiam R 337, ubi ex veritate Corporis Christi in communione demonstrat veritatem Corporis Christi in Cruce. Vide etiam R 362. Hinc textus citatus legi debet: hoc. id est figura Corporis mei. est Corpus meum. Haec constructio, quamvis dura fortasse videatur, non semel occurrit in Tertulliano. Cf. A.d'Alès, *La théologie de Tertullien* 364 nota.

V, in Ecclesia alexandrina S.Athanasium 5, S.Cyrillum (R 2101) ; in Ecclesia palaestinensi S.Cyrillum Hierosolymitanum 6, S.Epiphanium (1084) ; in Ecclesia antiochena S.Chrysostomum (R 1179), Theodorum Mopsuestenum (R 1035), Macarium Magnetem (R 2166); in Ecclesia syra Aphraatem (R 689), S.Ephraem (R 707s), Iacobum Sarugensem 7; in Ecclesia romana S.Hieronymum 8 ; in Ecclesia Mediolanensi S.Ambrosium 9; in Ecclesia Brixiensi S.Gaudentium 10; in Ecclesia africana S.Augustinum (R 1464) 11 ; in Ecclesia gallicana Ps.Eusebium Emissenum 12. *Saec.VII-VIII,* S.Isidorum Hispalensem 13, Anastasium Sinaitam 14, Petrum Laodicaenum 15, S.Ioannem Damascenum (R 2371). In his textibus urgetur necessitas et obligatio credendi Christo loquenti, expresse docetur veritas locutionis Ipsius, etiam cum PP. loquuntur sub disciplina arcani (S.Epiphanius, S.Augustinus), tollitur omnis ambiguitas et omne dubium.

16. *b)* Idem colligitur *saec.IX ex controversia eucharistica.* Controversia haec, inter Paschasium Radbertum ex una parte et Rabanum Maurum atque Ratramnum ex alia, praecipue erat de relatione inter Corpus Christi in Eucharistia et Corpus Christi in caelo. Sed omnes coincidunt in affirmanda veritate verborum Christi in Coena. Sic Paschasius Radbertus: "Neque ita dixit cum fregit et dedit eis panem: hoc est vel in hoc mysterio est virtus vel figura Corporis mei ; sed ait non ficte : hoc est Corpus meum" 16. Ratramnus : "Si ergo nihil est hic permutatum, non est aliud quam antea fuit. Est autem aliud, quoniam panis Corpus et vinum Sanguis Christi facta sunt. Sic enim Ipse dicit: accipite..." 17 Rabanus Maurus: "Sed revera quemadmodum nequaquam tunc in Coena sua passus est, quando primitus ex pane et vino dignatus est

6 *Epist.* 4 *paschalis:* MG 26.1379.
6 *Catechesis* 22 2: MG 33 1079. Cf. R 844.
7 Cf. Sasse *De sacramentis* 1 355.
8 *Epist* 120 *ad Hedibiam* 2: ML 22.986.
9 *De mysteriis* 9 54: ML 16.407 Cf etiam R 1340 (textus integer in ML 16 444). Liber de *Sacramentis* probabilius est S.Ambrosii; cf. BullTbAncMéd 5 3°3-39S; in contrarium autem F A Montgomery Hitchcock. *Venerius Bishop of Milan probable author of the "De Sacramentis":* Hermathema 70 (1947) 22-38: 71 (1948) 10.35.
10 *Sermo 2 de Exodo* ML 20-850.
11 Cf. etiam *Enarrationes in Psalmos* in Ps.33 enarr.2 n.2: ML 36,308.
12 *Homilia* 5 *de Paschate:* ML 67 1052s
13 *De ecclesiasticis officiis* 1.18,1: ML 83,754.
14 *Viae dux* 23: MG 89.298.
15 *In Mt* 14.22: MG 86 3326.
16 *Expositio in Mt* 25.26: ML 120.890.
17 *De Corpore et Sanguine Domini* 13: ML 121.133.

verum Corpus et Sanguinem suum creare, consecrare et discipulis suis dare..."[18]

Unde: Tota aetate patristica, sive in Oriente sive in Occidente, etiam in diversissimis locis : et iterum postea, etiam durante prima controversia eucharistica Medii Aevi, persuasio universalis in Ecclesia fuit verba Christi in ultima Coena, tradentis Apostolis suum Corpus et Sanguinem, intelligenda esse sensu proprio. Patet idem dicendum esse de saeculis posterioribus Medii Aevi. Ideo Concilium Tridentinum dicere potuit haec verba Christi propriam illam et apertissimam significationem prae se ferre, secundum quam a Patribus intellecta sunt, quaeque est iuxta universum sensum Ecclesiae (D 874).

17. Obiectiones. 1. In Scriptura saepe adhibetur verbum "est" pro "significat" (Gen 41,26; Dan 4,17; Mt 13,38s ; Gal 4,24). Ergo etiam hic ita intelligendum est.

Dist. antec. Cum tropus innotescere potest ex natura rei aut ex declaratione loquentis, *conc. antec.;* secus, *nego antec.* In exemplis citatis tropus satis innotescit ex ipsa natura rei. Agifur enim de explicatione a'icuius somnii symbolic! (Gen et' Dan), aut alicuius parabolae (Mt), aut alicuius allegoriae, quae expresse affirmatur (Gal). In his autem verbum "est" nequit intelligi ex ipso contextu nisi pro "significat·".

2. In verbis Christi allatis in probatione theseos plura occurrunt, quae sensu tropico sumenda sunt necessario (calix, testamentum, effunditur). Ergo tota narratio similiter est intelligenda.

Dist. antec. Quae satis constant ex natura rei et ex contextu narrationis. *conc. antec.;* secus, *nego antec.* Tropi illi adhibiti in consecratione calicis sunt clari et intclligibiles ; sed in consecratione panis essent penitus inintelliqibiles et obscurissimi.

3. Christus aramaice loouens non adhibuit vocem "est", sed probabilius "ecce". Ergo ex illa arguere non licet.

Dist. antec. Ita ut unicus sensus locutionis adhibitae optime reddatur verbo "est", *conc. antec.;* secus, *nego antec.*

4. Sed Apostoli iam erant praemoniti a Christo, ut Eius verba bene intelligerent, in sermone eucharistico Io 6.52 *(panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita).* Ergo verba intelligenda sunt sensu tropico.

Dist. antec. Apostoli erant a Christo praemoniti. Se illis daturum carnem suam in cibum, *conc. antec.;* erant praemoniti Se illis daturum carnem suam sub speciebus panis materialis, *nego antec.*

18. 5. Verbum "hoc" quando a Christo profertur, designat panem. Atqui panis revera non est Corpus Christi. Ergo vel propositio est falsa, vel debet intelligi tropice ex ipsa natura rei.

Variae dantur solutiones huic classicae difficultati. Dicimus ergo pronomen "hoc" prout a Christo profertur designare corpus, quod adhuc non est physice praesens, est tamen praesens in mente et intentione loquentis quia iam ei apparet ut statim futurum. Unde *negatur maior. Minor* sine dubio *concedi* debet. Patet' etiam sic pro-

** *Epist. 2 ad Egilem 6·.* MT/ 112,1516s.

positionem nullo modo esse falsam; quod accidit jn omnibus propositionibus practicis. Sed neque est tautologica. Nam corpus in subiecto sumitur relate ad species (corpus illud quod erit sub speciebus), in praedicato autem sumitur prout est in se. Sic ergo sensus est': Hoc, scilicet corpus illud quod erit statim sub speciebus, est non amplius panis (ut generatim est), sed Corpus meum ".

Thesis 2. Christus in ultima Coena Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit.

FILOGRÀSSI, 218.

19. Notiones. Obtulit: fecit actionem stricte sacrificalem, seu fecit verum sacrificium.

Sacrificium est specialis actus cultus externi, quo res aliqua sensibilis per aliquam sui immutationem Deo legitime traditur ad ostendendam agnitionem supremae Eius maiestatis. Explico:

a) *Cultus* est testimonium de excellentia alterius cum submissione erga eum. Virtus, quae inclinat hominem ad debitum cultum Deo dandum, est religio. Sacrificium ergo est actus externus et publicus virtutis religionis; et quidem est praecipuus actus huius virtutis.

b) *Externus* dicitur actus cultus, quo manifestatur per aliquod signum sensibile agnitio interna excellentiae alterius.

c) *Res aliqua· sensibilis.* Actus externi cultus perficiuntur vel actionibus (v.gr. genuflexione, oratione vocali), vel adhibita re aliqua permanente, quae Deo exhibetur vel traditur (offertur).

d) *Per aliquam sui immutationem.* Quia res Deo non ideo traditur ut in Ipsius dominium incipiat esse, debet aliquid fieri in ipsa re, quo significetur rem Deo consecrari et ab usibus profanis separari. Talis immutatio potest esse vel mere consecrativa (immutatio in melius), vel destructiva (immutatio in peius). Disputatur a theologis, utrum de essentia sacrificii sit, quod actio sit destructiva. Ab hoc nunc praescindimus.

e) *Ad ostendendam agnitionem...* Sacrificium est in genere signi. *Signum* autem coalescit ex duobus: ex materia et ex forma. Materia est ipsa res quae offertur, quaeque consideratur vel prout antecedit actionem sacrificalem (materia remota; v.gr. animal vivum), vel prout iam immutata per eam (materia proxima; v.gr. animal iam oblatum). Forma est ac-

w Cf. ToLAPO, *In 3* q.78 a.S concl.3,4.

tio immutativa rei oblatae. *Significatio* vero huius signi, quod est sacrificium, esi externa manifestatio internae nostrae agnitionis .excellentiae divinae. Haec significatio non convenit actioni sacrificali ex natura rei ; ideo requiritur institutio, quae in ordine naturali posset fieri ab homine, sed in ordine supernatural! fit ab ipso Deo. Ideo dicitur in definitione "legitime".

20. Ex dictis patet sacrificium *differre:*

d) ab adoratione, quae est actus internus cultus;

Z>) a ceteris actibus externis cultus, quia fit mediante aliqua re permanente;

c) a meris oblationibus, quia fit per aliquam rei immutationem.

Dicimus ergo Christum in.ultima Coena obtulisse Patri verum sacrificium ; id est actionem, qua Christus panem et vinum in suum Corpus et .Sanguinem convertit, fuisse oblationem stricte sacrificalem. Quia vero nunc disputandum non est de intima natura sacrificii, sufficit nobis ostendere in hac thesi, Christum in Coena fecisse actionem, quae non minus sacrificalis est, quam sacrificium Crucis aut sacrificia Veteris Testamenti ; quaecumque tandem sit vera relatio inter haec omnia sacrificia exsistens.

21. Adversarii. Praeter auctores, quos citavimus supra[1], characterem sacrificalem ultimae Coenae negavit Wieland, catholicus. luxta ipsum, nihil est in N.Testamento quod significet sacrificium factum esse in Coena. Verba, quae id postulare videntur, intelligenda sunt de sacrificio Crucis. Coena fuit tantum convivium cum actione gratiarum in Corpore et Sanguine Christi realiter praesentis, respiciente sacrificium futurum Crucis. Primus S.Irenaeus introduxit doctrinam de sacrificio eucharistico[2].

In Concilio Tridentino *nonnulli theologi* negarunt characterem sacrificalem Coenae, vel de eo dubitarunt.

22. Doctrina Ecclesiae. Habetur praecipue in *Tridentinoi* se,ss.22 c.1 (D 938). Ut de mente Concilii sufficienter constet, damus lineamenta quaedam circa historiam huius doctrinae in decreto tridentino[3].

1 Vide auctores citatos n.5.

2 Cf. J.CoppEns, *Eucharistic:* DBS 2,1151s. Ecclesia damnavit opera Fr.Wieland: cf. AAS'3 (1911) 41s.

* Cf. J.Rivière, *Messe ou Concile de Trente:* DTC 10,1113-1132; A.Michel, *Les décrets du Concile de Trente:* HefelE-Leclercq, *Histoire des Conciles* 10,1 (Paris 1938) 425-445; M.Alonso, S.I., *El sacrificio cucaristico de la ultima cena del Sefior, segun cl Concilio Tridentino* (Madrid 1929) 83-244; J.Armijos, S.I., *La inmolaciôn del sacrificio cucaristico, segun cl Concilio Tridentino y cl dccrcto conciliar* (Quito 1942) 104-209.

a) Iam anno 1552, in discussione articulorum haereticorum. disputarunt Patres, utrum Christus in Coena obtulerit sacrificium, affirmante maiore eorum parte contra nonnullos negantes. Hinc *in primo decreti schemate* (anno 1552) dicebatur: “huius etiam sacerdotii munere tunc Christus Dominus functus est, cum Se suo Patri sub sensibilibus panis et vini signis in ultima coena obtulit...” [4]

b~) Res quidem perfecta non fuit in secunda Concilii congregatione. Sed anno 1562 denuo collecti sunt haereticorum articuli ut examinarentur. Quibus a theologis discussis, die 6 augusti proponitur *novum schema decreti,* in quo nihil de charactere sacrificali Coenae dicebatur: “Illud [Missae sacrificium] Christum Dominum instituisse tenendum est, cum in novissima coena panem et vinum in suum Corpus et Sanguinem convertens, sub earumdem rerum symbolis Seipsum sumendum acl offerendum Apostolis tradidit, ac praecepit dicens : hoc facite in meam commemorationem” 5.* In discussione huius schematis (11-27 augusti) suscitata est quaestio de valore sacrificali Coenae, longe maiore Patrum numero affirmante et desiderante ut haec doctrina in schemate insereretur ; quorum multi id tenebant praescindendo ab ulteriore declaratione circa valorem propitiatorium illius sacrificii Christi. Fuerunt tamen nonnulli qui contradicerent, plures qui de hac materia a theologis prius disputari cuperent.

c) Die 5 septembris proponitur *schema reformatum* °, in quo desiderium Patrum sic explebatur: “Ut Se sacerdotem secundum ordinem Melchisedech in aeternum constitutum ostenderet, et dilectae suae sponsae Ecclesiae visibile (ut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repraesentaretur Eiusque memoria in finem usque saeculi permaneret atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur: in Coena novissima, qua nocte tradebatur, Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis (qùos tunc novi Testamenti sacerdotes constituebat) ut sumerent tradidit...” 7*Novum schema generatim pla-

4 Le Pl.AT 4,386.

» CTr 8.751.

β De variis schematibus hoc tempore confectis, cf. Armijos, *La inmolaciôn...* 119-185.

’ CTr 8,909s. In schemate reformato dicebatur: “Patri obtulit, *ut quidem Patrum sententia est”* (cf. Armijos, *o.c.* 133.160). Haec verba, quae addita videntur ad emolliendam assertionem, a legatis sublata sunt ante quam schema Patribus proponeretur (cf. CTr 8,915 nota 2).

cuit, nonnullis repugnantibus8. Hinc ulterius non facta est nisi correctio stilistica.

23. *Constat ergo* Concilii voluntatem fuisse, docere expresse characterem sacrificalem ultimae Coenae ; et quidem illum dogmatice definire. Haec voluntas dogmatice definiendi constat ex archiepiscopo Granatensi8, ex Salmeron 10, 11, ex Cardinale Hosio, legato **. Hinc a theologis statim notatum est tanquam de fide, Christum in Coena sacrificium obtulisse. Sit Toledo anno 1565 l=, Cardinalis Alanus anno· 1574 1S,* Thomas de Chaves anno 1575 14, etc.

Valor dogmaticus. Unde thesis videtur *de fide divina et catholica definita* 1S.

24. Probatur ex sacra Scriptura. Mt 26,26ss; Mc 14, 22s; Le 22,19s ; 1 Cor 11,23-29.

Praenotandum. Differentiae, quae ad nos nunc pertinent, in quatuor his narrationibus, hae sunt :

a) In pane:

τδ ὑπέρ ὑμών διδόμενου (Le)

τδ ὑπέρ ὑμών (1 Cor)

Mt-Mc omittunt.

b) In calice:

τούτο τδ ποτήριον, ή καινή ΟιαΟήκη [έστίν] έν τώ αΐματί μου (Lc-1 Cor), τδ ὑπέρ ὑμώυ έκχυννόμενον (Le).

τούτο έστιν τδ αΐμά μου, τή διαθήκη , (Mt-Mc) τδ περί πολλών έκχυννόμενον ει άφεσιν αμαρτιών (Mt) τδ έκχυννόμενον ὑπέρ πολλών (Mc).

De authentia harum omnium locutionum nulla est seria dubitatio 10.

25. Argumentum. In pluribus his locutionibus sermo est de vero sacrificio. Atqui non solum de sacrificio in cruce per-

• CTr 8.912-915.
5 CTr 8.954.
10 *Coiffentarii in evangelicam historiam* 9 tr.28 p.215; cf. tr.27 p.198.
11 Cf. Braunsbercer. *B.Petri Canisii, SI., epistula et acta* 5 139.
" *Tractatus de sacrificio trenfendo Missae,* controv.3 (ed.Paris) 4.332. Dc tempore, quo hae lectiones habitae sunt. cf. L.Gômez Heli.în. S.I.. *Toledo lector de filosofia y teologia en cl Colegio Romano:* ArchTG 3 (1940) 16.
13 *Opus aureum de sacrament.s in génère, de eucharistiae sacramento, de sacrificio eucharistiae* (Duaci 1603) 543
11 *Summa sacramentorum Ecclesiae* (Salmanticae 1575) 80.
u P.Emmanuel Cuervo, O.P. *(Los tcôlogos dc la escudo salmantina en las discusioncs dei Concilio dc Trento sobre cl sacrificio dc la Cena* [Salamanca 1948) 45s; vel ctiam CiencTom 74 [1948] 215s) contendit Concilium non definivisse characterem sacrificalem ultimae Coenae iliumque proinde non esse de fide catholica sed tantum proximum fidei. Cf. etiam The Irish Eccl. Record 42.656; et EphThLov 22 (1946) 42 nt.22.
,fl Cf. difficultates, quae a criticis afferuntur, in Coppens, *Eucharistie:* DBS 2,1178.

agendo, sed de sacrificio quod tunc perficitur. Ergo hae narrationesi docent Christum in Coena obtulisse verum sacrificium.

Mai. o) Corpus non solum datur Apostolis, sed datur *pro* (υπέρ) Apostolis; Sanguis effunditur *pro* (ὑπέρ, περί) ipsis, *pro* multis. Atqui hic modus loquendi designat verum sacrificium. Ergo. *Min. haec:* cf. Rom 8,32; Tit 2,14; Gal 2,20; quae coincidunt cum Mt 20,28; Mc 10,45 ; 1 Tim 2,6; et cum Rom 5,8; 1 Thess 5,10; Gal 3,13; 2 Cor 5,14.15.21.

b) Sanguis Christi effunditur "in remissionem peccatorum" ; quod item significat actionem sacrificalem. Cf. Rom 3,25; Hebr 13,12; 9,11-14.

c) Coniunctio huius effusionis Sanguinis cum novo foedere designat etiam sacrificium. Quod maxime patet ex comparatione cum Ex 24,8; cf. Hebr 9,15-22x7.

Min. *a)* διδόμενου, ἐκχυννόμενον sunt participia praesentis, quae non usurpantur ad designandam actionem futuram ; praesertim cum verbum a quo pendent est etiam in praesenti (ἐστὶν).

b) Si verbum ἐκχυννόμενον (Lc), ut multi, putant, coniungendum est cum ποτήριον, non cum αἵματι, argumentum pro charactere sacrificali ipsius Coenae validius fit ; sic enim clarius designaretur effusio sanguinis prout in calice contenti. Attamen res dubia est, cum possit coniunctio aliter fieri, etiam grammaticaliter18.*

N.B. Ex *solis* verbis Scripturae citatis argumentum omnino cogens fieri non posse videturie.

26. Probatur ex traditione20. α) A Patribus dicitur Christus in Coena Seipsum immolasse: Hesychius Hierosolymitanus 21, Eutychius Constantinopolitanus Z>) Seipsum obtulisse: S.Cyprianus (R 581), Procopius *c)* Docuisse nos quo modo deberemus sacrificare: S.Irenaeus (R 232),

17 Διαθήκη significat proprie foedus, non testamentum, ut quidam rationalistae voluerunt. Cf. C.Rucn, *Messe dans ifEcriture:* DTC 10.SIOss; L, G.da Fonseca, Διαθήκη *foedus an testamentum?:* Bibi S (1927) 31-50.161-181.290-319.418-441; 9 (1928) 26-40.143-160.

18 De hoc argumento, cf. C.Rucn, *Messe:* DTC 10,806-818, ubi plurcs aliae considerationes afferuntur.

10 Cf. SuArez, *Dc Eucharistia* disp.74 s.2 n.5. Nec in Tridentino id ullo modo definitum fuit. Ubi non solum arguebatur praeterea ex traditione, sed etiam ex figura Melchisedec (quae secus in Christo non fuisset adimpleta), ex praecepto faciendi quod Ipse fecerat, etc.

30 In Concilio Tridentino plura allata sunt antiqua testimonia, de quibus, cf. Alonso, *EI sacrificio cucaristico...* 245-274.

21 *In Leviticum* 1,4: MG 93,821.

23 *Sermo de paschate et de sacrosancta Eucharistia* 2: MG 86,2391.

» *In Exodum* 2: MG 86,2391.

S.Leo Magnus[2·*], S.Isidorus [2°]. *d)* Sacrificium obtulisse sicut Melchisedech: S.Cyprianus (R 581), Eusebius Caesariensis (R 671), S.Hieronymus (R 1390 Theodoretus Cyrensis[2®], Arnobius[27], *e)* Typum sacrificii agni paschalis implevisse: S.Gregqrius Nyssenus (R 1063), Theophilus Alexandrinus [28].

Mentem *liturgiae* refert antiphona: "Sacerdos in aeternum, Christus Dominus, secundum ordinem Melchisedech panem et vinum obtulit".

27. Obiectiones. 1. S.Paulus dicit Christum seipsum *semel obtulisse* (Hebr 7,27). Atqui hoc factum est in Cruce. Ergo in Cocna non Scse obtulit[**].

Dist. niai. Seipsum semel obtulisse oblatione cruenta et perfecta, *conc. niai.;* etiam incruenta, quae relationem essentialem ad cruentam haberet, *nego mai. Contradist. min.* In Cruce facta est quaelibet oblatio Christi, *nego min.;* facta est oblatio incruenta ad oblationem cruentam essentialiter habens relationem, *conc. min.* [M]

2. S.Paulus dicit Christum *unica oblatione* consummasse sanctificatos (Hebr 10,14). Atqui haec fuit oblatio Crucis. Ergo in Coena non fuit oblatio sanctificativa hominum[31].

Dist. mai. Consummasse sanctificatos unica oblatione cruenta et perfecta, *conc. mai.;* sive cruenta sive incruenta, et perfecta seu ad illam essentialem relationem habente, *nego mai. Contradist. min.* Oblatio Crucis fuit oblatio cruenta et perfecta, *conc. min.;* fuit oblatio incruenta et ad cruentam essentialem relationem habens, *nego min.* "

3. Si in Coena fecit Christus sacrificium pro nobis, ergo ante sacrificium Crucis iam facta fuerat redemptio. Atqui hoc falsum est. Ergo Christus in Coena sacrificium non fecit[33].

Dist. mai. Si fecisset sacrificium plene independens a sacrificio Crucis, *conc. mai.;* si fecit sacrificium essentialem relationem habens ad sacrificium Crucis, *subdist.:* iam facta fuerat redemptio inchoative, *conc. mai.;* perfecte, *nego mai. Contradist. min.* Falsum est ante sacrificium Crucis factam fuisse redemptionem inchoative, *nego min.;* factam fuisse redemptionem perfecte, *conc. min. Pariter dist. cons.* Christus in Coena non fecit sacrificium plene independens a sacrificio Crucis, *conc. cons.;* non fecit sacrificium essentialem habens relationem ad sacrificium Crucis, *nego cons.*"

28. Scholion 1. *De charactere paschali ultimae Coenae.* Quaeritur utrum Coena a Christo facta cum Apostolis, in qua Eucharistiam instituit, fuerit revera Coena paschalis. Hoc negatum est a plu-51

51 *Sermo 7 de Passione* 3: ML 54.332.
23 *De ecclesiasticis officiis* 1.18: ML 83,754.
23 *In Ps 109.* 4: MG 80 1771.
27 *Commentarium in Ps 109:* ML 53 496.
28 Hot».10 *in mysticam Coenam:* MG 77,1023.
» *Cf.* CTr 8.756.772.
» Cf. CTr 8.769.
« Cf. CTr 8.756.772.
« Cf. CTr 8.769.
«· Cf. CTr 8,757.764.766s.
M Cf. CTr 8,762,769.771,774.

ribus rationalises, ab aliquibus etiam catho'icis. luxta quos fuir tantum coena aliqua fraterna, quae in pervigilio festi fiebat cum speciali ritu sanctificationis (qiddoush), benedicendo non solum panem et vinum, ut semper, sed etiam secundum calicem, et addendo preces peculiares.

Duo hic distinguenda sunt. Primum est, utrum Coena Christi fuerit de facto coena paschalis; aliud est, quando fuerit celebrata. Ultima haec quaestio chronologica non est hic agitanda In prima quaestione omnino affirmandum est Coenam Domini fuisse revera paschalem. Discipuli ex mandato Christi paraverunt coenam paschalem (Mt 26.17ss; Mc 14,12-16; Lc 22 7-13), quam lesus cum ipsis celebravit (Mt' 26.20; Mc 14.17: Lc 22.14), exprimens suum desiderium eandem celebrandi (Lc 22,15). S.Paulus idem sufficienter designat, cum ex una parte dicit Coenam fuisse in nocte qua Christus tradebatur (1 Cor 11.23) et ex alia parte Christum vocat "pascha nostrum" (1 Cor 5,7). In hoc etiam sensu loquitur Tridentinum sess.22 cp.l ; "celebrato veteri Pascha..., novum instituit Pascha" (D 938) ".

29. Scholion 2. *De plenitudine sacrificii Coenae.* Relatio essentialis inter sacrificium Coenae et sacrificium Crucis est clara. Haec tamen relatio ita ab aliquibus theologis exposita fuit, ut utrumque sacrificium non efformet nisi unicum sacrificium plenum, ex utroque scilicet coalescens. Sic P. De la Taille", et qui cum sequuntur in sententia de essentia sacrificii missae. luxta ipsos sacrificium integratur proprie ex duobus: oblatione et immolatione. Neque oblatio sola, neque sola immolatio sufficit ad statum victimae conferendum; sed requiritur utraque. Oblatio autem, quae requiritur, non est quaelibet oblatio, sed ritualis; id est sensibiliter ac externe manifestata. Iam vero in Cruce evidenter habetur immolatio victimae; sed ibi nullo modo apparet ritualis ob'atio. Haec oblatio ritualis facta est in Coena. Coena ergo per se sola non est sacrificium ; sed tantum prout eius oblatio consummatur per immolationem Crucis. Adest igitur numerica unitas in sacrificio Domini ; quod quidem liturgice offertur in Coena et continuatur per totam passionem usque ad mortem Crucis.

Haec theoria salvat characterem sacrificalem Coenae, et ideo est catholica. Minus tamen consona est cum doctrina Concilii Tridentini sess.22 cp.l (D 938) : "etsi semel Seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri *oblaturus erat...* in Coena novissima... Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri *obtulit"*

53 Cf. ,T-Leal. S.I.. *El d*a de ta ultima Cena dei Serior* ets *el Cardenal Toledo:* ArchTG 7 (1944) 125-186.

M Cf. T Coppens. *Eucharistie:* PBS 2 1172-1174; I.acranc.E *Evangile selon S.Marc* (Paris 1929) 354-363; W.GoossENS. *Les origines de l'Eucharistie* parte 2 cp.2 a 1. De novo areumento pronosito a Goossens, cf. Braun, *Les origines de l'F.ucharist-'e:* FpbTbLov 8 (1931) 623s.

" *V* er. *Mysterium fidei* 101*

B Cf. T.EPix, *L'idée du sacrifice dc la Messe* (Paris 1°26) 688-697: T.Pute ne la Brllacasa. *La esoncia del sacrificio de la Misa:* ErtEel 8 (1929) 363-380; 10 (1031) 65-96 385-406 538-553: 11 (1932) 95-103, ubi habetur prae oculis praecipua b;b1iogranhia. Cf. etiam M.Alonso, S I . *Et sacrificio eucarlst'co dc la Ultima Cena dei Seiior, segftn los tedloaos:* EstEcl 11 (1932) 14.5-166.323-368.461-483; 12 (1933) 33-63.177-198.449-472; A ZiCROSSt, *L'uniti fra Cena c Passione alia hire della "Res et signum" dei sacrificio cucaristico:* DivThop» (Pi) 55 (1952) 358-374.

Thesis 3. Christus in ultima Coena Apostolis eorumque successoribus mandatum et potestatem dedit consecrandi, offerendi et ministrandi Corpus et Sanguinem suum, prout Ipse fecerat.

Alastruey, 15-23.

30. Nexus. Probavimus in thesibus praecedentibus, Christum in ultima Coena convertisse panem et vinum in Corpus et Sanguinem suum, eadem dedisse Apostolis in cibum et potum, simulque eadem actione fecisse Patri suo verum et proprium sacrificium proprii Corporis et Sanguinis sub speciebus panis et vini. Nunc addimus Christum voluisse et iussisse ut haec tria permanenter in Ecclesia peragerentur. Unde evidenter sequitur institutio divina mysterii eucharistici in Ecclesia.

31. Notiones. Mandatum. Immediate et directe iussit Apostolis ut haec, quae Ipse fecerat, ab ipsis quoque perenniter fierent. Sic ergo instituebat novum aliquod sacrificium, cuius materia proxima esset Corpus et Sanguis Ipsius sub speciebus panis et vini, quodque essentialem haberet relationem ad sacrificium Crucis.

Potestatem. Quia nequit dari sacrificium sine sacerdote, simul instituebat novum sacerdotium et Apostolos constituebat sacerdotes. Quorum potestas extenderetur non solum ad sacrificium offerendum, sed etiam ad panem et vinum transmutanda in Corpus et Sanguinem Christi ; hoc enim necessarium erat ut illud sacrificium Corporis et Sanguinis Christi sub speciebus panis et vini, prout Ipse instituebat, offerri posset. Tandem potestas Apostolorum et successorum esset etiam ad Corpus et Sanguinem Domini fidelibus danda in cibum et potum, tanquam consectarium illius sacrificii.

Hinc sequitur Christum in Coena instituisse immediate mysterium Eucharistiae et ut sacrificium et ut sacramentum.

32. Adversarii. Omnes supra commemorati[1], hoc maxime negantes, scilicet Christum voluisse repetitionem ultimae Coenae fieri perpetuo in Ecclesia ; seu. quod idem est, Christum directe et immediate instituisse Eucharistiam.

33. Doctrina Ecclesiae. Habetur in *Tridentino* sess.22 cp.1 (D 938): "In Coena novissima... Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit ac sub

1 Vide auctores citatos n.5-8.

earumdem rerum symbolis Apostolis (quos tunc Novi Testamenti sacerdotes constituebat) ut sumerent, tradidit, et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut oifferrent, praecepit per haec verba: hoc facite in meam commemorationem". Deinde! in eadem sess.22 cn.2 (D 949): "Si quis dixerit, illis verbis: hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse ut ipsi aliique sacerdotes offerrent Corpus et Sanguinem suum, anathema sit". Similiter sess.23 cp.l (D 957) et cn.l (D 961); sess.13 cp.l (D 874) et cp.2 (D 875). In quibus verbis continetur:

d) Christum! *instituisse* Eucharistiam in Coena et ut sacrificium (sess.22 et 23), et ut sacramentum! (sess.13);

b) hoc *contineri in- verbis*: hoc facite in meam commemorationem (sess.22). Nota tamen Patribus Tridentinis in praeparatione huius sess.22 clarius patuisse quod Christus in Coena instituerit Eucharistiam tanquam verum sacrificium, quam quod Ipse in Coena vere sacrificaverit.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

34. Probatur ex sacra Scriptura. 1 Cor 11,24s; Lc 22,19.

Praenotandum. Verba, quae continent mandatum iterandi perpetuo mysterium eucharisticum, inveniuntur tantum in 1 Cor et Lc ct quidem sic:

a) In pane: τοῦτο ποιεῖτε ει τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν (1 Cor-Lc).

ἀ) In calice: τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκι ἐὰν πίνητε, εἰ τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν (1 Cor).

Authenticitas horum verborum negatur a pluribus rationalistis; nulla tamen est obiectiva ratio huius negationis2.

35. Argumentum. Christus iubet Apostolis, ut faciant in memoriam Sui id ipsum quod Ipse fecerat in Coena. Atqui Ipse consecraverat panem et vinum iri suum. Corpus et Sanguinem, sacrificium obtulerat sui Corporis et Sanguinis sub speciebus panis et vini, atque ea sub iisdem speciebus Apostolis dederat sumenda. Ergo Christus haec tria perpetuo peragenda iubet Apostolis in Sui memoriam.

Mai. d) Τοῦτο significat totum id quod praecedit, sive verba sive facta. Ἀνάμνησι significat "memoriale", id est, id quo quis memoriam alicuius rei vel personae renovat, cum aliquo affectu.

b) Ita intelligit verba S.Paulus in vers.26-29. Cum au-

3 Cf. Ruch, *Eucharistie:* DTC 5.1091-1094.

tem hoc refert, non propriam invenit theoriam, sed expresse affirmat doctrinam hanc esse notam in praedicatione Christiana ("quod et tradidi vobis", vers.23) et originem ducere ab' ipso Christo ("ego enim accepi a Domino", vers.23), quocumque tandem modo hoc ultimum intelligatur[3].

c) Talem esse verum sensum horum verborum, definivit Ecclesia (D 949). Non ergo est liberum pro theologo id affirmare vel negare.

36. Probatur ex traditione, a) *Testimonia liturgica.* .Sollemne est in liturgiis connexionem historicam stabilire inter celebrationem ultimae Coenae et exsistentiam mysterii eucharistici in Ecclesia. En aliqua exempla:

Missale Romanum : "Ipse tibi, quaesumus, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in Sui commemorationem hoc fieri hodierna traditione monstravit, lesus Christus..."[4] "Hanc igitur oblationem..., quam Tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noster lesus Christus tradidit discipulis suis Corporis et Sanguinis mysteria celebranda..." [5][6]

Sacramcntarium Gelasianum: affert utramque illam orationem ®.

Sacramentarium Gregorianum: utramque etiam affert [7].

Liturgia Mozarabica vetus: "Sacramenta haec, quae hodie passurus instituit, non ad indicium sed a remedium vobis percipienda concedat..."[8]*

Liber Mozarabicus Sacramentorum: "Illa ineffabili pietate, qua olim passionis tuae tempore Coenam cum discipulis convivatus, panem benedicens ac frangens, Corporis tui sacramenta in memoriam Tui per saecula faciendum discipulis dedisti mandendum : hos super sacratissimam mensam propositionum panes, eadem qua tunc benedictione perlustra..." [8]

Missale Gallicanum Retiis: "Hanc igitur oblationem, quam Tibi offerimus ob diem ieiunii Coenae Dominicae, in qua Dominus noster lesus Christus, Filius tuus, in Novo Testamento sacrificandi ritum instituit, dum panem ac vinum (quod Mei-

3 Duplex datur modus intelligcndi verbum παρέλαβον. Alii tenent S.Paulum hanc doctrinam habuisse ex revelatione immediata a Domino. Alii, fortasse melius, ex traditione. Cf. Ai.i.o, *Première cpUre aux Corinthiens* exc.XJI; Ruch, *Eucharistie:* DTC 5,1084s.

4 *Ecria V in Coena Domini,* orat, secreta.

8 *Feria V in Coena Domini,* canon.

6 Cf. Wilson, 67-69.

T Cf Muratori, *Opere* (Arezzo 1773) 13,II,576s.

8 *Feria V in Coena Domini,* benedictio.

• *Feria V in Coena Dentini,* Qui pridie: ed.Férotin 239.

chisedec in praefiguratione futuri mysterii sacerdos obtulerat) in sacramento sui Corporis et Sanguinis transformavit...[10]

Similia habentur in liturgiis orientalibus.

37. b) *Testimonia Patrum.* Habentur ab initio aetatis patristicae. Sic S.Iustinus originem-nostrae Eucharistiae in eo invenit, quod "Apostoli in commentariis suis, quae vocantur evangelia, ita sibi mandasse lesum tradiderunt: Eum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse : hoc facite in meam commemorationem" (R 128; cf. etiam R 135). S.Irenaeus dicit Christum in Coena novam docuisse oblationem, "quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo" (R 232). luxta Tertullianum, Eucharistiae sacramentum est "mandatum a Domino" (R 367). S.Cyprianus tenet Christum obtulisse Seipsum sacrificium Patri et hoc fieri in Sui memoriam praecepisse (R 584), unde deducit quid sacerdos facere debeat. Adamantius, ex doctrina omnibus nota et admissa, sic arguit: "Si vero [Christus], ut isti aiunt, carne et sanguine carebat, cuius tandem carnis aut cuius corporis aut cuius sanguinis imagines panem et poculum dedit, et praecepit discipulis per haec Sui memoriam facere?"[11]

Ex *saec.lP-P* citari possunt plurimi. Sic Eusebius Caesariensis docet: "Itaque post omnia quasi mirabilem quandam victimam sacrificiumque eximium Patri suo operatus pro nostra omnium salute obtulit, eiusque rei memoriam, ut nos ipsi Deo pro sacrificio offerremus, instituit"[12]. S.Ephraem explicat verba Christi: "Quando congregabimini in nomine meo in ecclesia ubique locorum, facite quod feci, in mei memoriam: manducate Corpus meum et bibite Sanguinem meum, testamentum novum et vetus" (R 708). S.Ambrosius dicit non humani sed divini esse muneris sacramentum quod accipimus, ab Eo prolatum, qui benedixit fidei patrem Abraham[13]. S.Hieronymus, postquam dicit Christo: "Quo modo Melchisedech, rex Salem, obtulit panem et vinum, sic et Tu offeres Corpus tuum et Sanguinem, verum panem et verum vinum", addit: "Iste Melchisedech ista mysteria, quae habemus, dedit nobis"[14]. luxta S.Chrysostomum, oblatio "eadem est quam Christus dedit discipulis et quam nunc sacerdotes faciunt?' (R 1207). Pro S.Cyrillo Alexandrino actio Christi in Coena exhibet nobis "typum orationis Eius, quam proferre debere-

10 Cf. Muratori, *Opere* 13,111,541s.
ll *De recta in Deum fide* 5,6: MG 11,1839.
u *Demonstratio evangelica* 1.10: MG 22,89.
M *De mysteriis* 8,46: ML 16,404.
« *In Ps 109:* ML 26,1165.

mus quotiescumque mystici et vivifici muneris gratiam oblaturi essemus, quod reapse facere solemus"[15] [16] Theodoretus Cyrensis docet "nos non aliud sacrificium offerre, sed illius unius et salutaris memoriam peragere; hoc enim praecepit ipse Dominus" ie. Iuxta S.Leonem M., "cum in Caiphae atrio tractaretur quo modo Christus posset occidi, Ille, Corporis et Sanguinis sui ordinans sacramentum docebat qualis Deo hostia deberet offerri" [17].

Unde tum ex testimonio veterum liturgiarum, tum ex dictis Patrum antiquiorum constat in Ecclesia fuisse persuasionem, Christum in ultima Coena instituisse mysterium eucharisticum; idque praecise ex verbis quibus iussit: *hoc facite in meam commemorationem.*

38. Corollarium. Ex praecedenti mandato Christi iam a priori patet Eucharistiam nunquam potuisse deesse in Ecclesia. Mandatum enim hoc, in quo instituebatur et sacrificium et sacerdotium in Ecclesia Christi, sine dubio pertinebat ad constitutiva essentialia novae societatis religiosae a Christo fundatae. Haec autem constitutiva perenniter immutata perseverare debent. Hinc pro theologo iam sufficienter constat divina origo Eucharistiae contra Rationalistas et Modernistas. Videbimus deinde in scholio, id etiam historice probari posse.

39. Scholion. *De celebratione Eucharistiae in primaeva communitate Christiana.* Inter verba Christi iubentis celebrare mysterium cucharisticum in Sui memoriam, et generalem persuasionem Patrum et liturgiarum se de facto illud divinum mandatum adimplere in celebratione Eucharistiae, dantur testimonia immediata, quibus historice constat illam fuisse celebratam de facto iam ab initio in communitatibus christianis. Hoc nunc ostendemus.

a) *Facta.* Celebratur Eucharistia *Hierosolymis:* Act 2,42-47. "Fractio panis" (vers.42) videtur significare Eucharistiam. Christiani dicuntur perseverare (assidue se exercere) in his, per quae a ceteris distinguuntur: discere doctrinam Apostolorum, unionem fraternam conservare, Eucharistiam participare quae illam unionem consummat, determinatas preces fundere. Minus patet, utrum "fractio panis" versus 46 designet etiam Eucharistiam; sola enim illa formula non sufficit[18]. Quod si etiam in versu 46 ageretur de Eucharistia, appareret iam haec in connexione cum agapis, ut deinceps de facto apparuit[19].

Celebratur etiam *in Troade* circa annum 58: Act 20,7-11. Die dominica discipuli conveniunt in unum (est σύναξι), et quidem ad

[15] *In Lc* 22,19: MG 72.907.
[16] *In Hcbr* 8.4: MG 82,735.
[17] *Sermo* 7 *de Passione:* ML 54.332.
[18] Sic "fractio panis" in Lc 24.35 ct in Act 27,35 non videtur eam designare. Cf. Ruch. *Eucharistie:* DTC 5,1060.1065·
[19] Cf. Ruch, *Eucharistic:* DTC 5,1066ss; *Messe dans l'Çcriïurç:* DTC 10.827,

"fractionem panis" peragendam. Actus, qui commemorantur, sunt: praedicatio apostolica, fractio panis, communio[20].

Celebratur *Corinthiis:* 1 Cor 11,17-34; 10,16-22. S.Paulus loquitur de "cocna dominica". Haec, iure vel iniuria, apud Corinthios constabat ex agape et Eucharistia. Eucharistiam ibi adesse, vidimus in thesibus praecedentibus, ubi textum epistolae ad Corinthios examinavimus. Ceterum S.Paulus expresse signat connexionem historicam cum ultima Coena et institutione Eucharistiae, mediante mandato Domini[21].

40. Celebratur *in Syria* circa annum 100-150: *Didaché* cp.9.10.14s (R 6-9). Haec capita intelligcnda sunt de una cademque re, ita ut in cp,14s sermo sit de obligatione celebrandi Eucharistiam, et in cp.9s de modo liturgico id peragendi. In cp.14 nominantur σύναξι, fractio panis et gratiarum actio; in quibus peragitur sacrificium mundum, exigens proinde internam animi praeparationem. Haec fiunt a liturgis. De eadem fractione panis sermo est in cp.9. Complexus horum rituum vocatur "Eucharistia"; qua voce etiam designatur id quod ibi manducatur et bibitur (cp.9), quodque sanctum est. Evidenter agitur de cibo et potu sacrificii. Formulae capitum 9s videntur esse pro communitate, non pro liturgis; hinc omissio consecrationis. In his omnibus apparet non solum permanentia Eucharistiae in Ecclesia, sed etiam eius character sacrificalis

Celebratur *in Asia Minore* circa annum 110; S.Ignatius in epist', ad Ephesios 20,2 (R 43), ad Trallianos 2,3 (R 48), ad Philadelphenses 4 (R 56), ad Smyrnaeos 7,1 et 8,Is (R 64s). Christiani conveniunt ad celebrandam Eucharistiam, quod etiam vocatur celebrare agapen. In hac Eucharistia datur panis et calix. Fit "fractio panis" cum precibus. Et Eucharistia ipsa est caro et Sanguis Christi. Celebratur a specialibus liturgis (inter quos diaconi vocantur ministri mysteriorum); et quidem super altare, utpote verum sacrificium. Effectus Eucharistiae est sanctificatio animae[22].

Celebratur *communiter a Christianis medio saec. II:* S.Iustinus in I *Apologia* 65s (R 128s) et in *Dialogo cum Tryphone* 41 (R 135). Descriptio coenae eucharisticae est clara, cfiam cum insertione verborum institutionis et mandato iterationis. Elementum sacrificale apparet in *Dialogo cum Tryphone'"*.

Quae ergo elementa Eucharistiae essentialia a Christo instituta vidimus, eadem historice apparent iam ab initio.

41. b) *Modus celebrationis.* Ritus, ut patet, non unus fuit ab initio in omnibus ecclesiis. Quaestio hic spcciatim memoranda est de agapis.

Quaeritur scilicet utrum Eucharistia celebraretur inter coenandum, seu ante vel post agapen, sicut Christus ipse fecerat in Coena paschali.

Id videtur affirmandum de primaeva communitate hierosolymitana (Act 2,42-46), melius vero negatur de Eucharistiae celebratione in

20 Cf. Rucit, *Eucharistie:* DTC 5.1059s..
-' Cf. Reçu. *Eucharistie:* DTC 5.1044-1059; *Messe:* DTC 10.829-834.
x' Cf. Rucit, *Messe:* DTC 10 865-882. Probabilius videtur capita IX et X agere etiam de Eucharistia; quod tamen valde disputatum est. Cf. in contrarium. H.EecuSRCO, *Messe:* DACE 11,539-556;
'-° Cf. Rvcit, *Messe:* DTC 10.888-894.
9' Çf. Rvcn, *Messe:* DTC 10,895-907.

Troade ab Apostolo (Act 20,7-11). Sed omnino affirmandum est de ecclesia Corinthiaca (1 Cor 11). Ibi tamen adhuc quaestio est, utrum id in illa ecclesia iure fieret.·, an ex aliquo abusu quem S.Paulus in epistola damnat. Utraque haec theoria a catholicis defenditur. Probabilior videtur prima explicatio, iuxta quam abusus ab Apostolo damnatus non erat celebratio Eucharistiae in agape, sed modus inordinatus a Corinthiis paulatim introductus".

CAPUT II

De promissione Eucharistiae

42. Cum quaestione de originibus Eucharistiae connectitur intime eius promissio a Deo facta. Quam quidem considerare possumus tum in Vetere, tum in Novo Testamento; et sane tum in verbis expressis, tum in symbolis vel typis. Sed quia materia haec abundantissima est, ea tantum dabimus quae maioris momenti videbuntur.

Thesis 4. Christus in sermone de pane vitae promisit quod in Coena adimplevit dando Apostolis suum Corpus et Sanguinem.

Filograssi, 5-18; Puig, 196-205; C.Ruch, *Eucharistic d'après la sainte Ecriture:* DTC 5,989-1024; Tu.Philips, *Die Verhcissung der hi.Eucharistie nach Joannes. Einc exegctische Studie* (Paderborn 1722); Cori.uy, *SPccilcgiutn dogmaticum»* 2,361-364.

43. Notiones. Sermo de pane vitae, scilicet Io 6,22-71.

Promisit quod adimplevit in Coena, scilicet Se daturum proprium Corpus in cibum et proprium Sanguinem in potum ; non tamen, dicimus Christum in illa promissione expresse dixisse omnia quae in Coena de facto fecit. Sic non solum nihil dixit de sacrificio, sed neque de modo quo suam Carnem daturus est in cibum, sub speciebus, etc.

Affirmamus ergo tantum, verba Christi in Io 6, in quibus loquitur de sua Carne manducanda et de suo Sanguine bibendo in futurum, intelligenda esse sensu proprio, non sensu metaphorice. Sensus metaphoricus esset, si manducatio haec intelligeretur de Christo habendo intra nos per fidem in Ipsum ; quod vocari solet manducatio spiritualis.

44. Adversarii. *Protestantes,* iuxta quos Christus vocat Se panem vivum tantum metaphorice, et in toto illo sermone loquitur solum de manducatione spirituali.

25 Cf. Ruch, *Messe:* DTC 10,848-852; Al i.0, *Première Epitre aux Corinhicns* exc.X.

Plures Patres Tridentini similia dicebant ex ratione polemica. Ut scilicet facilius responderent haereticis hussitis, qui ex sermone hoc probare volebant necessitatem communionis sub utraque specie[1].

Nonnulli quoque *theologi* etiam post Concilium Tridentinum, a quo tempore talis explicatio in dies magis disparuit inter catholicos [2].

45. Doctrina Ecclesiae. 1. *Concilium Tridentinum* sess.21 cp.l (D 930). De historia huius textus nota in Concilio magnam fuisse varietatem in exponendo hoc capite Io 6. Revera tamen maior theologorum pars intelligebat illud caput aut de sola manducatione sacramentali, aut de spirituali et sacramentali simul. *In primo schemate* decreti dicebatur: "Sed neque illa verba Domini: Nisi manducaveritis..., ita accipi debent, ut ipsis utraque species laicis praecipiatur. Nam, quamvis, multos graecos et latinos Patres sequendo, concedendum sit verba illius capitis ad Eucharistiae sacramentum pertinere, non tamen ex praedictis verbis colligi potest panem manducandum et calicem bibendum Dominum praecepisse..." [3]*Pluribus Patribus visum est nimis asseveranter ea dicta fuisse. Hinc *in secundo schemate* dicebatur: "Sed neque sermone illo Domini apud Io 6 recte colligitur utriusque speciei communionem a Domino praeceptam esse. Namque qui dixit..."[4] Unde *informa definitiva* additum fuit: "Utcumque iuxta varias..." Concilium ergo nihil dicit de sensu verborum lo 6; declarat tantum, in quacumque hypothesi, etiam si admittatur sensus eucharisticus et realis, ex illis verbis non posse concludi institutionem divinam communionis sub utraque specie °.

2. Eeo XIII in *Encycl. ""Mirae caritatis"* sensum eucharisticum Io 6 aperte docuit ®.

Valor theologicus. *Communis et certa.*

46. Probatur ex ipsis verbis. Praenotandum 78 Duae

1 De Caictano alnsque ab his Patribus allegatis, cf. J.Tapia, *Et sentido cucartstico del cap 6 del Evangeilo de San Juan cn lo.ç teôlogos postridentinos:* ArchTG 6 (1943) 12-20.

3 Cf. Tapia, *El sentido cucaristico...* 26-33.

« CTr 8.653s.

« CTr 8,688.

8 Pro historia verborum Tridentini, cf. F.CavallEra, *L'interprétation du chapitre 6 dc Saint Jean. Une controverse exégetique au- Concile dc Trente:* RevHistEccl 10 (1909) 687-709; S.Franke, *Interpretatio Io 6,54 in primo temporis spatio Concilii Tridentini:* CollTheol 17 (1936) 424-431; J.Tapia, *EI sentido eucarlstico...* 11-25.

8 ASS 34,642-647.

T De forma litteraria externa, cf. P Gaêchter, *Die Form der eucharistischcn Rede Jesu:* ZkathTh (1935) 419-441. De authenticitate quorundam versuum,

sunt praecipuae' interpretationes catholicorum, luxta aliquos totus sermo dividitur in duas partes; quarum prima (35-47) agit de manducatione spirituali per iidem, secunda (48-60) de manducatione reali et eucharistica, seu sacramentali. luxta alios totus sermo agit de Eucharistia sensu proprio. Quaestio haec non est de sensu eucharistico capitis 6 (qui ab omnibus admittitur), sed de eius unitate litteraria. Pro argumentatione nostra haec unitas indifferens est, cum nobis sufficiat ut sensus eucharisticus in secunda parte retineatur. Sed unitas litteraria totius sermonis omnino commendatur. Quod quidem sic ostenditur:

o) Christus vult dare panem multo praestantiorem quam panis ab Ipso multiplicatus; ad cuius altissimi cibi intelligentiam requiritur magna fides (vers.26-29).

b) Audito hoc ciba mirabili, ludaei cogitant de alio cibo miro ipsis a Moyse, magno propheta, dato. Hancque allusionem ad manna arripit lesus, ut ludaeos ad cognitionem novi panisJ adducat. Erit enim sicut manna a Moyse datum; sed multo praestantior. Manna erat cibus caelestis et erat cibus vivificans; utrumque habebit excellentius panis suus (vers. 30-34).

c) Erit primum *vere* caelestis, seu e caelo descendens; non sicut manna. Sic designatur origo divina Christi (cum panis promissus sit Ipse); quae omnino credi debet, quamvis ludaeis id difficile videatur (vers.35-47).

</) Erit deinde *vere* vivificans; non sicut manna. Sic designatur effectus ex manducatione huius panis; qui panis nihil aliud est nisi caro ipsius Christi; quae omnino manducari debet, quamvis ludaeis id impossibile videatur (vers.48-60)s.

47. Argumentum. Christus promittit Se daturum aliquem cibum,· (vers.27), aliquem panem (vers.52), qui est Ipse (vers.33.35.48.52), sua Caro (vers.52), imnio est cibus et potus, scilicet sua Caro manducanda et suus Sanguis bibendus (vers. 54-59). Atqui haec debent intelligi sensu reali et physico. Ergo Christus promittit Se daturum proprium Corpus vere et

cf. C.Rucn. *Eucharistie d'après la sainte Ecriture:* DTC S,993s. Dc historicitatc, cf. Ruch: DTC 5,1011-1024.

* Cf. E Janot, *Le pain dc vie. A propos des interprétations du- chapitre 6 de l*Evangile dc StJean:* Grcg 11 (1930) 161-170; J.Lem„ *La unidad eucaristica del cap.6 del Evangclio dc San Juan, scgûn cl Cardcnal Toledo:* ArchTG 6 (1943) 155-190; J.Tapia, *El sentido cucaristico...:* ArchTG 6 (1943) 69-105; F.X.Müller, *Revelaturne Eucharistia lo 6,26-47 ipsis verbis, an typisf:* Grcg 3 (1922) 161-177; J.M.Bover, *De sermonis unitate lo 6,26-29:* VerDom 3 (1922) 4S-50; J.A.Onate, *El discurso del "Pan de vida":* ÇongrlnternEuc 2 (1952) 402-412; V.LarraSaga, *El discurso sobre el Pan de vida en San Juan 6,22-71:* ib. 413-423.

realiter manducandum et proprium Sanguinem vere et realiter bibendum. Atqui rursus in Coena dedit Corpus suum vere manducandum et Sanguinem suum vere bibendum. Ergo Christus in sermone vitae id promittit quod in Coena adimplevit.

Min. a) Non sensu *metaphorico.* Locutio "edere carnem alicuius" vel "edere aliquem" habet quandoque in Scriptura sensum perdendi vel opprimendi aliquem (lob 31,31); sed talis unicus sensus tropologicus in contextu est plane impossibilis.

ὑ) Non sensu *spirituali symbolico.* Fides, quae in ipso contextu exigitur (vers.35-47), est diversa a manducatione carnis et potatione sanguinis: illa debet iam nunc praestari (vers.29.36.65), haec habebuntur postea (vers.27.52) ; illam dat Deus (vers.37s.44.45.66), haec dabit ipse Christus (vers. 27.52). Ceterum si ageretur de fide, idem quod iam antea clarius explicuerat, diceret nunc obscurioribus verbis.

c) Sensus *rcalis ct physicus* exigitur a verbis ipsis (vers. 56), a comparatione cum manna; sic intelligitur a ludaeis audientibus, qui ideo litigabant (vers.53.61), ipso lesu non corrigente, sed confirmante verbis emphaticis (vers.62ss), qui alias bene' corrigebat falsum sensum audientium (cf. Io 3,3-13; 4, 32ss ;. 8,32-36).

48. Probatur ex traditione, a) *Ex SS.Pairibus*[9]. Patres, loquentes de Eucharistia, utuntur verbis et locutionibus desumptis ex Io 6, ad quem locum talibus verbis evidenter alludunt. Sic S.Ignatius (R 64 43), S.Irenaeus (R 234); Clemens Alexandrinus (R 408) inter antiquiores. Patres praeterea intelligunt expresse Io 6 de Eucharistia. Sic Orig'enes (R 491), S.Athanasius 10, S.Cyrillus Hierosolymitanus "', S.Basilius (R 916), S.Gregorius Nyssenus 12, S.Ioannes Chrysostomus 13, S.Cyrillus Alexandrinus (R 2131), Anastasius Sjnaita 1*, Petrus Laodicaenus 15, S.Ioannes Damascenus 10 inter Graecos; Tertullianus17, S.Cyprianus

° Cf Schmitt. *Die Vcrheissung der Eucharistie (Jn 6) bei den Vatem* (Würzburg 1900); Schmitt, *Die Vcrheissung der Eucharistic bei Cyrill von Jerusalem und Johannes Chrysostomus* (Würzburg 1903); P.de Puniet, *La promesse de ^Eucharistie (Ioann.6), interprétée par saint Jean Chrysostome:* RevThom 15 (1907) 548-612.

10 *De Incarnatione adversus Arianos* 16: MG 26,1012.

11 *Catecheses* 22,4: MG 33,1100.

13 *In Ecclesiastem* hom.8: MG 44.739.

33 *In loannem* hom.46,2: MG 59,260s.

« *Viae Dux* 23: MG 89,298.

35 *In Marcum* 14,22: MG 86,3326.

ie *De fide orthodoxa* 4,13.49: MG 94,1148s.

" *De oratione* 6: CSEE 20.

(R 559), S.Hilarius (R 870), S.Ambrosius (R 1270), S.Gaudentius Brixiensis i8, S.Hieronymus 19 S.Leo Magnus (R 2214), S.Maximus Taurinensis 20, S.Isidorus Hispalensis '21 inter Latinos ·22.*

b) *Ex Usu Conciliorum.* In Conc.Nicaeno II, ad probandam realitatem Corporis. Christi in Eucharistia, adducta sunt verba Io 6,54s simul cum verbis institutionis 123. Similis usus habetur in Lateranense IV 121, in Constantiense sess. 13 25;* in ipso Tridentino sess.13 cp.2 et 8 (D 875 882).

c) *In controversia eucharistica saec.IX* allegatur Io 6 in sensu eucharistico sine disputatione.

d) *In primaeva Scholastica.* Eodem sensu loquuntur Alexander Halensis, S.Bonaventura, S.Thomas, 'S.Albertus M., Scotus, alii 120.

e) *In posteriore Scholastica.* Saec.XIV propter obiectionem Hussitarum quidam incipiunt dubitare. In Conc.Tridentino minor omnino pars (decem) defendit sensum spiritualem exclusivum ; ceteri omnes aut realem solum, aut utrumque simul. Post Conc.Tridentinum eundem sensum spiritualem defendunt Cornelius Iansenius, Michael Palacios, Arias Monnus (ut videtur) et Gulielmus Estius; ceteri realem. Postea iam sensus eucharisticus ab omnibus perfecto consensu defenditur, quidquid sit de ulteriore quaestione circa unitatem litterariam sermonis 27.

f) *Ex usu liturgico.* In Breviario Romano pro festo Corporis Christi, praeter Evangelium, responsoria tertii nocturni desumuntur ex Io 6, item antiphona ad Benedictus. In Missali autem pro eodem festo tum Evangelium tum versus post Graduale leguntur ex eodem capite Ioannis.

49. Obiectiones. 1. Christus de facto correxit falsam intellectionem audientium vers.63: *hoc vos scandalisat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam.* Ergo volebat intelligi sensu spirituali.

Respondeo verba illa non posse sic intelligi. Iudaei enim illa audientes, non solum non praebuerunt fidem Christo accipiendo hanc

18 *In Exodum* serm.2: ML 20 859.
» *Epist.120 ad Rcbidiam* 2: ML 22.987.
=“ *Romilia* 45: ML 57 330.
21 *De ecclesiasticis officiis* 1.18: ML 83.755.
22 Quod aliqui Patres quandoque loquantur de sensu spirituali, non impedit eosdem in aliis locis loqui de sensu reali et eucharistico.
'I= Hrd 4.370.
21 Msi 22 972.
» Msi 27,727
x De his auctoribus, quorum aliqui citantur* ut adversarii sensui eucharistico, cf. breviter J.Tafia, *El sentido cucaristico...:* ArchTG 6 (1943) 12-20.
T' Çf. J.Tafia, *El sentido cucaristico...*: ArchTG 6 (1943) 26t69.105-117,

explicationem, sed positive abierunt ab Ipso (vers.67). Unde verba Christi non intellexerunt de aliqua mitigatione sensus obvii, qui sine dubio erat sensus rcalis. sed potius dc aliqua confirmatione illius sensus realis. Λ<l intellectionem vero illorum verborum, quae obiciuntur, haec nota.

Verba illa *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem...* diversimode explicantur. S.Chrysostomus intelligit ea de quadam allusione Christi ad suam divinam originem, ut eruat inde rem propositam esse supcrnaturalem ac proinde fide credendam, non mera ratione intclligcndam. Fere sicut fecit cum Nicodcmo (Io 3,13). Quasi diceret: si videritis Me ascendentem ubi eram prius, credetis Me de caelo descendisse ac habere naturam divinam, ideoque posse facere liaec et alia mirabilia.

Alii putam· agi dc allusione ad suam ascensionem (quod in ipsis verbis clarum est), ut eorum carnales cogitationes a carne mortali retrahat. Quasi diceret: qui potest hanc carnem reddere caelestem non poterit et ipsam cibum hominum efficere?

Alii aliter

Verba illa *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam,* intelligenda sunt sic: in homine id quod vivificat' non est caro, sed spiritus; caro sine spiritu est caro mortua, ad nihil prodest. Unde quia Christus dixerat manducationem suae carnis dare vitam, et quidem aeternam (vers.S5), caro, quam Ipse dicit esse manducandam, non potest' esse caro mortua, caro sine spiritu, sed caro viva, caro ipsi Verbo unita. Quibus verbis corrigit falsam conceptionem audientium, qua putabant carnem Christi, ab Ipso promissam, manducandam esse in frusta concisa.

50. 2. Christus non semper corrigebat falsas audientium interpretationes (cf. Io 2,19). Ergo fortasse hic non correxit, quamvis male intellexerint.

Nego paritatem. In loco citato eventus ipse iam probavit agi de suo corpore; hic e contrario, si non correxisset, eventus nihil demonstrasset de vero sensu verborum. Praeterea in nostro casu Christus omnino debuisset corrigere falsam interpretationem, quae totam Ecclesiam ad errorem et ad cultum idololatricum ducere debebat.

3. Christus loquitur dc aliqua manducatione praesenti (vers.55: *qui manducat).* Ergo non loquitur de futura Eucharistia, sed de fide in Ipsum.

Nego antec. Christus evidenter loquitur de manducatione futura: *panis, quem Ego dabo* (vers.52). Unde verba citata non designant tempus determinatum ullum, sed dicunt indeterminate: qui manducet meam carnem tunc, cum detur.

51. Scholion. In probatione theseos supposuimus probatam iam institutionem Eucharistiae in thesibus praecedentibus. Si quis hoc probatum supponere nolit (sicut v'dentur facere illi auctores qui thesim de promissione praemittunt thesi de institutione), sic procedat ut probet immediate Christum revera promisisse Se daturum suum Corpus in cibum et suum Sanguinem in potum. Deinde, quia haec promissio divina absoluta est, omnino impleri debet in Ecclesia. Quia autem in Ecclesia nullus alitis apparet modus manducandi

Cf. I.Knab^nbaukr, *Çonttnrntariuf jeapnem* 252*255,

Corpus Christi eV bibendi Eius Sanguinem nisi Eucharistia, ergo deducendum est Christum in illis verbis revera promisisse institutionem Eucharistiae.

Thesis 5. Oblatio a Melchisedec facta typus fuit mysterii eucharistici.

Filograssi, 236-241; A.Vaccari, *Melchisedec, rex Salem, proferens panem et vinum (Gen 14,18):* VerDom 18 (1938) 208-214.235-243.

52. Notiones. Oblatio a Melchisedec Facta, quae scilicet narratur in Gen 14,18ss.

Typus. Non tantum quaedam similitudo. Sed Deus voluit et illam oblationem fieri a Melchisedec et sia narrari in Genesi, ut haberemus veram praefigurationem Eucharistiae. Hoc nequit nobis constare ex solo textu ipsius Geneseos, sed aliunde.

Mysterii eucharistici. Quia mysterium eucharisticum, ut vidimus, multiplicem aspectum habet, praefiguratio haec absolute loquendo posset intelligi multipliciter. *Primo modo,* ita ut Melchisedec de facto non sacrificaverit Deo, sed tantum tradiderit Abrahae et sociis panem et vinum; sicque fuisset typus Christi tradentis Apostolis suum Corpus et Sanguinem sub speciebus panis et vini. Ita Franciscus Ferrerius contendebat in Concilio Tridentino adimpletam fuisse in Christo figuram Melchisedec[1]. *Secundo modo,* ita ut Melchisedec vere Deo sacrificaverit panem et vinum ; sitque fuerit typus Christi Semetipsum sacrificantis in Coena sub speciebus panis et vini. *Tertius modus* utrumque coniungit, quatenus et Melchisedec prius Deo sacrificaverit panem et vinum, et haec Deo iam oblata deinde Abrahae protulerit in alimentum; sicut Christus et Semetipsum in Coena sacrificavit sub speciebus panis et vini, et Corpus ac Sanguinem sub his speciebus Deo oblata tradidit Apostolis manducanda. Thesim intelligimus in hoc tertio sensu, qui plenius videtur reddere praefigurationem Eucharistiae in Melchisedec.

53. Adversarii. *Protestantes,* qui, ut negarent sacrificium Missae, contendebant Melchisedea nullum obtulisse Deo sacrificium, sed tantum Abrahamo protulisse panem et vinum ad refectionem.,,vel ad celebrandam victoriam. Unde ibi nulla datur mystica praefiguratio Eucharistiae.

[1] CTr 8.732.

54. Doctrina Ecclesiae. Habetur in *Cone.Tridentino* sess.22 cp.î (D 938). Circa quem textum haec sunt notanda [2].

In primo schemate decreti dicebatur: "In his autem speciebus hoc sacrificium [Missae] ea quoque ratione videtur Christum instituisse, ut (quemadmodum est sanctorum Patrum sententia), Se sacerdotem aeternum secundum ordinem Melchisedec, Patris iuranfento confirmatum, esse demonstraret"[3].

In secundo schemate dicebatur: "Quoniam sub priori Testamento... consummatio non erat, oportuit (Deo Patre misericordiarum ita ordinante) sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedec surgere, qui... Is igitur Deus et Dominus noster... quia tamen per mortem sacerdotium Eius extinguendum non erat, ut Se sacerdotem secundum ordinem Melchisedec in aeternum constitutum ostenderet et dilectae suae sponsae Ecclesiae visibile (ut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium..., in Coena novissima, qua nocte tradebatur, Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac..." [4] Duo ibi maxime sublata sunt: "videtur" et "quemadmodum est SS.PP. sententia". Utrumque erat restrictivum; unde forma secunda est magis affirmativa. *In forma definitiva* mutatur praeterea "ut ostenderet", quod insinuabat intentionem, in verba "constitutum declarans", quae ipsum factum designant.

Duo ergo directe docet Concilium: Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, et Christum Se sacerdotem secundum ordinem Melchisedec declarasse offerendo suum Corpus ct Sanguinem sub speciebus panis et vini et instituendo sacrificium eucharisticum. Concilium non docet directe et immediate Melchisedec de facto sacrificasse; hoc tamen (quod a theologis et patribus Concilii gencratim supponebatur, etsi non omnino ab omnibus), indirecte continetur in eius declaratione. Docet autem Concilium directe relationem inter Melchisedec et Christum haberi reapse in sacrificio eucharistico, sive habeatur etiam in Cruce, sive non; de qua re non una fuit in Tridentino sententia. Intentio tamen Concilii est docere veritatem sacrificii Missae; relatio vero ad Melchisedec videtur afferri tanquam explicatio aut argumentum ad illam veritatem comprobandam. Quod sane non tantum ex verbis definitionis, sed ex ipsa historia decreti satis elucet.

" Cf F.Asbnsio. *EI recucrdo de Melquisedcc en et Concilio de Trento;* KstBibl 6 (1947) 265-285.
› CTr 8,751.
‘ CTr 8,909s.

Valor dogmaticus. Hinc thesis videtur esse *doctrina ca tholica.*

55. Probatur ex sacra Scriptura. Gen 14,18s 5. Plura hic sunt per partes consideranda.

1) *Melchisedec sacrificavit panem et vinum.*

o) In ipso textu dicitur Melchisedec *sacerdos Dei Altissimi.* Proprium autem sacerdoti est sacrificare. Unde sequitur ipsum aliquando sacrificasse.

b) In ipso tamen textu non dicitur ipsum *sacrificasse.* Verbum "proferens" (potius "protulit") de se non habet sensum sacrificalem, sed significat tantum "eduxit foras", "deprompsit". Verba quae adduntur *(et ipse sacerdos Dei Altissimï)* sunt propositio circumstantialis et explicativa, quae melius unitur cum antecedentibus, ut habetur in Vulgata et in interpunctione masorethica ; immo et ipsa versio septuagintaviralis non est ab hoc sensu aliena6. Unde sensus erit: protulit panem et vinum, quia erat sacerdos Dei Altissimi7. Vel fortasse dici potest propositionem illam esse explicativam utriusque actionis.

c) Sed textus *supponit sacrificium* Melchisedec etiam admissa coniunctione verborum *et ipse sacerdos Dei Altisssimi* cum sequentibus. Antiqui enim frequenter coniungebant convivia cum oblationibus et sacrificiis. Quod valet etiam de populo israelitico (cf. Gen 31,54; 1 Sam 9,13). In nostro casu agebatur praeterea de insigni victoria celebranda, ob quam gratiae agendae erant Deo: quod fecit Melchisedec ritu sacerdotali. Tandem Melchisedec iniit pactum cum Abraham ; foedus vero semper sollemnitate aliqua religiosa firmabatur. Unde convivium a Melchisedec oblatum Abrahamo et sociis eius, fuit verum convivium sacrum, cuius dapes, prius oblatae Deo, deinde inter convivas distribuebantur. Textus ergo supponit sacrificium Melchisedec ex tota natura actionis quam narrat. Hinc traditio exegetica non solum Christiana, sed etiam iudaica, quae textum de sacrificio exponit, verum habet fundamentum in ipso.

° J.E.ColEran, *The sacrifice of Melchisedec:* ThSt 1 (1940) *27-36;* P.ΠEï-nisch, *Das Buch Genesis* (Bonn 1930) 222 excursus; R.Galdos, *Jesucristo, sacerdote cterno sègun el orden de Melquisedec:* MiscCom 2 (1942) 35-53; G.M.Perreli.a, *II "sacrificio di Melchisedec"·.* Paid 16 (1937 II) 265-268; G.M.PerrElla, *Ancora sui sacrificio di Melchisedec:* PalCI 17 (1938) 220s.

• Ipsam usurpantes S.Chrysostomus (MG 53 336) et TheodorEtus (MG 80,172), coniungunt tamcn verba cum. praecedentibus; agnoscunt quippe in particula δε sensum causalem.

’ Censet tamen Vaccari (VerDom 18 [1938] 210s) praeferendam esse in casu unionem cum sequentibus.

Habemus ergo Melchisedec sacerdotem panem et vinum obtulisse Deo in sacrificium.

56. 2) *Melchisedec fuit typus mysterii eucharistici.*

a) Primo quidem *in ipso sacrificio.* Ex ipsa revelatione scimus Melchisedec fuisse typum Christi in sacerdotio. Hoc patet ex Ps 109,4 (qui certe messianicus est, ex Mt 22,43s) et ex Hebr 5,6-10; 7,1-22[8]. Typus autem fuit sacerdotii Christi in ipso sacrificio. Christus enim dicitur sacerdos "secundum ordinem Melchisedec" in oppositione ad sacerdotium secundum ordinem Aaron (Hebr 7,1). Atqui diversi ordines sacerdotii differunt in sacrificio, utpote quod specificum est sacerdotii. Ergo Melchisedec est typus Christi etiam in hoc quod sacrificaverit panem et vinum. Patet autem Christum non obtulisse panem et vinum nisi in mysterio eucharistico, in quo sub speciebus panis et vini obtulit suum Corpus et Sanguinem.

&) Deinde *in ipso convivio* oblato Abrahamo. Melchisedec dedisse Abrahamo et sociis eius panem et vinum, dicitur expresse in aliquibus codicibus graecis. Et quamvis nonnulli theologi id admittere noluerint (arbitrantes sic excludi sacrificium a Melchisedec Deo oblatum, quod sane, ut vidimus, non obtinet), tamen affirmandum est hoc esse christianae antiquitatis documentis sufficienter confirmatum°. Quia vero panis et vinum a Melchisedec Abrahamo prolata, iam prius Deo oblata fuerant in sacrificium, admittendus est character sacer huius panis et vini atque manducationis eorum. Hinc affirmatur intrinseca connexio inter oblationem Deo factam et prolationem panis et vini Abrahamo. Ergo, si Melchisedec est typus Christi in offerendo pane et vino, est quoque typus Eius in proferendo sanctificatum panem et vinum tanquam alimentum fessis ac reducibus de victoria ; id est in proferendo suo Corpore et Sanguine Apostolis ut manducarent. Ceterum haec omnia magis patebunt ex traditione.

57. Probatur ex traditione[10], a) *Patres affirmant*

8 Cf G.Piazzt, *La figura di Melchisedec ncll'Epistola agli Ebrci:* ScuoCatt 63 (1935) 417-432; F.J.Jérome, *Das geschichtlichc Melchiscdcc-Bild und seine Bcdeutung ini Hebraerbricfe* (Strassburg 1917).

• Cf. Vaccari: VerDom 18 (1938) 211-214, qui hoc putat certum esse. Iam ante scripserat ToletUs: "Melchisedec panem et vinum, quae protulit, dedisse in refectionem Abrahae et iis qui cum ipso erant, nemo ex catholicis dubitat" *(Tractatus de Melchisedec* 10,30: ArchTG 3 [1940] 131). Similiter S.RobErtus Bellarminus: "Nos non negamus data illa fuisse in refectionem Abrahae et sociis eius, sed dicimus prius fuisse Deo oblata et consecrata et tum data hominibus ut de sacrificio participarent" *(Controversiae dc sacramento Eucharistiae* 5,6).

10 Cf. G.Bardy. *Mdchisédec dans la tradition patristique:* RevBibl 35 (1926) 496-509; 36 (1927) 25-45; R.Galbos, *Mclquiscdcc en la patristicat:* EstEcl 19 (1945) 221-246;/ F.Asensio, *El recucrdo dc Mclquiscdcc en Sudres:* EstEcl 22

Melchisedec fecisse verum sacrificium in pane et vino, ideoque fuisse typum Christi. Sic S.Cyprianus, explicans Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec quia "sacrificium Deo Patri obtulit, et obtulit hoc idem quod Melchisedec obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet Corpus et Sanguinem" (R 581). Similiter Eusebius Caesariensis (R 671), S.Ambrosius ("cognovimus sacramentorum istorum figuram Abrahae temporibus praecessisse, quando obtulit sacrificium sanctus Melchisedec")[11]. S.Hieronymus explicat etiam "ordinem Melchisedec" ita: "Mysterium nostrum in verbo ordinis significatur: nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane et vino, id est Corpore et Sanguine Domini Iesu" Iuxta S.Augustinum, in Melchisedec "primum apparuit sacrificium, quod nunc a Christianis offertur Deo toto orbe terrarum"[13], quod sane et ipse Christus obtulit, nam "Ipse est etiam sacerdos noster in aeternum secundum ordinem Melchisedec, qui Seipsum obtulit holocaustum pro peccatis nostris, et eius sacrificii similitudinem celebrandam in suae passionis memoriam commendavit, et illud quod Melchisedec obtulit iam per totum orbem terrarum in Christi Ecclesia videamus offerri" M. Isidorus Pelusiota affirmat: "Melchisedec, panibus ac vino sacerdotis munus obiens, per quae divinorum mysteriorum typum adumbrabat"[15]. S.Cyrillus Alexandrinus, explicans quomodo Melchisedec fuerit figura Christi, ait: "Ipsum etiam sacerdotii modum in exemplum rei manifeste ob oculos ponit, panes enim et vinum obtulit Melchisedec" 1β. Consonat Primasius: "In cuius ordine sacerdotii Christus factus est sacerdos, non temporalis sed aeternus, nec offerens victimas legales sed instar illius panem et vinum, Carnem videlicet et Sanguinem suum"[17]. S.Hieronymus, alludens ad scriptores praecedentes a se lectos (Origenem, Hippolytum, Irenaeum, Eusebium Caesariensem, Eusebium Emissenum, Apollinarem, Eus-

(1948) 407-417. Optime collegit traditionem patristicam J. TOLETUS, *Tractatus dc Melchisedec:* ArchTG 3 (1940) 118-149.

11 *De sacramentis* 5,1: ML 16,465. Cf. *ibid.* 4,3,12 (ML 16.458): 'Obtulit ergo Melchisedec panem et vinum. Quis est Melchisedec? Sine matre, sine» patre... Sine matre natus est Dei Filius...; et iterum sine patre natus est..." Eadem idea recurrit in libro *De mysteriis* 8.45s: ML 16.421.

13 *Liber hebraicarum quaestionum in Genesim* 14.18: ML 23.1011. Cf. *Epist.* 46 *ad Marcellam* (ML 22,484): "Qui [Melchisedec] iam tunc in typo Christi panem et vinum obtulit, et mysterium Christianum in Salvatoris Sanguine et Corpore dedicavit".

» *De Civitate Dei* 16.22: ML 41.500.

M *De diversis quaestionibus* 83 q.61: ML 40,49.

10 *Epist.* 931: MG 78.422.

M *Glaphyra in Genesim* 2, de Abraham et Melchisedec 9: MG 41,106.

" *In epist. ad Hebraeos* 5,5s: ML 68,716.

THATIUM Antiochenum), dicit: “Ordinem eius multis modis interpretantur... Quod... neque panis et sanguinis victimas immolaverit et brutorum animalium exta susceperit, sed pane et vino, simplici et puro sacrificio Christi dedicaverit sacramentum” 18.

58. b) *Patres affirmant Melchisedec dedisse Abrahamo et sociis eius panem et vinum, ideoque etiam typum fuisse Christi, dantis Apostolis suum Corpus et Sanguinem.* Ita S.Epiphanius: “Melchisedec illi occurrit ac panes ipsi vinumque deprompsit, sacramenta praefigurando significans, figuras Corporis Domini, ipso Domino nostro dicente: Ego sum panis vivus” 19. S.Chrysostomus: “Vide quomodo per honorem in patriarcham collatum mysterium aliquod nobis insinuatur. Protulit enim panem et vinum. Videns typum, cogita et veritatem; et admirare divinae Scripturae vim, quomodo superioribus saeculis et ab initio futura praesignificavit” 20. Item Ps.Chrysostomus: “Et quare dixit secundum ordinem Melchisedec? Et propter sacramenta, quod ille quoque panem et vinum Abrahae obtulerit, et quod hoc sacerdotium sit a lege liberum...” 21 S.Hieronymus: “Ipse, qui dixit, qui manducaverit carnes meas et biberit sanguinem meum, secundum ordinem Melchisedec tradidit nobis sacramentum suum” 22. Cassiodorus: “Cui enim potest veraciter et evidenter aptari [scilicet verba Tu es sacerdos in aeternum...] nisi Domino Salvatori, qui Corpus et Sanguinem suum in panis ac vini erogatione salutariter consecravit?” 23*

59. c) *Utrumque unica formula aliquando coniungunt Patres.* Sic Clemens Alexandrinus: “Melchisedec, ex Salem sacerdos Dei Altissimi, qui vinum et panem sanctificatum dedit nutrimentum, in typum Eucharistiae” E4. S.Augustinus: “Inde Melchisedec, prolato sacramento mensae dominicae, novit aeternum Eius sacerdotium figurare” 2S. Theodoretus: “Invenimus Melchisedec sacerdotem et regem esse (figura, igitur erat et veri sacerdotis et regis), et afferentem non sacrifi-

w *Epist.* 73 *ad Evangelum* 3: ML 16.458. Cf. etiam S.Isidorum HispalEnsem, *Allegoriae P.Testamenti* 19: ML 83,104. Ceterum res tam clara est. ut potuerit scribere auctor protestanticus rccentior G.Wuttke *(Melchisedec der Priester·kdnig von Salem. Eine Studie sur Gcschichte der Exegcse* [Giessen 1921] 58): “Dass Gen 14,18 von einem sacrificium des Melchisedec die Rede ist, wurde Gemeingut dcr Exegesc”.

™ *Panarion* haer.55: MG 41.982.

30 *In Genesim* horn 35.5: MG 53,328.

« *In Ps 109,8:* MG 55.276s.

22 *Tractatus in Psalmos* 109: Anecdota Mare^solana 3,2,201.

33 *Expositio in Psalterium* 109,5: ML 70,797

31 *Stromata* 4,25: MG 8,1371.

» *Epist.* 177,12: ML 33,769.

eia ratione carentia, sed panem et vinum ; haec enim Abrahae obtulit quando proprii sacerdotii exemplar in lumbis Abrahae secundum spiritum praevidisset"[26]. "Typum gerebat [Melchisedec] sacerdotii dominici ; ideoque et Abrahae panes et vinum vicissim dedit, ut qui fortasse solitus erat Deo omnium talia offerre ; oportebat enim et in hoc typum patefieri" 2r. S.Ioannes Damascenus: "Abrahamum... Melchisedec excepit. Mensa illa mensam hanc mysticam designabat; quemadmodum sacerdos ille veri sacerdotis Christi figuram et imaginem gerebat" 2S.

60. d) *Consonat Ljturgia.* Sic in Canone Missae dicitur: "Accepta habere, sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, et sacrificium patriarchae nostri Abrahae, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec, sanctum sacrificium immaculatam hostiam".[29]. Et in vesperis Ssmi.Corporis Christi : "Sacerdos in aeternum Christus Dominus secundum ordinem Melchisedec panem et vinum obtulit". Similia habentur in liturgia Ambrosiana, feria V in Coena Domini : "Hanc igitur oblationem, quam Tibi offerimus ob diem ieiunii Coenae dominicae, in qua D.N.Iesus Christus Filius tuus in N.T. sacrificandi ritum instituit, dum panem et vinum, quod Melchisedec in praefigurationem futuri mysterii sacerdos obtulerat, in sacramentum sui CorpSfiis·· et Sanguinis transformavit celebrandum..."[30] Mentio Melchisedec recurrit quoque in Libro mozarabico sacramentoturn [31], in Sacramentario Leoniano[32], etc. -r-t ;» r···

61. Obiectio. Ratio propter quam Melchisedec fuit, typus Christi explicatur expresse in epistola ad Hebraeos cp.7. Atqui ibi nihil dicitur dc mysterio eucharistico. Ergo oblatio Melchisedec nihil habet commune cum mysterio eucharistico.

Dist. niai. Explicatur expresse et iuxta omnes suos aspectus, *nego mai.;* explicatur expresse iuxta eos aspectus, qui ad intentum Apotoli conducebant, *conc. mai. Cone. min. Pariter dist. cons.* Nihil haberet commune cum mysterio eucharistico si in epistola ad Hebraeos explicaretur typologia Melchisedec secundum omnes suos aspectus,

Interpretatio in Psalmos 109,4: MG 80,1771.
Quaestiones in Genesim cp.14 interr.64: MG 80,171.
28 *De fide orthodoxa* 4,13: MG 94.1150. Vide etiam textum S.Hieronymi (*.Breviarium in Psahnos* 109: ML 26,1235): "Quomodo enim Melchisedec, rex Salem, obtulit panem et vinum, sic et Tu offeres Corpus tuum et Sanguinem, verum panem et vinum verum. Iste Melchisedec ista mysteria quae habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit: qui manducaverit meam Carnem et biberit meum Sanguinem. Secumdum ordinem Melchisedec tradidit nobis sacramentum suum".
® De hypothesi a Baumstark prolata, iuxta quam originaliter in hoc textu Canonis abesset vox "summus", cf. J.AJungmann, *Missarum sollemnia* 1,66 nt.6 (Wien 1948).
90 Assemani, *Codices liturgici* 4,1.
91 I'érotin, 262.
93 Mvratori, 1,470.

conc. cons.; si explicatur secundum aliquos tantum, qui ad intentum auctoris laciebant, *nego cons.*

Scilicet, ut ait Toletus, intentum S.Pauli fuit “ostendere contra iudaeos sacerdotium legis cessaturum adventu Christi, et consequenter legem ipsam ; idque probat, quia Christus futurus erat sacerdos secundum ordinem Melchisedec in aeternum; igitur sacerdotium Aaron cessare debuit et transferri in sacerdotium secundum Melchisedec, quod diversum erat ab Aaronico, eo quod illud non erat secundum legis mandatum, hoc vero sic. Hoc satis erat Paulo ad suum intentum, nec necesse illi erat differentiam oblationis proponere, cum sacerdotia ipsa docuerit et probaverit fuisse diversa" **.

62. Scholion 1. *Sacerdos secundum ordinem Melchisedec.* Recte monet Toletus ** non esse idem, Melchisedec esse typum seu figuram Christi, et Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec.

σ) Melchisedec quidem fuit *typus seu figura Christi* in multis. Plura explicuit S.Paulus in citato loco epistolae ad Hebraeos. Haec et alia deinde exposuerunt SS.Patres. Omnia colliguntur breviter a Toleto™. Melchisedec dicitur typus seu figura Christi:

1) In persona: quia sine patre, sine matre, sine genealogia (Hebr 7,3).
2) In nomine : quia rex iustitiae dictus (Hebr 7,2).
3) In regia dignitate : quia rex, et quidem rex pacis (Hebr 7,2).
4) In sacerdotio: quia sacerdos Dei Altissimi (Hebr 7,3).
5) In sacerdotii qualitate: quia non fuit unctus oleo sensibili, nec sacerdos secundum carnalem generationem, nec temporale habens sacerdotium (Eusebius, S.Epiphanius...).
6) In oblatione: quia obtulit panem et' vinum.

b) Christus autem dicitur *sacerdos secundum ordinem Melchisedec,* pressius loquendo, non ex omnibus his rationibus, sed primo “quia non fuit Eius sacerdotium secundum legis veteris institutionem et mandatum, sed secundum Dei virtutem, seu ex divinitate ipsa carni unita, per quam sacerdotium obtinuit aeternitatem et perpetuitatem... In quo Melchisedec quandam figuram et similitudinem Eius habuit, qui sacerdos ante legem, nec legis ritibus institutus, nec carnali successione, sed Dei institutione factus” Deinde Christi sacerdotium fuit etiam secundum ordinem Melchisedec quantum ad ipsam oblationem, quia in panis et vini speciebus suam Carnem et Sanguinem obtulit. Postremo tandem, quia etiam fessis et reducibus ex bello sub eisdem speciebus eadem Deo prius oblata dat in nutrimentum.

c) Cum hac quaestione connectitur alia, quae multum disputata fuit in Conc.Tridentino occasione citati decreti. Scilicet, utrum sacrificium quod Christus *in Cruce* obtulit, fuerit etiam secundum ordinem Melchisedec, necne. Et quidem dicendum videtur Christum Se obtulisse in Cruce eo sacerdotio quod Ipse habebat ; sacerdotium vero Ipsius erat secundum ordinem Melchisedec. Ergo non poterat agere ut sacerdos nisi secundum illum ordinem. Aliud est quod aliquando ageret secundum ordinem Melchisedec sub omni aspectu

33 *Tractatus deMelchisedec* 14.56: ArcliTG 3 (1940) 146.
31 *Tractatus deMelchisedec* 13,47: ArchTG 3 (1940) 141s.
31 *Tractatus deMelchisedec* 12: ArchTG 3 (1940) 136-140.
" *Tractatus deMelchisedec* 13.50: ArchTG 3 (1940) 142«

antea explicato, et aliquando non sub omni aspectu. Nec tamen inde consequitur Christum revera et plene dici potuisse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec etiamsi Ipse non sacrificaverit in Coena sub speciebus panis et vini. Plena enim et perfecta idea illius ordinis oblationem in pane et vino continebat.

63. Scholion 2. *Agnus paschalis et Melchisedec.* Quia etiam agnus paschalis est figura Christi in Eucharistia, S.Thomas determinat utrum ille an potius Melchisedec sit potior figura mysterii eucharistici: “Respondeo dicendum, quod in hoc sacramento tria considerare possumus: scilicet id quod est sacramentum tantum (scilicet panis et vinum), et id quod est res et sacramentum (scilicet Corpus Christi verum), et quod est res tantum (scilicet effectus huius sacramenti). Quantum igitur ad id quod est sacramentum tantum, potissima figura fuit huius sacramenti oblatio Melchisedec, qui obtulit panem et vinum. Quantum autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figura eius fuerunt omnia sacrificia Veteris Testamenti; et praecipue sacrificium expiationis, quod erat solemnissimum. Quantum autem ad effectum, fuit praecipua eius figura manna, quod habebat in se omnis saporis suavitatem (ut dicitur Sap 16), sicut ct gratia huius sacramenti quantum ad omnia reficit mentem. Sed agnus paschalis quantum ad haec tria figurabat hoc sacramentum. Quantum enim ad primum, quia manducabatur cum panibus azymis (secundum illud Ex 12, edent carnes et azymos panes). Quantum vero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel quartadecima luna: quod fuit figura passionis Christi, qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum vero ad effectum, quia per sanguinem agni paschalis protecti sunt filii Israel a devastante angelo et educti de aegyptiaca servitute. Et quantum ad hoc ponitur praecipua figura huius sacramenti agnus paschalis: quia secundum omnia ipsum repraesentat”. (3 q.73 a.6).

Thesis 6. Eucharistia est oblatio illa, quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam praedixit.

Puig, 480-487; S.Bellarminus, *De sacramento Eucharistiae* 5,10; E.Tobac. *Malachie:* DTC 9,1749-1753; B.Mariani, *De sacrificio a Malachia praedicto:* Ant 9 (1934) 193-242.361-382.451-474.

64. Notiones. Oblatio per Malachiam praedicta **habetur in Mal 1,10s.**

Eucharistia est oblatio illa, **scilicet per illam oblationem praefigurabatur ex intentione divina Eucharistia; et quidem sub ratione sacrificii, prout vidimus eam celebratam fuisse a Christo in Coena atque institutam ab Ipso in Ecclesia.**

65. Adversarii. *Rabbini* **generatim et quidam** *Rationalistae* **tenuerunt in hoc textu agi de cultu veri Dei apud Tudaeos, qui erant in diaspora.**

Hodierni *Rationalistae* generatim tenent variis modis, post Theodorum MopsuEstenum [1] et Arias Montanum, in textu agi de cultu veri Dei, licet ignoti, oblato a gentibus dum aliquem deum supremum colere intendebant.

Protestantes tenuerunt agi in textu de cultu veri Dei apud christianos, sed tantum de sacrificio spirituali et improprie dicto, scilicet de laudibus, precibus, bonis operibus.

66. Doctrina Ecclesiae. Habetur in *Tridentino* sess.22 cp.l (D 939). Theologi Concilii, inter argumenta traditionalia ad probandum Missam esse verum sacrificium contra Protestantes, ab initio usi sunt textu Malachiae. Hinc *in primo schemate* decreti dicebatur: "Et cum in eo sacrificio contineatur ipse qui est agnus immaculatus, et ab Ecclesia, cuius preces mundae sunt, offeratur, ideo hanc oblationem eam esse dicit sancta Synodus una cum sanctis Patribus, quam Dominus per Malachiam suo nomini, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam esse praedixit"[2]. *Schema reformatum* [3] in hac parte fere coincidit cum doctrina definita. Ubi notandum est, oblationem non amplius dici mundam ratione victimae aut ratione Ecclesiae precantis, sed ratione ipsius oblationis quae ab offerentibus inquinari nequeat.

Valor dogmaticus. Thesis dicenda est *doctrina catholica.* Neque enim de fide esse videtur, quia affertur a Concilio inter argumenta ad probandam veritatem sacrificii Missae, quam per se intendebat.

67. Probatur ex sacra Scriptura. Mal 1,10s[4]. Praenotandum. Post prooemium (1,15), pars prima prophetiae (1,6-2,9) reprehendit sacerdotes; quia, obliti honoris Deo debiti, offerunt sacrificia polluta et immunda (1,6-9). Illa sacrificia Deo placere nequeunt. Eorum loco offertur sacrificium purum tempore messianico in universo mundo (1,10s). Interea scelus sacerdotum divina maledictione punietur (1,12-2,4), cum revera sacerdotes a vera sacerdotali specie defecerint (2,5-9).

In hoc contextu, vers.10 inducitur Deus quasi exoptans in indignatione sua ut aliquis ostia templi clauderet et altare non

1 *In Malachiam* 1,11: MG 66.606.
3 CTr 8,751.
3 CTr 8,910.
* Cf. KnabexbauEr-Hagen, *Commentarius in Prophetas minores 2* (Paris 1923) 519-534; J.Zingeri.e, *Deitrage cur Erkldrung der Prophetic des Malachias (1,11) über das ncutestamentlichc Offer:* ZkathTh 50 (1881) 499-526; A.Herran?.. *EI Profcta Malaquias y el sacrificio dc nuestros altares:* EstBibl 2 (1930) 67-73; 3 (1931) 94-122.

incenderet frustra, id est sine utilitate quia Deus indignatus sic placari amplius non potest. Hoc quippe melius esset quam offerre Domino hostias pollutas. Ideo Deus non amplius sese complacet in eis et nullum eorum sacrificium suscipere vult. Cessabunt igitur illa sacrificia, tempore scilicet messianico (vers.11), ut in toto orbe Dei maiestas plene agnoscatur Eique offeratur sacrificium mundum.

Dicitur ergo in textu nostro : "in omni loco suffitur (id est, adoletur incensum) et offertur nomini meo, et quidem oblatio munda" B.

68. Argumentum. In hoc textu praedicitur pro tempore messianico verum quoddam sacrificium, et quidem incruentum. Atqui tale sacrificium aliud esse nequit nisi Eucharistia. Ergo Malachia praedixit oblationem eucharisticam.

Mai. a) *Agitur de tempore messianico.* Dicitur enim Dei maiestas in toto orbe a gentibus universim agnosci ; quod a Prophetis constanter tribuitur tempore messianico (Is 49,6; 60,9; 66,19; Am 9,12; Mich 4,2; Ps 21,28...).

Deinde, quia illud sacrificium offertur in omni loco, apparet iam cessasse legem mosaicam, iuxta quam non licebat sacrificare nisi in loco designato a Deo.

Praeterea dicitur a gentibus oblationem fieri mundam; quod supponit sanctitatem extensam esse etiam ad gentes, sicut pro tempore messianico praedictum fuerat.

Tandem vaticinium nequit intelligi de iudaeis in diaspora versantibus, cum neque tunc temporis essent ipsi ubique gentium, neque ita· explicentur verba vaticinii dicentis ab ipsis gentibus (non ab aliis qui sint inter gentes) nomen Dei agnosci ; similiter intelligi nequit de cultu veri Dei, licet ignoti, quem gentes, supremum aliquod numen adorantes, de facto colerent, cum talis oblatio revera munda dici non posset, neque per eam revera Deo vero cultus daretur prout Ipsi debetur.

69. b) *Agitur de vero sacrificio.* Adhibentur verba, quae Scriptura usurpat pro sacrificiis designandis. "Offertur" dicitur eodem modo eodemque vocabulo vers.7 de sacrificio panum; vers.8 de sacrificiis cruentis; item 2,12 et 3,3 sensu stricte sacrificali.

Idem dicendum est de verbo "oblatio" (Minhah), quod nunquam in Scriptura, ubi de divinitate sermo est, usurpatur

8 De critica textus, cf. A.Van HoonakEER, *Les douze petits prophètes* (Paris 1908) 711s, ct KnabHnbauER. 522s.

in sensu metaphorico aut analogico; multo autem minus sine aliqua determinatione, uti dicitur "sacrificium laudis"...

Praeterea ex contextu patet opponi sacrificiis visibilibus et externis, sed pollutis, iudaeorum, sacrificium mundum, utique eodem modo visibile et externum, temporis messianici; contra illa sacrificia, quae polluta erant ex defectibus materiae oblatae et ipsorum offerentium, nova oblatio munda erit ob excellentiam materiae, quae a sacerdotibus nunquam vitiari poterit.

c) *Agitur de sacrificio incruento.* Minhah iuxta omnes est vox propria ad designandum sacrificium incruentum (cf. Lev 2,1ss; 6,13; 7,9; Num 15,4...), fertum. Nota vero cum Minhah fere semper incensum coniungi (Lev 2,1.15; 6,15; 24,7...).

70. *Min. d)* Eucharistia, prout a Christo in Coena celebrata et instituta, est revera sacrificium temporis messianici; quod per totum orbem inter gentes et a gentibus offertur Deo vero; non sane in determinato loco, sed ubique terrarum.

Per illud infinitus honor Deo tribuitur, Deique nomen magnum agnoscitur.

Est oblatio munda, victimam sanctissimam continens, quaeque nulla indignitate offerentium inquinari potest.

Est sacrificium incruentum; et quatenus sub speciebus panis et vini oblatum, similitudinem habet cum fertis Veteris Testamenti, quae facta ex farina, polenta aut libis cum oleo, sale et ture, in altari offerebantur.

b) Nullum aliud est tale sacrificium, ut patet.

71. Probatur ex traditione, a) Iam in *Didaché* habetur allusio ad Mal 1,11, cum sermo est de Eucharistia (R 8).

b) In *apologiis* contra ludaeos classicum est argumentum desumptum ex hac prophetia: Sic S.Iustinus (R 135). Similiter S.Chrysostomuse. Uberius S.Augustinus: "Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedec, cum in omni loco a solis ortu usque ad occasum Deo iam videamus offerri, sacrificium autem Iudaeorum, quibus dictum est non est mihi voluntas in vobis nec accipiam de manibus vestris munus, cessasse negare non possunt, quid adhuc exspectant alium Christum?"[7] Multo antea S.Cyprianus [8].

c *Adversus ludaeos* 5,12: MG 48,902

7 *De Civitate Dei* 18,34,3: ML 41,594. Cf. *Adversus ludaeos* 9,13 (R 1977); *Enarrationes in Psalmos* 106,13:· ML 37.1427.

* *Testimonia adversus IvdQWf* L16; ML 4,714s.

c) Patres dicunt oblatione Malachiae *praedictam fuisse oblationem eucharisticam.* S.Irenaeus, loquens de oblatione Corporis et Sanguinis Christi, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo, dicit eam praesignificatam fuisse per Malachiam (R 232). Eusebius, citato textu Malachiae, pergit: "Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis; sacrificamus Deo plenum et horrorem afferens et sacrosanctum sacrificium; sacrificamus novo more, secundum Novum Testamentum, hostiam mundam... Igitur et sacrificamus et incendimus, alias quidem memoriam illius magni sacrificii, secundum ea quae ab Ipso tradita sunt mysteria celebrantes et gratias Deo pro salute nostra agentes..., alias nosipsos totos Ei consecrantes, Eiusque pontifici ipsi utique verbo, corpore, animoque dicantes"[8]. S.Chrysostomus: "Vide quam luculenter quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, incruentum sacrificium"[10]. S.Hieronymus, Malachiam commentans, dicit in omni loco offerri oblationem mundam, "ut in caeremoniis Christianorum"[11], Theodoretus Cyrensis: "Et divinus Malachias aperte nos his verbis pietatem docuit, quae ubique nunc obtinent... Victimarum quidem ratione carentium caedes cessavit: solus autem immaculatus agnus sacrificatur"[12]. S.Damascenus: "Hoc purum illud et incruentum sacrificium, quod ab ortu solis usque ad occasum Sibi oblatum iri Dominus per prophetam dixit"[13].

d) Pulchre S.Augustinus *prophetiam hanc cum prophetia Melchisedec coniungit,* non solum in locis modo citatis, sed etiam in hoc: "Iste [Israel secundum spiritum] immolat Deo sacrificium laudis, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedec... Noverunt qui legunt, quid protulerit Melchisedec quando benedixit Abraham; et si iam sunt participes eius, vident tale sacrificium offerri Deo toto orbe terrarum... Mutavit quippe sacerdotium secundum ordinem Aaron. Unde alius propheta dicit ad eum, qui carnaliter est Israel: non est mihi voluntas... Ecce quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hoc non accipiat, addit et dicit: quia ab ortu solis... Ecce quod est secundum ordinem Melchisedec"[14].

8 *Demonstratio evangelica* 1,10: MG 22,91-94. Cf. 1,6: MG 22,59s.
10 *In Ps* 95,2: MG 55,622s.
11 *In Malachiam* 1,11: ML 25,1551. Cf. *In Ezechielem* 7,21,25: ML 25,207.
12 *In Malachiam* 1,11: MG 81.1967.
13 *De fide orthodoxa* 4,13: MG 94,1150s.
14 *Contra adversarium legis et prophetarum* 1,20.39: ML 42.626s.

72. Obiectiones. 1. Tertullianus intelligit oblationem mundam Malachiae "simplicem orationem de conscientia pura" Ergo non de Eucharistia.

Tertullianus in eodem libro scribit: "In omni loco sacrificium nomini meo offertur et sacrificium mundum, gloriae scilicet relatio et benedictio et laus hymni ; quae omnia cum in te quoque de prehendantur et signaculum frontium, et' ecclesiarum sacramenta, et munditiem sacrificiorum, debes iam erumpere ut dicas Spiritum Creatoris tuo Christo prophetasse" ". In quibus verbis allusio ad Eucharistiam videtur clara.

2. S.Cyrillus Alexandrinus, commentons Malachiam, scribit: "Praenuntiat... sacrificium mundum et incruentum nomini suo obhv· tum iri, sacerdotibus... cum diligentia et bonitate et sanctimonia incensorum spiritualium suaveolentiam offerre satagentibus, fidem scilicet spem et caritatem et honestamenta bonorum operum" ". Ergo iuxta S.Cyrillum agitur in textu de sacrificio analogice sumpto, non de sacrificio proprie et stricte sumpto.

S.Cyrllus pergit in loco citato·: "Ita constituto scilicet Christi sacrificio caelesti et vivifico, per quod destructà est mors et caro ista terrena et corruptioni obnoxia, incorruptionem induitur". Scilicet docet S.Cyrillus agi in textu de cultu spirituali virtutum et bonorum operum ; sed ad hoc ulterius addi sacrificium Christi, quod spirituale etiam et caeleste est ac praeterea dat vitam mundo. Notandum est PP.Graecos legisse in versione LXX "suffimentum" (θυμίαμα) pro "suffitur" ; ideoque saepe locutos esse in hoc textu exponendo de orationibus et precibus, seu de sacrificio analogice sumpto. Sed ita hoc fecerunt, ut per voces sequentes verum sacrificium stricte dictum intelligerent. Optime rem totam complectitur Eusebius in textu supra citato: "Igitur· et sacrificamus (Οὐομεν) et incendimus (Ουμιώμεν)". Similiter Theodoretus in textu etiam citato: "Solus immaculatus agnus sacrificatur, qui tollit peccatum mundi ; et, tanquam aliquod signum virtutis, odoratum incensum."

15 *Adversus Marcioncm* 4.1: ML 2,391. Cf. etiam *Adversus ludacos* S: ML 2,646s.

M *Adversus Marcionem* 3.22: ML 2.38Is.

n *In Malachiam* 1.12: MG 72,298. Cf. etiam *De adoratione in spiritu et| veritate* 2: MG 68.223-226.

LIBER H

De realitate mysterii eucharistici in Ecclesia

73. Vidimus Christum in Coena complevisse actionem aliquam sacram, quae fuit simul et transmutatio panis et vini in suum Corpus et Sanguinem, et oblatio eiusdem Corporis et Sanguinis Deo in verum sacrificium. Sed praeterea, ut vidimus, Christus voluit ut haec eadem actio sacra perduraret in Ecclesia usque ad finem saeculorum ; sicque adimplevit et priorem suam promissionem et antiquas prophetias de novo cultu instaurando in tempore messianico.

Hinc immediate sequitur exsistere in Ecclesia talem actionem sacram ex institutione Christi (cum potestate ministeriali necessaria ad illam efficiendam) ; atque inde exsistere Corpus et Sanguinem Christi sub speciebus panis et vini, quod offertur in sacrificium Deo et quod sumitur a fidelibus in spirituale alimentum. Haec nunc investigare debemus quo modo dentur in Ecclesia.

Fundamentum vero totius tractationis est praesentia realis Christi sub speciebus panis et vini. Neque enim sacrificium Corporis et Sanguinis Christi offerri posset, si non adessent illud Corpus et ille Sanguis realiter sub speciebus ; et manducari idem Christi Corpus aut eius Sanguis nequiret, nisi revera Christus ibidem esset realiter praesens.

Hinc ordo nostrae tractationis.

CAPUT I

De reali Christi praesentia in Eucharistia

74. *Doctrina Ecclesiae* de reali Christi praesentia in Eucharistia optime proponitur a Concilio Tridentino, maxime in sess.13 cn.1-4. Cuius doctrinae haec sunt puncta praecipua:

a) Christus in Eucharistia continetur vere, realiter et substantialiter (cn.l).

b) Christus in Eucharistia est praesens sub solis speciebus panis et vini, substantia enim panis et vini non remanet (cn.2).

c) Unde Christus fit praesens in Eucharistia per actionem, quae recte vocatur transsubstantiatio (cn.2).

d) Christus totus est praesens in Eucharistia sub unaquaque specie et sub singulis partibus uniuscuiusque speciei (cn.3).

e) Haec Christi praesentia in Eucharistia est permanens (cn.4).

In quibus punctis tria praecipue docentur de praesentia Christi eucharistica: *primum* est ipsum factum praesentiae realis; *secundum* est actio qua fit praesentia realis (scilicet transsubstantiatio), cuius effectus praeterea est ut dispareat substantia panis et vini, remanentibus tantum speciebus ; *tertium* est modus specialis huius praesentiae realis, in qua scilicet Christus est totus in singulis speciebus earumque partibus, et quidem permanentes

Haec singula tractabimus modo.

ARTICULUS I

De facto praesentiae realis

Thesis 7. In Eucharistia continetur vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguis una cum anima et divinitate D.N.Iesu Christi, ac proinde totus Christus.

S.Th., 3 q.75 a.1; SuârEz, *In 3* q.75 disp.46; Puig, 320-346; Alastruey, 78-110; Filocrassi, 36-84; Lkrcher-DandKr, 279-293.

75. Notiones. In Eucharistia, scilicet sub speciebus panis et vini, postquam panis et vinum consecrata sunt. Praescindimus hic a quaestione, num ibi etiam habeatur substantia panis et vini, et num species, quae sensibiliter apparent, revera adsint.

Continetur, scilicet praesens est; quocumque tandem modo sit praesens, de quo nihil dicimus in hac thesi.

VERE, seu non tantum in signo; realiter, seu non in figura; substantialiter, seu non tantum in virtute aut dynamice.

Totus Christus: omnia elementa quae Christum iam a mortuis suscitatum constituunt.

76. Adversarii. 1. Saec.XI BerEngarius. Iuxta eum, /Christus est praesens in Eucharistia vere, sed spiritaliter /seu intelligibilitei^quatenus sacramentum visibile intelligitur esse similitudo veri Corporis Christi. In communione Christus accipitur cogitatione, non ore. Potest autem dici Christus praesens etiam corporaliter, quatenus in humana Christi natura spiritaliter praesente habitat natura divina corporaliter[1]

2. Saec.XII-XIII *Berengariani* posteriores, iuxta quos Christus est praesens in Eucharistia non essentialiter nec vere, sed sacramentaliter tantum et in significatione. Potest dici vere praesens, quatenus vere significatur, sicut dicitur vitis vera[2]. Negabant etiam praesentiam realem *Cathari* et *Albigenses.*

3. Saec.XIV-XV *quidam Armeni,* admittentes praesentiam tantum in similitudine et in figura: cf. D 544s[3].

WiclEFF, iuxta quem Christus in Eucharistia non est vere in sua praesentia corporali, identice, realiter, essentialiter, substantialiter aut corporaliter; sed tantum figurative et tropice, sacramentaliter et virtualiter. Scilicet sic loannes fuit figurative Elias et non personaliter, sicut panis figurative est Corpus Christi. Unde dicitur "hoc est Corpus meum", sicuti dicitur "loannes est Elias". Hic modus cogitandi sequitur simpliciter doctrinam Berengarii[4].

Huss habet eandem conceptionem wicleffianam.

77. 4. Saec.XVI *Protestantes,* praeter Lutherum (qui praesentiam realem semper admisit, quamvis non permanentem) et Lutheranos. *Saeramentarii* scilicet (Carlostadius, Zwinglius, Oecolampadius)/tenebant Christum esse in Eucharistia tantum in figura/seu metaphorice. Eucharistia enim est tantum sacramentum, signum, symbolum seu memoriale Christi^Communio fit per fidem in Christum. Similia, sed aliquantulum attenuata, dixit Bucceruî/Calvinus tenuit Christum esse praesentem in Eucharistia non tantum in signo aut in figura, sed per specialem quandam virtutem, quae ex

1 LCRamîrEz, *La controversia eucarîstica de! s.XI. Bcrengario de Tours a la lus de sus contempordncos* (Bogotâ 1940) 99-124.

2 Cf. RamîrKZ, 125-135.

3 Hoc documentum nihil aliud est nisi catalogus errorum Armenorum, a duobus Episcopis Romano Pontifici delatus; nullum igitur alium valorem habet. Ecclesia Armena in Concilio celebrato anno 1345 his accusationibus respondit (cf. Msi 25.1185-1270). Post hanc responsionem quaedam adhuc clarius explicari voluit Romanus Pontifex (D 570-574); quaedam vero insufficienter responsa fuisse affirmavit (D 574a). Cf. X.LE Bachelet, *Benoit XII:* DTC 2,696-704.

• Cf. E.MangEnot, *Eucharistic du XIII· siècle au XV· siècle:* DTC 5,1320-1324.

Corpore Christi in caelis exsistente ad terram usque defluit, vi cuius qui manducat Eucharistiam redditur per fidem particeps Corporis ChristiXErrorcm Calvinianum tenuerunt etiam *Anglicani,* praeter Rifualistas B.

5. Sacc.XlX-XX omnes *Rationalistae* et *Modernistae* negant praesentiam realem, ut patet.

78. Doctrina Ecclesiae. 1. *Ante Concilium Tridentinum.*

a) Contra Berengarium *Concilium Romanum* anni 1079 (D 355). Formula haec, cuius origo habetur in alia formula romana anni 1059 (quam Berengarius subscripsit et postea retractavit) et in formula anni 1063, haec docet: in Eucharistia est *verum* Corpus et *verus* Sanguis Christi; *idem* Corpus in Cruce oblatum et *idem* Sanguis de latere effusus; idque *proprie* et *vere,* id est non solum spiritualiter seu intelligibiliter °.

Z>) Innocentius! Ill (D 414) damnat Berengarianos posteriores T.

c) Innocentius III contra errorem Catharorum, Albigensium et quorundam Waldensium (D 424)[8]. Similiter *Conc.Lateranense IR* (D 430).

d) Clemens VI contra errores Armenorum (D 574a). Praescindendo a quaestione disputata de possibili definitione ex cathedra in hoc documento 8, ibi saltem continetur fides Ecclesiae Romanae, quae Armenis credenda imponitur.

e) Contra Wicleff et IIuss *Concilium Constantiense* (D 583 666). Damnatio Wicleffii multiplex fuit. In Synodo Londinensi (anno 1382) propositio "quod Christus non sit in sacramento altaris identice, vere et realiter in propria praesentia corporali" damnata est ut haeretica. In alio Synodo Londinensi (anno 1397) propositio "sicut loannes fuit figurative Elias..." damnatur item ut haeretica. Propositiones 45 (D 581-625) damnatae sunt primum ab Universitate Pragensi (anno 1403). Desumuntur ex libris Wicleffii ; 24 primae damna-

6 Cf. L.Godefjroy, *Eucharistie d'après le Concile dc Trente:* DTC 5,1340-1343.

e De multiplici damnatione Berengarii, cf. Ramîrez, *La controversia cucaristica* 57-98.

7 Cf. Ramirez, 132-135. Distinctio numeri 415 desumitur ex *Summa Sententiarum* (MI, 176.140: cf. Magister Sententiarum 4 d.8). Sed iam prius, ut videtur, adest in tractatu Gregorπ Bergomensis, *Dc Corporis et Sanguinis Domini veritate* (cf. Ramirez. 133s).

8 Professio fidei Durando dc Osca et AValdensibus praescripta continet capita doctrinae praecipua contra errores illius temporis, quamvis hi a Durando et sociis eius non defenderentur; nam horum doctrina ut orthodoxa habita est ab eodem Innocentio III (MI, 215,1510).

° Cf. EstEcl 6 (1927) 97ss.

tae iam erant in prima Synodo Londinensi. Damnantur postea a Conc.Constantiensi (anno 1415) in sess.8; quae damnatio confirmata fuit a Martino V in *Bulla "Inter cunctas"* (anno 1418). Quamvis Concilium non tulerit sententiam particularem de singulis illis propositionibus (cf. D 661), tamen illa tertia propositio (D 583) ab omnibus theologis qualificatoribus in Concilio et antea habita fuit ut haeretica[10].

79. 2. *In Concilio Tridentino* sess.13. Praesentia realis definitur expresse in cn.l et in correspondent! cp.l ; supponitur in tota sessione (cn.2.3.4; cp.3.4.8).

a) *Sensus canonis primi* (D 883). Primus haereticorum error theologis propositus erat : "in Eucharistia non esse revera Corpus, et Sanguinem D.N.Iesu Christi, sed tantum ut in signo sicut vinum dicitur esse in circulo ante tabernam" ", qui dicebatur esse error Zwinglii, Oecolampadii et Sacramentariorum. Eadem formula manet in primo et in secundo schemate decreti, propositis examini Patrum. In quorum disputationibus idem videtur fuisse "revera, realiter, vere, vere et realiter". Post has disputationes canon reformatus fuit sic: "Si quis dixerit in sanctissimo Eucharistiae sacramento non contineri vere et realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et divinitate D.N.Iesu Christi, ac proinde totum Christum ; sed tantummodo esse ut in signo vel figura aut virtute, sit anathema" ", Vox "in virtute" addita est "ut clarius positiones haereticorum damnarentur". Pline videtur dicendum, Concilium voluisse imprimis extollere realitatem praesentiae Christi ; scilicet Christum esse praesentem secundum suam substantiam (non secundum virtutem tantum), et esse praesentem vere et realiter (non solum ut in signo vel in figura). Quibus determinationibus et formulis distinctius damnantur Sacramentarii (vere et realiter, id est non in signo et in figura) et Calvinistae (substantialiter, id est non in virtute).

b) *Sensus capitis primi* (D 874). Capita in hac sessione composita sunt post redactionem et discussionem canonum, ad complendam expositionem fidei catholicae. Primum caput docet praesentiam realem "vere, realiter et substantialiter", ut primus canon; quam praesentiam vocat deinde sacramentalem. Sed praeterea Concilium docet in hoc capite originem Eu-

10 Cf. E.Mangbnot, *Eucharistie du XIII· siècle au XKe siècle:* DTC 5,132-134; F.Jansen, *Eucharistiques (Accidents):* DTC 5,1399-1413; A.Baudrillart, *Constance (concile de):* DTC 3,1213-1217» Aci complementum doctrinae cf. D 717f.

11 CTr 5,869; cf. 6,124.155.166.

12 ThEïnEr, 1,520.

charistiae et sensum verborum institutionis; de quibus omnibus iam egimus supra

80. 3. *Post Concilium Tridentinum.* a) *In professione fidei tridentina* (D 997) eadem verba canonis primi repetuntur; item *in professione fidei Maronitis praescripta* (D 1469).

b) Pius XII nostris diebus damnavit doctrinam recentem, iuxta quam "realis Christi praesentia in sanctissima Eucharistia ad quendam symbolismum reducatur, quatenus consecratae species nonnisi signa efficacia sint spiritualis praesentiae Christi eiusque intimae coniunctionis cum fidelibus, membris in Corpore Mystica" u.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica.*

81. Probatur ex sacra Scriptura. Thesis duplici via probari potest. *Prima est indirecta,* scilicet *ex* iam probatis. Christus enim in ultima Coena erat praesens sub speciebus panis et vini postquam Ipse protulit verba consecrationis. Iam vero Christus voluit et iussit, ut vidimus, ut id ipsum perageretur perpetuo in Ecclesia. Haec autem voluntas et hoc mandatum Christi necessario fuit efficax, cum agatur de aliqua re quae pertinet ad constitutionem Ecclesiae. Exsistit ergo in Ecclesia Christus sub speciebus panis et vini realiter praesens. Cum autem nullibi esse possit ita praesens praeter quam in Eucharistia, ergo Christus in Eucharistia est realiter praesens.

Secunda via est directa et desumitur ex 1 Cor cp.10 et 1115.

82. 1 Cor 10,14-22. a) Praenotandum. Agitur de idolothytis seu de edendis carnibus, quae idolis sacrificatae fuerant (8,1-11,1). In hac sectione epistolae, ad solvendum casum conscientiae, primum adducit Apostolus principia solutionis (8,1-13); deinde affert motiva ut acceptent solutionem practicam quam ipse tradit (9,14-10,13); tandem praescribit modum agendi (10,14-11,1). In hac ultima parte tria praescribit: primum, non licet uti epulis sacrificalibus gentium (10,14-22) ; secundum, licet comedere quidquid venditur in macello (10,23-26) ; tertium, licet comedere quidquid invitatis a gen-

a Cf. L.Godefboy, *Eucharistie d'après le Concile de Trente:* DTC 5,1326-1336.1340-1346.

» *Encycl. "Humani generis":* D 3018 (in recentissima 28.· editione).

» Cf; Allô, *Première épitre aux Corinthiens* in commentario horum locorum et in exc.XII; C.Rvch, *Eucharistie d'après fa sainte Ecriture:* DTC 5,1044-1059.

tilibus apponitur, nisi sequatur scandalum alicuius (10,27-30). Textus noster invenitur in prima harum praescriptionum.

Apostolus in illo praescribit severe ut abstineant ab idololatria, id est ab habenda parte in epulis sacrificalibus gentium (10,14-22). Affert autem motivum fundamentale: christiani habent alium cibum et alium potum. Ille cibus et ille potus nihil aliud sunt nisi Corpus et Sanguis Christi. Qui ergo communionem habet cum Corpore et Sanguine Domini (communio enim habetur cum victimis et mediantibus ipsis cum Deo ex manducatione victimarum), quomodo habebunt etiam communionem cum daemoniis? Praeterea tolleretur illa unitas, quae viget inter christianos quia habent eundem panem. Haec unitas, de qua in vers. 17, dupliciter exponitur ab exegetis. Aliifnam nos in nostra multitudine sumus unus panis, unum corpus, quia omnes participamus unius eiusdemque panis. Alii : quia unus est panis, ideo nos, etsi multi, unum tantum corpus sumus, nam omnes unius eiusdemque panis participamus. Haec secunda expositio aptior videtur.

b) Argumentum. Christiani, eo quod determinatum panem et vinum sumunt, participant Corpus et Sanguinem Christi sensu proprio. Atqui hoc esse non potest nisi Christus in Eucharistia sit realiter praesens. Ergo Christus est realiter praesens in Eucharistia.

Mai. Participatio illa efficit unitatem Ecclesiae eo quod panis est numerice unus idemque (τοϋ ἑνὑ ἁρτου). Atqui talis unitas numerica haberi nequit nisi ex identitate Corporis Christi indivisibilis. Ergo.

83. 1 Cor 11,27-32. a) Praenotandum. Agit Apostolus de defectibus quos committunt Corinthii in epulis Christianorum ad quas conveniunt (11,17-34). Quos defectus unitatis et concordiae describit et reprehendit (11,17-22). Affert autem motivum supremum ex Eucharistia, cuius institutionem narrat (11,23-26), ut inde deducat quo modo sit sancte tractanda (11,27-32).

Quoad textum ipsum nota : "hunc" in vers.27 non habetur in graeco, sed evidenter supponitur; est enim panis de quo vers.2â et 23s (cf. etiam 10,20). "Reus erit" (ἑνοχο), id est accusabitur de violato Corpore et Sanguine Domini. "Probet seipsum (δοκιμαζέτω), id est instituat examen propriae dispositionis internae (cf. 2 Cor 13,5). "Et sic" (οὑτω) id est postquam hanc propriam dispositionem'convenientem cognoscat. "Indigne" non videtur esse in originali, sed optime refert

sensum: qui non distinxit inter Corpus Christi et alium panem communem ("non diiudicans") ac proinde non praestitit honorem illi Corpori debitum, ideo cum manducat et bibit accipit propriae damnationis sententiam.

ἀ) Argumbntum. Panis, quem sumunt christiani, est panis a Christo consecratus in ultima Coena, et vinum, quod bibunt, est vinum ibidem consecratum; hinc (ὥστε) qui indigne sumunt hunc panem et hoc vinum accusantur de violatis Corpore et Sanguine Domini; quia sumere indigne nihil aliud est quam non attendere ad realitatem Corporis Domini. Atqui haec omnia supponunt Christum in Eucharistia esse realiter praesentem. Ergo.

84. Probatur ex traditione. Etiam in hoc argumento procedi potest via indirecta, ex probatis antea, similiter ac in argumento Scripturae. Sed praeterea habetur argumentum directum luculentissimum prout gravitas materiae exigit. Fidem enim Ecclesiae de praesentia reali Christi in Eucharistia evidenter testantur: 1) consensus Patrum per totam aetatem patristicam; 2) omnes vel antiquissimae liturgiae; 3) alia documenta antiqua; 4) controversiae eucharisticae Medii Aevi. Pauca de singulis his capitibus.

85. 1. SS. *Patres*™.

a) Inter *PP.Apostolicos* habemus: *Didaché** (R 6s); ubi calix et panis fractus, qui dicuntur "eucharistia", intelligi nequeunt sine historica connexione cum evangelica et paulina narratione. Eucharistia exigit moralem dispositionem (cf. 1 Cor), dicitur "spiritualis cibus et potus", dans vitam aeternam (cf. Io 6)17. S.Ignatius ad Smyrnaeos (R 64); ubi veritas Corporis Christi in Eucharistia apparet ex oppositione ad doctrinam DOcetarum. Et ad Philadelphenses (R 56); ubi nisi agatur de vera carne Christi argumentum pro unione nullum est.

Z›) Inter *Apologetas* habemus S.Iustinum (R 128), arguentem ex veritate Incarnationis ad veritatem Corporis Christi in Eucharistia.

86. c) Inter alios *PP.Antenicaenas* habemus S.Irenaiûm, testem pro Ecclesiis Asiae Minoris, Galliarum et Romae (R 249), qui ex veritate Corporis Christi in Eucharis-

10 Cf. G.Bareii.lk, *Eucharistie d'après les Pères:* DTC 5,1121-1183.
n Cf. J.Quasten. *Monumenta Eucharistica et lituryica vetustissima* (Florilcgium Patristicum, fasc 7 pars 1 p.8-13). ubi habetur bibltographia. Cf. tamcn in contrarium H.Leclercq. *Messe:* DACL 11,539-552.

tia (tanquam ex re nota) arguit ad veritatem Incarnationis (cf. etiam R 234),

Pro Ecclesia Romana citandus est etiam S.Hippolytus scribens: "Suscipimus Corpus Eius; et Eius Sanguis est pignus vitae aeternae cuicumque humiliter ad eum accedit" [18].

Pro Ecclesia Alexandrina adest Clemens Alexandrinus dicens: "Aliunde ergo audi Salvatorem... Ego nutritius tuus; dans meipsum panem, quem nemo qui gustaverit adhuc mortis periculum accipiet; dans quotidie potum immortalitatis" [19]. Origenes in eadem Ecclesia dicit curam, quam Christiani habebant etiam de micis panis censecrati (R 490); et docet veritatem Corporis Christi in Eucharistia in oppositione ad figuras eius (R 491). Consonat in eadem Ecclesia S.Dionysius: "Audientem enim Eucharistiam et respondentem cum ceteris Amen, et mensae assistentem, et extendentem manus ad susceptionem cibi sacri, et hunc excipientem, et Corporis ac Sanguinis Domini N.Iesu Christi longo tempore participantem, hunc ego iterum renovare non ausim" [20].

Pro Ecclesia Africana est citandus in primis Tertullianus, qui aperte docet praesentiam realem in Eucharistia. Dicit enim: "Caro Corpore et Sanguine vescitur, ut et anima de Deo saginetur" (R 362); saepe loquitur de "Corpore Domini" accipiendo et etiam reservando (R 310 368), "cuius aliquid decuti in terram anxie patimur" (R 367), etc. Textus qui videntui contrarium dicere, quasi teneant agi de "figura" Corporis Christi (R 343), vel panem "repraesentare" aut "censeri" Corpus Christi (R 333), revera id non dicunt. Attendendus enim est specialis modus loquendi Tertulliani in his sicut in aliis quaestionibus. "Figuram" dicit tanquam antiquum symbolum Corporis Christi (scilicet panem), nunc illud vere continens. "Repraesentare" autem est reddere praesentem, monstrare. "Censeri" vero nihil est nisi "esse" [21]. In eadem Ecclesia Africana S.Cyprianus loquitur de vi, quae infertur Corpori Christi a male communicantibus (R 551), et citat obvio modo Io 6 (R 559).

87. *d) Ex Patribus saeculi IV* citandi sunt: pro Ecclesia Romana, Ambrosiaster scribens: "Quia enim morte Do-

18 *Fragmenta in Genesim* 38,19 (ed.Berlin 1936). Cf. *In Proverbia* 9,1-5 (cd.Lagarde, 199). De tota quaestione, cf. A.d'Alès, *La théologie de saint Hippolyte* (Paris 1906) 147-150.

19 *Quis dives salvetur* 23: MG 9,627.

20 Scilicet noluit rebaptizare baptizatum ab haereticis *Epistola ad Sixtutn* (apud Eusebium. *Historia Ecclesiastica 7,9:* MG 20,656).

21 Cf. DTC 5,1131s; A.d'Alês, *La théologie de Tertullien* (Paris 1905) 356-359.

mini liberati sumus, huius rei memores in edendo et potando Carnem et Sanguinem quae pro nobis oblata sunt, significamus N. Test, in his consecuti, quod est nova lex" ®*. S.HiEronymus, laudans Exuperium episcopum qui omnia erogabat pauperibus, addit: "Nihil illo ditius qui Corpus Domini canisr tro vimineo, Sanguinem portat in vitro" æ. In aliis quoque Italiae Ecclesiis habemus testimonia. Sic S.Ambrosius: "Christus mihi cibus, Christus mihi potus; Caro Dei cibus meus, et Dei Sanguis potus est mihi... Christus mihi quotidie ministratur"24. Et S.Gaudentius: "Ipse igitur naturarum creator et Dominus qui producit de terra panem, de pane rursus, quia et potest et promisit, efficit proprium Corpus; et qui de aqua vinum fecit, facit et de vino Sanguinem suum" 2S.*

In Ecclesia Galliarum S.Hilarius Pictaviensis (R 870). In Ecclesia hispana Gregorius Illiberitanus, verba Tertulliani fere transcribens: "Caro Corpore ac Sanguine Christi vescitur et potatur, ut anima de Deo saginetur"Be. In Ecclesia Africana S.Optatus MilEvitanus: "Quid est enim altare, nisi sedes Corporis et Sanguinis Christi" 27.

Ecclesia Alexandrina plura nobis praestat testimonia. S.Athanasius (R 802). Macarius: "In Ecclesia offerendum esse panem et vinum, typum seu figuram Carnis Eius ac Sanguinis"28. Didymus: "Nos Eucharistiam celebramus omni anno, omni die, aut potius omni hora, participantes Corpus et Sanguinem Eius. Sciunt quid dico illi qui inventi sunt digni supremi et aeterni mysterii"29. Th'Eophilus: "Quae aedificavit sibi templum non manufactura Dei ac Patris, illa subsistens Sapientia Corpus suum ut panem distribuit, et vivificum suum Sanguinem tanquam vinum propinat"30. Tota haec Theophili homilia legenda esset.

Ecclesia Palaestinensis offert nobis testimonia Eusebii: "Nos autem novi foederis homines dominicis cunctis diebus pascha nostrum celebrantes, Servatoris Corpore semper satiamur, semper Sanguinem Agni participamus" 31. Plura habet

= *In 1 Cor* 11.26: ML 17.256.
» *Epistola* 125,20: ML 22,1085.
34 *In Ps 118* sermo 18,26: ML 15,1461. Cf. *Dc Sacramentis* 4,419: ML 18,482 et 4,4,14 (R 1339); 4,4,23 (R 1340). Vide etiam ThKodoretum, *Historia Ecclesiastica* 5,18: MG 22,1231.
25 *In Exodum* serm.2: ML 20,855.
34 *Tractatus Origenis* \7 (ed.BATTiFFObAViLMART, 187s).
27 *De schismate donatistarum* 6,1: ML 11,1065.
28 *Homilia 27Mx* MG 34,706.
» *De Spiritu Sancto* 3,21: MG 39.905. *De Trinitate* 2,14: MG 39,715.
30 *In mysticam Coenam:* MG 77,1018. De hac homilia, cf. RevHistEccl 33 (1937) 46-56.
31 *De solemnitate paschali 7:* MG 24,702.

S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 840 842 844 845 846 848 850).

In Ecclesia Antiochena eminet S.Chrysostomus (R 1192 1194 1195). Citandus quoque Macarius Magnes (R 2166)[32]*

In Ecclesiis Cappadociae S.Basilius (R 916), S.Gregorius Nyssenus (R 1062) et S.Gregorius Naziancenus: "Sed, o Dei cultor sanctissime, ne cuncteris et orare et legatione fungi pro nobis, quando verbo Verbum attraxeris, quando incruenta sectione secaveris Corpus et Sanguinem dominicum, vocem adhibens pro gladio"[83].

In Ecclesia Syriae adsunt Aphraates (R 689), S.Ephraem (R *707s)* et Cyrillonas: "Ille [Christus] est racemum, quod Seipsum in coenaculo trituravit, et Seipsum dedit discipulis in calice tanquam testamentum veritatis"[34].

88. *e) Ex PP. saeculi V* citandi sunt: pro Ecclesia Romana S.Leo Magnus (R 2214). Pro aliis Ecclesiis Italiae S.Petrus Chrysologus: "Tetigit vestimentum mulier et curata est et ab antiquo est absoluta languore. Miseri, qui quotidie Corpus Domini tractamus et sumimus, et a nostris vulneribus non curamur"[35]* Pro Ecclesiis Galliarum Faustus Reiensis: "Sicut enim sine corporali sensu, praeterita vilitate deposita, subito nova indutus est dignitate, et sicut haec, quae in te Deus laesa curavit, infecta diluit, maculata detersit, non sunt oculis nec sensibus tuis credita: ita cum reverendo altari caelestibus cibis satiandus accedis, sacrum Dei tui Corpus et Sanguinem respice, honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe et maxime haustu interiore assume"[3e].

In Ecclesia Africana eminet S.Augustinus, cuius testimonia potius allegorica non tollunt eius fidem de veritate praesentiae realis. Videndi sunt textus R 1519 1524 1815[3T].

In Ecclesia Alexandrina habemus primum Isidorum Pelusiotam: "Cum Deus et Salvator noster homo factus Spiritum Sanctum divinam Trinitatem complere tradiderit atque in sancti baptismi invocatione una cum Patre et Filio tanquam a peccatis liberans numeretur, et in mystica coena communem panem proprium ipsius incarnationis Corpus reddat, quid tu..."[38] Deinde S.Cyrillum (R 2100s).

In Ecclesia Antiochena Theodorus Mopsuestenus (R

32 De formulis ambiguis, ad quasi alludit Macarius, vide postea in scholio.
« *Epistola* 171: MG 37,279-282.
M *Homilia 2 dc Paschate.*
»' *Scrnto* 33':‹ ML 52,295.
88 *Homilia dc Corpore et Sanguine Christi* 3: ML 30,272.
** Cf. G.Bareiixe, *Eucharistie d'après les Pères:* DTC 5.1173-1177.
« *Epistola* 109: MG 78,255.

113e)[39]; Theodoretus Cyrensis: "Quomodo fieri potest, ut nos et Domino communicemus per pretiosum Eius Corpus et Sanguinem, et rursus daemonibus per cibum idolis immolatum?"[40] Similiter *Epistola ad Caesarium* (falso Chrysostomo tributa): "Sicut enim antequam sanctilicatus est panis panem nominamus; divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem ab appellatione panis, dignus habitus dominici Corporis appellatione..., et non duo corpora sed unum Corpus Filii praedicamus, sic..."[41]

In Ecclesia Syriae Balaeus: "Ille [sacerdos] sumit panem, dat Corpus; sumit vinum, dat Sanguinem"[42]. In Ecclesia Armeniae Ioannes Mandakuni: "Nihil curatis sanctitatem Corporis et Sanguinis Christi, quae recepistis in tremendo altari" «.

89. /) *Ex PP.saeculi VI* citetur in primis Romae S.Gregorius Magnus: "Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro Corpus suum et Sanguinem verteret, ut oves, quas redemerat, carnis suae alimento satiaret"[44]. In Galliis S.Caesarius Ar'Elatensis (R.2231). In Africa S.Fulgentius (R 2237). In Ecclesia Antiochena Eutychius: "Totum itaque sanctum Corpus pretiosumque Domini Sanguinem unusquisque sumit, etiamsi partem specierum harum tantummodo sumpserit; dividitur enim indivise in omnibus, quia intus Ipse immixtus est"[45]*

90. g~) *Ex PP. saeculorum VII-VIII* Ecclesia Hispana offert nobis S.Isidorum: "Sacrificium autem, quod a Christianis Deo offertur, primum Christus Dominus noster et magister instituit, quando commendavit Apostolis Corpus et Sanguinem suum..."[46] In Ecclesia Antiochena Maximus Confessor: "Christus autem adveniens Pontifex futurorum bonorum, arcanam Sese hostiam immolans, cum Carne etiam Sanguinem iis tradidit, qui propter perfectionem animi sensus exercitatos habent ad discretionem boni et mali"[47]. In Ecclesia Palaestinensi S.Sophronius: "Tunc enim hanc sacerdotibus, dum vivificum et salutare Corpus et Sanguinem Dei

® Cf. tamen W.de Vries, *Der "Nestorianismus" Theodorus voit Mopsuestia in seiner Sakramcntenlchrc:* OrChrPer 7 (1941) 135-141.
40 *In 1 Cor* 10.21: MG 82,306-
« MG 52,578
43 *In consecratione Ecclesiae.*
43 *De spectaculis* 2.
44 *In Evangelia* hom.14,1: MI/ 76,1127.
45 *De Paschale et dc sanctissima Eucharistia* 2: MG 86.2394.
4C *De ecclesiasticis officiis* 1.18,1: MI/ 83.754.
4T *Quaestiones ad Thalasium* 36: MG 90,382.

distribuunt, allocutionem respondentes edicimus [scilicet, Amen], testimonium voce propria perhibentes, ac profitentes quod verum sit et vere dicatur quod ab illis nobis in spiritualem escam et in remissionem peccatorum tribuitur" 4S. S.Ioannes Damascenus (R 2371).

91. 2. *Liturgiae.* Omnes vel antiquissimae liturgiae continent narrationem institutionis Eucharistiae in canone. Frequenter habent invocationem Spiritus Sancti ut transmutet panem et vinum in Corpus et Sanguinem Christi. Adhibent in communione verba, quae Christum praesentem designant49.

3. *Alia documenta antiqua.* Plures dantur repraesentationes symbolicae (v.gr. fractionis panis) et nonnulla documenta epigraphies (cf. R 187), quae fidem eucharisticam testantur 50.

92. 4. *Controversiae eucharisticae Medii Aevi.* Duae fuerunt in illo tempore controversiae circa Eucharistiam. *In prima* (saec.IX-X) agebatur de identitate inter Corpus Christi eucharisticum et Corpus Christi in caelo. Tam illi qui affirmabant identitatem (Paschasius Radbertus), quam illi qui negabant (Rabanus Maurus, Ratramnus), admittebant praesentiam realem. Disputabant potius de modo illius praesentiae.

In secunda controversia (saec.XI-XII), propter falsam notionem conversionis Berengarius eiusque discipuli negabant praesentiam realem. Et ideo facta est violentissima reactio tum in multiplici damnatione conciliari, tum in pluribus scriptoribus catholicis (Adelmanus, Hugo, Asceeeinus, Durandus, Lanfrancus, Guitmondus, Bernoldus, etc.)51.

93. Ratio theologica. Patet praesentiam realem Christi in Eucharistia ratione probari non posse. Eius autem convenientiam explicat S.Thomas 3 q.75 a.1 ex perfectione novae legis, quae figuris afferebat veritatem ; ex caritate Christi erga nos, cum amicitia velit gaudere praesentia amicorum ; ex perfectione fidei, quae est de his quae non videntur, et exerceri debebat tuin erga Christi divinitatem (in Incarnatione), tum erga Eius humanitatem (in Eucharistia). Haec late et pulchre explanat Suarez, plura congerens argumenta huius multiplicis et summae convenientiae °2.

48 *SS.Cyri et Ioannis miracula* 38: MG 87,3567.
Cf. H.Leclercq, *Messe:* DACL 11,513-774; praecipue 730-750.
® Cf. R.S.Bour. *Eucharistie d'après les monuments de Γantiquité chrétienne:* DTC 5,1183-1210.
01 Cf. F.VErnet, *Eucharistie du IX* à la fin du XI* siècle:* DTC 5,1207-1233.
KIn 3 q.75 a.1 disp.46 s.7.

94. Scholion. *Figura, imago, similitudo.* In SS.Patribus nonnulli inveniuntur textus difficiles, qui videntur realem praesentiam negare, nihil admittentes in Eucharistia nisi figuram aut similitudinem Corporis Christi. De quibus textibus pauca addenda sunt.

a) Tali dicendi modo utitur S.Cyrillus Hierosolymitanus: “Nam in figura (τύπω) panis, datur tibi Corpus; et in figura vini datur tibi Sanguis...” " Et Gelasius: “Et certe imago et similitudo Corporis et Sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur”w. Similiter loquuntur Eusebius, Macarius, S.Gregorius Naziancenus, Eutychius “.

b) Hic loquendi modus desumitur ex jpsa Liturgia. Sic in Traditione Apostolica S.Hippolyti dicebatur: “Et tunc iam offeratur oblatio a diaconis episcopo, et gratias agat, panem quidem in exemplum (quod graecus dicit antitypum) Corporis, calicem vero mixtum propter antitypum (quod dicit graecus similitudinem) Sanguinis” ". Euchologium Serapionis: “Tibi obtulimus hunc panem, similitudinem Corporis Unigeniti. Hic panis sancti Corporis est similitudo; quoniam Deus lesus Christus in qua nocte...”5' Similia habentur in Constitutionibus Apostolicis, in Liturgia Ambrosiana, in Anaphora S.Basilii, in Liturgia Mozarabica55.

r) In his textibus non negari praesentiam realem, inde iam constat, quod hi auctores alios habent textus claros, quorum aliqui citati sunt in thesi; quod valet etiam de liturgiis. Immo in horum ipsorum textuum vel antecedentibus vel consequentibus saepe affirmatur aperte praesentia realis.

d) Explicationem harum formularum affert S.Damascenus (R 2371). Et revera panis et vinum dicuntur in illis textibus figura (τύπο), imago (εἰκών), similitudo (δμοίωμα) Corporis Christi ante consecrationem; dicuntur etiam post consecrationem ἀντίτυπα Corporis Christi, quatenus respondent figurae praecedenti (nudo pani), ideoque nunc continent ipsum Corpus et 'Sanguinem. Unde citati textus, nedum negent, immo positive supponunt praesentiam realem.

e) Hae tamen formulae, maxime in medio ambiente minus inclinato allegoriis, facile poterant male intelligi; quod de facto videtur aliquando accidisse, ut testatur Macarius Magnes (R 2166) Ideo Conc.Nicaenum II act.6" earum usum proscripsit51.

“ *Catecheses mystagogicae* 4.3 (R 845).

51 *De duabus naturis in Christo adversus Eutychen et Nestorium* 14 (ed Thiel, 541s).

“ Eusebius, *Demonstratio euangelica* '8 (MG 22,595): Macarius, *Homilia* 27.*17* (MG 34,706); S Gregorius Naziancenus. *Z» laudem sororis* 18 (MG 35,810s); Eutychius. *De paschale et de SS.Eucharistia 2* (MG 26,2394). Inter latinos, praeter Tertullianum antea citatum, cf. S.Hieronymus, *Adversus lovinianum* 2,5 (ML 23,304); S.AucusTinus, *Enarrationes in Psalmos* 3.1 (ML 36.73).

” *Traditio Apostolica* 73s (Florilegium Patristicum, 7 pars 1,32).

m *Euchologium Serapionis* 13,3 (Florilegium Patristicum. 7 pars 1.61).

® S.Ambrosius, *De sacramentis* 4.5 (ML 16.444); *Anaphora S.Basilii* (MG 18.686); *Liber Ordinum* (cd.FÉROTiN, 322); *Liber mosarabicus sacramentorum* (ed.FÉROTIN, n.1440)

w Periculum falsae intelligentiae clare apparet in Facundo Hermianbssi. *Pro defensione trium Capitulorum* 9,5 (MG 67.7625): "Sacramentum Corporis et Sanguinis Eius, quod est in pane et poculo consecrato. Corpus Eius et Sanguinem dicimus; non quod proprie Corpus Eius sit panis et poculum Sanguis, sed quod in se mysterium Corporis Eius Sanguinisque contineant".

“ Cf. Hrd 4.370.

·' De tota hac quaestione, cf. A.Wilmart, *Transfigurare:* BullAncLittArchChr 1 (1911) 280; J.Brinktrine. *Dic transformatio (transfiguratio) Corporis et*

95. Obiectiones. Praecipuae iam praeoccupatae sunt in thesi ei in scholio. Nota in genere, multos Patres allegoriis indulxisse, quin tamen ideo negarent praesentiam realem, ut vidimus. Eucharistia enim continens Christum realiter praesentem sed invisibiliter sub speciebus, symbolum revera est et signum Corporis Christi olim pro nobis in Cruce oblati, necnon et Corporis Christi in caelo exsistentis (est quippe nobis pignus gloriae), sed et ipsius Christi Sese invisibiliter unientis Corpore suo mystico. Hinc nihil mirum esse potest, quod Patres ad haec omnia quandoque alludant.

ARTICULUS II

De actione qua fit praesentia reams seu de transsubstantiatione

96, Stabilita veritate praesentiae realis Christi in Euchari. '.ia, agimus iam de actione qua haec praesentia fiat. Haec autem actio est determinata quaedam conversio, quae vocatur transsubstantiatio. De ea *primum* stabiliendum est factum dogmaticum, scilicet eius exsistentia et veritas. Sed cum inde sequatur de facto (quidquid sit de necessitate metaphysica) remanentia accidentium panis et vini transsubstantiatione peracta, de hac quaestione *deinde* agendum est. *Tandem* quaeremus intimiorem explicationem huius mysterii.

i. Factum transsubstantiationis

Thesis 8. In Eucharistia non remanet substantia panis et vini una cum Corpore et Sanguine Christi, sed fit mirabilis illa et singularis conversio totius substantiae panis in Corpus et totius substantiae vini in Sanguinem; quam quidem conversionem catholica Ecclesia aptissime transsubstantiationem appellat.

S.Th., 3 q.75 a.2-4; SuXrEz, *In 3* q.75 disp.49 et 50; AlastruEy, 114-134; Puig, 348-365; Filograssi. 84-114; Lercher-Dander. 294-306

97. Notiones. Conversio est mutatio unius rei in aliam. Conversio est species quaedam mutationis. *Mutatio est* transitus rei ab uno statu seu modo se habendi in alium.

Mutatio dividitur in generationem (transitus rei ab statu negativo ad positivum), corruptionem (a positivo ad negativum) et conversionem (a positivo in positivum). Hinc con-

Sanguinis Christi in den altcn abcndJandischcn Liturgien: ThGl 8 (1916) 311-313.*

versio requirit terminum posifivum a quo et terminum positivum ad quem.

Terminus in conversione distinguitur *totalis* (tota res quae desinit vel incipit) et *formalis* (id secundum quod res desinit vel incipit).

Conversio requirit praeterea *nexum* inter desitionem unius et positionem alterius. Desitio unius est propter positionem alterius; seu ideo unum desinit esse quia aliud incipit esse.

Utrum ad notionem conversionis requiratur praeterea ut aliquid termini totalis a quo permaneat, disputatur\

98. Totius substantiae panis et vini... Scilicet *terminus totalis a quo* sunt substantia et accidentia panis et vini, seu panis et vinum prout sunt in rerum natura. *Terminus formalis a qua* est tota (et sola) substantia panis et vini. *Terminus totalis ad quem* est Corpus et Sanguis Christi sub speciebus panis et'vini. *Terminus formalis ad quem* est Corpus et Sanguis Christi.

Mirabilis ET singularis conversio. Sic dicitur quia terminus. formalis ad quem non incipit esse simpliciter, sed tantum incipit esse novo modo. Et praeterea quia conversio fit totius substantiae· in totam substantiam ; unde est magis substantialis quam ceterae 'conversiones substantiales. Hinc vocatur transsubstantiatio.

99. Adversarii. Berengarius in negationem praesentiae realis devenit ex difficultate intelligendi conversionem eucharisticam. luxta ipsum, talis realis conversio est impossibilis, tum ex parte termini a quo, tum ex parte termini ad quem. Est tamen in Eucharistia aliqua “vera conversio”, sed per “consecrationem” ; id est substantia panis non destruitur, sed manet in melius elevata. Haec conversio est “intelligibilis”, non “sensualis” (realis) ; quatenus dicitur panis converti in Corpus Christi spiritaliter, eo quod *intelligitur* humana natura Christi in pane[2]3

WiclEFF, iuxta suam conceptionem praesentiae Christi non realis sed figurativae, pronum erat ut defenderet etiam substantiam panis! et vini remanere post consecrationem, sicut de facto docuit®.

1 Cf. SuXrEz, *In 3* q.75 disp.50 s.2 n.16; Luco, *Dc Eucharistia* disp.7 n.8. De conversione, cf. Urraburu, *Ontologia* 246s; *Cosmologia* 358.

a Cf. Ramîrez, *La controversia eucaristica* 99-124.

3 Cf. E.MangEnot, *Eucharistie du XIII0 siècle...'* DTC 5,1320-1324. De Huss cf. P.De VooghT, *Russ a-t-il enseigné la "remanentia substantiae panis post consecrationem"I:* RcvScRcl 27 (1953) 257-273.

Protestantes illi, qui praesentiam realem admittebant, negabant non solum verbum, sed etiam veritatem transsubstantiationis. Defendebant enim substantiam panis esse simul cum Corpore Christi in Eucharistia, quamvis relationem inter utramque substantiam coexsistentem nec omnes eodem modo nec semper clare explicuerunt. Lutherus proposuit theoriam ubiquitatis, iuxta quam natura humana Christi, utpote unita divinitati, est ubique, ac proinde etiam in substantia panis. Osiander defendit impanationem, seu unionem quandam hypostaticam inter humanitatem Christi et substantiam panis; fere sicut unitur divinitas cum humanitate in Incarnatione [4].

Nostris diebus quidam theologi contenderunt "transsubstantiationis doctrinam, utpote antiquata notione philosophica substantiae innixam", emendandam esse [5].

100. Doctrina Ecclesiae. 1. *Ante Concilium Tridentinum.*

a) *Contra Berengarium* S. Gregorius VII (D 355). Iam antea in synodo Rotomagensi (anno 1063) dictum fuerat: "In ipsa consecratione ineffabili potentia divinitatis *converti* naturam et substantiam panis in naturam et substantiam Carnis [Christi]... ; similiter vinum... *vere et essentialiter converti* in eum Sanguinem, qui per lancea militis... emanavit". Postea vero in synodo Placentina (anno 1095) dictum est: "quod panis et vinum, cum in altari consecratur, *non solum figurate sed etiam vere et essentialiter* in Corpus et Sanguinem Domini *convertantur*". Berengarius intellexit verba formulae romanae "substantialiter converti" in mente Ecclesiae significare desitionem substantiae panis et vini ac positionem Corporis et Sanguinis Christi, quamvis ipse conscienter ad alios sensus verba illa detorxerit ut suam salvaret haeresim [6].

b) Innocentius III (D 414 et 416). Ibi primum legitur in aliquo documento pontificio verbum "transsubstantiari", quod simul cum voce "transsubstantiatio" iam erat in usu frequentissimo theologiae a medio saeculo XII [7].

4 Theoria impanationis immerito tribuitur Berengario (cf. Ramírez, 44). Aliis quoque auctoribus innominatis saec.XI-XII falso imputatur (cf. DTC 5,1286). Eandem theoriam sonant quidam textus Ruperti Tuitiensis, non solum in prioribus sed etiam in posterioribus operibus (cf. *In Ex* 2.10: ML 167.617; *In Io* 6,52: ML 169.481); de cuius tamen orthodoxa mente dubitari nequit (cf. DTC 5.1286; 14,196-203). Similem doctrinam docuit Ioannes Quidort anno 1304, tenens hanc esse unam ex possibilibus explicationibus conversionis eucharisticae, cum iuxta ipsum doctrina transsubstantiationis non sit de fide (cf. H. Weisweiler, *Die Impanationslehre des Joannes Quidort:* Schol 6 [1931] 161-195).

5 Cf *Encycl. "Humani generis"*: D 3018.

6 Cf. Ramírez, *La controversia eucaristica* 78-98.

7 Primus hucusque notus in usu horum verborum videtur fuisse Stephanus Augustodunensis. *Tractatus de Sacramento altaris* 14 (ML 172,1293); aut Ro-

c) *Conc.Lateranense IV* (D 430) utitur verbo “transsubstantiatis”.

d) *Conc.Lugdunense II* in professione fidei Michaelis Palaeologi (D 465) dicitur “vere transsubstantiatur”. Haec professio fidei, quae est fere eadem formula a Clemente IV Constantinopolim missa, constat duabus partibus. Prima (ab initio usque ad “Haec est vera fides../’) coincidit cum symbolo fidei Leonis IX (D 343-348). Secunda additur propter novos errores. Valor dogmaticus huius definitionis fidei, licet a quibusdam impugnatus in Conc.Vaticano, indubius certe est et a Patribus eiusdem Concilii agnitus.[8]

e) Contra Wicleff *Conc.Constantiense* (D 581)[9]. Haec prima propositio a qualificatoribus et antea damnata est ut haeretica.

f) *Conc.Florentinum* dat doctrinam Ecclesiae romanae in decreto pro Armenis (D 698) et in decreto pro lacobitis (D 715).

101. 2. *Concilium Tridentinum* sess.13 cn.2 et cp.4 (D 884 877). Error tertius, theologorum minorum examini propositus, fuit: “In Eucharistia esse quidem Corpus et Sanguinem D.N.Iesu Christi, sed simul cum substantia panis et vini, ita ut non sit transsubstantiatio”[10], citato expresse Luthero. Haec fuit occasio canonis.

a) *In canone* tria docentqr: disparet substantia panis et vini, quarum manent solum species; hoc fit per conversionem substantiae in substantiam; haec conversio aptissime transsubstantiatio appellatur. Quod non sufficiat admittere desitionem substantiae panis et vini, sed retinenda sit praeterea omnino veritas conversionis, immo et ipsum verbum transsubstantiationis, docetur a Pio VI contra Pistorienses (D 1529). Unde verbum “negaveritque” intelligendum est “negaveritve”. Tamen pro dogmate sufficit notio vulgaris conversionis, nec urgendae sunt omnes condiciones ulterioris alicuius elaborationis scientificae; cum constet Concilium in hac re noluisse dirimere quaestiones scholasticas[11].

b) In capite quarto, praeter ea quae sunt in canone, do-

landus Bandinellus circa annum 1140-1142 (Gietl, *Die Sentenzen Rolands Bandinelli* 231); aut forte Hildebertus-Lavardensis, *Sermo* 93: ML 171,776. Cf. J. de Ghellinck, *Eucharistie au XIIᵉ siècle en Occident:* DTC 5,1287-1293.

8 Cf. V.Grumel, *Lyon (IIᵉ Concile de):* DTC 9.1384-1388.

9 De hoc Concilio vide supra n.78 e).

10 CTr 5,69.

11 CTr 5,844.

cetur fons huius doctrinae, qui habetur in verbis institutionis Eucharistiae.

Cf. praeterea professionem fidei tridentinam (D 997).

3. *Post Concilium Tridentinum* memoranda est damnatio a Pio XII recentis erroris de necessaria emendatione doctrinae de transsubstantiatione 12.

102. *Unde doctrina Ecclesiae haec est:*

a) Corpus et Sanguis Christi ita fiunt praesentia in Eucharistia, ut ibi non remaneat substantia panis et vini.

b) Subsfantia panis et vini ideo non remanet quia convertitur iri Corpus et Sanguinem Christi.

c) Hinc Corpus et Sanguis Christi incipiunt esse praesentia in Eucharistia vi alicuius verae conversionis, cuius duo extrema sunt panis et vinum ex una parte, Corpus et Sanguis Christi ex alia.

d) Haec conversio aptissime transsubstantiatio appellatur; sine dubio quia fit ex tota substantia panis et vini in totam substantiam Corporis et Sanguinis Christi.

e) Haec doctrina colligitur ex veritate verborum institutionis.

Valor dogmaticus. Factum transsubstantiationis, scilicet desitio totius substantiae panis et vini et conversio eius in Corpus et Sanguinem Christi, est *de fide divina et catholica definitum* 13. Vocem ipsam transsubstantiationis aptissimam esse ac retinendam, est *doctrina catholica.*

103. Probatur ex sacra Scriptura. Ex verbis "Hoc est Corpus meum"; "Hic est calix Sanguinis mei".

a) Peracta consecratione *non amplius est substantia panis et vini.* Pronomen "hoc" (saltem cum enuntiatur praedicatum) debet designare tantum Corpus Christi. Atqui si adesset simul substantia panis non designaret tantum Corpus Christi. Ergo post verba pronuntiata non adest substantia panis.

Mai. 1) Pronomen "hoc" debet designare *Corpus Christi;* secus non esset identitas inter subiectum et praedicatum, unde propositio non esset vera. 2) Pronomen "hoc" debet designare *tantum* Corpus Christi:. Nam illud pronomen designat tantum substantiam sub accidentibus visibilibus contentam,

13 Suârkz, *(In 3.* q.75 disp.4 s.1 n,5) iam notaverat, pertinere ad fidem catholicam non solum absentiam substantiae panis, sed ipsam conversionem.

13 *Encycl. "Humani generis":* D 3018. Cf. E.-J.Vandbnbvssche, *La transsubstantiation, vérité pacifiante:* CongrinternEuc (1952) 1,217-221.

nisi quando agitur de aliqua substantia ordinata ad aliam continendam ; hoc vero debet constare vel ex natura rei, vel ex usu communi, vel ex speciali praemonitione. Atqui substantia panis ex nullo capite ordinatur ad continendum Corpus Christi.

Min. Si adesset substantia panis simul cum Corpore Christi, pronomen "hoc" designaret tantum substantiam panis; illa enim sola est quae correspondet illis accidentibus sensibilibus.

Sic vere possumus dicere "hoc est vinum", ostendendo vas plenum ; sed vere non possumus dicere "hoc est aurum", ostendendo pomum in quo occulte inclusa ^sit moneta aurea ; in hoc ultima casu dicendum esset "hic est aurum".

104. *b)* Totum hoc factum est *vi alicuius conversionis.* Ex modo quo describitur quid Christus in Coena egerit et dixerit, patet Christum aliquo vero sensu dedisse Apostolis id quod accepit in manibus. Atqui hoc verum non est, nisi habeatur nexus inter panem et vinum prout desinunt! esse et Corpus ac Sanguinem Christi prout incipiunt esse. Ergo datur talis nexus. Atqui hoc nihil aliud est, nisi unum conversum esse in aliud (unum desiisse ad hoc ut aliud inciperet esse). Ergo datur vera conversio.

c) Vcrificantur omnes notae *conversionis, etiam scientifice sumptae.* Dantur duo termini positivi (panis et Corpus Christi) ; terminus a quo desinit in ratione substantiae totalis (disparet tota substantia panis) et succedit altera substantia totalis (tota substantia Corporis Christi) ; exsistit nexus intimus inter desitionem unius et positionem alterius (stante veritate verborum, *ideo* desinit substantia panis *quia* ponitur Corpus Christi sub speciebus; cum ex veritate verborum, ut vidimus, Corpus Christi debeat esse sub accidentibus visibilibus ut unica substantia) ; remanet aliquid commune termini a quo totalis et termini ad quem totalis (species panis et vini).

105. *Nota* argumentationem totam fieri *ex veritate* verborum "hoc est Corpus meum", "hic est calix Sanguinis mei" ; scilicet nisi admittatur transsubstantiatio veritas verborum Christi salvari nequit. In hoc sensu dicit Tridentinum: "quoniam Christus... Corpus suum, id quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit..." (D 877). Dc valore huius argumenti ex verbis institutionis haec dicenda videntur: Tridentinum declaravit Ecclesiam semper vidisse doctrinam transsubstantiationis in

verbis Christi, prout ab Ipso in Coena prolata sunt. Certum ergo est argumentum inde deductum, saltem addita hac Ecclesiae. interpretatione. Immo, ut videtur, etiam praescindendo ab ipsa. Hinc post Concilium Tridentinum defendi nequit sententia contraria, quae tribuitur Scoto, Durando et Nominalistis [14].

106. Probatur ex traditione, a) *SS.Patres* docent: 1) Substantiam panis et vini non amplius esse in Eucharistia post consecrationem. Sic S.Ambrosius (R 1333 1339s), S.Caesarius (R 2231), S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 848). 2) Panem et vinum fieri Corpus et Sanguinem Christi. Sic S.Irenaeus (R 249), Tertullianus (R 343), S.Athanasius (R 802), S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 840 850), S.Gregorius Nyssenus (R 1062), S.Augustinus (R 1520). 3) Panem et vinum mutari, transmutari in Corpus et Sanguinem. Sic S.Cyrillus Hierosolymitanus (R 844), S.Gregorius Nyssenus (R 1035), S.Chrysostomus (R 1157), Theodorus Mopsuestenus (R 1113e), S.Cyrillus Alexandrinus (R 2101), S.Caesarius (R 2231). 4) Eandem doctrinam tradunt sub diversis comparationibus. Sic S.Damascenus (R 2371). Nota praeterea plura ex his dici in ipsa catechesi Christiana, tanquam quid pertinens ad fidem et doctrinam Ecclesiae de Eucharistia.

Fuerunt sane quidam auctores in schola antiochena saec.V, qui ex occasione polemica minus recte videntur aliquando locuti de transsubstantiatione. Sic Theodoretus (R 2151). Ps.Chrysostomus in epistola ad Caesarium (R 1227); et qui eorum influxum subierunt, Gelasius [15] et Ephraem Antiochenus [16]. Hi omnes defendunt contra monophysitas veritatem naturae humanae Christi et persistentiam duarum naturarum in Eo. Analogiam sumunt ex Eucharistia, in qua post consecrationem habetur non solum Corpus Christi, sed etiam aliud elementum visibile. Hinc factum est, ut aliqui ex his auctoribus (Theodoretus, Ps.Chrysostomus), solliciti de sua impugnatione roboranda, hoc ultimum elementum vocaverint substantiam vel naturam panis. Sed textus Ephraem et Gelasii, quamvis obscuri, ab hac exaggeratione videntur alieni [17].

14 Cf. DTC 5,1305s. De vera sententia Scoti in hac re, cf. O'Neill, *La preuve scripturaire de la transsubstantiation d'après le B.Duns Scot:* EtFranc 44 (1932) 401-406.

13 *De duabus naturis in Christo adversus Eutychen et Nestorium* 14 (ed. Thiel. 541s).

MG 103.980.

17 Cf. J.LebrETON, *Le dogme de la transsubstantiation et la christologie antiochcnnc du V* siècle:* Et 117 (1908) 477-497.

107. b) *Ex Liturgia.* In omnibus liturgiis orientalibus a saec.V habetur epiclesis stricte dicta, in qua fit invocatio Spiritus Sancti ut convertat panem et vinum in Corpus et Sanguinem Christi. Simile quid valet de liturgia mozarabica et gallicana in pluribus missis. Tandem in ipsa liturgia romana, aratio "quam oblationem" (sive sit epiclesis, sive non) eandem ideam, continet[13].

108. Ratio theologica desumitur ex S.Th., 3 q.75 a.2. In Eucharistia est Corpus Christi realiter praesens. Atqui non potest esse praesens nisi ideo quia panis in ipsum convertatur. Ergo debet dari talis conversio. Atqui rursus si datur conversio, panis non remanet. Ergo.

Min. Id quod iam exsistit, non incipit esse alicubi nisi aut per motum localem, aut per conversionem. Atqui Corpus Christi, iam exsistens in caelo, nequit esse praesens in Eucharistia per motum localem. Ergo per conversionem.

Min. subs. Quod in aliud convertitur, facta conversione iam non manet; hoc enim est converti in aliud.

De valore huius argumenti et de eius sensu apud S.Thomam, disputatur[19].

109. Obiectiones. 1. Pronomen "hoc" potest designare tantum Corpus Christi, etiamsi adsit simul substantia panis, quia potest ab hac praescindere. Ergo ex eo quod pronomen "hoc" designet tantum Corpus Christi non sequitur abesse substantiam panis.

Nego antec., quia pronomen "hoc" designat quidquid est sub visibilibus speciebus.

2. Pronomen "hoc" non designat accidentia panis, etiamsi adsint simul cum Corpore Christi. Ergo a pari non designat substantiam panis, etsi sit simul cum Corpore Christi.

Nego paritatem, quia accidentia non sunt id quod designatur per pronomen, sed id sub quo designatur substantia; e contrario substantia panis, si esset, omnino esset designabilis per pronomen, ideo quia est substantia. Sic cum dicimus "hoc est dulce", pronomen non designat colorem aut quantitatem illius rei quae est dulcis, sed tantum substantiam quae dicitur dulcis et est sub determinato colore et determinata quantitate.

3. Patres dicunt "panis fit Corpus Christi". Ergo eodem modo possemus vere dicere "panis est Corpus Christi". Ergo servatur identitas inter subtectum et praedicatum, etiamsi maneat substantia panis.

Conc. antec. Nego primum cons. Res enim quae fit alia, in ter-

38 Cf. F.Cabrol, *Epiclèse:* DACL 5,176.

19 Scilicet quaeritur a theologis, utrum metaphysice repugnet, praescindendo a verbis institutionis, Christum fieri praesentem in Eucharistia aliter quam per conversionem, ut videntur sonare verba S.Thomac. Cf. SuArez, *In 3* q.75 disp.49 s.1; Alastruey, 144-147; B.Baur, *Non potest aliter Corpus Christi incipere esse dc novo i'n hoc sacramento (Eucharistiae)' nisi per conversionem substantiae panis in Ipsum:* DivThom (Pi) 37 (1934) 120-128.

mino illius motus desinit esse quod ante eundem motum erat. Sic cum dico “aqua frigida fit calida” in termino illius calefactionis aqua desinit esse frigida. Unde si panis fit Corpus Christi, desinit esse panis. Fatendum tamen est locutionem magis propriam esse non “panis fit Corpus”, sed “ex pane fit Corpus”, ut docet S.Th., *3* q.75 a.8 ad 1. Et' hic est verus sensus illius locutionis Patrum.

4. De essentia conversionis est ut manqat subiectum commune utrique termino. Atqui in transsubstantiatione non manet hoc subiectum commune. Ergo transsubstantiatio non est vera conversio.

Dist. mai. De essentia conversionis formalis (transformationis), *conc. mai;* de essentia cuiuscumque conversionis, *subdis!.:* est quod maneat aliquid commune, *trans, mai.;* quod maneat subiectum proprie dictum, *nego mai. Contradis!. min.* Non manet subiectum commune proprie dictum, *conc. min.;* nihil remanet commune, *nego min. Pariter dist. cons.* Non est vera conversio formalis, *conc. cons.;* non est vera conversio simpliciter, *nego cons.*

110. Scholion. *De quibusdam falsis explicationibus transsubstantialionis.* Antequam ingrediamur intimiorem explicationem transsubstantiationis, adnotandae sunt quaedam explicationes quae catholice teneri nequeunt, quia non salvant ipsa elementa dogmatis iam probati.

a) *Explicatio Durandi.* Conversio eucharistica, iuxta ipsum, explicatur ex eo quod, manente eadem materia, corrumpitur forma panis et vini, atque pro ipsa succedit forma Corporis et Sanguinis Christi. Haec theoria non salvat veritatem transsubstantiationis; quia iuxta ipsam revera aliquid substantiae panis et vini non disparet. scilicet materia. Hinc saltem dicenda est error in fide”.

b) *Explicatio Rosminii.* Sicut alimentum vere transsubstantiatur in nostram carnem et sanguinem quia fit terminus nostri principii sentientis, ita panis et vinum ideo transsubstantiantur quia fiunt terminus principii sentientis Christi et a vita Ipsius sanctificantur (D 1919s). Haec theoria, a Leone XIH damnata, non salvat conversionem totius substantiae panis et vini in Corpus et Sanguinem Christi.

c) *Explicatio Cartcsii.* Sicut in transsubstantiatione alimenti particulae eaedem numero manent sed informantur ab anima, sic in Eucharistia panis et vinum dicuntur transsubstantiari quia particulae panis et vini, eaedem numero remanentes, incipiunt miraculoso modo informari ab anima Christi. Patet in hac theoria substandam panis et vini remanere, contra dogma catholicum “.

Hae omnes explicationes, aliquid panis conservantes, non videntur componi posse cum doctrina tridentina: “manentibus *dumtaxat* speciebus”. Sententia antiqua ”, recenter iterum (licet ex diverso capite) proposita ”, iuxta quam cum substantia panis convertitur in Corpus Christi, remanet exsistentia panis, minus etiam consentanea eidem tridentinae definitioni videtur.

111. d) *Explicatio P.Bayma.* Quia formalis ratio substantiae est “in se esse” et actualiter non sustentari in alio, si alicui substan-

x Cf. SuarBz. *In 3* q.75 disp.49 s.3 n.6.
21 Cf. A.Chouj.t. *Descartes:* DTC 4.555-560.
22 Cf. SuAsbz. *In 3* q.75 disp.49 s.4.
33 Cf. B.AugiKr, *La transsubstantiation d'après saint Thomas d'Aquin:* RevScPhTh 17 (1928) 438s.

tiae haec ratio formalis tollatur, eo ipso desinit esse substantia. In Eucharistia ergo Christus substantialiter praesens sustentat naturam panis et vini, quae eo ipso quod sustentatur in alio desinit esse substantia, quamvis nullam in re ipsa patiatur immutationem. Manet igitur tota natura panis et vini, id est materia et forma; sed iam non est substantia. Potius dicendum est, naturam panis et vini in Eucharistia habere rationem supernaturalis accidentis. Haec theoria vult servare definitionem tridentinam, "desinit esse substantia panis, manent tantum accidentia" ; eam tamen servat verbis, non re, cum revera maneat panis et vinum. Hinc iuxta doctrinam catholicam tolerari nequit (D 1843ss).

e) *Explicatio PSanders.* Retineri debet doctrina tridentina "manentibus dumtaxat speciebus". Sed post consecrationem manet materia prima panis et vini cum accidentibus, et hoc compositum vocatur a Concilio "species". Materia, sic determinata per accidentia, exigit informari a forma substantiali Christi. Quia tamen hoc esse non potest, suppletur haec informatio ideo quia "species" (id est materia panis et vini simul cum accidentibus) exsistunt iam per exsistentiam Corporis Christi. Neque haec theoria, quae alia plura habet incommoda, doctrinam Tridentini salvat in re; quia iuxta illam doctrinam nihil panis remanet nisi sola accidentia; ergo neque eius materia *.

II. DE SPECIEBUS EUCHARISTICIS

112. Concilium Tridentinum, cum docet totalem conversionem substantiae panis et vini in Corpus et Sanguinem Christi, affirmat manere tamen species panis et vini. In qua quaestione nunc tractanda, tria elementa pertinent ad doctrinam Ecclesiae (uno vel alio modo) : specierum realitas obiectiva, remanentia earundem specierum, carentia cuiuscumque subiecti inhaesionis. Quibus positis, adhuc diversa solutionis tentamina examinari possunt.

Thesis 9. In Eucharistia species panis et vini realiter obiectivae manent, eaedem quae erant in substantia panis et vini ante consecrationem; nunc autem manent sine ullo subiecto.

S.Th.. 3 q.77 a.1-2; Suarez. *In 3 q.77* disp.56; Alastruey. 148-161.232-241; Puig, 366-377; Filograssi, 114-133; Lercher-Dander. 312-315.

113. Notiones. Species panis et vini sunt proprietates illae, quas nostri sensus percipiunt quibusque panis et vinum solent designari (color, odor, sapor, extensio).

Realiter obiectiva®, scilicet revera exsistunt a parte rei ; non sunt tantum apparentia seu aliquid mere subiectivum in

» Cf. EphThLov 8 (1931) 514ss.

nostris sensibus a Deo vel a Corpore Christi peractum per solam subiectivam modificationem eorum.

Manent eaedem, id est non solum habetur identitas in effectibus quos producunt, sed in ipsa sua entitate, quae est numero eadem quae erat ante consecrationem.

Sine subiecto dicitur ideo quia hae species, seu accidentia, non inhaerent ulli substantiae. Negamus ergo pro eis non solum substantiam panis et vini, sed quodlibet subiectum inhaesionis. Hoc autem valet de toto complexu specierum; sola enim quantitas manet sine *ullo* subiecto absolute; ceterae species inhaerent quantitati.

Tria ergo dicimus: a) Species panis et vini revera exsistunt a parte rei post consecrationem; Z?) nec sunt de novo productae, sed sunt eaedem quae antea erant in pane et vino; c) remanent tamen nunc sine subiecto inhaesionis. Haec autem tria per modum unius probamus in thesi.

114. Adversarii. Historice adversarii oppugnaverunt primum exsistentiam accidentium sine subiecto, deinde eorum realitatem obiectivam, tertio eorum permanentiam identicam.

Saec.XII *in schola Abaelardi* nonnulli tenuerunt accidentia panis et vini post consecrationem manere in aere [1].

WiclEFF tenuit accidentia non manere sine subiecto post consecrationem. Sic consequenter ad suam negationem transsubstantiationis et praesentiae realis. Immo pro ipso talis accidentium exsistentia sine subiecto inhaesionis est impossibilis, etiam de potentia Dei absoluta.

Cartesiani nonnulli. In fine saec.XVH et in saec.XVHI plures theologi, iuxta placita Cartesianismi Eucharistiam explicare volentes, eoque ipso difficultatem maximam habentes ex cartesiana identitate inter essentiam corporis et actualem extensionem, in has duas tendentias abierunt, quas ipse Cartesius iam innuerat. *Alii·* scilicet tenuerunt species esse mere intentionales, sensationes videlicet subiectivas in nobis a Deo vel a Corpore Christi sic excitatas, ut nobis videantur permanere eaedem quae ante consecrationem aderant. Sic Maignan, Saguens, Najera inter Minimos. *Alii* vero tenuerunt particulas panis per consecrationem informari ab anima Christi, sicque fieri Corpus Christi, in quo proinde sunt species. Sic Desgabbets, Fouquet, Le Gallois inter Benedictinos; Cally, Varigno, *alii* [2].

[1] Cf. I'Jansen, *Eucharistiques (Accidents)*: DTC 5,1377-1379.1382.
[2] Cf. F.Jansen: DTC 5,1422-1444.

Iuxta Tongiorgi S.I. et Palmieri S.I., species sunt phaenomena, non quidem pure subiectiva, sed obiectiva; non tamen sunt eaedem secundum entitatem ac prius erant, sed solum quoad effectus. Sublata substantia panis, Deus facit ut in loco ubi prius ipsa erat intraque eosdem limites, resistentia habeatur eodem modo quo fiebat a substantia panis cum aderat. Sic manent eadem phaenomena obiectiva (utpote a causa exsistente a parte rei et extra sensus). Patet autem identitatem hanc esse non entitativam, sed sensibilem[3].

Sanders novam conceptionem proposuit specierum. Species, iuxta ipsum, sunt compositum quoddam ex materia panis (aut vini) et accidentibus. Accidentia determinant materiam de se indeterminatam. Materia vero sic determinata per accidentia vere exigit informari a forma substantiali Christi. Haec exigentia revera non expletur (quia expleri nequit propter actualem statum gloriosum Corporis Christi) ; sed est ratio cur materia panis exsistat per exsistentiam Christi et cur conservet sua accidentia[4].

115. Doctrina Ecclesiae. Innocentius III, proponens doctrinam Ecclesiae Romanae, loquitur de speciebus (D 414), quae sunt visibiles (D 415), et eodem modo de accidentibus (D 416).

Conc.Lateranense IV dicit Corpus et Sanguinem Christi sub speciebus panis et vini veraciter contineri (D 430) ; qui modus loquendi evidenter supponit species esse aliquid obiectivum.

Conc.Constantiense damnat errorem Wicleffi (D 582). Propositio haec damnatur tanquam diversa a propositione 1.“ ; quod quidem ex doctrina ipsius Wicleffi et ex duabus censuris theologorum Concilii historice certo probari potest. Tenenda ergo est catholice permanentia accidentium panis et vini sine subiecto. Non tamen constat ex ipso Concilio qua censura damnetur illa propositio (cf. D 661) ; quamvis ex damnationibus praecedentibus ipsius Wicleffi et ex citatis censuris theologorum dicendum est eam damnari saltem ut erroneam. Plures theologi antiqui tenuerunt eam damnatam fuisse ut haereticam

Conc.Tridentinum sess.13 cn.2 (D 884) dicit fieri transsubstantiationem “manentibus dumtaxat speciebus”. Species hae, quae remanent solae, nihil aliud sunt nisi accidentia sine

3 Cf. Filograssi, 124.
* Cf. StCath (1924-25) 15-24; (1930-31) 149-168.
3 Cf. F.Jansen: DTC 5.1410-1413

subiecto, quae erant in unanimi doctrina Ecclesiae a saec.XHI. De hoc non videtur posse historice dubitari. Permanentia specierum certo etiam docetur in illo canone. Non tamen certum est hoc ibi definiri, etsi rationes non desint quae id potius suadeant.

Realitas obiectiva specierum supponitur semper in modo loquendi Concilii. Sic Corpus Christi exsistit sub specie panis (D 876), species habent partes, quae separari possunt (D 885), species sunt signa visibilia (D 938 in fine).

Lf,o XIII scribit: "Hic [in Eucharistia] omnes naturae leges intermissae: tota substantia panis et vini in Corpus et Sanguinem Christi convertitur; panis et vini species, nulla re subiecta, divina virtute conservantur" ®.

116. *Unde* haec tria certo continentur in doctrina Ecclesiae :

d) Aliquid panis et vini objective adest post transsubstantiationem ; quod vocatur species, accidentia.

Z>) Hoc certe est idern. quod antea pertinebat ad panem et vinum, ciuamvis non ad eorum substantiam, quae *tota* conversa est in Corpus et Sanguinem Christi.

c) Manet autem sine subiecto, nulla re subjecta.

Quid ulterius sint illae species, seu accidentia, et quomodo possint exsistere sine subiecto, non pertinet ad doctrinam Ecclesiae.

Valor dogmaticus. Quia certo non constat Tridentinum voluisse definire permanentiam specierum, thesis nequit dici de fide· Potest ergo dici *saltem doctrina catholica.* In quantum constare videtur propositionem Wicleffi damnari tanquam erroneam, exsistentia accidentium sine subiecto posset dici *theologice certa.* Patet tamen "accidentia" hic noii esse sumenda in sensu, technico.

117. Probatur ex consensu theologorum. Talis consensus, qui apparet in tota historia theologiae, habet tanquam radicem et fundamentum doctrinam Ecclesiae, primum de transsubstantiatione et deinde de ipsis accidentibus.

a) Magni Doctores saec.XIH-XIV, sequentes *Magistrum Sententiarum*", expresse docent uno ore accidentia panis et vini manere sine subiecto in Eucharistia; idque refutando hypothesim scholae Abaelardianae. Sic in Commentario Magistri S.Albertus, S.Thomas, S.Bonaventura, Scotus.

• *Encycl. "Mirae caritatis":* ASS 34,645.
T *Sententiae* 4 dist.12.

b) *Nominalistae,* habentes magnam difficultatem in admittenda distinctione reali quantitatis a substantia, proponunt theoriam specierum intentionalium (Hoi.cot, Petrus de Aj> liaço); non tamen audent illam defendere propter claram doctrinam Ecclesiae.

c) Ubi primum apparet *doctrina IVicleffi,* theologi eam habent tanquam repugnantem determinationibus Ecclesiae. Haec vero doctrina, saepius reprobata a magisterio ecclesiastico, definitive damnatur a Conc.Constantiensi.

d) Ab illo tempore *usque ad Cartesium* doctrina accidentium remanentium sine subiecto, non solum defenditur a theologis omnium scholarum tanquam connexa cum dogmate, sed generatim habetur ut de fide (TolEïus, Vadentia, Suarez, Becanus, Lugo, Vazquez, α/ii).

e) Tentamina explicationis *a Cartesianis* proposita, alia sane a ceteris theologis reiecta statim sunt quia non salvabant veritatem transsubstantiationis, sed alia tantum quia non salvabant obiectivitatem specierum. Adeo ut nova systemata ad hanc tuendam, intra placita recentioris physicae, inventa sint (Tongiorgi, Palmieri).

f) Sed haec quoque *ultima systemata* a theologis communiter reiecta sunt, quia doctrinam Conc.Constantiensis et Tridentini, prout ex adiunctis historicis determinari potest, non sufficienter salvabant.

Atqui haec omnia facta, per tot saecula, post tot difficultates, etiam in mutata conceptione philosophica, luculenter probant cum dogmate connexam esse permanentiam obiectivam earum specierum sine subiecto. Nec enim talis et tanta traditio theologica aliter explicari posset. Constat ergo non solum adesse consensum theologorum, sed eundem esse consensum vere dogmaticum [8].

118. Obiectiones. 1. Posita thesi, admittenda essent accidentia exsistentia sine subiecto inhacsionis. Atqui hoc admitti nequit. Ergo thesis est falsa.

Dist. mai. Exsistentia sine exigentia subiecti inhaesionis, *nego mai.;* exsistentia sine actuali subiecto inhaesionis, *subdist.:* supernaturaliter, *conc. mai.;* naturaliter *nego mai. Contradist. min.* Admitti nequeunt accidentia sine exigentia subiecti inhaesionis, *conc. min.;* admitti nequeunt accidentia sine actuali subiecto inhaesionis, *subdist.:* naturaliter, *conc. min.;* supernaturaliter, *nego min.*

2. Atqui repugnat accidens sine actuali subiecto inhaesionis. Nam illud accidens deberet sustentari a Deo. Atqui a Deo nequit sustentari. Ergo repugnat tale accidens.

8 Hinc admitti nequit contraria sententia P.PalmiEri, *Institutiones Philosophicae 2* (Romae 1875) 186. —

Dist. mai. Deberet sustentari a Deo in genere causae materialis, *nego mai.;* in genere causae efficientis, *conc. mai. Contradist. min.* Repugnat accidens sustentari a Deo in genere causae materialis, *conc. min.;* in genere causae efficientis, *nego min.* Scilicet Deus non potest esse subiectum inhaesionis pro illis accidentibus, quia tale subiectum modificatur ab accidentibus inhaerentibus, quod Deo immutabili repugnat. Sed Deus, in alio genere causae, scilicet efficienter, supplet id ipsum quod substantia faceret sustentando tanquam verum subiectum inhaesionis

3. Sed thesis supponit quantitatem distingui realiter a substantia. Atqui hoc in moderna physica non probatur. Ergo thesis nunc admitti nequit.

Conc. mai. Dist. min. Id est moderna physica non probat positive et evidenter distinctionem quantitatis a substantia, *conc. vel trans, min.;* id est moderna physica positive probat repugnare talem realem distinctionem, *nego min. Pariter dist. cons.* Admittenda non est thesis, si moderna physica nequit probare distinctionem illam realem, *nego cons.;* si moderna physica probaret positive non distingui realiter, *conc. cons, sed nego suppositum.* Quidquid sit de physica sive recentiori sive antiqua, ex thesi nostra sequitur doctrinam certam Ecclesiae exigere realem distinctionem quantitatis a substantia. Hoc ergo posito, impossibile est ut vere unquam probetur a scientia physica repugnare vel non dari talem realem distinctionem.

119. Scholion 1. *De scholastica explicatione.* Vidimus in thesi quid tenendum sit ex doctrina Ecclesiae in quaestione de speciebus eucharisticis. Huius facti intimior explicatio libere investigari potest, dummodo salva maneant elementa superius assignata.

Optima explicatio invenitur in theoria scholastica accidentium absolutorum, luxta hanc theoriam species sunt aut quantitas aut qualitates. Hae qualitates immediate fundantur in quantitate in eaque sunt tanquam in subiecto inhaesionis. Quantitas vero, a substantia corporea distincta realiter, ab ipsa potest separari et per divinam virtutem separata exsistere sine ullo subiecto inhaesionis. In transsubstantiatione ergo, deficiente substantia panis, eadem numero quantitas panis perseverat, supplente Deo causalitatem materialem substantiae (subiectum inhaesionis) per suam causalitatem efficientem. Quae quantitas, sic conservata, est quasi subiectum inhaesionis aliorum accidentium seu qualitatum *. Propositio autem Wicleffi damnata non est aliter intelligcnda, cum constet sic eam intellexisse theologos Concilii Constantiensis : “hoc est falsum et erroneum et sapiens haeresim *universaliter* intellectum” “, id est si intelligatur de omnibus et singulis accidentibus, inter quae est certo quantitas manens sine subiecto inhaesionis.

Haec tamen scholastica explicatio, quamvis optima sit et omnino retinenda, non imponitur ex doctrina Ecclesiae. Possunt enim esse aliae explicationes, quae aliter salvent illa tria elementa dogmatica. 'Sic exempli gratia theoria dynamica Card.Franzelin, iuxta quam post transsubstantiationem manet resistentia et attractio eadem quae erat antea in pane, tanquam actus transiens divinitus conservatus. Haec theoria laborat difficultate philosophica in explicanda permanentia

’ Cf. S.Th·, 3 q.77 a.2; Suarez, *In 3* q.77 disp.56 s.2 et 3.
10 Cf. Vos der Hardi. *Rerum Concilii Constantiensis* 3,168.

actionis transeuntis sine subiecto ; sed theologice salvat quae salvanda sunt ",

120. Scholion 2. *De activitate specierum.* Species consecratae eandem habent activitatem qua gaudebant ante consecrationem, eandem subeunt alterationem et corruptionem, eodem modo nutriunt. Ad nutriendum vero corrumpi debent; ipsis autem corruptis Corpusque Christi non amplius continentibus, producitur connaturaliter eadem illa substantia quae sub eis producta fuisset si non facta esset transsubstantiatio ".

121. Scholion 3. *De relatione inter species et Corpus Christi.* luxta modum loquendi Ecclesiae, ut vidimus, Corpus Christi exsistit sub speciebus, continetur sub speciebus. Datur ergo relatio praesentiae et continentiae. Patet negandam esse quamlibet unionem physicam formalem, sive substantialem (quae repugnat inter substantiam et accidentia), sive accidentalem (quae supponeret, contra doctrinam Ecclesiae, accidentia esse in Corpore Christi tanquam in subiecto inhaesionis). Ideo Corpus Christi non frangitur, non atteritur dentibus, non masticatur. Hic ultimus dicendi modus videtur affirmari in professione fidei Berengarii anno 1059 in Concilio Romanols. Sed ibi agitur tantum de exprimenda reali praesentia Christi sine ulla possibili ambiguitate. Hinc quaedam expressiones nimis fortasse reales, quae tamen verum sensum habent. Sic illam formulam intellexerunt coaetanei ".

Illa ergo praesentia et continentia Christi sub speciebus, videtur explicanda maxime ex quadam actione Corporis Christi, qua conservat accidentia panis et vini supplendo sustentationem in genere causae efficientis. Sunt qui putent, id solum non sufficere; sed requiri praeterea quandam veluti alligationem Corporis Christi ad species, seu insolubilitatem intimae praesentiae; quae oritur ex vi quadam divinitus data speciebus ad trahendum secum intime Corpus Christi. Aliis tamen id non videtur esse necessarium ".

Quomodo et quatenus mutationes specierum praedicari possint de Corpore Christi, vide apud Suarez ".

n Cf. G.Ftlocrassi, *La rcaltà oggettiva dette specie eucaristichc seconda il Cardinal Franselin:* Greg 18 (1937) 395-409. De relatione inter elementa dogmatica et explicationem philosophicam, cf. J-Ternus. *"Dogmatischc Physik" in der Lchrc wm Altarsacramcntf:* Stimm (1937) 220-230; F.UxtErkirche, *Zu cinigcn Problcmcn der Eucharisticlehre* (Innsbruck 1938), de quo libro vide DivTh(Fr) 17 (1939) 238-250; P.Sedlmaver, *Die Lchrc des hl.Thomas von den accidentia sine subiecto remanentia, untcrsucht auf ihren Einklang mil der aristotelischen Philosophie:* DivTh(Fr) 12 (1934) 315-326; M.Oromî, *El Concilio de Trcnto y la tcoria substancia-accidcntes en la Eucaristla:* VerVid 3 (1945) 3-45; *Substanda y espccies en la Eucaristiac* ibid., 11 (1953) 97-107; F.Selvacci. *Il concetto di sostansa nd dogma cucaristico in rejasione alla fisica moderna:* Greg 30 (1949) 7-45.

B Cf. S.Th.. 3 q.77 a.3-8; Suarez, *In 3* <\77 disp.57; Alastruey, 241-252.

I' ML 148,1425.

Cf. exempli gratia Guitmunous AvErsanus, *De Corporis et Sanguinis Christi veritate* 1: MT, 149,1432ss. Hoc ipsum testatur Ramîrez. *La controversia cucaristica* 69-78.

1S Cf. Luco. *De Eucharistia* disp.6 s.2; F.de Lanversin, *Le concept de présence et quelques-unes de ses applications:* RechScRel 23 (1933) 58-80; *La présence eucharistique:* RechScRel 23 (1933) 176-196; E.GutwEncEr, *Die sakramentale Einheit cwischcn Christus und den cucharistischcn Gestalten:* ZkathTh 74 (1952) 318-338.

» *In 3* q.75 disp.6 s.2.

III. DE NATURA TRANSSUBSTANTIATIONIS

122. Ex doctrina Ecclesiae constat transsubstantiationem importare non solum praesentiam Corporis Christi et desitionem substantiae panis, sed praeterea etiam conversionem. Haec autem conversio nequit explicari sicut ceterae conversiones naturales, quae sunt conversiones formales; in quibus remanet subiectum et mutantur formae. In hac enim singulari conversione hoc speciale habetur, quod subiectum non remaneat, cum conversio sit substantialis, id est totius substantiae in totam substantiam. Hinc specialis difficultas in explicanda transsubstantiatione videtur ponenda maxime in necessario nexu inter terminum a quo et terminum ad quem. Accedit et nova difficultas ex eo quod in transsubstantiatione terminus ad quem iam praeexsistat ipsi conversioni, nec per ipsam simpliciter fiat.

Plurimae tentatae sunt solutiones, quarum tendentiae fundamentales ad has, quae sequuntur, reduci posse videntur.

123. I. Theoriae. 1. *Theoria annihilationis.* Substantia panis annihilatur, et eius loco succedit sub iisdem accidentibus Corpus Christi. Haec theoria, quae male tribuitur Scoto[1], non servat conceptum conversionis. Nam sola suspensio actionis -conservativae (in qua consistit annihilatio proprie dicta) non ordinatur ad positionem Corporis Christi; sine qua ordinatione non salvatur conversio.

2. *Theoria reproductionis.* Sic exponitur a Suarez[2]: α) In transsubstantiatione datur *aliqua actio realis,* quae versatur circa Corpus Christi, quatenus, per eam Corpus Christi constituitur sub speciebus. Haec actio revera influit de facto esse substantiale in Corpus Christi, et hinc est actio substantialis ; quae nunc dicitur esse per modum conservationis, quia aliunde supponitur Corpus Christi iam alibi exsistens. Et in hunc modum posset dici illa actio sufficiens productio termini, si hic alibi non esset; nunc vero de facto solum habet rationem conservationis. Denique haec actio non est mutatio proprie dicta, sed solum actio seu realis dependentia.

5) Datur praeterea *alia actio* distincta, positiva et realis, qua accidentia panis a substantia separantur et per se consti-

[1] Dc Scoto ciusque vera sententia, cf. W.LampEn, *La dottrina dclla transsubstansiacionc sccondo il B.Duns Scoto:* StFranc 10 (1924) 127-132; A Vellico, *Dc transsubstantiatione iuxta I.Duns Scotuni:* Ant 5 (1930) 301-332; U.Storff, *Dc natura transsubstantiationis iuxta IDuns Scotuin* (Quaracchi 1936).
[9] *In 3* q.75 disp.50'.

tuuntur. Haec actio per se primo efficit in accidentibus novum modum exsistendi per se, qui formaliter repugnat cum actuali inhaerentia et cum unione accidentium in subiecto. Et ideo ex vi huius actionis separantur haec accidentia a suo subiecto. Separatis autem accidentibus a substantia, haec ex natura rei naturaliter desinit esse ; quia tolluntur sic dispositiones necessariae ad conservandam unionem formae cum materia ; et ideo statim solvitur illa unio et consequenter desinit esse forma substantialis quae a materia pendet ; et cum non introducatur nova forma, consequenter desinit esse materia, quae sine forma esse non potest.· Haec autem desitio substantiae panis nuillo modo est annihilatio ; quia fit vi actionis positivae et physicae, non per meram suspensionem concursus Dei.

c) *Inter utramque actionem datur connexio* non physica, sed tantum ex institutione divina. Scilicet una ad alteram ordinatur et propter alteram fit ex intentione agentis ; quia verba non habent vim ad ponendum unum terminum, nisi expellendo alium ; et quia non potest expelli alius terminus nisi per aliam actionem, ideo una non potest efficere nisi praemittendo aliam vel in ordine ad aliam. Et ideo agitur de vera conversione [3]. Sic Lessius, Arriaga, Piccirelli, Franzeijn, Puig.

124. 3. *Theoria adductionis.* Sic exponitur a S.Bellarmino [4]: a) Panis in Eucharistia *non annihilatur* quia annihilatio terminatur ad nihil ; actio autem qua panis desinit esse, non terminatur ad nihil, sed ad Corpus Christi.

b) Sed ad veram conversionem *non requiritur ut terminus ad quem de novo producatur;* satis est quod unus terminus alteri succedat, sive ille tunc producatur, sive aliunde adducatur, sive alio modo fiat. Hinc in Eucharistia, quia Corpus Christi praeexsistit ante conversionem sed non sub speciebus, conversio tantum facit ut incipiat esse sub speciebus.

c) *Haec actio vocatur adductiva* quia facit ut sine motu locali Corpus Christi, quod antea solum erat in caelo, sit iam etiam sub speciebus; non tantum per simplicem praesentiam sive coexsistentiam, sed etiam per unionem quandam, qualis est inter substantiam panis et accidentia, excepta inhaerentia.

d) Actio haec, ut est conversiva, *recipitur in pane;* ut est adductiva, *in ipso Corpore Christi.* Christus ergo in tantum

3 Theoriam suarezianam accurate exponit M.OuEra. *Sufires y la doctrina dc la transubstanciaciôn eucaristica:* RazFe 138 (1948,11) 400-441.
4 *Dc sacramento Eucharistiae* lib.3 cp.18.

non mutatur, in quantum nihil amittit; sed certe mutatur in quantum acquirit aliquid quod non habebat, scilicet esse sacramentale.

Sic etiam iam antea Scotus et Toletus; Vazquez quoque, Pesch, Lercher.

125. 4. *Theoria constitutionis Christi sub speciebus.* Haec theoria non est nisi maior declaratio praecedentis, vjtato nomine adductionis. Sic exponitur a Cardinali Lugo °: a) In transsubstantiatione datur *unica actio,* quae bene dicitur constitutiva Christi sub speciebus, connotando desitionem substantiae panis.

b) Haec actio (quae, ut est conversio, habet pro termino formali Corpus Christi; ut tamen est productio, habet pro termino producere unionem Corporis Christi cum accidentibus) e *facit unionem Corporis Christi cum accidentibus.* Quae unio duo importat. Primum est munus substantiale sustentandi accidentia in genere causae efficientis, non materialis; et hoc est Corpus Christi substare accidentibus. Secundum est alligatio quaedam Corporis Christi ad accidentia; quae est vis quaedam, qua accidentia divinitus possunt secuin trahere Corpus Christi quocumque deferantur.

c) Semel posito illo munere substantiali substandi accidentibus, *eo ipso ex natura rei desinit substantia panis,* utpote quae privetur suo munere substantiali; secus daretur duplex causalitas adaequata circa eundem effectum, quamvis esset in duplici genere causae.

d) Unde *vere datur conversio;* quia desinit substantia panis ob positionem Corporis Christi sub iisdem accidentibus et in ordine ad idem munus substantiale, quod gerebat antea substantia panis.

e) *Non ergo datur annihilatio;* quia desitio substantiae panis non tendit ad nihil, sed ad aliquid, scilicet ad Corpus Christi in quod convertitur.

Sic etiam recenter Manyat.

126. 5. *Theoria simplicis conversionis.* Sic exponitur a Billot 8: a) Transsubstantiatio non est unius substantiae de-

8 *De sacramento Eucharistiae* disp 7.

• Nota unicam illam actionem, ut est conversio, esse substantialem quia terminus formalis eius est substantia Corporis Christi; ut autem est productio, non esse cur vocetur substantialis. Est ergo conversio substantialis, sed non est actio substantialis; immo in sua entitate est omnino accidentalis. Cf. disp.7 s.8 n.129.

1 *La transubstanciaciôn:* RcvEspT 7 (1947) 245-264.

8 *De SS.Eucharistiae sacram'cnto* q.7S par.2.

structio et alterius subrogatio per reproductionis vel adductionis viam ; sed est *simplex actio,* qua Deus (qui, ut auctor entis, potest in totum ens) *immediate mutat* quidquid entitatis est in substantia panis in id quod est entitatis in substantia Corporis Christi.

b) *Sublectum huius actionis est solum panis,* nullo modo Christus, qui manet sine ulla mutatione. Christus nihil patitur, nihil recipit, non replicatur; fit praesens ubi antea non erat, eo solo quod vi conversionis accidentia panis acquirunt habitum realem continendi Corpus Christi.

c) *Nihil' desinit esse via annihilationis,* sed via proprie dictae conversionis unius substantiae individuae in individuam substantiam Corporis Christi.

Haec theoria exponitur tanquam verus reditus ad genuinam mentem S.Thomae et magnorum Scholasticorum saec.XIII ". Eandem sequuntur multi recentiores, ut De la Taille, D'Ales, Lebreton, Lepicier, Van Hove, Van Hoort, Alastruey, Filograssi, Garrigou-Lagrange, Piolanti[10].

127. **II.** Nostra sententia. In re quidem difficillima, quid melius videatur breviter exponimus.

a) *Theoria conversionis* videtur non exprimere nisi ipsum dogma transsubstantiationis, cuius explicationem quaerimus; non tamen dare ulteriorem scholasticam inquisitionem. Respondent* per hanc theoriam omnino plus dici quam quod in dogmate enuntiatur, quia illa theoria expresse excludit annihilationem, adductionem et reproductionem ai. Hoc sine dubio verum est ; sed praecise quaeritur qualis sit illa actio conversiva, quam esse conversivam omnes admittimus, quaeque dicitur non esse reproductiva vel adductiva vel constitutiva sub speciebus. Id scilicet quaeritur, qualis sit nexus intrinsecus, propter quem, desinente substantia panis, ponatur Corpus Christi.

0 De mente S.Thomae. cf. A.Bassani, *Dc transsubstantiation# ad mentem S.Thomae Aquinatis* (Florentiae 1913); A.'Zychlinski, *Sincera doctrina de conceptu transsubstantiationis iuxta principia S.Thomae Aquinatis:* ViencTom-30 (1924) 28-65.222-224; I.Puiq de la Bellacasa, *De transsubstantiatione secundum S.Thomam* (Barcinone 1926); B.AugiEr. *La transsubstantiation .d'après, saint Thomas d'Aquin:* RevScPhTh 17 (1928) 227-259; V.Cachia, *De natura transsubstantiationis iuxta S.Thomam et Scotum* (Romae 1929). De aliis scholasticis, cf. Püig de la Bellacasa in EstEcl 9 (1930) 566s.

10 M. de la Taille, *Mysterium fidei* cluc.50; A.d'ales. *Dc Sanctissima Eucharistia* 78ss; A.M.Lepicier, *Tractatus de SS.Eucharistia* 172s; J.Lebreton, *Eucharistie:* DAFC 1,1581s; AJvan Hove, *Tractatus de SS.Eucharistia* 85-88; G.van Noort, *De Eucharistia* 344ss; G.Alastruey, 138-147; Filograssi, 133-152; R.Garricou-Lagrange. *De Eucharistia* 83ss; A.Piolanti, *De Sacramentis* 65ss.

n Cf. Filograssi, 157.

Praeterea non satis intelligitur, quomodo Corpus Christi vi huius actionis incipiat esse ubi non erat, quin ad ipsum ullo modo terminetur talis actio. Hoc Christi Corpus inciperet habere novam relationem sine ullo novo fundamento.

Tandem haec actio nihil ageret, nihil produceret; quod videtur repugnare. Quod si dicitur hanc actionem nihil aliud facere nisi convertere, hoc est praecise quod quaeritur, quid sit unum in aliud convertere secundum totam substantiam.

128. b) *Unicitas actionis* videtur retinenda. In casu enim duplicis actionis, conversio proprie dicta minus explicatur. Praesertim si connexio inter utramque actionem sit tantum extrinseca ex mera intentione divina.

c) Actio sine dubio *terminatur ad Corpus Christi.* Non utique quia Christus aliquid amittat, sed quia novum modum essendi acquirat, scilicet sub speciebus. Nec omnino dicendum est, id esse contra sententiam S.Thomae. Affirmat enim Sanctus Doctor: “oportet hanc conversionem terminari ad Corpus Christi”, et ideo non est annihilatio (4 d.11 a.2); “substantia Corporis Christi, ad quam terminatur ista conversio, non suscipit magis neque miniis” (3 q.75 a.7) ; “quia conversio panis directe terminatur ad substantiam Corporis Christi...” (3 q.76 a.3 ad 2) ; “conversio, quae fit in hoc sacramento, directe terminatur ad substantiam Corporis Christi” (3 q.76 a.4).

129. d) Talis novus modus essendi Christi in Eucharistia involvit aliquam *novam habitudinem ad species;* quae non est mera praesentia in illis, sed quasi continentia sub illis. Haec habitudo non inepte videtur explicari per munus substantiale sustentandi species in genere causae efficientis. Fit ergo Christus praesens habendo sine ullo motu locali quidquid per motum localem haberet; et praeterea Eius Corpori datur *influxus effectivus in accidentia* panis, quo influxu suppletur quoad illorum esse id quod antea fiebat a substantia panis in linea verae sustentationis et inhaerentiae. Haec fiunt ab actione transsubstantiativa.

e) Sed quia his peractis substantia panis sub eisdem accidentibus esse non potest, *disparet substantia panis vi unius eiusdemque actionis transsubstantiativae.* Quae ideo est vera conversio, quia sub eisdem accidentibus transmutat substantias; non per meram successionem substantiarum, sed per incompossibilitatem earum, causatam ab una sola actione.

f) Haec mira et singularis actio, cuius intimam naturam penetrare non possumus, talis est in seipsa ut haec omnia per-

agat *vi sua intrinseca,* nori ex mera intentione divina extrinseca. Talem vero esse naturam intrinsecam huius actionis efferunt nobis verba consecrationis; quae, iuxta omnes, exprimunt veram incompossibilitatem substantiae panis cum Corpore Christi sub eisdem accidentibus. Quia autem illa verba non solum sunt vera, sed etiam sunt activa, revera causant talem incompossibilitatem. Nulla vero est ratio ut negetur verba illa hoc causare vi sua, prout instrumentaliter eJevantur a Deo[12].

130. *Dicitur* contra fundamentum huius explicationis: sic substantia panis non est id quod in Corpus transit, sed id quod' per Corpus expellitur; ergo non datur vera conversio panis in Corpus Christi[13]. Sed nego antecedens. Substantia panis est quod in Corpus Christi transit *ideo quia* posito Corpore ipsa desinit esse necessario.

Sed dices iterum: sic datur annihilatio, substantiae panis. Respondeo substantiam panis non annihilari annihilatione proprie dicta, quia; non desinit esse per actionem quae tendat in nihilum, sed per actionem quae tendit in constituendum Corpus Christi sub eisdem accidentibus, sub quibus erat ipsa substantia panis. Ceterum potest admitti substantiam panis annihilari annihilatione improprie dicta; quatenus vi actionis illius causatur talis essendi modus sub accidentibus, qui incompossibilis sit cum permanentia substantiae panis; *et ideo* Deus subtrahit suum influxum conservativum illius.

ARTICULUS III

De modo praesentiae reams

131. Postquam egimus de facto praesentiae realis et investigabimus actionem qua Christus fit praesens in Eucharistia (quae est actio constituens Christum praesentem sub speciebus remanentibus illius substantiae panis et vini quae desinit esse), quaerimus nunc qualis sit specialis modus huius singularis praesentiae.

u Fortasse nihil aliud intendit Suarez. Ipse enim expresse dicit: "Tota haec necessitas fundata est in necessitate verborum [institutionis], cui eorum efficacia est accommodata; sunt enim verba practica, quae virtutem habent ut sese vera efficiant in simplicissimo significatione sua; et ad hoc fuit necessaria conversio substantialis" *(In 3* q.50 s.8 n.5). Unde connexio non est mere externa, sed ex virtute quam ipsa verba practica habent. Si ergo dicit ad rationem conversionis non requiri ut connexio sit intrinseca, agit de potentia Dei absoluta.

u Cf. Filograssi, 154.

Thesis 10. Christus in Eucharistia est praesens totus sub utraque specie et totus sub qualibet earum parte, sive separatione facta, sive ante separationem.

S Th.. 3 q 76 a.1-3; SuXrEz. *In 3* q.76 disp.51 et' 52; Puic, 393-414; Alastruey, 173-193; Filograssi, 167-172; Lercher-Dander, 316-319.

132. Notiones. Totus Christus, scilicet Corpus et Sanguis Eius, una cum anima et divinitate. Totus Christus intelligitur totalitate essentiali et integral!, eo modo quod exsistit in momento consecrationis.

Praesens sub speciebus dicitur aliquid esse dupliciter: a) *vi verborum* est praesens, omne id quod per verba consecrationis directe et immediate significatur et sine quo verba non essent vera ; b) *vi concomitantiae* est praesens quidquid per verba directe et immediate non significatur, sed realiter unitum est cum eo quod vi verborum ponitur. Attenditur ergo connexio in ipsa re.

Dicimus totum Christum esse realiter praesentem, sive vi verborum, sive vi concomitantiae.'

Species dicuntur complexus ille accidentium sensibilium, quibus naturaliter panis et vinum designantur.

Partes resultant ex fractione panis vel ex distributione Sanguinis in calice contenti. Ante separationem, cum partes formaliter nondum sint, intelliguntur designabiles in tota hostia vel in calice.

133. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Constantiense* (D 626) docet esse de fide “integrum Christi Corpus et Sanguinem” esse sub unaquaque specie.

Cone.Florentinum in Decreto pro Armenis docet doctrinam Ecclesiae Romanae, scilicet “totum Christum” contineri sub unaquaque specie, immo et sub qualibet parte separata a pane et a vino consecratis (D 698).

Conc.Tridentinum sess.13 cn.l (D 833) explicat quid intelligatur “totus Christus”. Quod amplius explicatur in cp.3 (D 876). Scilicet vi verborum, Corpus et Sanguis; vi naturalis connexionis et concomitantiae (videlicet ex unione substantiali Christi viventis), Corpus et Anima sub specie vini, Sanguis et Anima sub specie panis ; vi unionis hypostaticae, Divinitas sub utraque specie. Hoc ergo significat “totus et integer Christus”.

In eadem sessione cn.3 (D 885) definitur “totum Christum” contineri primum sub unaquaque specie; deinde etiam

sub singulis partibus speciei, separatione facta. Hoc quoque explicatur amplius in cp.3 (D 786), quatenus docetur praesentia Christi in singulis specierum partibus in genere, nihil expresse significando de separatione iam facta. Ita etiam dicebatur initio in canone citato; sed apposita est restrictio "separatione facta" paucis diebus ante definitionem, ne procederetur ultra id quod dixerat Florentinum, aut forte damnaretur aliquis theologus catholicus [1].

i* Totum et integrum Christum contineri sub unaquaque specie, docetur etiam a Concilio Tridentino in sess.21 cp.3 et cn.3 (D 932 936).

134. Valor dogmaticus. Totum Christum (Corpus, Sanguinem, Animam, Divinitatem) contineri sub unaquaque specie, est *dc fide divina et catholica definita.* Id etiam valet pro thesi "Christum totum contineri sub singulis partibus, separatione facta", id est cum partes formaliter habentur. Contineri in eis etiam ante separationem (id est cum partes sunt tantum designabiles), est *doctrina catholica ita certa ut contraria sit temeraria.* Doctrina de continentia vi verborum et vi concomitantiae, quamvis aliquibus theologis visa est de fide, dicenda potius est *explicatio, certa dogmatis,* pertinens ad doctrinam catholicam, quaeque sine temeritate negari non· potest.

135. Probatur, a) *Totus Christus sub unaquaque specie:* Verba consecrationis panis non sunt vera, nisi per ipsa ponatur praesens Corpus Christi prout de facto exsistit tunc cum verba pronuntiantur. Atqui tunc Coipus Christi est unitum Sanguini, Animae et Divinitati. Ergo sub specie panis haec omnia fiunt praesentia, seu fit praesens totus Christus. *Mai.* Secus non poneretur praesens idem numero Corpus Christi, sed aliud. Idem, ut patet, valet de consecratione calicis. Hinc S.Paulus (1 Cor 11,27) dicit: *quicumque manducaverit panem hunc* VEL *biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis* ET *Sanguinis Domini,*

b) *Totus Christus sub qualibet parte separata:* Christus in Coena dedit Apostolis unicum calicem consecratum ; ab antiquitate Christiana Patres commendant fidelibus curam diligentem ne aliquid panis aut vidi decidat in terram (R 367 490...); dicunt similiter Patres dividi panem sine divisione Christi (R 707 806 2230) ; utrumque hoc habetur in liturgiis, maxime in liturgia romana, in qua praeterea canitur: "fracto demum sacramento—ne vacilles, sed memento—tantum esse

1 Cf. DTC 5,1352.

sub fragmento—quantum toto tegitur". Atqui haec probant persuasionem Ecclesiae, Christum esse praesentem eodem modo in partibus separatis ac erat in tota specie panis aut vini.

c) *Totus Christus sub qualibet parte non separata:* Ibi est totus Christus ubi erat substantia panis. Atqui haec erat in singulis partibus ante separationem. Ergo etiam Christus totus. Praeterea si totus Christus, nondum praesens in singulis partibus ante separationem, esset postea praesens in singulis post separationem, ratio huius praesentiae esset alia quam verba consecrationis. Atqui verba consecrationis sunt unica ratio praesentiae realis. Ergo totus Christus est praesens sub qualibet parte non separata.

136. Obiectiones. 1. Si totus Christus est praesens sub unaquaque specie, alterutra consecratio est inutilis. Ergo non est totus praesens.

Dist. antec. Est inutilis, id est, non requiritur ad suscipiendum totum Christum, *conc. antec.;* non requiritur simpliciter, *nego antec.* Quod Christus fiat praesens non sub unica specie, sed sub duabus, non erat necessarium ad hoc ut fidelis communicans susciperet totum Christum ; et ideo Ecclesia definivit validitatem communionis sub unica specie (D 626 930-937). Sed haec separatio specierum in consecratione habet alium valorem, ut agentes de sacrificio Missae eiusque essentia explicandum erit.

2. Quod totum est intra, nihil eius est extra. Atqui Christus tofus est intra speciem panis. Ergo nihil Eius est extra illam speciem. Ergo Christus non erit sub specie vini.

Dist. niai. Nihil eius est extra negative (nihil eius est quod non sit intra), *conc niai.;* nihil eius est extra positive, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. primum cons.* Nihil eius est extra speciem panis negative (id est ita ut non sit intra illam), *conc. cons.;* nihil eius est extra speciem panis positive (id est ita ut non sit sub specie vini), *nego cons,*

3. Si totus Christus esset praesens sub singulis partibus separatis, Ipse separaretur a 'Seipso. Atqui hoc est absurdum. Ergo non est praesens.

Dist. mai. Separaretur a Seipso, id est, una praesentia Ipsius separaretur ab alia praesentia, *conc. mai.;* id est, entitas Eius separaretur a seipsa, *nego mai. Contradist. min.* Est absurdum entitatem Christi a seipsa separari, *conc. min.;* est absurdum Eius diversas praesentias separari ab invicem, *nego min.*

Aliae difficultates, quae fieri solent, in sequentibus scholiis praeveniuntur.

137. Scholion 1. *De formula "vi verborum et vi concomitantiae".*

a) Quaeritur a theologis quomodo anima Christi habeatur praesens vi concomitantiae, et non vi verborum. Corpus enim Christi, quod vi verborum praesens ponitur, est corpus humanum; corpus autem humanum non est tale nisi per animam, quae est unica for-

ma corporis. Plures sunt solutiones, quae videri possunt apud Lugo'. Dici potest, "corpus" intelligi vulgari modo, prout dicitur homo componi ex anima ët corpore. Immo etiam in rigore scholastico "corpus" formaliter *significat* tantum materiam cum aliqua forma corporeitatis, quin amplius determinetur, quamvis in casu nostro *supponat* pro materia cum forma rationali. Sic in triduo mortis Christi, si facta fuisset consecratio, vi verborum positum fuisset corpus eodem modo, etsi vi concomitantiae non posita fuisset anima, quae tunc temporis erat a corpore separata.

b) Quaeritur etiam quomodo divinitas Christi habeatur in Eucharistia tantum vi concomitantiae. Nam in formula consecrationis dicitur Corpus "meum"; cum autem unica sit in Christo persona divina, illa vox "meum" hanc personam significare videtur; ac proinde divinitas vi verborum erit. Sed considerandum est, in voce "meum" non includit divinitatem tanquam constitutivum essentiale aut intégrale, sed solum tanquam designationem possidentis. Quae difficultas maior forte videbitur in sententia eorum, qui ponunt humanitatem Christi exsistere per exsistentiam Verbi. Sed etiam in hac sententia dici potest, vi verborum non significari nisi Corpus Christi exsistens per aliquam exsistentiam, quae non amplius determinatur qualis sit.

c) Tandem addendum est, vi circuminsessionis, non solum Verbum sed etiam Patrem et Spiritum Sanctum suo modo esse praesentes sub utraque specie, cum tres divinae Personae identificentur realiter cum una eademque natura '.

138. Scholion 2. *De praesentia sacramentali. a)* Christum in Eucharistia *habere suam quantitatem,* tenent' omnes theologi, exceptis Durando et Nominalistis. Quam doctrinam vocat Suarez theologice certam4. Ratio autem est, quia Corpus Christi in Eucharistia est idem ac in caelo; nec potest carere his quae Ipsi intrinsece inhaerent. Unde patet etiam quantitatem esse in Eucharistia per concomitantiam.

b) Sed hinc ulterius quaeritur, *quid praestet quantitas* Corpori Christi in Eucharistia, cum certum sit eam non omnia praestare quae naturaliter in aliis corporibus inveniuntur; est enim Corpus Christi in Eucharistia totum in toto et totum in qualibet parte. In quo non una est theologorum sententia, iuxta diversum modum concipiendi ipsam quantitatem.

Qua in re, quia diversi sunt modi non sentiendi solum, sed etiam loquendi, ut vitentur confusiones haec fere dicenda sunt.

139. 1.° *Extensio* dicit in genere extrapositionem partium integralium. Quae extrapositio duo maxime importare videtury-primum est, quod sint partes distinctae, et quidem inter se unitae^Lsecundum est, quod hae partes mutuo sese excludant in eodem spatio, ac sint impenetrabiles aliique corpori resistentes, quamdiu corpus non dividitur. Primum quidem (quod vocant *extensionem entitativam)* habet corpus per suam ëntitatem, non per quantitatem. Sed adhuc hoc ultimum dupliciter cogitari potest: primo modo aptitudine tantum et

2 *De sacramento Eucharistiae* disp.8 s.4.

3 Cf. Suarez, *In 3 q.76* disp.5 s.3-6; Luco, *De sacramento Eucharistiae* disp.8 s.4-6; Alastruey. 182-189; Filograssi. 154-166.

* *In 3* q.76 disp.51 s.2 n.5. De Durando cî..R.Masi, *De quantitate Corporis Christi in SS.Eucharistia apud Durandum a S.Porciano:* EDoc 4 (1951) 289-310.

potentia proxima, secundo modo in actu. Primum vocant *extensionem aptitudinalem in ordine ad locum;* qtlae quidem est effectus primarius quantitatis, ideoque metaphysice inseparabilis a corpore quanto. Secundum vocant *extensionem actualem in ordine ad locum;* quae, utpote effectus secundarius quantitatis, a primo naturaliter consequitur, sed divinitus suspendi potest.

His ergo positis, Corpus Christi in Eucharistia non habet partes suas intégrales (extensionem entitativam) a quantitate, sed a sua intrinseca entitate substantiali. Habet autem a quantitate extensionem aptitudinalem, utpote ab illa absolute inseparabilem. Extensione vero actuali caret per virtutem divinam.

Quod si quaeratur, utrum Corpus Christi in Eucharistia habeat suam figuram, distinguendum est. Alia enim est *figura organica,* quae provenit ex intrinseca compositione quantitatis ; alia est *figura situalis aut localis,* quae provenit ex extensione actuali. Christus ergo in Eucharistia habet figuram organicam, non vero situalem [5].

140. 2.° Est tamen alius modus totam rem concipiendi, iuxta quem extensio entitativa tribuitur substantiae corporeae a quantitate; substantia enim corporea ante quantitatem concipitur extra omne genus continui et extensi. A quantitate etiam essentialiter et primario tribuitur extensio actualis in ordine ad locum. Extensionem vero aptitudinalem nullam admittunt, praeter aptitudinem habendi quantitatem, quae aptitudo est in substantia materiali.

Unde Corpus Christi in Eucharistia habet a quantitate et partes intégrales suas et dimensionem in longum, latum et profundum, et figuram suam naturalem, quam diximus situalem. Caret autem qualibet commensuratione ad species, quia hae non sunt superficies ambiens superficiem Corporis Christi, cum hoc sit totum in toto et totum in parte; unde nequit dici locatum [6].

Primus modus rem concipiendi praeferendus nobis videtur.

141. *c)* Haec specialis praesentia Corporis Christi in Eucharistia dicitur a S.Thoma (3 q.76 a.3) esse *per modum substantiae.* Habet enim suum essendi modum substantia in se, distinctum a modo quo est sub quantitate et ex quantitate; scilicet tota in toto et tota in parte. Quod quidem *in prima sententia* supra memorata inde habetur, quod substantia corporea, etiamsi habeat de se partes intégrales, illas tamen nondum habet extensas, ne quidem extensione aptitudinali. Unde dici potest esse ad modum spiritus, etsi plane non in omnibus. *In secunda* vero sententia hoc inde explicatur, quod substantia de se non habet partes intégrales ; unde non potest' esse nisi tota ubicumque sit. Praesentia ergo per modum substantiae ideo habetur in Eucharistia, quia vi verborum consecrationis ponitur tantum substantia Corporis Christi, id est sine quantitate ; quae ponitur solum ex concomitantia. Unde substantia Corporis Christi, vel quia nondum habet partes intégrales, vel quia adhuc eas habet sine ulla extensione, servat suum proprium modum essendi; quantitas autem Corporis Christi habet in Eucharistia eundem modum praesentiae,

5 Cf. SuÀREz, *in 3* q.75 disp.48 s.1 n.21 et 25. De vera sententia P.Suarez disputatum est; cf. J.CaballEria, *jAdmite Sudrcz cantidad sin extensidn actuali:* EstEcl 13 (1934) 447-458. Pro quaestione philosophica, cf. Urraburu, *Cosmologia* 207ss.

6 Cf. Billot, *De SS.Eucharistiae sacramento* q.76 par.1; Filograssi, 172-184. Pro quaestione philosophica, cf. P.Hoenen, *Cosmologia* lib.1 cp.1 a.2 par.2.

qui proprius est substantiae, quia non ponitur ratione sui, sed ratione substantiae

142. *d)* Hinc sequitur Christum in Eucharistia *exercere* eosdem *actus* intellectus ac voluntatis, quos exercet in caelo; actus vero sensuum naturaliter exercere non posse, quia hi actus supponunt extensionem actualem. Utrum vero Christus in Eucharistia exerceat actus sensuum supernaturaliter, disputatur a theologis, nonnullis affirmantibus, ut videre est apud Franzelin', cui id videtur pia et probabilissima sententia, utpotc connexa cum dignitate sacratissimae humanitatis et' cum fine sacramenti, quo Christus cum suis fidelibus commercium etiam corporale inire voluit. Quoad actus vero immanentes Christi formaliter prout exsistentis in Eucharistia, in quantum supponunt aliquam corpoream immutationem, nequeunt a Christo exerceri naturaliter; sed exercentur sine dubio supernaturaliter.
Christus in Eucharistia nihil potest pati ab agentibus physicis, qui exsistit per modum spiritus.
Tandem nequit naturaliter videri oculo corporeo; et probabilius ne quidem supernaturaliter, quod tamen aliqui theologi affirmant".

143. e) Corpus Christi, quamvis sit totum in toto et totum in parte, etiam ante separationem, non tamen est' *pluries* in hostia, sicut anima non est pluries in corpore quod informat, etsi sit in toto et in singulis eius partibus ",

144. /) Quia Corpus Christi in Eucharistia est idem numero quod est in caelo, dicendum est Corpus Christi *replicari.* Nota tamen, quidquid sit de diversis Scholasticorum sententiis circa possibilitatem replicationis circumscriptivae, hanc opinandi diversitatem in nostro casu nihil officere. Hic enim datur replicatio mixta, cum Corpus Christi in caelo sit circumscriptive et in Eucharistia sit per modum spiritus aut per modum substantiae. Quod quidem repugnare nullo modo.ostendi potest".

145. Scholion 3. *De praesentia Christi permanente in Eucharistia.* Quaeri potest quinam sint termini temporales huius praesentiae Christi in Eucharistia. Ecclesia definivit in Conc.Tridentino sess.13 cn.4 et cp.3 (D 886 876), Christum esse praesentem in Eucharistia hon solum in usu, dum sumitur (ut quidam Protestantes volebant), sed statim post consecrationem. Quod est fundamentum specialis cultus latriae, qui Sanctissimo Sacramento in Ecclesia tribuitur (D 888s 878s) 'i Praesentem vero esse Christum usque ad corruptionem specierum, est sententia theologorum communis et certa ", De apparitionibus Christi in Eucharistia et de miraculis, quae

' Cf. SuarSZ, *In 3* q.76 disp.52 s.2 n.8; Filocrassi, 184-187.
8 *De Eucharistia* th.11.
• Cf SuXrez, *In 3* q.76 disp.53; Alastruey. 217-231.
10 De alio modo, quo affirmari posset Christum adesse pluries in Eucharistia, ex diversa omnino ratione, cf. L.Baudiment, *Notre Seigneur n'est il présent qu'une fois dans l'hostie?:* RevApol (1937) 546-562. A.H.Maltha, *Cosmologica circa transsubstantiationem·:* Ang 16 (1939) 305-334.
11 Dc quaestione philosophica, cf. Urrâburu, *Cosmologia* p.979-1001; HoenEN, *Cosmologia* lib.1 cp.2 a.2 par.3. Circa totam quaestionem praesentiae sacramentalis, cf. R.Masi, *La tcoria suaresiana della presensa eucaristica* (Roma 1952); de quo libro vide J.Hellîn, *Sobre la ubicaciân en Suârcs y sobre su sistema mctafisico:* RevEspT 7 (1947) 275-288.
w Vide praeterea aliquas propositiones damnatas a Gregorio XI (D 578ss).
18 Cf. Suarez, *In 3* q.76 disp.54.

in speciebus consecratis aliquando apparent, nota in genere in eis non videri Christum in se, nec Eius Carnem aut Sanguinem, sed tantum figuram et colorem carnis et sanguinis, inhaerentes ipsis speciebus sacramentalibus “.

CAPUT II

De sacrificio eucharistico

146. Posito fundamento necessario praesentiae Christi realis in Eucharistia, quae in Ecclesia fit ad. modum actionis a Christo in Coena factae atque de Eiusdem mandato, investiganda nobis est ratio sacrificalis nostrae Eucharistiae. Haec sane habetur ex eadem Christi institutione, id ipsum in Coena facientis fierique praecipientis in Sui memoriam. Sed eius nunc realitatem, essentiam, finem amplius investigare debemus, prae oculis semper habentes ea quae nos docet Ecclesia. Scilicet:

a) Eucharistia nostra est verum ac proprium sacrificium.

b) Est tamen speciale aliquod sacrificium, de cuius essentia est repraesentationem esse ac perpetuationem sacrificii Crucis. Hinc resultat arcta coniunctio et quodam modo unitas sacrificii eucharistici cum sacrificio Crucis.

c) Et quidem eadem est in utroque victima, idem offerens.

d) Sola est dissimilis offerendi ratio, seu actio sacrificalis.

e) fidem tandem sunt utriusque sacrificii fines \

Haec ergo sunt nobis nunc per partes examinanda.

ARTICULUS I

De VERITATE sacrificii eucharistici

Thesis 11. In Missa offertur Deo verum et proprium sacrificium.

S.Th.. 3 q.83 a.1; Lercher-Dander. 334-345; Fii.ograssi. 218-243; Alastruey. 337-349; Puig, 480-505.

147. Notiones. Missa est actio illa sacra, in qua multis praecedentibus et sequentibus precibus'et caeremoniis, conficitur Eucharistia per transsubstantiationem. Sic describimus

14 Cf. Suarez, *In 3 q.76* disp.55.

' Cf. Pius XII, *Encycl. "Mediator Dei"'.* AAS 39 (1947) 548ss.

Missam cum Bellarmino2. Neque enim nunc dari potest essentialis eius definitio.

Dicimus ergo in Missa offerri sacrificium, id est in illo complexu liturgico haberi aliquod vel aliqua elementa (quod sane nunc non determinamus), in quibus verificatur notio sacrificii.

Missa, dicta de caeremoniis eucharisticis, primum designavit dimissionem fidelium, post finitam caeremoniam, addita benedictione. Deinde Missa designavit ipsum officium Eucharistiae. Plura alia nomina usurpata sunt ad hoc ipsum designandum, ut fractio panis, collecta, dominicum, actio3.

148. Sacrificium interea intelligimus, actum cultus externi qui eadem veritate et proprietate dici debet "sacrificium", sicut sacrificia V.Testamenti et sacrificium.Crucis.

Verum et proprium, id est non metaphoricum tantum.

149. Adversarii. *Petrobrusiani,* sic dicti a Petro de Bruis, ultimis decennis saec.XII, negarunt in Ecclesia vere offerri sacrificium Corporis et Sanguinis Domini; dicentes illud sacrificium omnino nihil esse Deoque offerri non debere 4.

Wiceeff dicitur tenuisse: "non est fundatum in Evangelic quod Christus Missam ordinaverit" (D 585) 5.

Protestantes, pro quibus Missa non est aliquod sacrificium Deo oblatum, sed tantum aliquod beneficium a Deo receptum (testamentum). Sic iam Lutherus. Nullum iuxta ipsos datur sacrificium propitiatorium nisi mors Christi. Cum Patresl loquuntur de sacrificio in Eucharistia, intelligendi sunt de sacrificio laudis, scilicet de gratiarum actione. Sic MeEANChton. In genere *Novatores* valide pugnarunt contra Missam °.

Characterem sacrificalem Missae negant etiam omnes illi *Rationalistae,* de quibus supra egimus n.5-8.

3 *De Eucharistia* 5,1.

3 Cf. A.Jungmann, *Missarum sollemnia* (Wien 1948) 1,232ss.

* Cf Petrus Venerabilis, *Adversus Petrobrusianos haereticos:* ML 189,722. De his, cf. F.Vernet, *Bruys (Pierre dc):* DTC 2,1151-1156. In hunc sensum intelligendus est canon 23 Conc. Lateranensis II (D 367).

5 Circa hanc propositionem, cf. L.Cristxani *(Wycliff:* DTC 15,3604), iuxta quem non apparet locus in quo Wicleff negaverit characterem sacrificalem Missae aut eius institutionem a Christo. Unde concludit sensum propositionis fortasse fuisse, quod Christus non instituerit Missam cum illis orationibus et caeremoniis quae nunc in ea fiunt.

e Cf. J.Rivière, *La Misse durante le periode dc la Réforme ct du Concile de Trente:* DTC 10,1085-1099; N.M.HalmER, *Der litcrarischc Kampf Luthers und Melanchtons geyen das Opfcr der hciligcn Messe:* DivTh(Fr) 21 (1943) 68-78.

150. F.Wieland 7 haec fere stadia adinvenit in evolutione characteris sacrificalis nostrae Eucharistiae:

d) Ante medium saec.II celebratio Eucharistiae non erat nisi convivium eucharisticum. Vocabatur autem sacrificium late dictum, quatenus per gratiarum actionem fiebat praesens Christus cum relatione ad sacrificium Crucis, fiebat enim in sui memoriam. Nihil ergo Deo proprie offerebatur, sed accipiebatur donum a Deo.

A) Circa medium saec.II paulatim Eucharistia coepta est considerari tanquam oblatio a Christianis Deo facta, qua donum aliquod Deo praesentabatur, scilicet Corpus et Sanguis Christi. Hoc fit ex influxu Mysteriorum paganorum et Veteris Testamenti.

d) S.Irenaeus primus expresse loquitur de Eucharistia tanquam de dono, quod Deo a nobis offertur in sacrificium 8.*

151. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Tridentinum* 8: *In prima Concilii convocatione* theologi, post discussionem articulorum ipsis propositorum, voluerunt ut adderetur, inter alia, etiam damnatio huius propositionis: "Eucharistiam non esse verum sacrificium" 10.11 Sed haec quaestio a Legatis remissa est ut postea pro dignitate tractaretur. Et quidem incepta est disputari mense iulio 1547. proposito hoc haereticorum articulo: "Eucharistiam in Missa non esse sacrificium nec oblationem pro peccatis, sed tantum commemorationem sacrificii in Cruce peracti ; neque eam offerre,, esse opus bonum aut meritorium" xl.

Usque ad finem anni 1551 *in secunda Concilii convocatione* non sequitur haec de sacrificio Missae incepta tractatio. Tunc initio anni 1552 factum est primum aliquod schema decreti, de quo apud Patres disputari non potuit propter Concilii suspensionem 12. Tandem *id tertia convocatione* anno 1562 longo tempore disputatum est de sacrificio Missae a theologis et Patribus, pluribus conscriptis decreti schematibus 13. Sic promulgatum tandem est decretum definitivum sessionis 22, quod in quaestione nostra haec docet:

7 *Der Vorireniiische Opferbcgriff* (München 1909); *Mensa und confessio* (München 1906) Contra ipsum, cf. J.BrinktrinE, *Der Messopferbegriff in der erstem swei Jahrhundertcn* (Freiburg 1918).

8 Cf. J.Coppens, *Eucharistie:* DBS 2.1151s; Rucii, *La Messe dans la sainte Ecriture:* DTC 10.864s.

0 Cf. J.Rîvière. *La Messe durant le période de la Réforme et du Concile de Trente:* DTC 10.1112-1142.

10 CTr S.1008.

11 CTr 6,322; cf. ib.324.

12 Le Plat, 4,385-397.

13 Haec schemata videri possunt apud J.Armijos, *La inmolaciôn del sacrificio eucaristico scgûn el Concilio Tridentino y el decreto conciliar* (Quito 1942) 119-185.

In praeambido affirmat Eucharistiam esse verum et singulare sacrificium, idque pertinere ad depositum fidei Christianae (D 937a; cf. D 947).

In cp.l (D 938s) docetur: *d)* Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedec consummavit (perfecit) vetus sacrificium Leviticum. *b)* Christus Sacrificium obtulit in Cruce, c) Eius tamen sacerdotium perpetuandum erat, *d)* Unde ipse Christus visibile aliquod instituit sacrificium, quo illud primum repraesentaretur et perpetuaretur, *e}* Haec institutio facta est quando Christus in Coena obtulit suum Corpus !et Sanguinem sub speciebus panis et vini, et praecepit ut id, ipsum perpetuo fieret in Ecclesia, *f)* Sic datur plena harmonia inter sacerdotium vetus et sacerdotium novum, sicut Christus primum celebravit vetus Pascha et deinde novum Pascha instituit, *g)* Haec doctrina continetur ,in prophetia Malachiae, in epistola 1 Cor 10,21, in antiquis sacrificiis quae hoc sacrificium figurabant. Notanda est in hoc capite descriptio Missae quae fit a Concilio : "immolatio Christi ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus in memoriam passionis et mortis Eius".

In canone 1 (D 948) docetur "in Missa offerri verum et proprium sacrificium" ; in canone 2 (D 949) eius institutio a Christo in Coena ; in canone 3 (D 950), contra Protestantes, sacrificium Missae non esse tantum sacrificium laudis et gratiarum actionis. Tandem quae docentur in reliquis capitibus et canonibus huius et sequentis sessionis omnino supponunt veritatem sacrificii Missae. Quod deinde sollemniter ponitur in professione fidei tridentina (D 997).

De veritate sacrificii Missae vide etiam prop.45 Baii (D 1045). Opera F.Wieland in Indicem librorum prohibitorum relata sunt[14].

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

152. Probatur ex sacra Scriptura. Etiam haec thesis duplici via probari potest, ut supra n.81. *Prima via est indirecta* seu ex iam probatis, et quidem dupliciter. *Primo* quidem ex thesibus 2.a et 3.a sic: Christus in Coena obtulit suum Corpus et Sanguinem sub speciebus panis et vini in sacrificium et iussit ut hoc ipsum perpetuo fieret in Ecclesia. Ergo in Ecclesia offertur sacrificium Corporis et Sanguinis Christi sub speciebus panis et vini (haec enim Christi voluntas nequit non esse efficax, cum agatur de re essentiali in consti-

AAS (1911) 41.

tutione Ecclesiae, scilicet de sacrificio visibili). Atqui tale sacrificium nullibi offertur si revera in Missa non offertur. Ergo in Missa offertur verum et proprium sacrificium. *Secundo* autem probari potest etiam indirecte ex thesi 6.a sic: In Malachia promittitur efficaciter verum sacrificium mundum, pro omni tempore et pro omni loco, quod quidem sacrificium iuxta expositionem Patrum est sacrificium cum Eucharistia coniunctum. Atqui tale sacrificium non offertur nisi offeratur in Missa. Ergo in Missa offertur verum et proprium sacrificium.

153. *Secunda via est directa* et desumitur ex 1 Cor 10,14-22.

Praenotandum. Vide omnino quae diximus supra n.82.

Argumentum. In hoc textu fit assimilatio inter coenam eucharisticam et epulas sacrificales. Atqui hoc supponit coenam eucharisticam habere characterem sacrificalem. Ergo in celebratione Eucharistiae, seu in Missa, datur verum sacrificium.

Min. Secus rueret tota argumentatio Apostoli.

Mai. α) Manducatio eucharistica assimilatur manducationi victimarum in sacrificiis iudaicis (Θυσία) et manducationi idolotytorum in sacrificiis gentilibus, *b)* Communicatio Corporis et Sanguinis Christi assimilatur communicationi altaris apud iudaeos et communicationi daemoniorum apud gentiles; haec autem communicatio fit immediate victimae, et ipsa mediante altari, atque ipso mediante Deo, cui sacrificatur victima in altari, c) Assimilantur altare iudaeorum (θυσιαστήριον), altare gentilium (τράπεζα δαιμόνιων) et altare Christianorum (τράπεζα κυρίου)15.

154. Probatur ex traditione, a) *Ante S.Irenaeum*: In *Didaclié* (R 8) Eucharistia vocatur sacrificium (Θυσία), quod praedictum fuerat per Malachiam. S.Clemens Romanus (R 19ss) loquitur de sacrificiis Christianorum, quae sacrificiis iudaicis succedunt. S.Iustinus (R 135) docet Eucharistiam figurari in oblatione similae et praenuntiari a Malachia; noscit praeterea "sacrificia quae iussit lesus Christus fieri, hoc est in eucharistia panis et calicis, in omni loco fieri solita a Christianis"ie.

b) S.Irenaeus (R 232) docet eodem modo et eodem sen-

15 Cf. Ruch, *La Messe dans la sainte Ecriture:* DTC 10,864-964.
,e *Dialogus cum Thryphonc* 117: MG 6.745.

su Eucharistiam esse oblationem, praenuntiari a Malachia, succedere antiquis sacrificiis.

c) *Ceteri antenicaeni:* Origenes tenet nos offerre Deo Eucharistiam sicut gentiles offerunt sacrificia daemonibus in gratiarum actionem[17]; mysterium eucharisticum esse vere propitiatorium sicut in veteri Lege aderant propitiatoria sacrificia[18]. Iuxta Tertullianum communio est participatio sacrificii (R 301); Eucharistia est oblatio quam diabolus docuit sequacibus Mithrae imitari in eorum sacrificiis (R 299)[19]. S.Hippolytus in *Traditione Apostolica* describit modum oblationis eucharisticae initio saec.III[20]. S.Cyprianus (R 581-584) docet Christum obtulisse in pane et vino sicut Melchisedec, nosque eodem modo sacrificare.

d) *Celeri Patres*. Liturgiam eucharisticam designant terminis sacrificalibus. Sic S.Caesarius Naziancenus (R 806), S.Cyrillus Hieros. (R 851), S.Gregorius Naziancenus (R 1019), S.Ioannes Chrysostomus (R 1118 1183 1192 1222), S.Ambrosius (R 1260), S.Augustinus (R 1424), S.Fulgentius (R 2270), S.Gregorius Magnus (R 2323). Eucharistiam dicunt esse novum pascha novique agni immolationem: S.Gregorius Nyssenus (R 1063), S.Hieronymus (R 1390), S.Leo Magnus[21]. Eucharistiam successisse sacrificiis V.Legis: S.Chrysostomus (R 1193), S.Augustinus (R 1866), S.Leo Magnus[22], S.Fulgentius (R 2270). In ea adimpletam esse figuram Melchisedec et prophetiam Malachiae: cf. supra n.57ss et 71. In ea repraesentari et renovari sacrificium Crucis: S.Ambrosius (R 1270), S.Augustinus (R. 1604), S.Fulgentius (R 2270).

e) Perpetua haec traditio apparet in omnibus *Liturgiis,* quae semper adhibent verba sacrificalia ut offerre, sacrificium, oblatio, immolatio[23].

155. Ratio theologica. Nulla est religio, quae careat sacrificio visibili iterabili. Ergo etiam in religione Christiana oportebat ut tale esset sacrificium. Atqui in religione Christiana quodlibet sacrificium necessario erat oblatio unius hostiae, Christi, utpote qui unicel Deum placare poterat. Ergo in

17 *Contra Celsum* 8,88: MG 11,1565.
18 *In Leviticum* hom.9,10 et hom.13.3: MG 12.523-547.
19 Cf. eandem ideam apud S.Iustinum (R 128).
20 Cf. *Florilegium Patristicum* 7,1,26ss.
21 *Sermo* 58,3: ML 54,353.
22 *Sermo* 59,7: ML 54,341.
23 Cf. pro antiquis liturgiis *Florilegium Patristicum* 7,1.30.44ss.61s; pro liturgia Gallicana, Muratori, *Liturgia romana vetus* 2.652.691s; pro liturgia romana videatur speciatim Canon Missae.

religione Christiana debebat esse sacrificium visibile et iterabile, quo ipse Christus Deo offerretur; quod est sacrificium eucharisticum.

156. Obiectiones. 1. In N.Tcstamcnto cultui sacrificali Hierosolymitano succedit cultus in spiritu et veritate (Io 4,21-24). Atqui sic excluditur sacrificium visibile. Ergo in N.T. non datur visibile sacrificium.

Dist. mai. Cultus in spiritu, id est cultus mere internus, *nego mai.;* cultus in spiritu, id est cultus sincerus, qui etiam erit in veritate quatenus non amplius erit figura futurorum, sed in realitate praesenti, *conc. mai. Contradict. min.* Excluditur sacrificium visibile, si cultus N.T. erit cultus mere internus, *conc. min.;* si erit cultus sincerus et in veritate exsistens, *nego min.*

2. Scriptores antiqui, maxime Apologetae, nulla admittunt sacrificia in Ecclesia. Ergo Missa non est sacrificium.

Dist. antec. Nulla admittunt sacrificia, quae offerantur Deo indigenti et ritu cruento, *conc. antec.;* nulla omnino sacrificia, *nego antec.*

3. Si Missa est sacrificium, Crucis sacrificium non fuit sufficiens. Atqui fuit sufficientissimum. Ergo Missa non est sacrificium.

Dist. mai. Si Missa esset sacrificium in quo. nova victima priori addita offerretur, Crucis sacrificium non esset sufficiens, *conc. mai.;* si est sacrificium in quo eadem victima nova oblatione offertur ad applicationem fructuum Crucis, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.* Missa non est sacrificium novae victimae, *conc. cons.;* non est sacrificium eandem victimam nova oblatione offerens, *nego cons.*

Aliae obiectiones supra n.61 et 72.

ARTICULUS II

De speciali NATURA SACRIFICII EUCHARISTICI

157. Concilium Tridentinum dicit Christum reliquisse Ecclesiae visibile aliquod sacrificium, scilicet sacrificium eucharisticum, “quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repraesentaretur eiusque memoria in finem usque saeculi permaneret” ; memoria nempe “transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit eripuitque de potestate tenebrarum et in regnum suum transtulit” (D 938). Quibus verbis sacrificium eucharisticum designatur tanquam essentialem relationem habens ad: sacrificium Crucis. Quaerentibus ergo nobis quale sit hoc sacrificium, ab hac relatione incipiendum est, ut deinde ad eandem magis definiendam secundum diversa eius elementa ulterius procedamus.

Thesis 12. Sacrificium Missae essentialiter est repraesentatio ac renovatio sacrificii Crucis.

Axastruey, 350-355; Filocrassi, 257s.

158. Notiones. Repraesentatio, scilicet obiectiva et realis, non mera recordatio subiectiva.

Renovatio, scilicet non inanis quaedam et nuda commemoratio, sed vera et mirabilis, etsi incruenta et mystica, instauratio sacrificii Crucis[1].

Essentialiter, scilicet essentia Missae, ut sacrificii, non habetur sine hac obiectiva repraesentatione et mystica renovatione sacrificii Crucis. Sic enim voluit Christus hoc sacrificium instituere.

Hinc in sacrificio Missae duo consideranda sunt. Est enim in se sacrificium, et est simul repraesentatio obiectiva alius sacrificii. Ex prima consideratione est sacrificium absolutum; ex secunda vero est sacrificium relativum. Utrumque autem essentialiter habet; et quidem ita ut hae non sint duae res, sed duae formalitates. Qualis vero relatio intercedat inter has duas formalitates, non est hic determinandum, sed ad ulteriora problemata! pertinet.

159. Adversarii. Commemorandi sunt *Protestantes* non ideo quia negarent Missam esse repraesentationem sacrificii Crucis, sed quia hanc repraesentationem ita concipiebant ut simpliciter destruerent characterem veri sacrificii in Missa.

160. Doctrina Ecclesiae. Habetur in *Conc.Tridentino* sess.22 cp.1 (D 938); ubi docetur per Missam repraesentari sacrificium Crucis, idque fieri ex ipsa voluntate! Christi instituentis illam. Hanc repraesentationem non esse nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, sed talem quae in seipsa sit verum et proprium' sacrificium, docetur expressius in cn.3 (D 950), consequenter ad doctrinam canonis 1 (D 948)[2].

Leo XIII: Sacrificio Missae "supremum in Calvaria sacrificium admirabili modo renovatur"[3]. Sacrificium Missae "mortis Ipsius non inanis quaedam nudaque commemoratio, sed vera et mirabilis, quanquam incruenta et mystica, renovatio est"[4]. "Illud sacrificium [Crucis] sacrificio eucharistico

[1] Cf. LEO XIII, *Encycl. "Mirae caritatis":* ASS 34 (1901-1902) 653.
[2] Cf. E.Jamoulle, *Le sacrifice eucharistique au Concile de Trente:* NouvRevTh 67 (1945) 1121-1139.
[3] *Encycl. "Mirae caritatis":* ASS 34 (1901-1902) 645.
[4] *Ib.* 653.

continuatur... Quoniam enim sacrificalem ritum comitari in omne tempus religioni oportebat, divinissimum fuit Redemptoris consilium ut, sacrificium semel in Cruce consummatum, perpetuum et perenne fieret. Huius autem ratio perpetuitatis inest in sacratissima Eucharistia, quae non similitudinem inanem memoriamve tantum rei affert, sed veritatem ipsam, quanquam specie dissimili" 5.*

Pius XI: Cruentum Crucis sacrificium "sine temporis intermissione in nostris altaribus incruento modo renovatur" e.

Pius XII: "Augustum igitur altaris sacrificium non mera est ac simplex lesu Christi cruciatuum ac mortis commemoratio, sed vera- ac propria sacrificatio, qua quidem per incruentam immolationem Summus Sacerdos id egit, quod iam in Cruce fecit Semetipsum aeterno Patri hostiam offerens acceptissimam". "Cum eucharisticum sacrificium cotidie illud [Crucis] repraesentet et innovet..."7

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

161. Probatur ex sacra Scriptura, *a)* Christus in institutione sacrificii eucharistici iubet ut illud fiat in sui memoriam (ἀνάμνησι). Atqui haec memoria non est subiectiva quaedam recordatio, sed obiectiva et realis. Ergo sacrificium Missae essentialiter est repraesentatio et renovatio sacrificii Crucis.

Min. Ita explicatur a S.Paulo 1 Cor 11,26. Scilicet semper ac participatis victimae huius sacrificii, annuntiatis mortem Domini; sine dubio quia ipsum sacrificium victimae participatae est obiective et in se illius mortis repraesentatio.

b) Christus instituit sacrificium eucharisticum, quod reproduceret sacrificium ab ipso in Coena oblatum. Atqui sacrificium Coenae essentialem relationem habebat in seipso ad sacrificium Crucis. Ergo etiam sacrificium eucharisticum eandem relationem habet. Atqui eam habere nequit nisi sit incruenta renovatio illius. Ergo sacrificium Missae est repraesentatio sacrificii Crucis.

Min. l.a In tantum datur sacrificium in Coena, in quantum datur mystica effusio sanguinis (cf. supra n.25). Atqui talis mystica effusio intelligi nequit sine essentiali relatione ad effusionem realiter factam in Cruce. Ergo sacrificium Coenae habebat essentialem relationem ad Crucem.

δ *Epist. encycl. ad Episcopos Scotiae:* ASS 31 (1898-1899) 12.
e *Encycl. "Misercntissimus Redemptor":* AAS 20 (1928) 170.
' *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 548.580.

'Min. subs. Essentialis relatio ad Coenam in sacrificio eucharistico debet esse mystica immolatio qualis immolatio realis Crucis ; debet enim esse talis rdatio quae servet rationem veri sacrificii. Ergo erit renovatio incruenta illius[8].

162. Probatur ex traditione. SS.Patres dicunt sacrificium eucharisticum debere respondere passioni Domini: S.Cyprianus (R 582) ; esse veram memoriam mortis Christi propter identitatem victimae immolatae: S.Chrysostomus (R 1222) ; esse memoriam sacrificii Crucis, sicuti sacrificia veteris Legis erant ipsius figura: S.Augustinus (R 1604) ; per ipsum annuntiari Christum pro nobis occisum : S.Fulgentius (R 2270); quia Eum iterum immolamus: S.Gregorius M. (2323). Plura afferentur adhuc in thesibus sequentibus.

163. Ratio theologica. In sacrificio eucharistico, ut videbimus postea, eadem est numero victima, idem principalis offerens ac in sacrificio Crucis, sola offerendi ratione mutata. Atqui sic sacrificium eucharisticum essentialiter repraesentat et renovat sacrificium Crucis. Ergo sacrificium Missae est renovatio Sacrificii Crucis.

164. Scholion 1. *De unitate sacrificii eucharistici et sacrificii Crucis.* Ex probata obiectiva repraesentatione sacrificii Crucis, quae essentialiter est in sacrificio eucharistico, quod est renovatio rt iteratio illius, sequitur aliquam esse essentialem Unitatem inter utrumque.

Haec quidem unitas docetur a Conc.Tridentino (D 940) in hostia et in offerente principali. Ubi agitur, ut patet dc essentiali unitate. Nam etiam in his quaedam differentiae accidentales inveniri possunt. Sed idem Concilium docet esse aliquam essentialem differentiam inter utrumque sacrificium, scilicet in ratione offerendi; quae in eo est, quod in Missa "idem ille Christus *incruente* immolatur, qui in ara Crucis semel Seipsum *cruente obtulit*".

Hinc sequitur, unitatem illam concipi non posse tanquam numericam, ad mentem theologorum qui defendunt “praesentiam mysteriorum” (Mysteriengegenwart)[9]. Quae omnia clariora fiunt ex doctrina in *Encyclica "Mediador Dei"* contenta.

Quaeritur a theologis, utrum differentia illa essentialis in ratione offerendi talis sit ut appellari possit vere specifica differentia. Melius respondetur affirmative cum Suarez[10]; quia sacrificia specifice differunt inter se quando differunt essentialiter in ipsa actione sacrificali externa. Alii tamen theologi aliter sentiunt[11].

8 Cf. J.A.Jungmans', *Das Gedachtnis des Herrn in der Eucharistic:* ThQschr 133 (1953) 387-399.

9 Cf. E.Jamoui.i.B, *L'unité sacrificielle de la Cène, la Croix et l'riutel au Concile dc Trente:* EphThLov 22 (1946) 34-69.

10 *In 3* q.S3 disp.76 s.1 n.4ss.

11 Cf. Auastruey, 358ss. De aliis differentiis accidentalibus, cf. i't>. 560s,

165. Scholion 2. *De unitate sacrificii Missae et sacrificii Coenae.* Inter sacrificium Coenae et sacrificium Missae minor est differentia, cum actio sacrificalis externa et visibilis sit essentialiter eadem permanentibus eisdem victima et offerente principali. Patet tamen inter utrumque sacrificium dari multiplicem differentiam accidentalem, et utrumque distingui numerice[13].

ARTICULUS III

De victima et OFFERENTE sacrificii eucharistici

166. Tria elementa considerari possunt in sacrificio eucharistico, sicut in quolibet alio sacrificio: victima oblata, sacerdos offerens, et ipsa oblatio. Quorum sane praecipuum elementum est ipsa oblatio, seu actio sacrificalis. De ipsa autem speciatim agendum erit postea, quia in illa habetur essentialis differentia inter hoc sacrificium et sacrificium Crucis. Ideo nunc de duobus aliis elementis agemus, in quibus identitas adest utriusque sacrificii.

Thesis 13. Victima sacrificii Missae est ipse Christus.

Lercher-Dander, 354-361; Alastruey, 363-376.

167. Notiones. Victima est id quod offertur in sacrificio, seu id quod in ipso immolatur. Dicitur etiam *hostia* sacrificii.

Ipse Christus, id est victima Missae est eadem victima Crucis. Patet differentiam esse in eo, quod in Cruce oblatus est Christus passibilis et in specie propria ; at in Missa offertur ipse Christus iam impassibilis et in specie aliena, scilicet sub speciebus panis et vini.

168. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Lateranense IV* (D 430) : 'fidem ipse sacerdos est sacrificium, lesus Christus".

Conc.Tridentinum sess.22 haec docet: *d)* "Christus Corpus et Sanguinem suum sub speciebus obtulit, ac sub earundem rerum symbolis Apostolis... eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent praecepit" (cp.l : D 938) ; *b)* Christus "novum instituit Pascha, Seipsum ab Ecclesia; per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum" (ib.) ; c) "Idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui in ara Crucis semel Seipsum cruente obtulit" (cp.2 : 940); *d)* "Una eadem-

u Cf. Svarbz, *In 3* q.83 disp.76 s.1 n.2s.

que est hostia" in Missa et in Cruce (ib.) ; *e)* Sacerdotes offerunt "Corpus et Sanguinem" Christi (cn.2: D 949).

Iuxta sess.23 cp.l (D 957) offertur Corpus et Sanguis Christi. Idem habetur in cn.l (D 961).

Unde idem est dicere in Missa victimam esse ipsum Christum, vel ipsum Christum sub speciebus panis et vini, vel Corpus et Sanguinem Christi (utique sub speciebus).

Pius XII: "Eadem, pari modo victima est, divinus nempe Redemptor, secundum humanam naturam suam et in Corporis Sanguinisque sui veritate" '.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

169. Probatur ex sacra Scriptura, a) Victima sacrificii Christi in Coena fuit Corpus et Sanguis Eius, seu ipse Christus sub speciebus panis.et vini. Atqui in Missa offertur eadem victima ac in Coena. Ergo victima sacrificii Missae est ipsd Christus.

Min. Quia Christus iussit id ipsum fieri quod Ipse fecerat.

bf 1 Cor 10,14-22: Qui participant in sacrificio eucharistico participes sunt Corporis et Sanguinis Christi. Atqui hoc supponit victimam sacrificii eucharistici esse ipsum Christum. Ergo Christus est victima sacrificii eucharistici.

170. Probatur ex traditione, a) S.Cyprianus expresse docet nos in Missa offerre id ipsum quod Christus obtulit in Coena, suum scilicet Corpus et Sanguinem (R 581-584).

b) Patres dicunt in Eucharistia Christum offerri : Origines 1, S.Chrysostomus (R 1193 1222), S.Ambrosius (R 1260), S.Maximus 3; Christum immolari: S.Chrysostomus (R 1118), S.Hieronymus [*], S.Augustinus (R 1424), S.Gregorius M. (R 2323); Christum mactari: S.Cyrillus Hieros. (R 853), S.Chrysostomus (R 1183) ; Corpus et Sanguinem Domini esse hostiam huius sacrificii: S.Eeo M. 5; incruenta sectione secari, vocem adhibendo pro gladio: S.Gregorius Naziancenus (R 1019).

c) In Liturgia passim haec idea habetur, non solum in

1 *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 548. Cf. etiam Pius XI in *Encycl. "Quas primas":* "Christus Sacerdos Se Ipse pro peccatis hostiam obtulit perpetuoque offert" (D 2195).
3 *In Numeros* hom.24,1: MG 12,757.
3 *Sermo* 78: ML 57,689s.
‹ *Epistola* 21.26: ML 22.388.
* *Sermo* 7 *de passione:* ML 54,332.

Canone Missae, sed etiam in aliis orationibus, v-.gr. : “Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus et myrrha profertur sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur et sumitur, lesus Christus filius tuus...” °

171. Ratio theologica. In N.Testamento unica victima sacrificalis est Christus (quod multipliciter docetur in epistola ad Hebraeos v.gr. 10,12; cf. 7,27; 9,12ss; 25-28; 10,19s). Atqui Eucharistia est verum sacrificium N.T. Ergo in ea victima est ipse Christus.

172. Obiectiones. 1. Victima sacrificii sensibilis debet etiam esse sensibilis. Atqui Christus in Eucharistia non est sensibilis. Ergo nequit esse victima huius sacrificii.

Dist. niai. Debet esse sensibilis sive mediate sive immediate, *conc. mai.;* tantum et necessario immediate, *nego mai. Contradist. min.* Christus in Eucharistia non est immediate sensibilis, *conc. min.;* non est sensibilis neque mediate, *nego min.* Est enim sensibilis ratione verborum efficaciter practicorum atque ratione specierum Eius realem praesentiam demonstrantium.

2. Victima, quae in sacrificio offertur, praesupponitur adesse ante actionem sacrificalem. Atqui ante actionem sacrificalem non adest Christus in Eucharistia (actio enim sacrificalis est ipsa transsubstantiatio). Ergo Christus non est victima sacrificii eucharistici.

Dist. mai. Victima praesupponitur adesse prius natura, *conc. mai.;* prius etiam tempore, *subdist.:* si actio sacrificalis esset tantum oblativa et inunolativa, *conc. mai.;* si est simul constitutiva victimae tanqtiam praesentis, *nego mai. Contradist. min.* Non adest Christus in Eucharistia prius tempore, *conc. min.;* prius natura, *subdist.:* non adest ante actionem sacrificalem qua constitutivam Christi praesentis, *conc. min.;* ante actionem sacrificalem qua oblativam et iinrnolativàm, *nego min.*

3. Illud est victima sacrificii, quod per actionem sacrificalem immutatur. Atqui in Eucharistia per actionem sacrificalem immutatur panis et vinum, non Christus. Ergo victima sacrificii eucharistici est panis et vinum, non Christus.

Dist. mai. Illud est victima sacrificii quod immutatur per actionem sacrificalem materialiter sumptam, *nego mai.;* quod immutatur per actionem sacrificalem formaliter sumptam, *subdist.:* quod immutatur sive physice sive mystice, *conc. mai;* necessario physice, *nego mai. Contradist. min.* Immutatur panis et vinum per actionem sacrificalem materialiter sumptam, *conc. min.;* per actionem sacrificalem formaliter sumptam, *nego min.* Rursus, Christus non immutatur per actionem sacrificalem formaliter sumptam physice, *conc. min.;* non immutatur mystice, *nego min.*

173. Scholion 1. *De oblatione panis et vini.* Panem et vinum aliquo modo offerri, videtur certum ex variis locutionibus liturgicis. Id tamen non ita intelligendum est, ut offeratur substantia pa-

Sccrcta in festo Epiphaniae.

nis et vini tanquam materia ex qua transiens, quatenus destruitur in ipsa effectione sacrificiil; sed quia species sacramcntales panis et vini intrinsece pertinent ad rem oblatam in sacrificio. Unde hostia adaequate non est tantum Christus nude sumptus, sed ut unum compositum sacramentale constituit cum speciebus'. Hic dicendi modus videtur magis cohaerere cum recenti doctrina Ecclesiae in *Bncyclica "Mediator Dei"*

174. Scholion 2. *De oblatione Bcclesiae et fidelium.* Quia Christus offertur in Missa prout est Caput Ecclesiae, ipsa quoque Ecclesia, seu Corpus Christi mysticum, indolem victimalem sui Capitis moraliter participat. Non quidem quod fideles sint victima proprie dicta in Missa perinde ac Christus, vel etiam simul cum Christo physice in altari ; sed quod "sacrificium *sensibile* Corporis Christi eucharistici est expressio liturgica primario sacrificii *interioris* ipsius Christi, secundario sacrificii *interioris fidelium* '°, ex identitate scilicet affectuum devotionis et religionis cum Christo Capite prout est victima physica et proprie dicta huius sacrificii.

Haec doctrina traditur maxime *ab ultimis Summis Pontificibus* Pius XI : Cum hoc augustissimo eucharistico sacrificio et ministro rum et aliorum fidelium immolatio coniungi debet, ut ipsi quoqu hostias viventes, sanctas, Deo placentes, sese exhibeant" ". Pius XII "Et perinde ac divinus Redemptor in Cruce moriens Semetipsum t totius humani generis Caput aeterno Patri obtulit, ita idem [in sa crificio eucharistico] non modo Semetipsum, ut Ecclesiae Caput caelesti Patri offert, sed in semetipso mystica etiam sua membra quippe qui eadem omnia, debiliora quoque et infirmiora, in Corde suo amantissime includat" ". "Ut autem oblatio illa, qua in hoc sacrificio christifideles divinam victimam caelesti Patri offerunt, plenum sortiatur effectum, aliud quoque adiungant oportet: semetipsos nempe quasi hostiam immolent neccsse est. Singuli universi divinae procurandae gloriae se consecrent, vehementerque cupientes lesu Christo, acerrimos perpesso dolores, sese arctissime assimulare, cum ipso Summo Sacerdote et per ipsum se quasi spiritualem hostiam offerant"13. "Omnia igitur liturgiae elementa eo contendunt, ut animus noster divini Redemptoris imaginem per Crucis mysterium in se referat, secundum illud Apostoli gentium : Christo confixus sum cruci; vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus. Quam ob rem nos veluti hostia una cum Christo efficimur ad augendam aeterni Patris gloriam" ".

175. Eadem doctrina continetur *in Liturgia:* "Sanctifica, quaesumus, Domine Deus noster, "er tui sancti nominis invocationem huius oblationis hostiam, et per eam nosmetipsos Tibi perfice munus aeternum" ". "Haec munera, Domine, Mediator noster lesus Christus Tibi reddat accepta, et nos una Secum hostias Tibi gratas exhibeat" W.

T Cf. Suârez, *In 3* q.83 disp.75 s.l n.ll.
R Cf. Suârez. *ib.* n.9.
° AAS 39 (1947) 563.
30 Lercher-Dander, 354.
11 Encycl. "Miserentissimus Redemptor": AAS 20 (1928) 171.
32 Encyaf. "Mystici Corporis": AAS 35 (1943) 233.
« Encycl. "Mediator Dei": AAS 39 (1947) 557.
34 Encycl. "Mediator Dei": AAS 39 (1947) 559.
35 In festo SS.Trinitatis.
10 In Missa votiva D.N.I. Christi Summi et Aeterni Sacerdotis.

Docetur quoque *a SS.Patribus,* qui urgent symbolismum mixtionis aquae cum vino ad designandam unionem fidelium in Christo et sub Christo Capite (cf. R 582; D 698 945). Eusebius Caesariensis: "Sacrificamus novo more secundum N.T. hostiam mundam... ex una quidem part'e memoriam magni illius sacrificii, secundum mysteria ab Ipso tradita, celebrantes...; ex alia autem parte nosmetipsos Ei consecrantes ipsiusque Pontifici, quod est Verbum, veluti corpore et animo iacentes ante ipsum immolati"[17]. S.Cyrillus Alexandrinus: "In sacrificiis enim nostris tanquam in imagine quodammodo nostras animas immolamus, Deoque offerimus, dum mundo atque carnis sapientiae morimur et vitiorum mortificationem subimus, ac propemodum una cum Christo cruci suffigimur, ut ad sanctum purumque vivendi genus nos transferentes conversemur secundum Ipsius voluntatem"[18]. S.Gregorius M.: "Necesse est ut, cum haec agimus, nosmetipsos Deo in cordis contritione mactemus; quia qui passionis dominicae mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus"[19]. Maxime S.Augustinus urgens Ecclesiam esse Corpus Christi mysticum, quod respondet invisibiliter sacrificio visibili (R 1745 1519 1524).

Ut haec oblatio fidelium plenum sortiatur effectum, pulcherrime monet Pius XII necessarium esse ut illi semetipsos quasi hostiam immolent, non solum in assistendo ipsi sacrificio, sed in tota vita Christiana; quod sacra Liturgia apte ad effectum deducit omnibus liturgicis clementis. Haec igitur sensa excitare debent fideles atque fovere multiplici forma et ratione[20].

Thesis 14. Christus est principalis offerens in sacrificio Missae.

Lercher-Dander, 346-353; Alastruey, 401-404.

176. Notiones. Christus intelligitur Christus homo, seu ut homo specificative[1].

Offerens, seu sacerdos; scilicet legitime constitutus ut offerat Deo hoc publicum sacrificium N.Legis. Sicut Christus obtulit sacrificium in Coena (cf. supra n.19-29) et in Cruce[2].

Principalis dicitur quia non unicus. Constat enim esse in Ecclesia verum et proprium sacerdotium, cuius inter alia munus essentiale est offerre hoc sacrificium (D 957 961). Christum ergo dicimus offerentem tanquam causam principalem, dum alii sacerdotes offerunt tanquam causae ministeriales.

Affirmamus factum, scilicet Christum revera offerre sacrificium Missae, quamvis non Ipse solus offerat. Quomodo

17 *Demonstratio evangelica* 1.10: MG 22.94.
18 *De adoratione in spiritu et veritate* 11: MG 68,770.
19 *Dialogi* 4,59: ML 77,428.
20 Cf. *Encycl. "Mediator Dei"*: AAS 39 (1947) 557-562.

1 Cf. SThS 3.I.492ss.
2 Cf. SThS 3.I.664-694.

autem ulterius explicetur haec Christi principalitas in offerendo, dicemus postea in scholio.

177. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Lateranense IV* (D 430) docet: In Ecclesia "idem Ipse sacerdos est sacrificium, lesus Christus, cuius Corpus et Sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continetur".

Conc.Tridentinum sess.22 cp-2 (D 940): "Idem [est] nunc offerens sacerdotum ministerio, qui Seipsum tunc in Cruce obtulit". In his verbis affirmatur et Christum offerre et sacerdotes ministerialiter offerre. Unde Christus offert ■principaliter. Unde etiam, cum dicitur Christus praecepisse ut offerrent Apostolorum in sacerdotio successores, et iidem dicuntur immolare Christum (D 938), intelligendum est ministerialiter.

Pius XI: Sacerdos "Divini Redemptoris nomine aeternae Dei Maiestati gratissimam hostiam offert" 3.

Pius XII: "Augustum igitur altaris sacrificium non mera est ac simplex lesu Christi cruciatuum ac mortis commemoratio, sed vera ac >propria sacrificatio; qua quidem per incruentam immolationem Summus Sacerdos id agit quod iam in Cruce fecit, Semetipsum aeterno Patri hostiam offerens acceptissimam... Idem itaque sacerdos, Christus lesus, cuius quidem sacram personam Eius administer gerit. Hic siquidem, ob consecrationem quam accepit sacerdotalem, Summo Sacerdoti assimilatur, ac potestate fruitur operandi virtute ac persona ipsius Christi. Quamobrem actione sua sacerdotali Christo quodammodo linguam suam commodat, manum porrigit (S.Chrysostomus)" 4.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

178. Probatur ex sacra Scriptura. Hebr 7,23-27. Iuxta S.Paulum quaedam essentialis differentia inter Veterem et Novam Legem in eo est, quod in V.L. plures necessarii erant sacerdotes, in Nova unicus sufficit sacerdos Christus. Ergo aut in N.L. nullum datur sacrificium praeter sacrificium Crucis, aut si aliud datur, ab ipso Christo offerri debet. Atqui iuxta ipsami Scripturam aliud datur in N.L. sacrificium, scilicet sacrificium Missae. Ergo in Missa sacerdos offerens est ipse Christus.

179. Probatur ex traditione. SS.PP. dicunt ipsum Christum sanctificare oblationem eucharisticam: S.Chrysos-

' *Encycl. "Ad catholici sacerdotii":* AAS 28 (1936) 1?,
4 *^ncycl. "Metator Dei":* AAS $9 (1947) 546,

tomus (R 1207; cf. R 1157); Ipsum offerre in nobis: S.Ambrosius (R 1260); Ipsum esse sacerdotem et offerentem: S.Augustinus (R 1745).

180. Ratio theologica. Sacrificium, quod est renovatio sacrificii Crucis, nequit offerri nisi ab ipso Christo. Atqui tale est sacrificium Missae. Ergo in Missa offerens est Christus.

Mai. Sacrificium Crucis est sacrificium vere Christi, ex offerente, ex victima, ex interiori oblatione amoris. Atqui haec omnia nequeunt renovari vere nisi ab ipso Christo. Ergo sacrificium, quod est vera renovatio sacrificii Crucis, nequit offerri nisi ab ipso Christo.

181. Obiectio. Actio sacrificalis in Eucharistia est ipsa transsubstantiatio. Atqui Christus homo non facit transsubstantiationem principaliter. Ergo nec principaliter facit actionem sacrificalem. Ergo non est principalis offerens.

Dist. mai. Actio sacrificalis est ipsa transsubstantiatio, prout est actio conversiva, *nego mai.;* prout est oblativa et immutativa, *conc. mai. Contradist. min.* Christus homo non facit principaliter transsubstantiationem ut conversivatn, *conc. min.;* ut oblativam et immutativam, *nego min.* Scilicet Christus homo efficit transsubstantiationem ut talem per potestatem excellentiae; offert autem sacrificium (ac proinde facit actionem sacrificalem, et consequenter transsubstantiationem ut est actio sacrificalis formaliter) tanquam causa principalis.

182. Scholion 1. *Quonam sensu Christus sit offerens principalis in Missa?*[6] Ad minimum tenendum est, Christum ideo esse principalem offerentem in sacrificio eucharistico quia illud efficaciter instituit, quia tale sacrificium non nisi nomine Christi in Ecclesia offerri potest, quia institutio Christi perpetuo in suo influxu perdurat. Haec si admittuntur, sufficienter salvatur doctrina tridentina. Sed quaeritur ulterius a theologis, utrum maior Christi influxus in singulis sacrificiis Missae sit admittendus, adeoque utrum ampliori et veriori modo sit Christus principalis offerens in nostro sacrificio.

Prima sententia est negativa, quae nullum alium influxum Christi in oblatione Missae admittit nisi virtualem, qualem modo descripsimus. Sic Scotus, Vâzquez, D'Alès, alii[0]. Hanc sententiam acriter defendit De la Taille, iuxta quem Christus est revera offerens in nobis et per nos qui sui sumus et non offerimus nisi dependenter ab Eius potestate sacerdotali. Sed oblatio nostra est, non sua; ab Eius oblatione semel in Coena peracta vim oblativam participans, quantamcumque habet'.

Secunda sententia est affirmativa, tenens Christum in Missa actualiter offerre, quatenus actu vult et offert omnes et singulas Mis-

6 Cf. Lbrchkr-Dander, 358; Alastruey, 450-410.

• Scotiis apud SvArkz, *In 3* q.83 disp.77 s.1; VaScuEz, *In 3* disp.225 cp.3; A.d'Ai.ès, *Dc Sanctissima Eucharistia* thes.5. Cf. W.Lamren, *Dc Christa non actualités sed virtualités effosente in Missa:* Ant 17 (1942) 253-268.

' *Mysterium fidei* eluc.23; *Esquisse du Mystère de la foi* 67-78.

sas, quae in terris celebrantur. Sic Suarez, Salmanticenses, et inter recentiores Lepin, Garrigou-Lagrange, Filograssi, Lercher-Dandcr, Alastruey et alii

Lugo dicit quaestionem vix esse dc re, sed de solo nomine. Affirmat enim utramque sententiam concedere, non requiri quod Christus concurrat physice ad oblationem aut habeat actualem voluntatem, physice exsistentem, qua nunc offerat. Unde Christum esse principalem offerentem ita putat esse explicandum: "vere nunc offert Christus, quia sacerdos ex Christi institutione offert nomine Christi; quod sufficit ut haec actio moralitcr loquendo dicatur actio Christi, sicut reverentia quam legatus regius exhibet Pontifici est moraliter reverentia regis erga Pontificem"' Quae quidem explicatio a multis saltem auctoribus primae sententiae admitteretur; sed non ab auctoribus secundae sententiae, qui de facto multo plus exigunt".

183. Haec ergo *secunda sententia probabilior videtur.* Quae sic cum Suarez explicari potest. Christus est principalis offerens in sacrificio Missae, non solum quia illud instituit aut quia illud ex Ipso efficaciam habet, aut quia nomine Ipsius offertur illud sacrificium quasi per legatum Christum repraesentantem; sed quia praeterea Christus homo concurrit physice ad actionem illam qua fit hoc sacrificium, id est ad transsubstantiationem, non utcumque, sed prout est actio sacrificalis, agens Ipse ut supremus Dei cultor et intercessor pro hominibus totamque illam actionem ordinans in cultum Dei eamque Patri repraesentans in memoriam suae passionis, ut Pater sit hominibus propitius.

Haec autem omnia posse nunc Christum facere, inde patet, quod nunc etiam est verus sacerdos et intercedit pro nobis et intuetur omnes actiones suorum ministrorum et vult in omnibus et per omnes Deum colere. Neque supponimus multiplicationem actuum voluntatis in Christo pro multiplicatione Missarum. Sed unica oblatione sine interruptione perdurante vult et offert singula sacrificia eucharistica, quae Ipsi bene nota sunt scientia beatifica et etiam infusa.

Quae si admittantur, non solum melius salvatur doctrina fridentina de identitate offerentis principalis in Missa et in Cruce, sed etiam aptius explicatur dignitas et valor sacrificii eucharistici ex

β SuXrez. *In 3* q.83 disp.77 s.1 n.4-7; Salmanticenses, *Dc Eucharistia* disp.13 dub.3 par.1; M.Lepin. *L'idée du sacrifice de la Messe d'après les théologiens depuis l'origine jusqu'à nos jours* (Paris 1926) p.2 cp.6 a.2 par.4; Garrigou-Lagrange, *An Christus non solum virtualiter sed actualitcr offerat Missas, quae quotidie celebranturf:* Ang 19 (1942) 105-118; *La valeur infinie d<u sacrifice de la Messe ct la célébration quotidienne des messed pour la pacification du monde:* CongrlnternÊucar (1952) 1.37-44. Filograssi, 302-306; Lercher-DanoEr, 353; Alastruey, 406. In connexione cum hac quaestione nonnulla recenter disputata sunt» quae videri possunt apud K.Rahner, *Dic vielen Messen und das eine opfer* (Freiburg 1951); *Die vielen Messen ais die vielen opfer Christi:* ZkathTh 77 (1955) 94-101. J.M.Granero, *Novum Pascha:* EstEcl (1954) 211-237.

0 *Dc Eucharistia* disp.19 s.7 n.93.

10 Sic Suarez, de eodem exemplo a Lugo adhibito ait: "quamvis honor a rege per suum legatum exhibitus habeat quandam specialem dignitatem a persona regia, tanquam a principali honorante per suum ministrum, multum tamen secundum moralem existimationem adderetur, si rex? per seipsum (ut posset) concurreret" (Ac. 6). Hoc vero tenet ipse de Christo per Seipsum offerente, ut melius et perfectius habeatur aequalitas inter sacrificium Missae ct sacr ficium Crucis ex parte offerentis.

parte non tantum victimae sed et actualiter ac proxime offerentis[11].

184. Scholion 2. *De Ecclesia offerente sacrificium Missae".* a) *Factum. Conc.Tridentinum* docet Christum instituisse novum Pascha, "Seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum" (D 938); Missas, etiam privatas, "vere communes censeri..., quod a publico Ecclesiae ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur" (D 944).

Pius XI docet: "Neque enim arcani huius sacerdotii et satisfaciendi sacrificandique muneris participatione ii soli fruuntur, quibus Pontifex noster Christus lesus administris utitur ad oblationem mundam divino Numini ab ortu solis usque ad occasum omni loco offerendam, sed etiam Christianorum gens universa, ab Apostolorum Principe genus electum regale sacerdotium iure appellata, debet cum pro se, tum pro toto humano genere offerre pro peccatis, haud aliter prope modum quam sacerdos omnis ac pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum" M.

Pius XII docet: In sacrificio eucharistico "sacrorum administri non solum Servatoris nostri vices gerunt, sed totius etiam mystici Corporis singulorumque fidelium, itemque in eo christifideles ipsimet immaculatum Agnum unius sacerdotis voce in altari praesentem constitutum, communibus votis precibusque consociati, per eiusdem sacerdotis manus aeterno Patri porrigunt gratissimam quidem laudis placationisque hostiam pro totius Ecclesiae necessitatibus" ", luxta ipsum Pontificem, "christifideles etiam divinam offerre hostiam dicendi sunt"; "christiani omnes, ii praesertim qui altari adsunt, offerre" "dicuntur; hi "non tantum per sacerdotis manus, sed etiam una cum ipso quodammodo sacrificium offerunt"; altaris administer personam Christi utpotc Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis"; universa Ecclesia iure dicitur "per Christum victimae oblationem deferre"; "Novae Legis sacrificium supremum illud [cultus interni] obsequium significat, quo ipse principalis offerens, qui Christus est et, una cum Eo et per Eum omnia Eius mystica membra debito Deum honore prosequantur ac venerentur" ". Certa ergo Ecclesiae doctrina est, sacrificium Missae non solum a sacerdotibus offerri, sed etiam ab Ecclesia et a singulis fidelibus.

185. Quae doctrina aperte supponitur in *Liturgia.* "Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo... Ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat... Pro quibus Tibi offerimus, vel qui Tibi offerunt... Hanc igitur oblationem servitutis nostrae [scilicet sacerdotis] sed et cunctae familiae tuae, quaesumus ut... Unde et memores, Domine, nos servi tui sed et plebs tua sancta..., offerimus praeclarae Maiestati tuae..." Hinc est quod hostia eucharistica vocetur "Ecclesiae tuae dona", "munera supplicantis Ecclesiae", "munera exsultantis Ecclesiae", etc. '*

31 De hac quastionc, ef. etiam W.Dampen. *Doctrina S./Canis Crysostomi dc Christo se offerente in Missa·:* Ant 18 (1943) 3-16.
18 Cf. Lercher-Dander 348-352; Alastruey, 413-429; Filograssi, 259-266; Suarez. *In 3* q 83 disp.77 s 3.
13 *Encycl. "Miscrentissimus Redemptor":* AAS 20 (1928) 172.
14 *Encycl. "Mystici Corporis":* AAS 35 (1943) 232s.
« *Encycl. "Mediator Dei"-* AAS 39 (1947) 554ss.
ie *Missae in festo Epiphaniae, in Dominica 3 p.Pentecosten. in Dominica* tq *Albis.* Cf. Pius XII, *Encycl. "Mediator Def't* AAS 39 (1947) 554.

Similiter loquuntur *SS Patres",* iuxta quos "nos omnes hanc victimam offerimus" (R 851); Ecclesia Corpus Christi "seipsam per Ipsum discit offerre" (R 1745); Christiani vocantur verum genus sacerdotale quia sacrificium eucharisticum Deo offerunt (S.Iustinus "); sacrificium eucharisticum est "Ecclesiae oblatio", quam "Ecclesia cum simplicitate offert" (S.Irenaeus "). Nam, ut ait S.Pctrus Damianus, "a cunctis fidelibus non solum viris, sed et mulieribus, sacrificium illud laudis offertur, licet ab uno specialiter offerri sacerdote videatur, quia quod ille offerendo manibus tractat, hoc multitudo fidelium intenta mentium devotione commendat" " Consonant *theologi.* Sic Innocentius ITT nondum Papa: "Non solum offerunt sacerdotes, sed et universi fideles. Nam quod specialiter adimpletur ministerio sacerdotum, hoc universaliter agitur voto fidelium" Hinc Suarez scribit: "De fidelibus concors est catholicorum sententia, eos esse posse offerentes in hoc sacrificio"".

Patio autem est, quia sacrificium publicum ab ea communitate offertur, cuius est sacrificium: sed Missa est publicum Ecclesiae sacrificium; ergo ab Ecclesia offerri debet.

186. b) *Explicatio facti".* In explicatione huius doctrinae salvanda est omnino differentia essentialis inter sacerdotes, per sacramentum Ordinis ad sacrificandum officialiter deputatos, et ceteros fideles (D 957 960s). Hi ergo nullatenus illis aequiparari potuerunt in sacrificando aut in oblatione vere sacrificii peragenda".

Hinc etiam est quod actio ipsa sacrificalis ab tino sacerdote fiat. "Incruenta illa immolatio, qua consecrationis verbis prolatis Christus in statu victimae super altare praesens redditur, ab ipso solo sacerdote perficitur, prout Christi personam sustinet, non vero prout christifideliiim personam gerit" ", Unde *oblatio stride dicta,* scilicet prout est actio stricte sacrificalis, a fidelibus non fit; neque proinde hi dicendi sunt ideo offerre sacrificium Missae quia in efficienda illa oblatione stricte dicta vere participent.

Sed *oblatio latiori modo* dici potest actio, qua victima iam praesens Deo porrigitur in laudem et propitiationem; seu actus quo "sacerdos divinam victimam altari sunerponit, eandem Deo Patri qua oblationem defert ad gloriam SS.Trinitatis et in bonum totius Ecclesiae" Dc hac ob'at'one late d'eta intelligi debent locutiones illae, quas modo excerpsimus ex Canone Missae.

Hanc ergo oblationem christi fideles suo modo dtmlicique ratione participant. *Prima* quia per sacerdotis manus, sacrificium offerunt, eo ouod sacerdos "persona Christi, utnote Capit'S. gerit, membrorum omnium nomine offerentis": hinc "universa Ecclesia hire dicitur per Christum victimae oblationem deferre", *Secunda,* quia populus

17 ΓΓ M de la Taille *Mysterium f'dc·* 327-342.
'· *D'Mo(jus cum Tryphone* 11^«;: MG 6.746s.
Adversus haoreses 4.18: MG 7.1026.
20 *Liber oui appellatur Dominus vobîscient* 8: MI, 145.237.
31 *De S Altaris Mysterio* 3.6: MI, 217.845.
23 *Tn 3* n.83 disp.77 s.3.
23 Cf. S.Tromp. *Quo sensu in sacrificio Missae offerat Ecclesia, offerant fideles:* Per 30 (1941) 265-273
34 De erroribus inde consequentibus, cf. Pius XII, *Encrai. "Mediator Dei"·* AAS 30 (1047) 553s.556s.
» Pius XTI. *Encycl. "Mediator DeV-.* AAS 39 (1947) 555.
38 Pius XII. *Ib.* Ex hac maxime encyclica desumuntur sequentes explicationes.

una cum sacerdote quodammodo offert sacrificium; ideo scilicet "quo sua vota laudis, impetrationis, expiationis gratiarumque actionis una cum votis seu mentis intentione sacerdotis, immo Summi ipsius Sacerdotis, eo fine coniungit ut eadem in ipsa victimae oblatione externo quoque sacerdotis ritu Deo Pafri exhibeantur" ".

187. *Unde dicendam est:*

1.° Ecclesia, utpote organismus socialis, Corpus Christi mysticum, vere offert sacrificium Missae, quia huius oblatio stricte dicta fit principaliter a Christo ut est Caput Ecclesiae, et ministerialiter a sacerdotibus qui sunt peculiaria membra illius Corporis ad hoc constituta.

2.° Ecclesia, item ut organismus socialis, offert quoque sacrificium Missae, quia huius oblationem late dictam Deo defert per manus sacerdotis, quatenus hic suas vices gerit, et quatenus per sacerdotem, publicum suum ministrum, debito Deum honore officialiter prosequitur et veneratur.

3.' Singuli fideles nullatenus offerre sacrificium dicuntur quia in ipsa oblatione stricte dicta proxime et directe participent (neque enim in hoc sacerdotes vices eorum agunt) ; sed solum quia oblationem victimae late dictam Deo deferunt per manus sacerdotis, eorum in hoc vices gerentis ; et quia communicant interno affectu in votis laudis, impetrationis, gratiarum actionis, quorum externum signum est visibilis ritus sacrificii.

4." Communicatio haec maior et minor esse potest. Habetur enim quasi habitualiter in omnibus, qui ad Corpus Christi mysticum pertinent, eo quod iure censeantur in officiali et supremo cultu, quem Deo hoc Corpus mysticum et societas religiosa offert, velle participare. Maior est in iis, qui sacrificio praesentes astant, sicut in iis qui eidem ministrant aut illud celebrandum poscunt. Maxima in his, qui ita sacrificio praesentes sunt, ut consentaneos oblationi affectus foveant, vel easdem preces liturgicas recitando, vel alio quolibet modo ",

188. c) *Ulterior quaestio est™.* utrum ex hac participatione fidelium in oblatione late dicta sacrificii eucharistici explicetur "regale sacerdotium", quod omnibus baptizatis ex ipso baptismo competit ex 1 Pctr 2,9 (cf. 2,5). Sententia affirmativa, quae multorum iam -erat recentiorum theologorum, valde nunc confirmatur verbis Pii XII : "Nec mirum est christifideles ad huiusmodi dignitatem elevari. Baptismatis enim lavacro, generali titulo, christiani in mystico Corpore membra efficiuntur Christi sacerdotis; et charactere, qui eorum in animo quasi insculpitur, ad cultum divinum deputantur ; atque adeo ipsius Christi sacerdotium pro sua condicione participant" ", In eundem sensum scripserat Pius XI: "Etiam Christianorum gens universa, ab Apostolorum Principe genus electum, regale sacerdotium, iure appellata, debet cum pro se, tum pro toto genere humano offerre pro peccatis haud aliter prope modum quam sacerdos omnis ac pon-

K Plus XII. *Ib.* SSSs.

28 Cf. etiam de hac quaestione S.Tromp. *Vcn.Ludovicits de Ponte, SJ., et co-oblatio fidelium in sacrificio Missae:* Per 31 (1942) 345-351: I.Congar, *La participation des fidèles à l'offrendc d'Eucharistie d'après la Tradition et le Maaistère catholiques:* LumV 7 (1952) 54-72.

20 Cf. Lercher-Dander. 352; Alastruey. 425-429; Filograssi, 263s.

* *Encycl. "Mediator Dei"-.* AAS 39 (1947) 555.

tifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum" ®.

Non tamen idcirco christiani sacerdotali potestate fruuntur, nec sacerdotes hierarchic! in sacrificando agunt ex delegato a communitate munere; sed sacerdotes ideo tantum dici possunt populi vices agere, quia personam Christi gerunt, quatenus membrorum omnium Caput est pro iisdem Semetipsum offerens. Cum e contra populus, quippe qui nulla ratione Christi personam sustinet, neque conciliator est inter seipsum et Deum, nullo modo iure sacerdotali fruitur ".

Fideles ergo dici possunt sacerdotes vere, non metaphorice, quia revera "offerunt", id est active participant in oblatione sacrificii eucharistici. Inter ipsos autem et sacerdotes hierarchicos non datur univocitas in sacerdotio; neque enim conveniunt in efficienda oblatione, quae sit univoce eadem. Datur tantum inter eos analogia, qualis viget inter oblationem strictam et oblationem late dictam. Unde fideles dicuntur sacerdotes analogice.

ARTICULUS IV

De actione sacrificam SACRIFICII EUCHARISTICI

189. Consideratis elementis, in quibus sacrificium eucharisticum cum sacrificio Crucis convenit (victima et offerente), examinandum est illud elementum in quo essentialiter differt ab eo. Quod est ratio offerendi, seu ipsa actio sacrificalis. Circa quam, primum stabiliendum est in quanam Missae parte haec essentialis sacrificii actio inveniatur; quae scilicet in sola consecratione reponenda est. Deinde ulterius erit inquirendum, quaenam sit formalis ratio sub qua consecratio sit actio sacrificalis. Quibus positis habebimus essentiam sacrificii eucharistici.

Thesis 15. Repraesentatio sacrificii Crucis in Missa *formaliter* habetur in consecratione utriusque speciei ; in ea ergo sola reponenda est essentialiter actio sacrificalis huius sacrificii.

Lercher-Dander, 362-367; Alastruey, 376-389; Filograssi, 269-275; Puro, 506-522.

190. Notiones. Repraesentatio sacrificii Crucis, quam diximus essentialem esse in sacrificio eucharistico, prout illud a Christo institutum fuit.

Habetur in consecratione: actio in seipsa exhibens illam obiectivam repraesentationem, est consecratio.

81 *Encycl. "Miserentissimus Redemptor"*: AAS 20 (1928) 171s.
w *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 553»

Utriusque speciei, scilicet obiectiva sacrificii Crucis repraesentatio non habetur in consecratione ut sic, sed in gemina consecratione simul sumpta.

Formaliter, scilicet gemina consecratio, ut talis, habet obiectivam vim repraesentativam sacrificii Crucis.

In ea sola, exclusis ceteris omnibus, quae in Missa fiunt: oblatione verbali, fractione et mixtione specierum, atque praesertim communione.

Essentialiter, id est tota essentia actionis sacrificalis continetur in gemina consecratione; quamvis possint addi aliae actiones, quae ad eandem *integrandam* requirantur, scilicet communio sacerdotis offerentis.

Actio sacrificalis est actio qua formalité^ sacerdos sacrificat, seu peragit sacrificium.

191. Adversarii. Multi theologi requirunt ad essentiam actionis sacrificalis, praeter consecrationem, etiam *communionem,* saltem sacerdotis offerentis. Quorum antiquiores id tenent ut repraesentetur immolatio Crucis; quam putant per solam consecrationem non sufficienter repraesentari. Sic D.Soto, M.Cano, Valentia, Henkîquez [1]. Alii vero id tenent ut detur destructio victimae immolatae [2], quam putant esse de essentia sacrificii. Sic S.Bellarminus, Ysambert, Mastrius, Salmanticenses, Lugo, S.Alphonsus de Ligorio et *alii*[3].

Nonnulli theologi requirunt praeterea, aut *oblationem verbalem* (Soto, Cano, Valentia, Henriquez), aut etiam *fractionem et mixtionem* (Cano, Valentia, Estius) [4].

Hi omnes auctores defendunt *consecrationem* pertinere essentialiter, etsi inadaequate, ad actionem sacrificalem. Id tamen dicuntur negasse Scotus, Gabriel *et nonnulli Themistae.* Sed certe id tenuerunt praecipue *nonnulli recentiores,* quibus ratio sacrificii eucharistici potius in coena fraternae communitatis consistit, ac proinde in communione et sacerdotis et fidelium communiter facta eius essentia adaequate reponenda est[5].

1 D Soto. In 4 d.8 q.2 a.2; M.Cano. *Dc logis theologicis* 12,13. Cf. M.Halmer, *De Opfcrcharakter der heiligen .Messe nach Dom.nikus Soto und Meichior Cano:* DivTh(Fr) 22 (1944) 31-50; Valentia, *Dc rebus fidei hoc saeculo controversis, De SS.Missae sacrificio* 1.2; IIenrîquez, *Summa theologiae moralis* 9,9.

2 Non ergo ratione convivii sacrificalis, quasi in ipsa sola communione ut tali tota ratio sacrificii consisteret, ut quidam receptiores voluerunt.

3 S.R.BellarmInus, *De Missa* 1,27; Ysambert, *In* 3 q.83 disp.lss; Mastrius, *In 4* lib.4 disp.4 q.4; Salmanticenses. *De Eucharist,a* disp.13; Lugo, *Dc Eucharistia* disp.19 s.5; S.Alphonsus, *Theologia Moralis* libr.6 tr.3 cp.3 dub.l n.310; quem sequuntur in Theologia Morali Marc, Aertnys, Hermann.

4 *In 4* d.22.

5 Cf. Pius XII, *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 563.

192. Doctrina Ecclesiae. Pius XII docet "Eucharisticum sacrificium suapte natura incruentam esse divinae victimae immolationem, quae quidem mystico modo ex sacrarum specierum separatione patet, ex earumque oblatione aeterno Patri peracta. Sacra autem synaxis ad idem integrandum pertinet dumque administro sacrificanti omnino necessaria est, christi fidelibus est tantummodo enixe commendanda" ®. Quibus verbis haec docentur: *a)* Essentia sacrificii Missae, quae in incruenta victimae immolatione consistit, reponenda est in sacrarum specierum separationem, quae est mystica immolatio, 'quaeque sane per geminam consecrationem formaliter habetur. *b)* Oblatio specierum separatarum ad essentiam eiusdem immolationis pertinet; at oblatio non verbalis, sed quae in ipsa consecratione habetur, c) Communio sacerdotis offerentis pertinet ad integritatem, non ad essentiam, sacrificii. *d)* Communio fidelium ne ad integritatem quidem pertinet. Patet, exclusa sic communione ab essentia sacrificii eucharistici, a fortiori excludi omnes' alias actiones, quae in Missa fiunt.

Idem Summus Pontifex explicat: "Per panis transsubstantiationem in Corpus vinique in Sanguinem Christi, ut Eius Corpus reapse praesens habetur, ita Eius eruor: eucharisticae autem species, sub quibus adest, cruentam Corporis et Sanguinis separationem figurant. Itaque memorialis demonstratio Eius mortis, quae reapse in Calvariae loco accidit, in singulis altaris sacrificiis iteratur, quandoquidem per distinctos mortis indices Christus lesus in statu victimae significatur atque ostenditur"3r. In his verbis docetur, obiectivam illam repraesentationem sacrificii Crucis, quae essentialis est in sacrificio eucharistico, ideo haberi in gemina consecratione, quia per distinctas species indicantur ex una parte Corpus Christi, ex alia parte Eius Sanguis, tanquam mystice separata, sicuti per Eius passionem et mortem in Cruce realiter seperata fuerunt.

Valor dogmaticus. Thesis, quae iam communis et certa habebatur inter theologos, dicenda est nunc *doctrina catholica* ex citatis verbis, quibus Pius XII data opera rem totam explicat.

193. Probatur, a) *Consecratio utriusque speciei bene repraesentat obiective immolationem sacrificii Crucis.* Ad illam repraesentationem habendam requiritur aliqua actio, quae in

• *Ib.* *563.*
' *Ib.* 548s.

seipsa significet effusionem Sanguinis in Cruce factam, seu eius separationem a Corpore. Atqui hoc habetur per duplicem consecrationem simul sumptam. Ergo duplex consecratio bene repraesentat obiective immolationem sacrificii Crucis.

Min. Consecratio significat id quod per verba exprimitur. Ergo consecratio panis significat solum Corpus Christi praesens, et consecratio calicis solum Sanguinem Christi praesentem. Ergo duplex consecratio, quia duplex est, non una, significat Sanguinem prout a Corpore separatum, seu Sanguinem effusum in Cruce.

b) *Communio non requiritur ad illam obiectivam repraesentatianent.* Significatio liturgica communionis noscitur ex verbis quibus in liturgia inducitur. Atqui haec verba agunt semper de utilitate suscipientis, non de oblatione Deo facienda. Ergo communio non requiritur ad repraesentationem Crucis. Ita. S.Thomas: "Sumptio pertinet ad rationem sacramenti, sed oblatio pertinet ad rationem sacrificii" (3 q.79 a.7 ad 3).

c) *Communio non requiritur essentialiter ad necessariam destructionem victimae.* Communio liturgice habet characterem participationis convivalis in victima iam sacrificata (1 Cor 10,16-21); quod saepe exprimitur in precibus liturgicis post communionem. Haec autem participatio non se habet ex parte hominis Deo placantis, sed ex parte Dei iam placati, qui sacramentaliter sanctificat reddendo hominem commensalem Sui. Ergo pertinere nequit ad essentiam sacrificii, quod potius supponit iam peractum. Convivium tamen sacrificale in hoc sacrificio eucharistico est naturale complementum ipsius sacrificii, quia institutum illud fuit sub ratione cibi et potus, ac proinde cum intrinseca ordinatione ad convivium sacrificale. Ideo communio sacerdotis requiritur hire divino ad integrandum hoc sacrificium.

d) *Ceterae actiones non pertinent ad essentiam.* Omnes aliae actiones liturgicae in quibusdam casibus omittuntur, remanente sacrificio. Ergo non sunt de eius essentia.

194. Obiectiones. 1. Communio sacerdotis se habet ad modum combustionis in holocaustis. Atqui combustio erat de essentia illorum sacrificiorum. Ergo communio sacerdotis est de essentia.

Nego niai. Communio se habet ad modum participationis convivalis in victima sacrificii.

2. S.Paulus (1 Cor 11,26) ponit in communione, et quidem fidelium, obiectivam repraesentationem sacrificii Crucis. Ergo communio pertinet ad essentiam sacrificii eucharistici.

Nego antec. S.Paulus in illis verbis tantum explicat quonam sen-

su in sacrificio eucharistico habeatur memoria Christi. Qualis autem sit verus sensus communionis explicat in eadem epistola 10,16-21.

3. Actio sacrificalis praesupponit praesentiam victimae. Atqui in sacrificio eucharistico victima non est praesens nisi per consecrationem. Ergo actio sacrificalis sacrificii eucharistici nequit esse ipsa consecratio.

Dist. mai. Actio sacrificalis praesupponit praesentiam victimae saltem prius natura, *cffnc. mai.;* prius etiam tempore, *nego mai. Dist. etiam min.* Victima non est praesens nisi per consecrationem ut haec est actio transsubstantiativa, *conc. min.;* ut haec est actio oblativa et immolativa, *nego min. Pariter dist. cons.* Actio sacrificalis nequit esse consecratio ut est actio transsubstantiativa, *conc. cons.;* ut est actio oblativa et immolativa, *nego cons.*

4. Atqui consecratio nullatenus est actio oblativa et immolativa. Nam consecratio tantum efficit quod per verba et species significatur. Atqui per verba et species significatur Solum transsubstantiatio. Ergo consecratio est actio solum transsubstantiativa, nullatenus oblativa aut immolativa.

Nego min. subs. Ad probationem trans, mai. Dist. min. Per unamquamque consecrationem separatim sumptam significatur solum transsubstantiatio, *conc. min. vel trans.;* per utramque consecrationem simul sumptam, *nego min. Pariter dist. cons.* Consecratio alterutra separatim sumpta est actio solum transsubstantiativa, *conc. conc.;* utraque consecratio simul sumpta, *nego cons.*

195. 5. Si actio sacrificalis est ipsa consecratio, Deus dicendus est principaliter sacrificare. Atqui non Deus, sed Christus homo est principalis sacrificans. Ergo consecratio non est actio sacrificalis.

Dist. mai. Si actio sacrificalis esset consecratio ut transsubstantiativa, Deus dicendus esset principaliter sacrificare, *conc. mai.;* si actio sacrificalis est consecratio ut oblativa et immolativa, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.* Actio sacrificalis non est consecratio ut transsubstantiativa, *conc. cons.;* ut oblativa et immolativa, *nego cons.*

6. Post consecrationem adhuc fit ab Ecclesia oblatio. Atqui oblatio pertinet ad essentiam cuiuscumque sacrificii. Ergo sola consecratione nondum habetur tota essentia sacrificii. *Mai.* Ecclesia orat: “Unde et memores... offerimus praeclarae Maiestati tuae... hostiam puram...”

Dist. mai. Post consecrationem adhuc fit oblatio late dicta, *conc. mai.;* adhuc fit oblatio stricte dicta sacrificalis, *nego mai. Contradist. min.* Oblatio stricte dicta pertinet ad essentiam sacrificii, *conc. min.;* oblatio late dicta, *nego min.* Vide quae diximus de oblatione fidelium supra, n.187.

7. In omni sacrificio requiritur aliqua destructio victimae. Atqui per solam consecrationem nulla fit destructio victimae. Ergo sola consecratio non est tota essentia sacrificii eucharistici.

Solutio huius difficultatis varia est pro variis sententiis, quae ad explicationem essentiae sacrificii eucharistici a theologis proponuntur. Iuxta ea ergo diversa systemata, alii aliter respondent. Alii *negant simpliciter maiorem.* Alii, *concessa maiore, negant minorem* et quaerunt multipliciter eam explicare. Possumus dicere sic: *Dist. mai.* In omni sacrificio datur aliqua destructio victimae sive realis sive symbolica et repraesentativa, *conc. mai. vel trans.;* necessario realis et physica, *nego mai. Contradist. min.* Nulla fit per consecra-

tionem destructio realis et physica victimae, *conc. min.;* nulla fit destructio symbolica et rdpraesentativa, *subdist.:* per alterutram consecrationem separatim sumptam, *conc. m;n.;* per utramque consecrationem simul sumptam, *nego min. Pariter dist. cons.* Sola consecratio unius tantum speciei non est tota essentia sacrificii eucharistici, *conc. cons.;* sola consecratio utriusque simul speciei non est tota essentia sacrificii eucharistici, *nego cons.*

Thesis 16. Actio sacrificalis sacrificii Missae in eo formaliter habetur, quod per geminam consecrationem cruenta Corporis et Sanguinis separatio incruento modo figuratur, atque adeo eadem Crucis victima ab eodem principali offerente per distinctos illius mortis indices offertur et immolatur.

Lbrchbr-Dandbr, 368-378; Filocrassi, 275-320; Alastruby, 389-400; Puic, 523-534.

196. Nexus. Vidimus consecrationem solam, sed geminam, exhibere eam obiectivam repraesentationem sacrificii Crucis, quae est essentialis in sacrificio eucharistico. Quaestio tamen de essentia huius sacrificii nondum plene soluta est. A priori enim nescimus utrum essentia Missae in quantum est verum et proprium sacrificium aliquod aliud elementum includat praeter illam obiectivam repraesentationem Crucis. Unum sane< scimus, elementum illud, si sit, in ipsa consecratione inveniendum esse ; diximus enim in sola consecratione totam essentiam sacrificii eucharistici contineri. Quaerimus ergo nunc, quonam sensu, sub quanam ratione formali, consecratio sit essentia sacrificii Missae.

197. Notiones. Quamvis plura, quae in enuntiatione theseos dicuntur, postea debeant amplius explicari, quaedam tamen nunc breviter exponenda sunt.

Actio sacrificalis est illa actio, qua sacerdos essentialiter victimam Deo offert et immolat. Est proinde actio, qua fit ipsum sacrificium.

Offerre et immolare dici possunt; vel sensu vulgari, vel sensu technico. *Sensu vulgari* unum idemque significant, scilicet facere sacrificium seu sacrificare. *Sensu technico* distinguuntur, saltem formaliter, quamvis materialiter possint esse una eademque actio externa.

Offerre dicitur ab oblatione. *Oblatio* sensu technico est actus voluntatis dirigentis ad alium (ad Deum, in nostro casu) exhibitionem alicuius doni. Ille tamen actus voluntatis, si agitur de sacrificio visibili, exterius manifestari debet.

Immolare dicitur ab immolatione. *Immolatio* sensu technico est quaedam actio externa, quae fit circa victimam sacrificii. Actio haec non necessario debet esse occisio victimae. Sic in Cruce occisio victimae est facta a iudaeis et romanis dum immolatio sacrificalis non nisi a Christo peracta est. Ideo dicit S.Thomas: "Christi hominis occisio potest ad duplicem voluntatem comparari. Uno modo, ad voluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiae: non enim dicuntur occisores Christi hostiam Deo obtulisse, sed graviter deliquisse... Alio modoi potest considerari occisio Christi per comparationem ad voluntatem patientis, qui voluntarie se obtulit passioni. Et ex hac parte habet rationem hostiae" (3 q.22 a,2 ad 2). In Vetere etiam Testamento occisio victimae a quocumque fieri poterat, dum immolationem sacrificalem sacerdotes tantum faciebant; quae pro sacrificiis animalium consistebat in effusione sanguinis ad cornu altaris. Est ergo immolatio, actio victimam quodammodo immutans. Dixi *quodammodo,* ut nunc praescindamus a quaestionibus controversis de immolatione reali, vel morali, vel mystica, vel sacramentali. Eodem modo ac immolatio, dicitur etiam *mactatio.*

Formaliter dicimus in enuntiatione theseos, quia, cum sciamus consecrationem coincidere cum actione sacrificali, volumus determinare respectum essentialem seu rationem formalem sub qua consecratio conceptum actionis sacrificalis verificat.

198. Sententiae plurimae a theologis in re difficillima propositae sunt[1]. Quarum praecipuas tendentias dare intendimus.

1.* tendentia: ad sacrificium requiritur essentialiter *oblatio et immolatio* victimae. Haec tendentia maxime insistit in explicanda immolatione eucharistica, in qua vera difficultas invenitur.

d) Immolationem intelligunt nonnulli realem victimae *destructionem.* Ut eam inveniant in Missa, vel requirunt ad huius essentiam praeter consecrationem etiam communionem sacerdotis [2], vel explicant consecrationem tanquam constitutionem Christi sub ratione alimenti cum ordine intrinseco ad

1 Expositio earum videri potest praeter auctores citatos initio theseos, in A.MîchKl. *I.q Messe eheu les théologiens postérieurs au Concile de Trente:* DTC 10 1143-1316; M.Lêpin. *Uidée du sacrifice de la Messe d'après les théologiens depuis l'origine jusqu'à nos jours;* M.BauEi.K, 3 Neukirch, *Doctrina. speculativa theologorum recçntioruin de sacrosancto Missae sacrificio:* EstFranc 44 (1932) 321-338. Quam tamen difficile sit hac in re obiectivam et exactam facere classificatiouem, ex diversis auctorum conatibus satis patet.

' Ita auctores de quibus supra n.191, praeter Euco.

communionems, aut in statu exteriori mortui ut possit manducari Solet haec theoria vocari theoria Beluarmini.

b) Immolationem explicant alii in ipsa consecratione, quatenus haec constituit Christum *in statu decliviori,* in quo vitam corporalem connaturaliter exercere non potest. Sic ergo destruitur Christus non simpliciter, sed certe moraliter, seu secundum humanam aestimationem. Per communionem vero magis adhuc destruitur et consumitur victima. Sic maxime Luco °, cuius nomine haec theoria vocatur.

c) Immolationem vident alii in consecratione non actualem, sed *virlualem.* Verba scilicet consecrationis nihil efficiunt nisi quod significant ; unde per se ex virtute sibi insita tendunt in separationem realem faciendam, quam de facto facerent nisi haec impediretur per accidens ex concomitantia. Haec est sententia Lessu ", quae plurimum apud thomistas viguit.

rf) Immolationem *mere repraesentativam* proposuerunt pauci alii, secundum quam in Eucharistia, utpote quae sit sacrificium relativum, nulla alia realis immolatio requiritur nisi, supposita eadem Crucis hostia realiter praesente, obiectiva commemoratio seu repraesentatio immolationis realis in Cruce peractae. Sic Vazquez et *paucii aliiT.*

e) Immolationem defendunt alii non physicam, sed *mysticam.* Gemina scilicet consecratio constituit sacramentalem et mysticam separationem Sanguinis Christi ab Eius Corpore ; per eam sistitur in altari Deoque offertur Christus in eo ipso habitu passionis et mortis, quam semel in Cruce sustinuit.

3 Ita Viva, *Dc sacramentis* p.5 q.5 a.1; WircEritrgensEs, *De Eucharistia* 391.

* Ita Lamiroy. *De essentia SS.Missae sacrificii* (Louvain 1919) p.3 s.1 a.2.

5 *De Eucharistia* disp.17 sS n.64-68: cui praeiverant G Casat.. *Dc sacrificio Missae* cp.19 (de nuo cf. S Resende. *O sacrificio da Missa em D.Frei Gaspar do Casai* (Porto 1θ41]) ct Mat.dErus. *De virtutibus theologicis et iustitia* tr.10 cn.3 dnb.1. Post Luero inter,aims plures, Martinon. *Dispufat:ones theologicae* d»sp. 38: s1 n 7. De Rhodes. *Disputationes theologicae scholasticae* cp.2 tr.10 disp.2; TottrnEt.y, *Dc Eucharistiae sacramento* q $ conci.S. Recentiore tempore maxime adhaesit huic theoriae FranzEt.tn. *De SS Eucharistiae sacramento ct sacrificio* th.16; quem sequuntur Stentrup. *De Vcrbn Incarnato 2.2* tr.95; HurTEr. *Theologiae Doamoticae compendium* 3 419: Larousse. *De Eucharistia* 765-769; nlurcs alii Carp.CiEnfuEcos *(Vita abscondita sub speciebus eucharisticis* disp.S s 5 s.3 n.37), *per otiandam huius theoriae deformationem. tenuit Christum.* cum fit praesens in Eucharistia, fraudere exercitio facultatum sensitivarum et quosdam harum facu'tatum actus continuo ponere: sed statim Ubere et sponte sacrificare hanc vitam sensitivam, sicquc reduci ad statum Recliviorem

e L.ÏJîssius, *De perfectionibus moribusque divinis* 12.13 ^Sss. "Eandem theoriam virtualis immolationis tenuerunt Syj.vius. *In 3* q.8.3 a.1 π 2 conci.3; Gonet. *ClyPcus theologiae thomisticac.* tr. de sacramento Eucharistiae disp.ll a 2 par 4 : Btt.t.tmrt *Tractabis de Eucharistia* diss.8 a 2; H.ITucon. *De Eucharistia* q.9 a 2; Frassen, *Scotus Academicus* t.4 app. dc sacrificio Missae; alii plures.

7 Vâzquez. *In 3* d»st» 222 cp.8: J Perrone. *Praelectiones thclogicae* 8.246-250: J.SoubEn. *Nouvelle Théologie Doom'atique* (1905) 7.134m. Dc aliis auctoribus similia profitentibus, cf. Letin, *L'idée du sacrifice de la Messe...* 604ss.

Theoria haec, cuius praecipua elementa in nonnullis antiquis theologis, maxime in Salmerón, iam inveniebantur, recenter exculta est praecipue a Billot, quem *plurimi* secuti sunt[8].

f) Immolationem *mysticam sed simul destructivam* substantiae panis et vini voluit Tanner [9]; *destructivam* panis *et effectivam* seu praesentativam Christi super altare, voluit Suarez; quam theoriam consecrationis moderno tempore defendit Scheeben [10].

199. 2.ª tendentia: ad sacrificium requiritur essentialiter *sola oblatio.* Haec tendentia tollit maximam problematis difficultatem, supprimendo necessitatem essentialem immolationis. Immolationem autem absolute non omittit, sed putat sufficere immolationem olim factam, dummodo victima tunc immolata denuo offeratur.

a) Theoria haec *paulatim efformata* iam inde a Maldonato et *theologis scholae gallicae,* proposita est saec.XIX a Thalhofer, iuxta quem in consecratione Christus peragit oblationem sui ipsius, essentialiter eandem quam fecit in Cruce et continuat in caelo[11].

b) Tendentia haec ita invenitur in nonnullis theologis, ut victimae olim immolatae nova *oblatio a Christo* sacerdote fiat. Sacrificium scilicet rituale non constituitur immolatione, sed oblatione; quae est actus, quo homo Deo donat victimam eundem hominem repraesentantem. Christus in Cruce fecit plenam sui patientis et morientis oblationem, seu donationem

8 Salmerón. *Commentarii in evangelicam historiam* t.9 tr.29; Z.Pascualigo, *De sacrificio Novae Legis* tr.1; Gotti. *Tractatus de Eucharistia ut sacrificium est* q.1 dub.2 n.11-14; L Billot. *De Ecclesiae sacramentis* 1,635-640: N.Gihr, *Das heilige Messopfer* 100ss; Van Noort, *De sacramentis* I s.4 q.3 a.3; A.Tanquerey. *Brevior Synopsis thelogiae dogmaticae* 641; P.Minces, *Compendium theologiae dogmaticae specialis* 2.211ss; A.Michael: LTC 10.1264-1277; R.Garrigou-Lagrange, *De Eucharistia* p.2 cp.2 a.2; Lercher. *Institutiones theologiae dogmaticae* th.48; Puig, 523-534; Filograssi, 292-313; Alastruey. 394ss. Patet hos et plures alios auctores substantiam huius theoriae retinere, eam tamen multipliciter explicare, etiam elementa quaedam ex aliis theoriis multoties mutuantes.

9 *Theologia scholastica* t.4 disp.5 q.9 dub 2 n.39.

10 Suarez, *In 3* q.83 disp.75 s.6. Cf. P.Schepens. *Sententia Suaresii de essentia sacrificii Missae:* Greg 5 (1924) 94-102. Huic theoriae dicitur praelusisse Galenus. *De SS.Missae sacrificio* 6. Eadem videtur inveniri in Baio, *De sacrificio* 10; Toleto, *In 3* q.83 controv.1ss; Beccano, *De sacramentis* p.3 tr 2 cp.25 q.2 Duhamel, *Theologiae... summarium* diss.ult. cp.1; Wiggers, *In 3* q.83 dub.1; De Coninck. *De sacramentis et censuris* 1 q.83 a.1; M.J.Scheeben, *Handbuch der katholischen Dogmatik* 3,1.400ss; P.Schanz. *Die Lehre von den heiligen Sakramenten der katholischen Kirche* 479-483; J.Kramp, *Die Opferanschauungen der römischen Messliturgie* (120). De hac theoria cf. recensionem operis Kramp, a P.Umberg factam in ZkathTh 46 (1922) 433-445.

11 Maldonatus. *De sacramentis disputationes. De Eucharistia* p.3. De theologis scholae gallicae, qui dicuntur hanc theoriam praeformasse, cf. Michel: DTC 10 1195-1208. V Thalhofer, *Das Opfer des Alten und Neuen Bundes* (Ratisbona 1870); T.H.Simar, *Lehrbuch. der Dogmatik* (1893) 155. Cf. tamen J.Galy, *Le sacrifice dans l'école française* (Paris 1951).

amoris plenam. Haec oblatio complectitur totam vitam Christi : ante passionem offerebat Seipsum in quotidiana immolatione humilitatis, paupertatis, laborum et simpliciter vitae humanae ; in passione obtulit speciali modo Se passum et in Cruce mactatum ; in caelo continuo offert Seipsum olim immolatum, cuius immolationis signa sensibilia manent in suo Corpore glorioso. Christus in Eucharistia praesens constituitur cum suo actu perpetuae oblationis caelestis; et ita sacrificium caeleste Christi fit praesens in altari determinato loco et tempore, seu in condicionibus non caelestibus, sed terrestribus. Ideo in Missa requiritur gemina consecratio, repraesentativa sacrificii Crucis, tanquam mystica immolatio ; non tamen ut aliquid ingrediens ipsam essentiam sacrificii eucharistici, sed tantum ut necessaria condicio praesentis oblationis 'Christi super altare, qualem Ipse voluit. Sacrificium ergo eucharisticum essentialiter in sola Christi oblatione consistit (cui tanquam complementum et extensio coniungitur oblatio Ecclesiae), quam Christus Suiipsius facit (et Ecclesia facit Christi) sub signis repraesentantibus praeteritam Christi immolationem in Cruce. Sic praecipue Depin 12.

200. c) Tendentia haec ita in aliis theologis apparet, ut Victimae olim immolatae nova *oblatio ab Ecclesia,* non a Christo fiat. Distinguunt scilicet inter sacrificium Christi et sacrificium Ecclesiae. *Christi sacrificium* unicum numero fuit, ex duobus elementis essentialibus coalescens: oblatione Coenae et immolatione Crucis. Oblatio Coenae non fuit solum interna, sed externa et liturgica, sub imagine repraesentativa futurae cruentae immolationis. Hoc Christi sacrificium consummatur per acceptationem divinam, qua victima fit gloriosa (per resurrectionem), caelestis (per ascensionem), perennis (per immortalitatem). Unde Christus iugiter manet in suo esse victimali hostiae acceptatae.

Sacrificium eucharisticum est *sacrificium Ecclesiae,* consistens in oblatione quam Ecclesia facit victimae in Cruce immolatae. Per hanc oblationem non Christus fit hostia, sed Christus, qui in se hostia est et permanet, fit hostia nostra.13

13 M.Lepin, *L'idée du sacrifice de la Messe d'après les théologiens depuis l'origine jusqu'à nos jours* (Paris 1926) 737ss; *Autour de l'idée du sacrifice:* RcvAn 46 (1928) 257-287. Similia proponunt P.Batikfol, *Leçons sur la Messe* 175-181; B.Bartmann, *Lehrbuch der Dogmatik* 2,353-360; J.Rivière, *Un nouveau système sur l'essence du sacrifice dc la Messe:* RevScRel 11 (1921) 69-92; a.A.Paquet, *Dc sacramentis* disp.8 q.8 a.4; A.M.LepiciEr, *De sacrosancto sacrificio eucharistico* 82-123. Cf. de hac theoria F.de Lanversin, *Esquisse d'une synthèse du sacrifice:* RechScRcl 17 (1927) 193-209; M.de la Taille, *Dc sacrificio vero et proprio,· quaestione^ disputatae V:* Greg 9 (1928) 3-64.

Est ergo consecratio actio sacrificalis formaliter ut est oblatio divinae victimae caelestis in Cruce realiter immolatae; quae quidem oblatio fit ab Ecclesia ex virtute Christi. Unde Missa proprie est iteratio Coenae dominicae, cum in utraque habeatur sola oblatio externa et liturgica, sub eisdem signis visibilibus, eiusdem victimae, quae alibi realiter immolatur; Duae tamen sunt differentiae: in Coena Christus obtulit, in Missa offert Ecclesia (Christus solum virtualiter); in Coena oblata est victima immolanda, in Missa offertur victima olim immolata. Sic praecipue P. De la Taille 13.

201. 3.a tendentia: sacrificium Missae non est nisi realis et praesens renovatio *per modum mysterii* eiusdem numero sacrificii Crucis. Tendentia haec supponit totam theoriam "praesentiae mysteriorum" (Mysteriengegemvart), a quibusdam PP.Benedictinis germanicis maxime excultam. Iuxta eandem theoriam, sacrificium Crucis, semel in Cruce historice peractum, realiter nobis praesens fit sub velamine symbolorum. Haec autem praesentia non est mera rememoratio obiectiva, neque mera virtualis praesentia in influxu et causalitate, neque sola praesentia eiusdem victimae. Ex alia parte haec praesentia non est historica repetitio eiusdem sacrificii, quod ut historice peractum iterari nequit. Sed est intermedia quaedam praesentia, spiritualis, mystica, sacramentalis, metahistorica (scilicet spatium et tempus transcendens), per modum mysterii . Sic praecipue Casel et *nonnulli* post ipsum 14.

w M.de la Taille, *Mysterium fidei9* (Parisiis 1931); *Esquisse du Mystère de la foi* (Paris 1924) Simili modo, quamvis durioribus forte locutionibus, locutus fuerat McDonald. *The sacrifice of the Mass in the ligth of Scripture and Tradition.* Systema P.De la Taille magnas inter theologos controversias suscitavit, in quibus ipse suas ideas non semel defendere debuit. En aliqua: Swaby, *The last Supper and Calvary;* M.C.D'Arcy, *The Mass and the Redemption* (London 1926); M.Alonso. *EI sacrificio de la ûltinfa Cena del Sefior, segûn cl Concilio Tridcntino* (Madrid 1929); J.Puic de la Bellacasa, *La esencia dei sacrificio de la Misa:* EstEcl 8 (1929) 363-380; 10 (1931) 65-96.385-406.538-553; 11 (1932) 95-103; M.Alonso, *El sacrificio eucaristico de la ûJtima cena del Sonor, segûn los tcélogos:* EstEcl 11 (1932) 145-166.323-368.461-483; 12 (1933) 33-63.177-198 377-472; M.de la TaïlE, *Distinctio oblationis et immolationis in traditione theologica:* EpliThLov 4 (1927) 384-405; *Coena et Passio in theologia apologetica- contra pseudo-reformatores:* Greg 7 (1928) 177-241.

M O.Casel, *Die Messe ais hcilige Mystcrienhandlung* (editur in *Mysterium. Gcsammeltc Arbeiten Laachcr Monche,* 1926) 29-52; *Das Mystcricngedachniss der Messliturgie im Lichte der Tradition:* JahrbLitWiss (1926) 113-204; *Die Messopferlehre der Tradition:* ThGl 23 (1931) 351-367. Similia proponunt M.SchmaVS, *Katholischc Dogmatik* 3.2 (1941) 208-214; A.Arnold, *Der Ursprung des christlichen Abcndmahls* (1937) 141-149; J.Pinsk, *Dic sakramcntale H'elt* (1938) 169-181; G.Sohncen, *Symboi und Wirklichkeit im Kultmysterium* (1940) 151; A.VoniEr. *A Kley to the doctrine of the Eucharist .(London* 1925) cp.12. De differentiis in explicando "mysterio" et subiecto immediato ipsius, cf. Lercher-Dander, 375s. De tota hac tendentia cf. praeterea P.Le Vooght, *A propos d'une conception symboliste de la Messe:* DivTh(Pi) 35 (1932) 310-317; J.Butler, *Die Mysterienthese der Laachcr Schule im Zusammenhang, scholastischer Théologie:* ZkathTh 57 (1935) 546-571; A.M.Hoffmann, *Passio-*

202. Synthesis historica[10]. Tendentiae hae exterius consideratae, ex diverso conceptu sacrificii procedunt; ea enim elementa, quae cuilibet sacrificio essentialia esse putant, deinde in ipsa consecratione invenire conantur. Quod praecipue valet de duabus primis tendentiis. Sed si intimius inspiciantur, relationem Missae ad Crucem, quae essentialis omnino est, diversimode concipere inveniuntur. Quaedam enim identitas inter utrumque sacrificium salvari 'debet ex Tridentino. Haec ergo identitas, quidquid sit de anteriore traditione, a saec.XVI ita evolvitur, ut maior in dies quaeratur et asseratur usque ad ultimam tendentiam commemoratam. Praevaluit enim primo identitas numerica solum in victima, multiplicata et oblatione et immolatione; praevaluit postea numerical identitas in victima et in immolatione; multiplicata tantum oblatione; quaeritur recenter identitas numerica in victima, in immolatione et in oblatione. Hinc est quod elementa diversarum theoriarum multoties permisceantur, cum singulae theoriae intimiori evolutioni theologicae subsint. Quae sane in sequentibus habenda erunt prae oculis.

203. Modus procedendi. Ex his, quae modo dicebamus, apparet duplicem esse posse modum procedendi in solutione huius problematis.

Primus est quasi a priori, supposita Areritate sacrificii Missae, procedendo a notione essentiali sacrificii ad explicationem essentiae huius concreti sacrificii. In hoc modo procedendi, stabilitur prius aliqua notio, in qua elementa essentialia sacrificii ut sic inveniantur. Deinde, si Missa sit verum sacrificium (ut! ex doctrina Ecclesiae habetur), in ea inveniri debent omnia et singula illa elementa essentialia, ut patet. Sed quia sola consecratio absolvit totam essentiam Missae, in ea invenientur omnia illa elementa. Unde totus conatus investigationis in eo impenditur, ut explicetur sub quanam ratione formali consecratio illa elementa contineat. Haec sane via non ideo improbanda est quod Ecclesia, docens Missam esse verum et proprium sacrificium, noluerit aequivalenter statuere in his verbis identitatem inter notionem abstractam sacrificii et essentiam, saltem genericam, Missae. Immo via haec optima esset, si aliunde constaret certo quaenam sint elementa essentialia in notione abstracta sacrificii; haec enim notio in Missa, vero

tiis repraesentatio: ThPrakQsclir (1936) 505-531; A.Piolanti, *La tcoria· sacrificale di odo Casci:* EDoc 7 (1954) 157-167.

[13] Cf. J.A.de Aldama, *Conclusiones-de una sintesis histôrica sobre la esencif} dol ^açrificio de la Misa:* ÇçngrJnternEJuç (1952) 1.117'I26·

et proprio sacrificio, non posset non verificari. Sed illud revera non obtinet. Notionem essentialem sacrificii ut sic non habemus talem, quae certo et necessario verificari debeat in quolibet sacrificio. Quod, satis probant habitae per tot saecula theologorum disputationes.

Secundus procedendi modus est quasi a posteriori, investigando positive omnia elementa quae hoc concretum, singulare et mirabile sacrificium essentialiter constituunt. Si enim haec bene definiantur, inde postea per comparationem cum aliis sacrificiis securius vera notio abstracta sacrificii ut sic deduci poterit. Et haec quidem via magis theologica videtur; eo praesertim quod, quidquid de hoc sacrificio eucharistico eiusque intima natura scimus, ex revelatione sciamus, ac praeterea eius essentia peculiaris sit et a ceteris sacrificiis diversissima 10. Ideo hac secunda via incedemus.

204. Doctrina Ecclesiae. Magisterium Ecclesiae nullibi docuit nos essentiam sacrificii eucharistici, ut talem. Plura tamen proposuit elementa essentialia ipsius, quae tanquam fundamentum theologicum totius solutionis omnino colligere oportet.

a) *Conc.Tridentinum* sess.22 cp.l (D 938) docet Christum reliquisse Ecclesiae visibile sacrificium, "quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repraesentaretur"; quo sacerdotes *offerrent* "Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini"; quo Ipse Christus *immolaretur* "ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus". Cp.2 (D 940) docet hoc sacrificium *ideo* esse vere propitiatorium, *quia* in eo "idem ille Christus *continetur et incruente immolatur,* qui in ara Crucis semel Seipsum cruente obtulit"; "una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui Seipsum tunc in Cruce obtulit, *sola offerendi ratione diversa"*; diversitas vero oblationis in eo est quod una est cruenta, alia incruenta. Cn.3 (D 950) docet sacrificium hoc non esse "nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti", sed esse "propitiatorium". In Decreto de observandis et evitandis in celebratione Missae, loquitur Concilium de sacrificio eucharistico, "quo vivifica hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie *immolatur" 1T.*

Ut haec tridentina elementa colligamus, prius notandum est Concilium uti vocibus "oblatio" et "immolatio" non sensu

" Talem viam sequuntur aut indicant Filooeassi. 292-295; Lercher.Das-DER. 378.
" CTr 8,962.

technico sed vulgari, prout significant simpliciter Sacrificare, ut vel ex ipsa allatorum textuum attenta comparatione patet. Hoc ergo posito, Concilium docet: 1) Missam essentialiter esse Crucis repraesentationem, quae tamen non est nuda commemoratio, sed habet rationem veri sacrificii propitiatorii. 2) Missam tamen et Crucem essè simpliciter duo sacrificia, non unum idemque. 3) Differentiam essentialem inter utrumque non esse in victima neque in offerente principali, sed tantum in ratione offerendi. Essentialem, dico, maiorem quam quae in victima et offerente accidentaliter invenitur. 4) Rationem offerendi (scilicet actionem sacrificalem) diversam esse ideo quia alia sit cruenta, alia incruenta. 5) Missam ideo esse sacrificium propitiatorium, quia repraesentat obiective sacrificium Crucis. Sed quia in natura lapsa nota propitiationis (cum qua ceterae notae necessario coniunguntur) essentialis est omni sacrificio, ex doctrina Concilii videtur deduci Missam esse verum sacrificium ex eadem obiectiva et incruenta repraesentatione sacrificii Crucis, quin ad salvandam veritatem sacrificii Missae ut absoluti, ullum novum elementum addendum sit essentiae illius ut sacrificii relativi.

205. b) Leo XIII docet (supra n.160), sacrificium Missae esse veram, quamvis incruentam et mysticam *renovationem* sacrificii Crucis; per illud *perpetuari* sacrificium Crucis non sola simili aut inani memoria, sed afferendo veritatem ipsam, quamquam *specie dissimili.* Ubi iterum tanquam unica differentia assignatur incruenta et mystica oblatio seu immolatio. Conferantur in eundem sensum verba Pu XI ibidem citata.

c) Pius XII docet: “Augustum altaris sacrificium non mera est ac simplex lesu Christi cruciatuum ac mortis commemorat^ sed vera ac propria *sacrificatio;* qua quidem per incruentam *immolationem* Summus Sacerdos id agit, quod iam in Cruce fecit, Semetipsum aeterno Patri hostiam *offerens* acceptissimam... Dissimilis tamen ratio est, qua Christus *offertur.* In Cruce enim totum Semetipsum suosque Deo *obtulit* dolores; victimae vero *immolatio* per cruentam inertem, libera voluntate obitam, effecta est. In ara autem, ob gloriosum humanae naturae suae statum, morà Illi ultra non dominabitur, ideoque Sanguinis effusio haud possibilis est; verumtamen, ex divinae sapientiae consilio, Redemptoris nostri *sacrificatio* per externa signa, quae sunt mortis indices, mirando quodam modo ostenditur. Siquidem per panis transsubstantiationem in Corpus vinique in Sanguinem Christi ut Eius Corpus reap-

se praesens habetur, ita Eius eruor: eucharisticae autem species, sub quibus adest, cruentam Corporis et Sanguinis separationem figurant. Itaque memorialis demonstratio Eius mortis, quae reapse in Calvariae loco accidit, in singulis altaris sacrificiis iteratur, quandoquidem per distinctos indices Christus lesus in statu victimae significatur atque ostenditur" [18][19]

206. In his verbis haec videntur doceri: 1) Missa non est solum sacrificium relativum, sed etiam absolutum. 2) Ideo autem est sacrificium absolutum, quia Christus in ea facit id ipsum quod fecit in Cruce. Identitas haec habetur in victima et in Sacerdote. Sed diversitas est in modo oblationis. 3) Datur in Cruce immolatio et oblatio. Datur quoque in Missa immolatio et oblatio. Quae verba *hic* videntur usurpari sensu technico. 4) Immolatio Crucis est per cruentam mortem (utique in quantum a Christo libere acceptatam); immolatio Missae est per externa signa (ideo incruenta). 5) Consecratio peragit hanc immolationem incruentam, quia Christum praesentem facit in statu victimae, quatenus per separationem specierum .separatio cruenta mortis figuratur et significatur. 6) Haec incruenta immolatio non solum est repraesentatio cruentae immolationis Crucis, sed vera immolatio, quia per eam mors, Christi demonstratur, ostenditur,, indicatur per distinctas species, quae ideo sunt mortis indices. Quae omnia videntur dici non de sola repraesentatione aut commemoratione obiectiva, sed de praesenti quadam sacrificatione. Sic intelligimus verbum "ostenditur", scilicet non tanquam synonymum verbo "significatur". Locutio enim "sacrificatio per externa signa" opponitur omnino locutioni "immolatio per cruentam mortem". Iam vero per has duas locutiones intenditur dare explicationem rationis dissimilis, qua Christus Seipsum offert ini Cruce et in Missa. Sed haec talis esse debet, ut servetur non sola ratio repraesentationis, sed etiam "sacrificationis; scilicet non solum ratio sacrificii relativi, sed etiam ratio sacrificii absoluti. Hoc autem, non valeret, si verbum "ostenditur" non amplius diceret quam significationem relativam.

207. d) *Ex quibus omnibus,* certo excluditur identitas numerica inter Crucem et Missam et oblatione et immolatione (tendentia 3.")ie. Videtur etiam excludi numerica identitas in sola immolatione. Scilicet exigitur nova immolatio, etsi in-

" *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 54Ss.
19 Cf. B.KLorrENBURC, *A controversia sobre a tcoria do Misiero:* RevEclBras 11 (1951) 241-256.

cruenta, quae ex doctrina Ecclesiae non apparet quomodo non pertineat ad ipsam essentiam sacrificii eucharistici; est ergo in ipso plus quam, mera condicio. Sic admitti non posse videtur tendentia illa 2.a, quae loquitur de nova oblatione victimae olim immolatae, ut talis, supposita solum tanquam condicione incruenta immolatione[20]. Excluditur mera repraesentatio, etiam obiectiva, sacrificii Crucis; seu, quod idem est, sacrificium eucharisticum esse tantum relativum (sententia P.VÂZqujîz). Magni etiam momenti est absolutum, silentium, quo ne innuitur quidem in recentioribus documentis destructio realis victimae, eius effectio et consecratio, status declivior, immolatio virtualis et similia. Non quod Ecclesia has sententias damnare intendat; sed quod eius magisterium per alias vias de facto procedat. Hae viae sunt nova oblatio simul et immolatio mystica (haec non tanquam condicio, sed tanquam pars essentialis) arcte coniunctae cum praesentia reali et physica eiusdem victimae, olim immolatae, et eiusdem sacerdotis principalis, olim et nunc immolantis et offerentis.

208. Nostra explicatio, *à)* In gemina consecratione ponimus primum *repraesentationem incruentam* mortis Christi cruentae. In quo consistit essentia sacrificii Missae in quantum est sacrificium relativum, ut iam probavimus.

b) Consideramus deinde *identitatem offerentis* principalis *et victimae* in Missa et in Cruce. Quae etiam in superioribus thesibus explicata est.

c) Dicimus tertio, per eandem geminam consecrationem ab eodem Sacerdote Christo haberi *oblationem externam et ritualem)* sicut in Cruce inventa est externa ritualis oblatio in Sanguinis effusione. Utraque necessario connexa cum interno actu oblationis: haec quidem, quia nemo poterat Christi Sanguinem effundere nisi Ipse libere vellet eum effundi in sacrificium ; illa vero, quia nemo poterat incruentam immolationem facere, nisi Ipse libere hunc ritum institueret in ritum sacrificalem perpetuum. Haec autem Christi voluntas actualiter perdurat et influit in singulis Missis.

d) Dicimus quarto, geminam consecrationem, prout est incruenta immolatio per species distinctas tanquam per mortis indices, esse veram et realem, etsi *mysticam, immolationem* (non tantum repraesentationem obiectivam immolationis olim peractae), quia per eam ab eodem Sacerdote et super

[30] Contra hanc tendentiam cf. M.CordovanI. *Animadversiones in sacrificium Missae:* Ang 8 (1931) 543-548; J.BrinktrinE, *Zum Wesen des Opfcrs und besonders des Messopfers. Oblation oder InwrfutationT:* Ang 15 (1937) 102-113.

eandem victimam physice praesentem fit moraliter praesens immolatio cruenta crucis.

Haec probabilior explicatio, quae tota nititur in doctrina Ecclesiae, completam essentiam sacrificii eucharistici explicat ex eius relatione ad sacrificium Crucis. Iam vero id videtur innui a Conc.Tridentino (cum explicat cur Missa sit sacrificium propitiatorium) et expresse affirmari a Pio XII. Ex alia parte traditio theologica ante Concilium Tridentinum non aliter exprimitur. Tandem posti Concilium etiam Tridentinum evolutio theologica, quae omnibus subest theoriis, in idipsum tendit, etsi quandoque subobscure, quandoque etiam exaggerato modo. Ex his ergo rationibus haec theoria praeferenda videtur, quamvis in ea nonnulla maneant adhuc sub religiosa caligine, qua *Mysterium fidei* necessario debet obvolutum manere.

209. Corollarium. Est ergo Missa: actus quo Christus ministerio sacerdotum sensibiliter offert Deo immolatione incruenta, per signa sacra specierum separatarum, mortem cruentam indicantium, eandem victimam in Cruce olim immolatam, nunc physice praesentem in altari.

210. Obiectiones. 1. Immolatio mystica non est realis immolatio, sed tantum repraesentatio realis immolationis. Atqui in sacrificio requiritur realis immolatio. Ergo immolatio mystica non sufficit.

Dist. mai. Immolatio mystica non est realis immolatio, si non fit super eandem victimam physice praesentem et ab eodem sacerdote, *trans mai.; si ita fit, nego mai. Trans, min. Pariter dist cons.* Non sufficit quaelibet immolatio mystica, *conc. cons.;* non sufficit immolatio mystica peracta super eandem victimam physice praesentem et ab eodem sacerdote, *nego cons.*

2. Immolatio mystica tantum habet esse signi. Ergo tantum significat sacrificium, sed non facit sacrificium.

Dist. antec. Immolatio mystica, quae non connotât eandem victimam physice praesentem eundemque sacerdotem realiter offerentem, tantum habet esse signi, *conc. antec.;* immolatio mystica, quae hoc utrumque connotât, tantum habet esse signi, *nego antec. Pariter dist. cons.* Immolatio mystica, quae illam duplicem connotationem non haberet, tantum significaret sacrificium, illud non efficeret, *conc. cons.;* immolatio mystica, quae illam utramque connotationem habet, *nego cons.*

211. Scholion. *De doctrina S.Thomae*[21]. Iuxta S.Thomam, in

[21] Dc sententia S.Thomae scripserunt P.Rupprecht, *Sacrificium Mediatoris: Die Opferanschauunaen des Aquinatcn:* DivTli(Fr) 9 (1931) 293-308 398-428; 10 (1932) 59-78.514-530;!l (1933)) 411-426; *Der hl.Thomas und das Leidensacdachtniss in der Eucharistic:* ThPraktQschr 118 (1937) 403-436; A.M.H®ffmann, *De sacrificio Missae iuxta S.Thantam:* Ang 15 (1938) 262-285. Dc sententia aliorum Doctorum veterum, cf. R Garrigou-LagrangE. *De sacrificio Missae secundum S.Albcrtum Magnum:* Ang 9 (1932) 213-224; S.Frankl, *Doctrina Hosii de sacrificio Missae, cum decreto Tridentino comparata* (Lwôw 1935).

Ecclesia dicitur Christus immolari, quia in ea est imago repraesentativa ac memoriale sacrificii Crucis, et quia per eam applicantur nobis Passionis fructus (3 q.83 a.1). Sacrificium eucharisticum non est aliud a sacrificio quod Christus obtulit, sed est eius commemoratio (3 q.22 a.3 ad 2), seu repraesentatio, continens eandem Passionis hostiam, qui est Christus (3 q.73 a.4 ad 3), eundem Christum passum (3 q.75 a.1). Quae repraesentatio habetur praecipue in gemina consecratione (3 q.74 a.7 ad 2).

ARTICULUS V

De FINE sacrificii eucharistici

212. Identitas inter sacrificium eucharisticum et sacrificium Crucis, quam vidimus in victima et ἴη offerente principali non tamen in ipsa actione sacrificali, asserenda est etiam in finibus utriusque sacrificii. Hinc Concilium Tridentinum docet Christum instituisse sacrificium eucharisticum, quo non solum sacrificium Crucis repraesentaretur eiusque memoria permaneret, sed etiam "illius salutaris virtus in remissionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur" (D 938). Finis sacrificii idem est ac eius efficacia. De qua ergo ntinc nobis agendum est.

Thesis 17. Missa est sacrificium latreuticum, eucharisticum, propitiatorium et impetratorium.

Lercher-Dander, 379-383; Filograssi, 244-257; AlastruEy. 430-139.

213. Notiones. Sacrificium dicitur latreuticum in quantum est actus latriae, seu cultus soli Deo debiti propter Eius infinitam excellentiam. Talis Dei cultus (latria) exercetur per virtutem religionis, ad quam pertinet exhibere reverentiam Deo secundum hanc rationem, in quantum scilicet Creator est et Gubernator rerum (2.2 q.81 a.3). Latria est essentialis et primarius finis cuiuscumque sacrificii, ac proinde primus effectus qui ex ipso consequitur. Ideo sacrificare est actus virtutis religionis (2.2 q.85 a.3) L

Sacrificium dicitur eucharisticum in quantum est actus Deo reddens gratias pro acceptis beneficiis. Talis actus exercetur per virtutem gratitudinis, ad quam pertinet benefactoribus gratiam recompensare (2.2 q.106 a.1), quaeque est pars potentialis iustitiae (2.2 q.80). Actio gratiarum intime connectitur cum latria, quia Deo ut Creatori, sicut debetur spe-

' Çf, p.Klein, *Dc fine sacrificii:* Apt 13 (1938) 3-18,

cialis cultus, sic etiam specialis gratitudo ab hominibus, qui universa ab Eo accepta habent. Hoc ad eundem essentialem finem sacrificii pertinere etiam videtur.

214. Sacrificium dicitur propitiatorium in quantum est actus iustam Dei de peccatore offensionem placans. Haec placatio fit per satisfactionem, quae est illatae iniuriae recompensatio. secundum proportionem aequalitatis ; ideoque ad virtutem iustitiae pertinet {*Suppi,* q.12). Satisfactio, haec ordinatur primum in tollendum odium abominationis, exsistens in Deo ex ipso peccato (et hoc sensu proprie dicitur propitiatio) ; deinde in tollendum odium vindictae, consequens in Deo ex odio abominationis (et hoc sensu specialius dicitur satisfactio). Sacrificium dicitur plene satisfactorium quoad utrumque. Quia propitiatio supponit peccatum in homine, nequit dici essentialis finis cuiuscumquef sacrificii. Sed ex alia parte in statu naturae lapsae necessario coniungitur cum sacrificio. Quid enim homd peccator Deo offerat, nisi prius Ipsum sibi propitium faciat?

Sacrificium dicitur impetratorium in quantum est actus a Deo nova beneficia impetrans. Talis actus exercetur etiam per virtutem religionis, quia per orationem homo, sese Deo subiciens, Eoque se egere tanquam auctore bonorum suorum profitens, Ipsi reverentiam exhibet (2.2 q.83 a.3). Haec impetratio si versetur circa speciale aliquod beneficium, non circa omnia in genere, non pertinet ad essentialem* finem sacrificii, sed eum optime comitatur.

215. Adversarii. *Protestantes,* qui ideo negabant Missam esse verum et proprium sacrificium, quia eius characterem propitiatorium nullatenus admittere volebant (D 950).

216. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess.22 cp.2 (D 940) docet: o) Sacrificium Missae esse vere propitiatorium. fc) Per eius oblationem Deum placari, c) Missam habere hanc virtutem propitiatoriam ex sua intima relatione cum sacrificio Crucis, *d)* λ"Ιιη propitiatoriam Missae' extendi plene ad vivos et ad defunctos, *e)* Sacrificium Missae esse quoque impetratorium. Quam quidem rationem formalem sub eodem nomine propitiationis complectitur Concilium, cum dicit per Missam concedere Deum gratiam et donum paenitentiae, atque eam offerri etiam “pro aliis necessitatibus”.

In cn.3 (D 950) plura ex his sub anathemate docentur. Sed praeterea supponitur character latreuticus et eqcharistiçus Missae, v.gr. in capite 3 (D 941),

217. Leo XIII docet: "Nam divina est, quae immolatur, hostia; per ipsam igitur tantum augustae Trinitati tribuimus honoris, quantum dignitas Eius postulat, infinitum quoque et pretio et suavitate munus exhibemus Patri, Unigenitum suum. Eo fit ut benignitati Eius non modo agamus gratiam, sed plane referamus... Excitanda igitur in hoc etiam pia fidelium 'contentio, ut et vindicem scelerum placare Deum, et auxiliorum Eius opportunitatem calamitoso saeculo conciliare studeant. Haec autem videant maxime huius ope sacrificii esse quaerenda. Nam divinae tum iustitiae rationibus satis comulateque facere, tum clementiae large impetrare munera possunt homines sola obitae a Christo mortis virtute. Sed hanc ipsam virtutem sive ad expiandum, sive ad exorandum voluit Christus integram permanere in Eucharistia, quae mortis ipsius non inanis quaedam nudaque commemoratio, sed vera et mipab?lis, quamquam incruenta et mystica, renovatio est" a. In hoc textu docentur omnes effectus sacrificii Missae: latreuticus (honorem dignum tribuimus Deo), eucharisticus (gratiam Ei referimus), propitiatorius (placamus, satisfacimus), impetratorius (conciliamus auxilia, impetramus munera).

Alibi docet: 'Omnino perfecta atque absoluta illa [Crucis] expiatio mortalium fuit; nec ullo modo altera, sed ipsa illa in sacrificio eucharistico inest" 3‡

Pius XI docet in nostris satisfactionibus "totam expiationis virtutem ab uno Christi cruento sacrificio pendere, quod sine temporis intermissione in nostris altaribus incruento modo renovatur" *. Et alibi : Missam "ad humanum genus cum peccatis laesa sempiterna Dei maiestate reconciliandam efficacem vim habere", ideo quia est "vera divinae hostiae sacrificatio" 8.

218. Pius XII abunde docet omnes fines seu effectus sacrificii eucharistici, eos esse eosdem ac fines sacrificii Crucis positive inculcans: "Idem praeterea, praestituti fines sunt; quorum *primus* gloria est caelesti Patri tribuenda. Ab incunabulis usque ad mortem lesus Christus procurandae divinae gloriae studio incensus est; atque ex Cruce Eius Sanguinis immolatio caelum ascendit in odorem suavitatis. Utque eiusmodi praeconium nunquam intermittatur, in eucharistico sacrificio membra cum divino suo Capite copulantur, et cum

3 *Encycl. "Mirae caritatis":* ASS 34 (1901-1902) 6S2s.
' '*Epist. encycl. ad Episcopos Scotiae:* ASS 31 (1898-1899) 12.
4 *Encycl. "Miserentissimus Redemptor":* AAS 20 (1928) 171.
e *Encycl. "Ad catholici sacerdotii":* AAS 28 (1936) 11.

Ipso unaque cum angelis atque archangelis immortales Deo laudes concinunt, Patri omnipotenti deferentes omnem honorem ac gloriam.

Alter autem, qui praestituitur, finis eo spectat, ut gratiae adhibeantur Deo debitae. Divinus tantummodo Redemptor, utpote dilectissimus aeterni Patris Filius, cui quidem immensus Eius patebat amor, dignum Ei potuit gratiae referre carmen. Hoc ima spectavit, hoc voluit, in novissima Coena gratias agens. Idque efficere ex Cruce pendens non intermisit; non intermittit in augusto arae sacrificio, quod gratiarum actionem, seu eucharisticam actionem, significat, quandoquidem hoc vere dignum et iustum est, aequum et salutare.

Tertio autem loco, expiationis, placationis, reconciliationisque proponitur finis. Nemo alius procul dubio, quam Christus, omnipotenti Deo de humani generis culpis omnino satisfacere potest. Ipse igitur in Cruce immolari voluit, propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Atque in altaribus itidem cotidie sese offert pro redemptione nostra, ut ab aeterna damnatione erepti? in electorum gregem adsciscamur. Idque non pro nobis tantum, qui mortali hac vita fruimur, sed etiam pro omnibus in Christo quiescentibus, qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Nam sive vivimus, sive morimur, ab uno tamen eodemque Christo non recedimus.

Quarto denique loco impetrationis habetur finis. Homo, utpote filius prodigus, bona omnia a caelesti Patre accepta, male consumpsit ac dissipavit, idcoque in egestatem summam summumque in squalorem redactus est. Attamen ex Cruce Christus preces supplicationesque cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Itemque sacris in aris efficaci eadem ratione noster apud Deum sequester est, ut omni benedictione et gratia repleamur.

Facile igitur intellectu est, cur sacrosancta Tridentina Synodus asseveret salutarem Crucis virtutem per eucharisticum sacrificium nobis impertiri ad cotidiana nostra delenda peccata" °.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

219. Probatur ex sacra Scriptura, *a)* Sacrificium, quod in Malachia 1,11 praedicitur, est sacrificium, omnibus sacrificiis V.Legis plene succedens. Atqui in V.L. sacrificia non erant solum latreutica et eucharistica, sed etiam propitia-

. « *Encycl. "Mediator Dei"*·. AAS 39 (1947) 549s.

toria et impetratoria. Ergo tale erit sacrificium a Malachia praedictum. Atqui hoc non est nisi sacrificium Missae. Ergo sacrificium Missae est non solum latreuticum et eucharisticum, sed etiam propitiatorium et impetratorium. *Mai.* Quia Deo antiqua sacrificia non amplius placent, nec proinde suum finem amplius consequi valent, ideo praedicitur novum sacrificium, quod ea omnia suppleat (cf. D 939).

b) Verba institutionis·, ex quibus! probavimus supra (n.24s) Christum obtulisse sacrificium in Coena, probant Illum obtulisse sacrificium propitiatorium. Atqui sacrificium Missae est sicut sacrificium Coenae. Ergo est etiam propitiatorium.

220. Probatur ex traditione, a) SS.Patres docent Missam esse *cultum latriae* incruentum: S.Cyrillus Hieros. (R 851); quo visibiliter exprimitur invisibilis nostra adhaesio Deo: S.Augustinus (R 1744).

b) Missa ab initio vocatur *Eucharistia* (gratiarum actio): *Didachà* (R 6ss), S.Ignatius [1], S.Iustinus (R 135), Tertullianus; cf. S.Chrysostomum (R 1173). Dicitur Missa offerri Deo ne ingrati Ei simus: S.Irenaeus (R 232); quia est commemoratio multorum beneficiorum: S.Chrysostomus (R 1173); in qua quid nobis a Deo donatum sit, ostenditur: S.Fulgentius (R 2270).

c) Missa vocatur sacrificium *propitiationis*·. S.Cyrillus Hieros. (R 851); in quo Christus mactatur pro peccatis ad reddendum Deum propitium: S.Cyrillus Hieros. (R 853); qua Deus placatur pro defunctis: S.Chrysostomus (R 1206); ut Deus cum illis misericordius agat: S.Augustinus (R 1516); in quâ vera fit remissio peccatorum: S.Augustinus (R 1866); quod fit pro absolutione nostra: S.Gregorius M. (R 2323).

d) Missa offertur pro omnibus qui *divino auxilia* indigent: S.Cyrillus Hieros. (R 851).

221. e) Haec omnia optime complectitur *Liturgia* ab antiquis temporibus. In *Traditione Apostolica* (saec.III in.) dicitur post consecrationem: “memores igitur mortis et resurrectionis Eius, offerimus Tibi panem et calicem gratias Tibi agentes... et petimus ut mittas Spiritum tuum sanctum in oblationem sanctae Ecclesiae; in unum congregans de omnibus, qui percipiunt, sanctis in repletionem Spiritus sancti ad con-

[1] *Ad Ephesios* 13: MG 5,655.

firmationem fidei in veritate, ut To laudemus et glorificemus per puerum tuum lesum Christum, per quem Tibi gloria et honor Patri et Filio cum Sancto Spiritu in sancta Ecclesia tua et nunc et in saecula saeculorum" 8.* In *Anaphora S.Marci* (saec.IV in.) oratur: "Tibi, qui fecisti caelum et terram..., qui fecisti hominem secundum imaginem et similitudinem tuam..., gratias agimus et offerimus hoc sacrificium..., quia magnum nomen tuum in gentibus... Rogamus et obsecramus Te, memento sanctae, unius, catholicae Ecclesiae tuae... Pacem, quae de caelis est, da cordibus nostris omnibus, sed etiam huius vitae pacem nobis dona... [Praebe nobis] messem... Iis, qui obdormierunt, requiem animarum praesta... Da nobis partem et haereditatem habere cum pulchro consortio sanctorum Prophetarum, Apostolorum, Martyrum tuorum..."8 *Euchologium Serapionis* (saec.IV) haec habet: "Propterea et nos, similitudinem mortis celebrantes, panem obtulimus, et deprecamur: per hoc sacrificium reconciliare nobis omnibus et propitiare, Deus veritatis"10. Praecedunt laudes et multiplices orationes pro vivis et defunctis. In liturgia quae dicitur *Clementina* (saec.IV ex.) legitur: "Memores igitur passionis et mortis et a mortuis resurrectionis et in caelos reditus et futuri Eius secundi adventus... offerimus Tibi panem hunc et calicem hunc, gratias Tibi per Eum agentes... Et oramus Te, uti benigne respicias haec dona in conspectu tuo proposita... Porro rogamus Te, Domine, pro sancta Ecclesia tua... Etiam rogamus Te, pro mea, qui Tibi offero, vilitate et pro omni presbyterio, pro diaconis et universo clero... Etiam rogamus Te, Domine, pro Rege... Porro offerimus Tibi et pro omnibus sanctis, qui a saeculo placuerunt Tibi, pro Patriarchis, Prophetis, iustis... Porro offerimus Tibi pro hoc populo... Etiam rôgamus Te et pro hac urbe...· Etiam rogamus Te et pro iis qui oderunt nos et persequuntur nos... Etiam rogamus Te pro catechumenis Ecclesiae et pro iis, qui ab adversario iactantur, et pro iis fratribus nostris qui sunt in paenitentia... Praeterea offerimus Tibi et pro aeris temperamento et pro ubertate frugum... Etiam rogamus Te et pro iis, qui ob iustam causam absunt..."11 In *liturgia romana* hodierna fit impetratio beneficiorum omnis generis in collectis et postcommunionibus; maxime autem in orationibus Oblationis et Canonis.

8 Cf. *Florilegium Patristicum* 7,1,27.
B Cf. *Florilegium Patristicum* 7,1,44ss.
10 Cf. *Florilegium Patristicum* 7,1,48s.
11 Cf. *Florilegium Patristicum* 7,1,22ss.

222. Ratio theologica, *d)* Omne verum sacrificium debet esse *latreuticum* ex sua intima natura, quia offertur Deo in recognitionem supremi Illius dominii. Ergo etiam sacrificium Missae.

7?) Omne etiam sacrificium debet esse *eucharisticum* ex sua natura quoad omnia beneficia a Deo in genere accepta; quia est recognitio Dei ut Creatoris et Domini nostri, qui omnia nobis donavit. Sacrificium Missae est specialiter eucharisticum, ita ut antonomastice dicatur "Eucharistia", quia donum quod Deo exhibetur (Christus homo) et amor quo exhibetur (ab Ipso Christo et a nobis in quantum cum Ipso coniunctis) sunt infiniti valons et pretii coram Deo.

c) Sacrificium Missae omnia V.L. sacrificia complet et perficit (D 939). Atqui inter illa sacrificia erant multa *propitiatoria* et expiatoria. Ergo etiam sacrificium Missae est propitiatorium et expiatorium.

</) In sacrificio Missae Deus offensus de peccatis hominum perfectissimo modo placatur et propitius fit hominibus. Ergo eis nova) *beneficia donabit.*

223. Obiectiones. 1. Si Missa dicitur sacrificium propitiatorium virtus propitiatoria sacrificii Crucis supponitur insufficiens. Atqui hoc est derogare sacrificio Crucis. Ergo Missa non est sacrificium propitiatorium.

Dist. mai. Si Missa dicitur sacrificium propitiatorium per novam virtutem a virtute propitiatoria Crucis independentem cique superadditam, virtus propitiatoria Crucis supponitur insufficiens, *conc. mai.;* si per eandem virtutem propitiatoriam Crucis, *nego mai. Contradict. min.* Derogaret Cruci affirmare in Missa novam virtutem propitiatoriam a Cruce independentem eique superadditam, *conc. min.;* affirmare eius characterem propitiatorium ex eadem virtute propitiatoria Crucis, *nego min.*

Vidimus a Leone XIII expresse affirmari expiationem sacrificii Missae non esse aliam, sed omnino eandem expiationem Crucis (n.217). Unicum enim quod Deum offensum condigne placare potest, est sacrificium Filii sui Unigeniti ab Eodem infinita caritate oblatum ; cuius Missa non est nisi obiectiva repraesentatio et memorialis iteratio. Per eam ergo ab eodem Sacerdote eadem Victima per mysticam et incruentam immolationem denuo coram Deo exhibetur (cf. D 940). Sed quia sacrificium Crucis fuit perfectum et completissimum ex parte Christi, haec nova exhibitio victimae coram Deo non habet in se, ex parte ipsius Christi, rationem novi meriti aut novae satisfactionis (neque enim Christus iam haec facere potest), sed rationem novae applicationis meritorum et satisfactionis Christi in Cruce. Unde Missa non solum non derogat sacrificio Crucis, sed eius efficaciam perennem et actualem reddit ".

2. Applicatio meritorum et satisfactionis Crucis nequeunt fieri

u Vide explicationem huius dogmaticae veritatis, quam facit Pius XII, *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 550ss.

per Missam. Nam illa applicatio debet fieri per aliquem actum, qui directe tendat in sanctificationem hominum. Atqui Missa, ut sacrificium, directe non tendit in sanctificationem hominum, sed in cultum Dei. Ergo illa applicatio nequit fieri per Missam.

Dist. mai. Illa applicatio efficienter instrumentaliter debet fieri per actum qui tendat directe in sanctificationem hominum, *conc. mai.;* illa applicatio impetrative debet fieri per actum qui directe tendat in sanctificationem, *nego mai. Conc, min. Pariter dist. cons.* Illa applicatio nequit fieri per Missam efficienter instrumentaliter, *conc. cons.;* neque impetrative, *nego cons.*

Attendenda est diversa ratio sacrificii et sacramenti. Hoc sanctificat efficienter instrumentaliter; illud sanctificat per vim impetrativam, quam habet coram Deo.

224. Scholion 1. *De extensione fructuum Missae, d)* Pro quibus offeratur sacrificium Missae, docet Concilium Tridentinum sess.22 cp.l (D 940) et cp.3 (D 950): “pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo nondum ad olcnum purgatis” (cf. D 98.3 997) ; seu “pro omnibus fidelibus qui ad Corpus Christi pertinent” (D 944).

b) “Pro peccatis” offertur Missa non directe in remissionem eorum, sed in remissionem poenarum ab ipsis relictarum ; indirecte autem, in quantum per sacrificium Deus placatus gratiam et donum pacnitentiae concedit peccatori, sicque eius peccata dimittit (D 9401, scilicet dando gratiam actualem, qua peccator sese disponat ad iustificationem via ordinaria obtinendam. “Pro poenis et satisfactionibus” offertur Missa, ut nobis applicentur infinitae Christi satisfactiones. "Pro aliis necessitatibus”, ut in his nobis subveniatur ex meritis Christi, et per modum impetrationis. “Pro defunctis” per modum suffragii.

c) Pro Sanctis Missa non offertur; quia nihil expiandum aut impetrandum habent. Ex alia parte eis Missa offerri nequit, cum sacrificium sit actus latriae. soli Deo tribuendus. Sed Missa offertur “in honorem Sanctorum” (D 941 952), non solum ut Deus, “qui illos coronavit”, honoretur in Sanctis suis (finis latreuticus) nec solum ut Deo “de illorum victoriis gratias" agamus (finis eucharisticus), sed etiam ut eorum patrocinia imploremus et intercessionem apud Deum obtineamus; quatenus scilicet et Deus propter illorum preces gratius orationem nostram suscipiat, et "illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris

225. Scholion 2. *De modo et ratione efficaciae in sacrificio Missae, a)* Sacrificium Missae suos effectus operatur *ex opere operato,* scilicet ex ipso solo sacrificio valide confecto". Hunc modum operandi habet ex eo quod victima et offerens principalis indépendantes sunt a condicionibus mere humanis. Talis effectus immediate sequitur pro tota Ecclesia (fructus Missae generalis) et pro sacerdote celebrante (fructus specialissimus, qui personalis est nec alii transferri potest), atque suo modo etiam pro aliis active Missae participantibus. Pro illis vero personis, quibus specialiter intenditur prodesse Missam (fructus specialis), effectus ex opere operato sequitur

“ Cf. Alastruey, 459-474.444-451,- Lercher-Lander, 383s; Suarez, *In 3* q.83 disp.78.

M Cf. Pius XII. *Encycl. "Mediator Dei"·.* AAS 39 (1947) 532s.

mediante libera determinatione celebrantis, quae tanquam condicio requiritur ",

b) Sed missa suos quoque effectus babet *ex opere operantis,* prout est opus bonum ab hominibus iustis factum. Illud enim opus est meritorium, satisfactorium et impetratorium, iuxta mensuram gratiae et caritatis cetcrarumque virtutum, quas celebrans exerceat in illo.

c) Distinguitur praeterea adhuc tertius modus quasi ex opere operato, seu *ex opere operantis Ecclesiae,* quo Missa suos effectus producit. Est enim Missa officiale opus Ecclesiae. Opus autem officiale Ecclesiae, utpote intaminatae lesu Christi Sponsae (sanctae proinde atque arctissime cum suo Capite coniunctae), non potest non esse Deo gratissimum et magna plenum impetratione ". Quae tamen accrescit ex habituali Ecclesiae devotione, crescente ex numero hominum sanctorum tunc in Ecclesia militante viventium ".

226. Scholion 3. *De valore infinito Missae, a)* Valor Missae, seu quantitas efficaciae ipsius, prout est ex opere operantis, seu etiam ex opere operantis Ecclesiae, sine dubio finitus est, u| patet. Ideo tota quaestio ponitur de valore Missae prout est *ex opere operato.* Et quidem, etiam prout talis, duplex adhuc valor distingui potest. Alius in actu primo, alius in actu secundo.

b) Valor Missae *in actu primo.* attenditur secundum virtutem, quae ipsi sacrificio cx sua natura competit ad suos effectus producendos. Vocatur etiam valor Missae *quoad sufficientiam.* Sic ergo considerata, Missa habet valorem infinitum, non solum in ratione latriae, actionis gratiarum, propitiationis et impetrationis, sed etiam in ratione hominum in quorum utilitatem hi fructus redundare possunt. Infinitas haec provenit ex Persona principaliter offerente (maxime si actualiter, ut arbitramur, offerat) et ex V*ct›ma oblata. Ex ipso autem actu oblationis physice considerato non habetur infinitus valor (utpote qui sit actus voluntatis humanae Christi), sed certe si consideretur moraliter (utpote qui sit actus humanus Personae divinae, quae illum actum moraliter digni ficat).

c) Valor Missae *in actu secundo* attenditur secundum virtutem seu efficaciam, quae in determinata aliqua Missa de facto actualiter communicatur. Dicitur etiam valor Missae *quoad efficaciam.* Sic ergo considerata, Missa habet valorem infinitum in ratione latriae el' gratiarum actionis; cum in hac linea Missa, in actu primo infinita, a nullo subiecto limitetur. Sed in ratione propitiationis et impetrationis multipliciter distinguendum est. Intensive enim, seu quoad gradum efficaciae communicatae, finitus dicendus est. Hinc est quod praxis Ecclesiae habeat, plurcs Missas celebrare pro una eademque intentione. Extensive autem, seu quoad numerum personarum quibus Missa de facto prodest, fructus generalis et specialissimus est infinitus, eodem scilicet manente pro singulis, etiamsi eorum numerus augeatur. Circa fructum vero specialem (affirmata communiter infinitudine fructus impetratorii), disputatur inter theologos de va-

15 De exsistentia huius specialis fructus vide doctrinam Ecclesiae contra Pistorienses, prop.30 (D 1530)

w Cf. Pius XII. *Encycl. "Mediator Dei":* AAS *39 (1947).

17 Cf. Lercher-Dander. 385s; Alastruev. 439-444-452-459; Suarez. *In 3* q.83 disp.79 s.1-10.

lore fructus propitiatorii. Videtur tamen probabilius dicendum, illum etiam valorem esse finitum, non tam ex applicante finito (cuius applicatio est tantum condicio), quam ex voluntate Christi instituentis[1*].

CAPUT III

De sacramento Eucharistiae

227. Christus Dominus in Coena non solum obtulit sacrificium, sed victimam illius sacrificii, Corpus scilicet et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini, dedit Apostolis manducandam. Quod item praecepit ut perpetuo fieret in Ecclesia. Hinc Eucharistia nostra non tantum habet characterem oblationis sacrificalis, ut vidimus, sed etiam sacrificalis convivii. Haec autem participatio victimae sacrae non potest non esse animarum sanctificativa. Hinc Eucharistia est etiam sacramentum ; quod tamen omnino speciale est. Id iam explicandum sumimus, veritatem illius, essentiam, effectus et necessitatem investigantes.

ARTICULUS I

De exsistentia sacramenti Eucharistiae

Thesis 18. Eucharistia est verum N.L. sacramentum permanens.

S.Th., 3 q.73 a.1; LERCHER-DANDER. 391-396; PIOLANTI-CROCRASSI, 321-326; ALASTRUEY, 11-15.167-170; PUIG, 425-431.

228. Notiones. Eucharistia, scilicet complexus Corporis et Sanguinis Christi, sub speciebus panis et vini post consecrationem et ex consecratione praesentis. Hunc autem complexum generali modo nunc sumimus, nihil adhuc determinantes de elementis, quae essentialia sint in hoc sacramento.

Sacramentum : signum gratiae efficax.

Sacramentum permanens posset intelligi quatenus, utpote a Christo perenniter institutum, perpetuo in Ecclesia durat. Hoc sensu omnia sacramenta N.L. sunt permanentia. Ideo hic aliter intelligitur, scilicet quatenus in sua entitate non solum physica, sed etiam sacramentali, non est quid transiens, sed

[1*] Cf. LERCHER-DANDER. 387ss; ALASTRUEY, 474-181; SUÁREZ. *In 3* q.83 disp.79 s.11s; LUGO. *De Eucharistia* disp.19 s.12.

perdurans. Hoc sensu sola Eucharistia est sacramentum permanens; cetera enim sacramenta formaiiter consistunt in aliqua actione transeunte. Eucharistia ergo non solum in usu est sacramentum, sed etiam extra illum. Quod quidem duo includit: *d)* Christum esse praesentem sub speciebus non solum in momento sumptionis, sed ab ipsa consecratione usque ad corruptionem specierum. *b)* Signum sacramentale non haberi tantum in momento sumptionis, sed permanenter.

229. Adversarii. UuTHERüS et *Luthœrani* praesentiam realem Christi in Eucharistia non admittebant nisi in momento sumptionis ; unde consequenter negabant sacramentum permanens.

Rationalistae et *Modemistae* negant hoc sacramentum sicut et alia.

230. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess.7 cn.l (D 864) enumerat Eucharistiam inter septem sacramenta N.L. ; quod etiam obtinet in omnibus documentis Ecclesiae, quae agunt de septenario numero sacramentorum (cf. supra I n.45). In tota sess.13 hoc saepe supponitur, ibique docetur eius institutio sub ratione cibi ac potus (cp.2: D 875), atque illud comparatur cum. aliis sacramentis (cp.3 : D 876).

In sess.13 cp.3 (D 876) et cn.4 (D 886) docetur: o) Christus est praesens ante usum et post communionem ; *b)* in hoc est differentia Eucharistiae cum aliis sacramentis, non solum quia illa habent “vim sanctificandi” et in hac est “ipse sanctitatis auctor” ; *c)* sed etiam quia illa habent vim sanctificandi “cum quis illis utitur”, et in Eucharistia est sanctitatis auctor “ante usum”.

231. Valor dogmaticus. Quod Eucharistia sit sacramentum, est *de fide divina et catholica definitum.* Quod Christus sit in Eucharistia praesens permanenter, est eodem modo *de fide definitum.* Quod Eucharistia sit sacramentum permanens, *solet dici doctrina communisl.* Non tamen video quomodo in Concilii Tridentini verbis non contineatur *aequivalenter.* Admissa enim identitate Eucharistiae cum aliis sacramentis in significando gratiam, differentia ponitur in causando ipsam, quod proprium est sacramenti.

232. Probatur, a) Eucharistia est *aliquid sensibile:* species et verba.

l Cf. tamen Alastruey, 167, qui tenet rem esse de fide. Sed ille quaestionem totam reducit ad praesentiam Christi permanentem, quatenus Christus praesens est ad sanctificandum.

b) Est *a Christo perenniter instituta*: Le 22,19; 1 Cor 11,24ss. Quod etiam apparet ex institutione Novi Testamenti pro Antiquo et ex novo Paschate pro vetere constituto.

c) *Significat gratiam:* Eucharistia datur sub specie cibi et potus, utique spiritualium; directe proinde conferens ad sustentandam et fovendam vitam animae, quae est gratia. Deinde Eucharistia datur tanquam convivium sacrificale; participatio autem victimae significat in omni convivio sacrificali unionem animae cum Deo, cui sacrificatum est; quae unio in ordine supernatural! fit iterum per gratiam.

d) *Efficit gratiam*: Christus promiserat Se daturum panem, cuius effectus esset dare vitam unionis cum Eo (Io 6,57s). Item participatio huius victimae sacrificalis est vera unio cun» Christo ad effectus redemptionis participandos.

e) *In ea Christus permananter est praesens:* Christus incipit esse praesens per actionem transsubstantiativam. Ergo ante sumptionem. Ex alia parte praesentia illa dirigitur non solum ad oblationem sacrificalem, sed etiam ad participationem victimae, ideoque fit sub specie cibi et| potus. Ergo durat donec persistat possibilitas sumptionis.

f) *Ipsum signum sensibile, qua efficax gratiae, permanet:* manet idem signum sensibile, continens eandem vim producendi gratiam, utpote Christum realiter continens.

g) Sacramentum permanens inde probat S.Thomas 3 q.73 a.1 ad 3, quod sacramentum in tantum dicitur in quantum continet aliquid sacrum. Sed Eucharistia non continet tantum "sacrum in ordine ad aliud", scilicet virtutem sanctificandi transeuntem (sicut alia sacramenta), sed "continet aliquid sacrum absolute, scilicet ipsum Christum"2.

233. Obiectiones. 1. Eucharistia non sunt tantum species et verba, sed etiam Christus praesens. Atqui .Christus praesens non est sensibilis. Ergo Eucharistia non est signum sensibile, saltem adaequate.

Conc. niai, Dist. min. Christus praesens non est sensibilis per seipsum, *conc. min.;* non est sensibilis per species sub verbis consecrationis moraliter permanentibus, *nego min. Pariter dist. cons.* Eucharistia non esset signum adaequate sensibile, si Christus praesens nullo modo esset sensibilis, *conc. cons.;* si Christus praesens non est per seipsum sensibilis, sed certe per species sub verbis moraliter permanentibus, *nego cons.*

2. Sacramenta in tantum sunt sacramenta, in quantum efficiunt gratiam. Atqui Eucharistia efficit gratiam tantum in communione. Ergo tantum in communione est sacramentum, nec proinde est sacramentum permanens.

3 Cf. SuAnste, Zm 3 q.73 disp.3·) s.2.

Dist. mai. Sacramenta in tantum sunt sacramenta in quant·.· tu efficiunt, id est in quantum habent vim efficiendi gratiam, *co:.c. mai.;* in quantum actu efficiunt gratiam, *nego mai. Contradist. min.* Eucharistia tantum in communione efficit gratiam, id est tunc tantum eam actu efficit, *trans, min.;* id est tunc tactum habet vim eandem efficiendi, *nego min.*

234. Scholion. *De adoratione Christi in Eucharistia, a)* Cultus Eucharistiae supponit rcalem Christi praesentiam permanentem. Ideo cultus tributus sacramento Eucharistiae est idem cultus, qui debetur Christo, scilicet cultus latriae. De qua re adsunt specialia Ecclesiae documenta in Tridentino sess.13 cp.5 (D 878) et cn.6 (D 888). Pius autem XII expresse damnavit quorumdam opinionem, asserentium per hunc Eucharistiae cultum Christum historicum, Christum eucharisticum et Christum triumphantem in caelis falsum in modum permisceri '. Legitimam esse SS.Sacramenti in sacrario reservationem, definivit Conc.Tridentinum sess.13 cp.6 (D 879) et cn.7 (D 889).

b) Non solum Christus sub speciebus exsistens, sed etiam totum Sacramentum visibile, ut ex Christo praesente et speciebus constat, unico latriae cultu est adorandum. Illo unico actu adoratur primo cf per se persona Christi, in quam per se tendit adoratio; secundario autem et per accidens coadorantur species tanquam Christo coniunctae et cum Illo unum quid componentes[4].

c) Haec Christi adoratio in Eucharistia sine dubio est absoluta, prout haec vox opponitur cultui relativo[5]; quia obicctum illus est ipse Christus propter suam excellentiam Adoratio tamen absoluta potest aliter intelligi, prout scilicet opponitur cultui condicionato. Et quidem hoc sensu, semper supponitur aliqua condicio, nempe quod species revera sint consecratae. Sed haec condicio implicite habetur eo ipso quod adorans mente et animo habet intentionem adorandi verum Christum verumque sacramentum. Et ideo nihil obstat, quominus adoratio etiam hoc sensu sit absoluta generatim et per se, nisi sit aliquis casus in quo per accidens habeatur ratio prudens dubitandi de veritate sacramenti “.

ARTICULUS II

De 'ESSENTIA SACRAMENTI EUCHARISTIAE

235. Quia diximus Eucharistiam esse verum sacramentum, et quidem permanens, cum in ea coalescant ex una parte species consecratae et ex alia Corpus et, Sanguis Christi, quaeritur quodnam ex his elementis pertineat ad intrinsecam constitutionem huius sacramenti. Respondemus utrumque requiri.

8 *Encycl. “Mediator De?·.* AAS 39 (1947) 570. De hoc cultu veram doctrinam contra falsas quasdam recentiores tendentias praeclare vindicat eadem encyclica 568-572. Cf. etiam Pius XI, *Encvet. “Miscrentissimus Redemptor":* AAS 20 (1928) 173.

4 Ci. Suàriïz, *In 3* q.79 disp.65 s.1 n.3; Luc.o, *Dc Mystcriy Incarnationis* disp.34 s.2 n.35;; disp.36 s.S n-72; AlastruEY, 485s.

8 Cf. SThS 3,1,231.

e Cf. SuârEîz. *In 3* q.79 disp.65 s.2; Lugo, *Dc Mysterio Incarnationis* disp.37 s.4.

Thesis 19. Sacramentum Eucharistiae essentialiter et intrinsece constat speciebus panis et vini cum verbis consecrationis moraliter permanentibus, atque Corpore et Sanguine Christi realiter praesentibus.

Filograssi, 326-329; Alastruey, 161-166; Puig, 432-445.

236. Notiones. Essentialiter constat, id est sunt partes essentiales illius sacramenti ; seu nullum eorum elementorum requiritur tantum sicut condicio sine qua non. Elementa tria sunt: species panis et vini, verba consecrationis, et Corpus ac Sanguis Christi.

Intrinsece, scilicet non tanquam aliquod connotatum essentiale, sed extrinsecum, ac proinde in ipsam constitutionem signi sacramentalis non ingrediens.

Species requiruntur tanquam consecratae, id est quatenus subsunt consecrationi.

Verba consecrationis requiruntur tanquam determinantia species iri suo esse sacramentali. Quia tamen verba semel prolata iam amplius physice non adsunt, dicimus eadem esse partem essentialem et intrinsecam sacramenti in quantum moraliter permanent in suo effectu perdurante.

Corpus et Sanguis Christi requiruntur tanquam per verba consecrationis, quae moraliter permanent, realiter et physice posita sub speciebus.

Unde species panis et vini simul cum Corpore et Sanguine Christi constituunt partem quasi materialem, determinatam per verba consecrationis tanquam per partem formalem. Loquimur ergo de compositione physica, aut quasi physica, non de compositione metaphysica, qualis esset compositio ex re significante et significatione, quibus coalescit signum metaphysice.

237. Adversarii. Soto[1] et alii tenuerunt Corpus et Sanguinem Christi pertinere quidem essentialiter ad sacramentum Eucharistiae, non tamen intrinsece, sed tanquam aliquod connotatum specierum consecratarum.

Scotus[2], Vazquez[3] et alii tenuerunt verba consecrationis non esse formam sacramenti permanentis, sed tantum sacramenti in fieri ; non pertinere proinde intrinsece et essentialiter ad illud.

1 *In 4* d.8 q.1 a.1.
2 *In 4* d.8 q.1 ad 3.
3 *In 3* disp.167 cp. 3.

238. Valor theologicus. *Communior et probabilior.*

Probatur, a) *Corpus et Sanguis Christi pertinent ad essentialem et intrinsecam constitutionem sacramenti Eucharistiae. Tridentinum* sess.13 cp.5 (D 878) dicit sacramento Eucharistiae exhibendum esse cultum latriae. Atqui hoc falsum esset, si ad illud sacramentum intrinsece et essentialiter non pertinerent Corpus et Sanguis Christi. Ergo pertinent. Rursus signum sacramentale in hoc sacramento non esset efficax gratiae si in sua intrinseca et essentiali constitutione non inveniretur auctor gratiae, scilicet Corpus et Sanguis Christi. Ergo invenitur.

b) *Species panis et vini pertinent ad essentialem et intrinsecam constitutionem sacramenti Eucharistiae.* Corpus et Sanguis Christi solum non essent signum sensibile gratiae communicandae, et multo minus gratiae communicandae sub specie cibi et potus. Atqui hoc utrumque habent ex speciebus. Ergo species ingrediuntur essentialiter in constitutionem sacramenti.

c) *Verba consecrationis pertinent ad essentialem et intrinsecam constitutionem sacramenti Eucharistiae.* Sacramentum Eucharistiae, ex dictis, non constituitur in ratione signi sensibilis et in ratione signi efficacis gratiae nisi ex verbis consecrationis, quibus praesentia realis sub his determinatis speciebus efficitur. Ergo verba requiruntur ad intrinsecam et essentialem constitutionem sacramenti. Atqui non requiruntur ut physice tunc prolata. Ergo ut moraliter permanentia.

239. Corollarium. 1. Ergo communio non est sacramentum, sed applicatio sacramenti ut id gratiam producat.

2. Unde sacramentum Eucharistiae est sacramentum, in quo sub speciebus panis et vini continetur Corpus et Sanguis Christi ad spiritualem animarum refectionem.

240. Obiectiones. 1. Corpus et Sanguis Christi dicuntur esse in sacramento. Atqui si pertinerent ad intrinsecam constitutionem sacramenti, non posset hoc dici. Ergo non pertinent ad eam.

Dist. tuai. Corpus et Sanguis Christi dicuntur esse in sacramento sicut pars in toto, *conc. niai.;* sicut una res in alia adaequate distincta, *nego mai. Contradist. min.* Non posset dici esse in sacramento tanquam in re adaequate distincta, *conc. min.;* tanquam pars in toto, *nego min.* Sic dicitur anima esse in corpore. Nota vocem "sacramentum" in Eucharistia quandoque supponere pro toto composito sacramentali (sicut cum dicitur sacramentum adorari, reservari, portari) ; quandoque vero supponere pro solis speciebus consecratis (sicut cum dicitur sacramentum frangi et alia huiusmodi). Et hoc secundo modo supponit in locutione citata.

2. Verba consecrationis sunt causa efficiens sacramenti Eucharistiae. Ergo ad eius constitutionem intrinsecam non pertinent.

Dist. antec. Verba consecrationis, ut physice prolata sunt causa efficiens Eucharistiae, *conc. antec.;* ut moraliter permanentia, *nego antec. Pariter dist. cons.* Verba consecrationis non pertinent ad constitutionem intrinsecam sacramenti, ut physice prolata, *conc. cons.;* ut' moraliter permanentia, *nego cons.* *

241. Scholion 1. *De sacramento tantum, sacramento et re, re et non sacramento, in Eucharistia.* Innocentius III (D 415) scribit tria distinguenda esse in Eucharistia: *a)* "formam visibilem", scilicet signum sensibile; quod est "sacramentum et non res", seu "sacramentum tantum", suntque species consecratae, *b)* "Veritatem", scilicet Corpus Christi vere praesens; quod est "res et sacramentum". *c)* "Virtutem spiritualem", scilicet effectum in suscipiente; quod est "res et non sacramentum", seu "res tantum".

Per primum significari dicit duo, scilicet et Christum praesentem et sanctificationem animae; *per secundum* significari unum tantum, scilicet sanctificationem animae, aliud vero reapse haberi, scilicet veritatem Christi praesentis, quae significabatur per sacramentum tantum; *per tertium* tandem nihil significari, sed reapse haberi illa duo quae significata fuerant, scilicet et Corpus Christi praesens, et sanctificationem animae.

In hoc documento, de cuius charactere definitorio non constat, continetur doctrina scholasticorum illius temporis, quae a *Summa Sententiarum* desumi videtur [5].

242. Scholion 2. *De unitate sacramenti Eucharistiae.* Quamvis duae sunt species physice diversae, tamen sacramentum Eucharistiae unum specifice dicendum est. Ratio est quia utraque species non constituit nisi unicum signum, utpote quae significent refectionem sacrificalem, qua, ut sacrificalis, nisi per duplicitatem specicrum significari non potest'. Quoad unitatem numericam, aliqua identitas retinenda est, propter identitatem Christi praesentis in singulis particulis consecratis; aliqua etiam diversitas attendi potest ex multitudine particularum. Modum tamen loquendi apud theologos varius est. S.Th., 3 q.73 a.2 '.

243. Scholion 3. *De materia sacramenti Eucharistiae.* S.Th., 3 q.74. *a)* Materia ex qua fit sacramentum Eucharistiae necessario est panis triticeus et vinum de vite. *Haec Ecclesiae Romanae fides,* Armenis in Conc.Florentino proposita (D 698), perpetuo habita est, ut testantur verba Innocentii III (D 414s), professionis fidei Waldensium (D 424), Conc. Lateranensis IV (D 430), Conc.Florentini (D 692 715), Conc.Tridentini (D 877). Quorum documentorum non-

4 Cf. Suarez, *In 3* q.74 disp.42, ct Luco, *Dc Eucharistia* disp.l; ubi-plures aliae explicantur subtiliores quaestiones et difficultates enodantur.

5 *Summa Sententiarum* tr.6 cp.3; ML 176.140; cf. Magister Sententiarum 4 d.8; S.Th., 3 q.73 a.6.

• Inde tamen non sequitur communionem debere esse sub duplici specie ut sit participatio victimae. Ad constituendam enim victimam requiritur duplex species; sed semel ipsa iam constituta, sufficit participatio unius speciei; est enim vere participatio victimae. De communione sub duplici snecm cf. *Conc. Constanticnsc* sess.13 (D 626). *Conc. Tridentinum* sess.21 cp.2 (D 931) et cn.2 (D 935). cum damnationibus "Wicleffitarum ac Hussitarum (D 668) et Luthcri (D 756).

T Cf. SuÂRriz. *In 3* q.73 disp.39 s.3s: Luco, *Dc Eucharistia* disp.2.

nulla expresse addunt, vino modicissimam aquam admiscendam esse, eiusque mysterium explicant (D 416s 441 698 945 956). Panem autem posse valide adhiberi vel azymum vel fermentatum, docent Leo IX (D 350), Conc.Lugduncnse II (D 465), Conc.Florentinum (D 692).

b) Errarunt in tota hac quaestione Artotyritae (panem et caseum adhibentes*), Aquarii ab Ebionitis, Marcionitis et Manichaeis orti (sola utentes aqua), quorum error quandoque a quibusdam Christianis prae simplicitate receptus fuit°. Orientales separati, maxime saec.XI-XII, panem fermentatum defenderunt; quem etiam nunc habent ut necessarium, etsi generatim non propugnant absolutam invaliditatcm panis azymi ".

c) *Traditio SS.Patrum* aperte docet Eucharistiam esse conficiendam in pane ct vino ". Sic in *Didaché* (R 6), S.Iustino (R 128), epitaphio Abcrcii (R 187), S.Irenaeo (R 249), Origene (R 507), S.Cypriano (R 581-584), Eusebio (R 671), S. Ephraem (R 707), S.Athanasio (R 802), S.Cyrillo Hicros. (R 840), S.Gregorio Nysseno (R 1062), S.Ambrosio (R 1340), S.Augustino (R 1519), S.Cyrillo Alexandrino (R 2100), S.Caesario Arelatensi (R 2231), S.Damasceno (R 2371). Mentionem expressam aquae admiscendae faciunt S.Iustinus (R 128), S.Irenaeus (R 240 249), Clemens Alexandrinus (R 410). S.Cyprianus (R 583), S.Ambrosius (R 1340), S.Damascenus (R 2371).

Quae omnia ab eo quod Christus in Coena fecit omnino derivantur. Constat enim Ipsum panem et vinum (probabilius cum aqua) adhibuisse ".

244. Scholion 4. *De forma Eucharistiae.* S.Th., 3 q.78. *a)* Forma, qua Eucharistia fit, sunt "verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum" (Conc.Florentinum pro Armenis: D 698); quae ab eodem Concilio expresse citantur in decreto pro lacobitis (D 715); "quibus in consecratione Corporis et Sanguinis Domini sacrosancta romana Ecclesia, Apostolorum doctrina et auctoritate firmante, semper uti consueverat" (D 715). Nota tamen, certius haberi verba illa esse formam Eucharistiae, quam quod per illa Christus consecraverit. De hac enim quaestione longa fuit theologorum disputatio. Per se enim Christus poterat sine verbis, solo actu suae voluntatis, consecrasse; et postea per illa verba Eucharistiam porrexisse Apostolis. Sic a saec.XH disputatum est, defendentibus aliis Christum sine verbis consecrasse, aliis Eum id fecisse quibusdam verbis secreto prolatis, aliis per illa verba sed silentio dicta, aliis tandem pef illa verba externe prolata. A saec.XIII communior in dies facta est haec ultima sententia, quae hodie communis et certa est, quamvis Concilium Tridentinum nihil de hac re definire voluerit'3. Sed etiam theologi hanc sententiam non defendentes, omnino tenebant haec esse verba nostrae consecrationis. Quae sententia hoc theologorum consensu praecipue probatur, atque ex loco, modo, solemnitate, quibus in omnibus liturgiis ab antiquissimis temporibus verba

8 Cf. S.Epiphanius. *Adversus hacersc* 49.2: MG 41,811.

' Cf S Cyprianus, *Epistola* 63 15: ML 4 385.

10 Cf. Th. Stacie, *Doctrina Theologiae Orientis separati de S.S.Eucharistia* 2,114-125.

11 Harnack, *Brot und Wasser: die eucharistischen Elements bei Justin:* TU 7,2.113-144.

° De tota quaestione cf. Suarelz. *In 3* q.74 disp.44s; Luco, *Dc Eucharistia* disp 4. Brevius Lercher-Danoer. 397ss; Alastruev. 24-52.

83 De hac teologorum disputatione cf. Suarez. *In 3* q.78 <lisp.58 s.1s; Alastruev. 53-56.

illa proferuntur, mirifice confirmatur Illa autem verba magis in concreto determinare, non est huius loci

245. *b)* Sed quaestio hic maxime tractanda est *de epiclesi.* Dicitur autem epiclesis, oral'io liturgica, qua Spiritus Sanctus (nonnumquam Verbum) invocatur, ut panem et vinum convertat in Corpus et Sanguinem Christi. Haec oratio legitur uno vel alio modo in omnibus liturgiis orientalibus[16]. Distinguenda est duplex epiclesis.

Prima, qua solummodo rogatur Deus, ut dona eucharistica benedicat et acceptet, vel ut faciat ea suscipientibus proficere ad salutem. Haec epiclesis late dicta invenitur in antiquissimis liturgicis documentis, ut in Traditione Aposfolica [17], in Testamento Domini[18]; praeterea in multis missis mozarabicis [19], etc. Epiclesis late dicta videtur nihil esse nisi verbalis expressio oblationis sacrificalis (generatim iam factae), quo liturgici sensus magis foveantur; necnon praeparatio ad communionem, quo convivium sacrificale maiore cum fructu participetur.

Secunda epiclesis, stricte dicta, est oratio qua secundum obvium sensum verborum petitur ipsa transsubstantiatio. Haec est epiclesis frecuentior in liturgiis orientalibus, et quidem generatim (quamvis non semper) post verba consecrationis [20]. De hac ergo epiclesi stricte dicta ponitur quaestio: per ipsam invocatur Spiritus Sanctus, ut faciat transsubstantiationem; unde videtur haec supponi nondum peracta. Sed quia iam antea praecesserunt verba consecrationis, aut per haec simpliciter non fit transsubstantiatio, aut certe non per illa sola sed prout coniuncta cum epiclesi. Revera theologi orientales separati iam inde a saec.XIV tenent consecrationem non fieri verb's Domini nisi eisdem adiungatur epiclesis.

Doctrina catholica certa est, epiclesim ad consecrationem faciendam non requiri. Hoc expresse docuit S.Pius X (D 2147a), eratque iam traditum a Clemente VI[21], a Benedicto XIII[22], a Benedicto XIV[23] et a Pio VII [24]. Quod vel inde iam probaretur, quod epi-

[14] Cf. H.LeclErcq. *Messe:* DACL 10.729-750.

[15] Cf. Alastruey, 65-71, qui praecipuas notat controversias in hac re. Maxime disputatur de verbis *Novi et aeterni Testamenti, Mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum;* quae a S.Th., 3 q.78 a.3 dicuntur esse de substantia. Haec Doctoris Angelici verba alii interpretantur "de essentia", alii tantum "de integritate". Vide etiam J B.Umberc. *Die wesentlichen Messopfcrwbrte:* ZkathTh 20 (1926) 73-88; J.Brinktrinê, *Die sakramentale Form der Eucharistie nach der Lehre der abend-und morgenlandischen Vdter:* ThG! 43 (1953) 411-425; *Die ersten Sptiren der Katholischen Lehre von der sakrantentalen Form der Eucharistie:* ib. 44 (1954) 338-351.

[16] Disputatur utrum sit vera epiclesis in liturgia romana, Cf. S.Salavil1S, *Epiclèse eucharistique:* DTC 5,218ss.

[17] "Memores... petimus ut mittas Spiritum Sanctum in oblationem sanctae Ecclesiae; in unum congregans des omnibus qui percipiunt sanctis in repletionem Spiritus Sancti ad confirmationem fidei in veritate ut..." (*Florilegtum Patristicum* 7.1,30).

18 Cf. *Florilegium Patristicum* 7,5,255.

19 Cf. A.Colunga, *La epiclesis en la liturgia mos&rabe:* CiencTom 47 (1933,1) 145-161.289-306.

20 De origine epiclesis stricte dictae plures inventae sunt theoriae, quae videri possunt apud Th.Spâcil, *Doctrina...* 2,193-200.

21 Msi 25.1245s.

22 CL 2.439s.

23 CL 2.197.

24 CL 2,551. De his omnibus Sedis Apostolicae declarationibus cf. Th.SpXcil, *Doctrina...* 2,108-112. Nota rem esse non solum dogmaticam, sed etiam historicam.

clesis stride dida non inveniatur in omnibus liturgiis, ne quidem orientalibus.

Restat ergo inquirendum, quid haec epiclesis tandem significet, cum ad ipsam conversionem eucharisticam efficiendam, ut vidimus, non adhibeatur. Et quidem, iuxta notam stili liturgici proprietatem, mysterium obiective in instanti perfectum, per verba actionesque humanas successive explicandi, epiclesis exponit atque explanat magnum illud mysterium transsubstantiationis iam peractae, quatenus haec prius tributa sermoni operatorio Christi, nunc ufpote sanctificativa Spiritui Sancto tribuatur. Alii tamen aliter explicant[25].

ARTICULUS III

De effectibus sacramenti Eucharistiae

246. Effectus sacramenti Eucharistiae primo et per se considerantur cum sacramentum per communionem sacramentalem recipitur; tunc enim fit applicatio et usus huius sacramenti. Hos effectus docet Conc.Tridentinum sess.13 cp.2 (D 875).

a) Quia sacramentum Eucharistiae est spiritualis animae *cibus,* vitam spiritualem alit et confortat in unione cum Christo, cuius vitam vivimus.

i>) Sed sacramentum Eucharistiae est etiam *antidotum* contra peccata, ideoque liberat a venialibus et praeservat a mortalibus.

c) Est quoque *pignus* futurae gloriae, et hinc non solum in animae beatitudinem, sed et in corporis 'resurrectionem influit.

d) Est tandem *symbolum,* sine dubio efficax, Corporis Christi mystici ; unde mutuam unionem membrorum inter se causât, sicuti unionem membrorum cum Christo Capite perficit.

Hos omnes effectus ideo praecipue habet sacra communio,

25 Cf. LerchEr-Dander. 400-403 et Th.SpXcil. *Doctrina...* 2.148-217. De epiclesi videri possunt: J.Brinktrine. *Zur Entstchung der morgenlandischcn Epiklcses:* Zkath Th 42 (1918) 307-326.483-518; *De epliclesis eucharisticae origine et explicatione:* EphLit 37 (1923) 9-18.49-57.111-116.155-164; *Neue Beitrüge sur Epiklesenfrage:* ThGl 21 (1929) 434-452; H.Connolly. *The meaning of Epiclesis. A reply:* JThSt (1924) 337-364; S.SalavillE. *Spiritus liturgiae orientalis et doctrina de epiclesi in theologia orientali:* Acta V Congr, Velehrad 131-139; P.A.Hoh, *De epiclesi apud Syrochaldcos:* ib. 139-144; B.Botte. *L'Ange du sacrifice et l'épiclèse de la Messe au Moyen Age:* RcchThAncNféd 1 (1929) 285-308; M.JüCiE, *Considérations générales sur la question de l'épielèse:* EchOr 39 (1936) 324-330; A.Colunga. *La cuestiôn dc la epiclesis a la lus de la liturgia mosârabe:* ViencTom 55 (1936,11) 57-62.145-168; MJucie, *De forma Eucharistiae. De epiclesibus eucharisticis* (Romae 1943); B.Schultze, *Zum Problem def Epiklese anlasslich dcr Veroffentlichung eines russischen Theologen:* OrChrPer 15 (1949) 368-404; F.Notscher, *Epiklese in biblischer Beleuchtung:* Bibl 30 (1949) 401-404; M.Gordillo, *Compendium theologiae orientalis* (Romae 1950) 174-184.

quia est *convivium sacrificale,* in quo victima Crucis et altaris participatur. Proprium enim est cuiuscumque convivii sacrifitalis unionem perficere inter fidelem et Deum mediante victima. Sed quia victima hic non est tantum aliquid sacrum ex oblatione et immolatione sacrificii, sed ipse Deus homo, Christus lesus, unio animae cum Deo in hoc sacramento habetur omnino specfalis, per augmentum physicum gratiae et caritatis. Eo tamen ipso anima arcetur a peccato, utpote quod a Deo maxime distet. Rursus, quia in hoc sacrificali convivio illius victimae participamus, quae ad perfectam nostram redemptionem immolata est, sequitur in nobis ex eius participatione pignus vitae aeternae pro anima et pro corpore. Tandem, quia proprium est convivii sacrificalis unionem efficere inter omnes fideles participantes, causatur ex communione etiam mutua unio inter Christianos omnes, qui de uno pane participamus (1 Cor 10,17) '. Haec nunc explanamus singulatim.

Thesis 20. Communio sacramentalis efficit unionem cum Christo quatenus gratiam auget et caritatem excitat, quibus illa unio perficitur.

S.Tit., 3! q.79 a.l; Lbrcher-Dandkr, 407.411 ; Alastrvey, 266-276; Pvic, 255-265.

247. Notiones. Communio dicitur sumptio sacramenti Eucharistiae secundum unam saltem speciem ; quod nihil aliud est nisi participare victimae in sacrificio eucharistico oblatae et immolatae.

Sacramentalis, scilicet formaliter sacramentalis. Nam communio triplex esse potest, iuxta Conc.Tridentinum sess.13 cp.3 (D 881) et cn.8 (D 890) :

a) *Sacramentalis tantum,* qua sacramentum Eucharistiae sumitur sine necessaria dispositione, seu in statu peccati mortalis. Haec communio tantum materialiter dici potest sacramentalis, quatenus recipitur reapse id quod est sacramentum, sed non recipitur ut sacramentum nec eius effectus obtinentur 23

1 Communio est semper et essentialiter participatio victimae sacrificalis, quocumque tempore peragatur. Ideo, etsi commendanda sit communio intra Missam et cum hostiis in eadem Missa consecratis, id tamen tanquam absolute necessarium urgeri non debet; immo erunt adiuncta in quibus contrarium potius ex ipsa mente Ecclesiae suadeatur. Cf. Pius XII, *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 564ss.

3 Statum gratiae requiri ad fructuosam huius sacramenti susceptionem ex 1 Cor ll,28s definit *Conc.Tridentinum·* sess.13 cp.7 (D 880) et cn.ll (D 893). Declaravit praeterea, praecedente peccato mortali, non sufficere statum gratiae obtentum per actum contritionis, sed requiri confessionem sacramental·*'|'

b) *Spiritualis tantum,* qua sacramentum Eucharistiae non sumitur in re, sed tantum in voto et desiderio. Haec communio optimos in anima effectus producit, sed sacramentalis nullo modo dici potest. Sic describitur a Pio XII : Ecclesia cupit ut christiani "votis saltem eam [eucharisticam dapem] sumant ; ita quidem' ut vivida excitata fide, ac demisso reverenter animo Divinique Redemptoris voluntati omnino fidenti, flagrantiore quo fieri possit caritatis studio cum Eodem coniungantur" 3.

c) *Sacramentalis simul et spiritualis,* qua sacramentum re suscipitur ab homine iusto ; qui proinde effectus eius percipit ex opere operato. Haec communio est formaliter sacramentalis, et ideo illa sola sacramentalis dici debet. De hac agimus.

248. Unio cum Christo intelligitur spiritualis coniunctio hominis cum Christo Capite. Haec coniunctio non primo fit per Eucharistiam, sed per gratiam sanctificantem, quae iam supponitur in anima ; sed per Eucharistiam augetur, perficitur et "hac in mortali vita velut ad culmen adducitur" 4.

Gratiam auget, scilicet sanctificantem, et simul cum ea virtutes infusas, maxime caritatem.

Caritatem excitat, scilicet fervorem, caritatis, qui maxime in actibus caritatis consistit. Inde sequitur ex perceptione huius sacramenti quaedam, delectatio spiritualis, seu animi dulcedo eb suavitas. Ideo hic panis de caelo dicitur habere in se omne delectamentum.

249. Adversarii. *Armeni* dicuntur negasse omnem effectum spiritualem Eucharistiae (D 546) °.

250. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Florentinum,* explicans Armenis fidem Ecclesiae Romanae (D 698), dicit: Huius sacramenti effectus est "adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur et membris Eius unitur, consequens est quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur; omnemque effectum, quem materialis cibus et potus quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operetur spiritualem".

Conc.Tridentinum sess.13 cp.2 (D 875) docet sacramentum sumi "tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur et confortentur viventes vita Illius, qui dixit: qui manducat Me,

8 *Encycl. "Mediator Dei":* AAS 39 (1947) 563.
* Pius XII, *Encycl. "Mystici Corporis":* AAS 35 (1943) 202.
5 Cf. quae diximus thesi 7.® nota 3.

et ipse vivet propter Me". Iuxta cp.8 (D 882), Eucharistia est digne eam sumentibus "animae vita, et perpetua sanitas mentis, cuius vigore confortati ex huius miserae peregrinationis itinere ad caelestem patriam" perveniamus.

251. Leo XIII: Eucharistia "cum eam alat sustentetque vitam, cuius ex desiderio tam vehementer laboramus, tum dignitatem humanam (quae tanti nunc fieri videtur) immensum auget. Nam quid maius aut optabilius, quam effici, quoad eius fieri possit, divinae participem consortemque naturae? At enim hoc nobis Christus praestat in Eucharistia maxime, qua evectum ad divina, gratiae munere, hominen^ arctius etiam Sibi adiungit et copulat. Id enim interest inter corporis cibum et animi, quod ille in nos convertitur, hic nos in se convertit... Ex hoc autem praecellentissimo sacramento, in quo potissime apparet quemadmodum homines in divinam inseruntur naturam, iidem habent in omni supernarum virtutum genere incrementa maxima" [6]. De hoc virtutum incremento late disseritur in eadem encyclica: Eucharistia auget fidem, libidinem coercet, spem roborat, paenitentiae sensus excitat, excitata caritate in Deum mutuam caritatem fovet. Ideo hoc sacramentum "tanquam centrum existimandum est in quo vita Christiana, quanta usquam est,, insistit; ceteris quicumque habentur pietatis modi, demum in id ipsum conducunt et desinunt" [7].

Pius XII: "Per sacramentum Eucharistiae fideles... cum divino totius Corporis Capite ineffabili ac divino copulantur vinculo" [8].

252. Nota. Ut ex documentis citatis apparet, effectus Eucharistiae exponuntur ex analogia cum cibo corporali, cuius proprium est sustentare et augere vitam corporalem ex unione et transformatione alimenti in sumentem illud. Sed in hoc divino alimento e converso fit, ut scilicet sumentes spiritualiter uniantur et quodammodo transformentur in ipsum, atque sic eorum vita spiritualis sustentetur et augeatur, cum quadam delectatione ac dulcedine. Sed patet vitam spiritualem per gratiam haberi, et delectabiliter exerceri per fervorem caritatis.

Valor dogmaticus. Effectum communionis esse augmentum gratiae, est *de fide divina et catholica definita,* cum constet ex una parte Eucharistiam producere gratiam (D 849) et ex alia gratiam praesupponi ante eius susceptionem (D 881).

[6] *Encycl. "Mirae caritatis":* ASS 34 (1901-1902) 644s.
[7] *Ib.* 645-651.
[8] *Encycl. "Mystici Corporis":* AAS 35 (1943) 202.

Idem dicendum est de effectu unionis cum Christo, quae iuxta doctrinam tridentinam fit per vinculum gratiae et virtutum infusarum (D 800). Per communionem excitari etiam caritatem actualem, est| *doctrina catholica.*

253. Probatur ex sacra Scriptura. 1 Cor 10,16-21: Communio sacramentalis est convivium sacrificale. Atqui in convivio sacrificali, mediante victima, fidelis unitur cum, Deo. Ergo per communionem sacramentalem fit unio cum Deo.

Io 6,54-59: qui manducat Carnem Christi et bibit Eius Sanguinem, habet vitam aeternam, ideo quia Caro Eius est cibus et Sanguis Eius est potus; et sicut cibus et potus manent in sumente, qui ea sibi unit, simili sed contrario modo qui manducat Carnem Christi et bibit Eius Sanguinem manet in Illo, qui sumentem Sibi unit et per talem unionem vivit etiam in sumente. Unio haec est qualis datur inter membra Corporis et caput, seu inter palmites et vitem (cf. Io 15,4-7); est ergo unio propter quam membra corporis participant vitam capitis et palmites participant succum vitis. Igitur facit ut ex unione cumi Christo Eius vitam ampliori modo participemus.

254. Probatur ex traditione, a) *SS.Patres docent unionem cum Christo fieri ex communione sacramentali*: per eam fidelis fit membrum Christi: S.Irenaeus (R 249), S.Augustinus (R 1524); fit concorporeus et consanguineus Eius: S.Cyrillus Hieros. (R 843 845); commiscetur cum Carne Christi: S.Chrysostomus (R 1166 1180); transmutatur in Ipsum: S.Gregorius Nyssenus (R 1035), S.Augustinus (R 1953); Christus est in illo et ille in Christo: S.Hilarius (R 870); gerit Ipsum ex unione cum Eo: S.Leo M. (R 2206); fit particeps naturae divinae: S.Damascenus (R 2371); habet unionem cum Eo, sicut cera liquefacta cum alia cera: S.Cyrillus Alexandrinus (R 2116). Pulcherrime S.Augustinus: "O sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum caritatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat, incorporetur, ut vivificetur" (R 1824).

b) *SS.Patres docent per communionem augeri vitam animae:* per eam anima saginatur: Tertullianus (R 362), S.Gregorius Illiberitanus0; sanctificatur: Clemens Alexandrinus (R 410); fit particeps vivificae et sanctificantis virtutis Christi: S.Cyrillus Alexandrinus (R 2101); habet salutem spiritualem: S.Augustinus (R 1652); habet vitam;

Tractatus Origcnis 17 (cô.BatiFFOl/Wiemart, 187s).

S.Ephraem (R 707); vivit: S.Augustinus (R 1824); multiplici ratione vivit: S.Basilius (R 916).

c) *SS.Patres loquuntur de augmento caritatis actu-alis atque fervoris per eam*: S.Cyprianus docet, per communionem tolli memoriam veteris hominis, fieri oblivionem conversationis pristinae saecularis et pectus divinae indulgentiae laetitia resolvi[10]. S.Ambrosius explicat: per illam "fidelium inebriatur affectus, ut laetitiam induat de remissione peccatorum, curas saeculi huius, metum mortis, spjjicitudinesque deponat"[11].

255. d) "*IMurgia* augmentum vitae supernaturalis seu *gratiae sanctificantis* testatur, quoties Eucharistia celebratur ut panis vivus et vitalis, vere panis filiorum, ut immortalitatis alimonia, cuius temporalis perceptione praefiguratur divinitatis sempiterna fruitio; ut caelestis vitae munus, aeternitatis auxilium, cuius sumptione ad redemptionis aeternae proficiamus augmentum. Eucharistia est nobis pignus salutis aeternae, quo accepto utique debemus sic tendere congruenter, ut ad eam pervenire possimus"[12].

e) Quoad *caritatem actualem,* quae in fervore vitae Christianae apparet, "*lilurgia* Eucharistiam celebrat ut cibum viatorum ac panem filiorum, quo bonus Pastor nos mortales pascit ac tuetur, ut viaticum quo animam| agonizantem custodit ab hoste maligno et perducit in vitam aeternam; ut sacramentum, quo refecti Deo placitis moribus deservire valemus; ut perpetuae salutis auxilium, quo fides semper vera proficiat, quo purificamur et munimur, quo quidquid in nostra mente vitiosum est curetur; ut mysterium, cuius participatione doceamur terrena despicere et amare caelestia; ut sacrosancta mysteria, pro reparationis nostrae munimine collata, quae et praesens nobis remedium sint et futurum ;) ut panem de caelo omne delectamentum in se habentem: O quam suavis est, Domine, spiritus tuus, qui, ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavissimo de caelo praestito, esurientes reples bonis, fastidiosos divites dimittens inanes. Omnia fere comprehendens Ecclesia rogat, ut mentes nostras et corpora possideat doni caelestis operatio, ut non noster sensus, in nobis, sed iugiter eius praeveniat effectus"[13].

'° *Epistola* 63,11: ML 4,394.
« *In Ps.llS* serm.15,28: ML 15,1494.
13 Lercher-Dander, 408,11.
M Lercher-Dander, 409,11.

256. Ratio theologica, *a)* Sacramentum Eucharistiae datur per modum cibi et potus. Atqui propria ratio cibi et potus est ut conferatur ad nutrimentum et augmentum vitae. Ergo sacramentum Eucharistiae datur ad nutrimentum et augmentum vitae spiritualis. Atqui hoc habetur per gratiam et caritatem. Ergo per ipsum augentur gratia et caritas[14].

b) FIoc augmentum vitae confert cibus per quandam intimam unionem et assimilationem cum manducante. Ergo etiam. Eucharistia faciet augmentum gratiae et caritatis per quandam intimam unionem et assimilationem cum communicante. Atqui talis unio nequit esse transformatioi cibi in communicantem. Ergo erit transformatio communicantis in Christum, scilicet per amorem.

c) Cibus etiam delectat manducanti. Ergo Eucharistia similem delectationem spiritualem producere debet. Atqui talis delectatio in ordine spirituali inde habetur quod actus huius vitae cum suavitate et facilitate exerceantur per fervorem caritatis actualis. Ergo hic fervor caritatis est effectus huius sacramenti[1B].

257. Scholion 1. *De tempore quo hi effectus producuntur.*

d) Augmentum gratiae et caritatis habitualis producitur in ipso momento sumptionis; tunc scilicet quando vere dici potest homo manducasse Corpus Domini[M].

b) Hi autem effectus non maiores sunt, ceteris paribus, ex eo quod plures hostiae sumantur, aut communicetur sub utraque specie ''.

c) Si durante praesentia sacramentali in communicante, hic magis sese disponit, valde probabile est augeri etiam in eo hunc effectum '',

d) Augmentum caritatis actualis confertur per speciales gratiae motiones, quae impediri possunt per affectum ad peccata venialia (utpote qui maxime contrarius sit fervori caritatis), vel per dispositiones suscipientis minus consentaneas attentioni et devotioni. "Dictum est quod effectus huius sacramenti non solum est adeptio habitualis gratiae vel caritatis, sed etiam quaedam actualis refectio spiritualis dulcedinis. Quae quidem impeditur, si aliquis accedit ad hoc sacramentum per peccata venialia mente distractus" (S.Th., 3 q.79 a.8).

258. Scholion 2. *De unione nostri corporis cum Christo in communione.* Ex praesentia reali Christi resultat (non quidem ut

" Cf. Suarez. *In 3* q.79 disp.63 s.1 n.2

13 Cf. Sl'ÂrAz. *In 3* q.79 disp.63 s.9 n.2; M.Ebcurdia, *Conclusiones dc la teolonia catdlica sobre lo Eucaristla como sacramento de uniin:* CongrlnternEuc (1952) 22S-231.

IA Cf. SuarEz, *In 3* q.79 disp.63 s.4.

11 Cf. SuArEz. *In 3* q.79 disp.63 s.Ss.

" Cf. Suârez, *In 3* q.79 disp.63 s.7. Hinc patet momentum actionis gratiarum post communionem. Cf. Ptus XII, *Encycl. "Mediator Ilei":* AAS 39 (1947) 566ss.

effectus, sed ut usus sacramenti) quidam confactus vel propinquitas Corporis Christi cum nostro corpore, mediantibus speciebus. Haec tamen proprie nulla est vera unio physica aut materialis, nec quidquam addit supra effectus unionis spiritualis. Ratione tamen ipsius, Christus dici potest nobis magis uniri, quia vere ac proprie infra suscipientem constituitur et quasi quodam corporali amplexu comprehenditur. Hinc durante praesentia sacramentali, Christus excitat suscipientem ut Eum diligat et affectu complectatur; et ipsa etiam finita, moralis quaedam habitudo remanet inter Christum et suscipientem, qui ratione illius contactus speciali titulo censetur esse quasi aliquid Christi, cuius Christus specialem curam habeat etiam quoad corpus. Quae unio, sic intellecta, vocari potest non quidem physica, sed mystica, etsi fundata aliquo modo in vinculo corporali; et explicari quodammodo potest per quandam affinitatem, qua Christus Sponsus considerat carnem digne communicantis speciali tifulo ut carnem suam. Unde fit quod eam carni suae incorruptibili et glorificatae conformet, ut postea videbimus, nunc per diminutionem concupiscentiae, deinde per resurrectionem finalem".

Thesis 21. Per communionem sacramentalem a peccatis venialibus liberamur et a mortalibus praeservamur; nostra quoque concupiscentia minuitur.

S.Th., 3 q.79 a.4 et 6; Lercher-Dander, 411; Alastruey. 279-291.

259. Notiones. Liberamur, id est communio sacramentalis dat remissionem peccatorum venialium.

Praeservamur, id est communio sacramentalis non quidem dat remissionem peccatorum mortalium (per se), sed facit ut anima facilius resistat tentationibus, ac proinde longius sit a peccato mortali committendo.

Concupiscentia intelligitur omnis motus inordinatus appetitus sensitivi; praecipue autem libido.

Minuitur, id est mitigatur, pacatur. Non tamen unquam perfecte tollitur.

260. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess.13 cp.2 (D 875): Eucharistia sumitur "tanquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur". In cn.5 (D 887) indirecte docetur Eucharistiam remittere aliqua peccata.

Leo XIII: Eucharistia est remedium pro cupiditate voOuptatum. "Nam omnium *primum,* augendo caritatem, libidinem coercet; ait enim Augustinus: nutrimentum eius [caritatis] est imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas. *Prae-*

a® Cf. SuArEZ, *In 3* q.79 disp.64 s.3; Vazquez, *In 3* disp.204; Lugo, *De Eucharistia* disp.12 s.5 n.9; TolEtus, *In loannis Evangelium* cp.6 ann.29 et cp.17 ann.23; Franzelin, *De Eucharistia* 337s; Alastrvey, 295-299.

terea castissima lesu Caro carnis nostrae insolentiam comprimit, ut Cyrillus monuit Alexandrinus: Christus enim exsistens in nobis sopit saevientem in nobis carnis legem. *Quin etiam,* fructus Eucharistiae singularis et iucundissimus est quem significavit propheticum illud: quid bonum Eius [Christi] est, quid pulchrum Eius, nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines?, videlicet sacrae virginitatis forte et constans propositum, quod vel diffluente divitiis saeculo, latius in dies uberiusque in catholica Ecclesia florescit: quanto quidem ubique cum religionis ipsiusque humani convictus emolumento et ornamento est probe cognitum"

S.Pius X: Christus desiderat "ut christifideles per sacramentum Deo coniuncti, robur inde capiant ad compescendam libidinem, ad leves culpas quae quotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata, quibus humana fragilitas est obnoxia, praecavenda" (D 1981).

261. Valor dogmaticus. Effectum sacramenti Eucharitiae esse liberationem a peccatis venialibus et praeservationem a mortalibus, est *de fide divina et catholica definita* in Tridentino. Esse quoque mitigationem concupiscentiae, est *doctrina catholica.*

262. Probatur ex traditione. S.Ephraem expresse affirmat: "Qui cum fide manducat panem in nomine meo sanctificatum, si purus sit, purus conservatur; Si peccator, condonatur" (R 707). S.Chrysostomus: "Hic sanguis digne acceptus daemones procul pellit, angelos ad nos advocat, ipsum Angelorum Dominum... Hoc abluitur anima, hoc ornatur, hoc incenditur; hic'igne splendidiorem mentem nostram reddit; hic sanguis effusus caelum pervium fecit"®. Et alibi: "Quomodo ergo poterimus ab hac peste [irae] liberari? Si illam potionem bibamus, quae possit intus positos vermes serpentesque extinguere. Et quodnam, inquis, istud est poculum, quod eam vim habeat? Pretiosus Christi Sanguis, si cum fiducia sumatur"3. S.Ambrosius: "Qui vulnus habet, medicinam requirit; vulnus est, quia sub peccato sumus; medicina est caeleste et venerabile sacramentum"*. S.GrECorius Nyssenus: Eucharistia est medicamentum ad expellendum venenum animae'. S.Hieronymus: "Qui frumentum est electorum, si-

1 *Encycl. "Mirae caritatis":* ASS 34 (1901-1902) 646.
2 *In lôannetn* Jiom.46,3: MG 59,261.
3 *In Matthaeum* hom.4,9: MG 57,50.
4 *De sacramentis* 5,4.25: MI/ 16,471.
5 *Oratio catechetica* 37: MG 45,94.

ve iuvenum, ipse est et vinum quod laetificat cor hominis et bibitur ab his virginibus, quae sunt sanctae et corpore et spiritu, ut inebriatae atque gaudentes sequantur Ecclesiam" e.

Similia habemus in *Liturpia.* Ecclesia orat ut sacramentum Eucharistiae nos "a propriis reatibus indesinenter expediat" 7, ut nobis "purificationem conferat"8* "expiationem tribuat et munimen" °; "ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta" 10.11

263. Ratio theologica, a) Peccata venialia : Per alimentum id restauratur quod continuo in corpore deperditur per processum vitalem. Ergo aliquid simile fit per communionem in vita spirituali. Atqui in hac vita peccata venialia continuo minuunt fervorem caritatis, in qua vita ipsa spiritualis consistit. Ergo per communionem remittuntur peccata venialia.

Hic effectus *producitur* ex opere operato per infusionem gratiae sacramentalis. Nullam ergo aliam specialem dispositionem exigit in suscipiente, nisi status gratiae et absentia affectus actualis ad illud peccatum veniale quod remittitur. Unde talis effectus non solum producitur indirecte, excitando scilicet fervorem caritatis, sed etiam directe et immediate delendo ipsam maculam peccati ",

b) Peccata mortalia : Peccatum mortale est mors vitae spiritualis. Ergo praeservatio ab illo fit sicut praeservatio a morte corporali, quae fit per cibum roborantem et medicinam sanantem atque per arma defendentia ab adversariis exterioribus. Ergo similiter praeservamur a peccato mortali. Atqui Eucharistia est cibus roborans per augmentum caritatis et gratiae, est medicina sanans per deletionem peccatorum venialium, et denique est signum passionis Christi per quam victi sunt daemones. Ergoi per Eucharistiam praeservamur a peccato mortali. Cf. S.Th., 3 q.79 a.6.

Haec praeservatio *fit primo* quatenus sacramentum Eucharistiae confert abundantiam gratiae sanctificantis; *secundo,* quatenus per augmentum caritatis habitualis anima magis delectatur spiritualibus et minus sensibilis fit temporalibus et

• *In Zachariam* 9,15s: ML 25,1489.
' *Misja in foria VI p Dontinicam IV Quadragesimae.*
8 *Missa in Dominica IX p.Pentecosten.*
• *Missa in Dominica XII p.Pentccostcn.*
10 *Oratio post communionem celebrantis.*
11 Sic cum multis aliis Suarez, *In 3* q.79 disp.63 s.10 n.2. Negat tamen cum aliis Luco, *De Eucharistia* disp.12 s.4 n.83s; *Dc poenitentia* disp.12 s.4 n.83s. Cf. AlastruEy. 284. De hoc effectu Eucharistiae vide etiam G.Rambalüi, *Santa- Communione c peccati veniali:* ScuoCatt 76 (1948) 145-155.

carnalibus : *tertio,* quatenus praesentia Christi victimae fugat daemones, sicut eos fugavit in Cruce per suam mortem; *quarto,* quatenus concupiscentia ipsa minuitur, ut statim videbimus u.

264. C; Concupiscentia : *Primo,* ut dicit S.Augustinus, "nutrimentum eius [caritatis] imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas" [13] [14] Atqui sacramentum Eucharistiae auget caritatem. Ergo minuit cupiditatem, seu concupiscentiam. Cf. S.Th., 3 q.79 a.6 ad 3. Sequelas corporales fervoris caritatis animae sic describit Lugo: "sequitur quaedam cordis quasi iubilantis palpitatio, vultus laetitia, coloris vivacitas, oculorum modestia, linguae refraenatio, maturitas incedendi, totius corporis reformatio et omnis externi gestus modesta venustaque ordinatio" Quae omnia, quam longe sint ab imagine personae concupiscentiae indulgentis, patet.

Secundo, ex convivio eucharistico quaedam resultat familiaritas amicalis inter fidelem et Christum. Ergo etiam maior in illo notitia rerum spiritualium et maius lumen ad indicandum de his (maior enim cognitio amicorum inter se ex ipsa amicitia resultat: cf. Io 15,15). Atqui per hoc lumen pravi motus ac tentationes concupiscentiae minuuntur et sopiuntur. Ergo concupiscentia minuitur [15].

Tertio, ex eadem amicitia resultant pii et boni affectus in voluntate communicantis. Atqui per illos pios affectus sopiuntur pravi affectus concupiscentiae et voluptatis. Ergo etiam sic minuitur concupiscentia. Haec autem redundantia intenditur a Christo ex ipsa institutione huius sacramenti, cuius est unionem amoris efficere cum Illo.

Quarto, pie et probabiliter addi potest, sacramentum Eucharistiae in ipsum corpus communicantis influere, non quidem aliquam ei qualitatem supernaturalem conferendo, sed corporale elementum concupiscentiae moderando atque ardorem libidinis paulatim extinguendo [16].

Ergo dicendum est "ratione huius sacramenti conferri hanc fomitis moderationem per specialia Dei auxilia et extrinsecam providentiam seu gubernationem; per quae fit primum, ut in homine excitentur cogitationes et affectus ad eum finem valde accommodati; deinde, ut tollantur occasiones extrinse-

33 Cf. Lugo, *De Eucharistia* disp.12 s.4 n.85ss

13 *De diversis quaestionibus 83* q.36,1: ML 40,25.

14 *De Eucharistia* disp.12 s.5 n.99.

15 Cf. Lugo, *De Eucharistia* disp. 12 s.14 n.86.

16 Cf. Suarez, *In 3* q.79 disp.64 s.1 n.5; Lugo, *De Eucharistia* disp.12 s.4 n.87.

cae, quae pravos motus in homine movere possunt, et illae potius offerantur quae omnem temperantiam ac moderationem afferant; denique, ut arceantur daemones, ne fomitis incendium augeant”[17].

265. Scholion 1. *Utrum sacramentum Eucharistiae aliquando producat gratiam ptimam.* Sacramentum Eucharistiae non producere per se primam gratiam, inde patet quod sit sacramentum vivorum, supponens in recipiente statum gratiae, qui illud recipiat “sacramentaliter simul et spiritualiter”. Sed quaeritur utrum illam per accidens in aliquo determinato casu producat. Casus est hominis in statu peccati mortalis communicantis, qui tamen bona fide communicat putans se statum gratiae habere et requisita gaudere dispositione. Quaeritur ergo, utrum in hoc casu communicans recipiat gratiam primam, id est gratiam, quae ipsi infundatur simul cum remissione illius peccati quod habet.

Respondet Suarez cum aliis pluribus affirmative. Tum quia sacramenta dicuntur producere gratiam omnibus non ponentibus obicem, tum quia sacramentum hoc speciatim continet Christum fontem et auctorem gratiae et vitae spiritualis, quem verisimile est illam conferre velle homini non indisposito “. Quae sententia probabilis est' et defendi potest, dummodo supponatur in communicante simul cum bona fide vera aliqua et supernaturalis attritio, sine qua impossibile est remitti peccatum. Negative tamen respondent Vâzquez et Lugo ».

Scholion 2. *De remissione poenarum, ut effectu sacramenti Eucharistiae.* Iuxta doctrinam S.Thomae 3 q.79 a.5, remissio poenarum temporalium est effectus sacramenti Eucharistiae, non directe ex vi sacramenti, sed indirecte ex quadam concomitantia, cum producat augmentum caritatis, ex cuius fervore sequitur remissio non solum culpae sed etiam poenae ; huius quidem secundum mensuram devotionis et fervoris.

Hinc sacramentum Eucharistiae non habet effectum ex opere operato nisi in solis sumentibus illud ; cf. S.Th., 3 q.79 a.7. Si enim aliquem haberet, ille esset maxime remissio poenae temporalis. Cum ergo pii fideles communionem offerunt pro aliis vivis vel defunctis, non offerunt illis aliquem fructum ex sacramento perceptum ex opere operato, sed meritum et satisfactiones, quae ipsa communio habet' ex opere operantis. Est enim opus bonum virtutis religionis, in gratia factum, specialiter satisfactorium et meritorium propter fervorem caritatis quem excitat, et propter unionem cum Christo quem realiter praesentem continet ».

” Suârbz, *ib.*
” Suârez. *In 3* q.79 disp.63 s.1 n.lOs.
” VAzquiJz. *In 3* q.79 disp.205 cp.4s; Luco, *De Eucharistia* disp.12 e.2.
“ Cf. SdÀRBZ, *In 3* q.79 disp.63 s.10 n.3s.

Thesis 22. Sacramentum Eucharistiae est sacramentaliter illud suscipientibus pignus vitae aeternae.

S.Th., 3 q.79 a.2; LERCHKr-DandEr, 412; AlastruFy, 276ss.292ss; Filograssi, 338s.

266. Notiones. Pignus est id quod datur tanquam obiectivum signum pretii postea solvendi. Talem dicimus communicantibus esse Eucharistiam respectu vitae aeternae.

Vita aeterna est gloria caelestis, quae, ut perfecta sit qualem nobis redemptio Christi meruit, includit glorificationem animae et corporis, ac proinde huius resurrectionem. Utrumque affirmamus haberi tanquam in pignore in communione.

267. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess. 13 cp.2 (D 875): “pignus praeterea esse voluit futurae nostrae gloriae et perpetuae felicitatis”. Cp.8 (D 882) docetur Eucharistiam esse panem spiritualem “cuius vigore confortati [fideles] ex huius miserae peregrinationis itinere ad caelestem patriam pervenire valeant”.

Leo XIII: “Augustum Eucharistiae sacramentum beatitatis et gloriae causa idem et pignus est, idque non animo tantum, sed etiam corpori. Cum enim *animos* caelestium bonorum copia locupletet, tum iis perfundit suavissimis gaudiis, quae quamlibet hominum aestimationem et spem longe superent; in adversis rebus sustentat, in virtutis certamine confirmat, in vitam custodit sempiternam, ad eamque tanquam instructo viatico perducit. *Corpori* autem caduco ac fluxo Hostia illa divina futuram ingenerat resurrectionem; siquidem corpus immortale Christi semen inserit immortalitatis, quod aliquando erumpat. *Utrumque* istud et animo et corpori bonum inde obventurum, Ecclesia omni tempore docuit, Christo obsecuta affirmante: qui manducat...”[1]

Innocentius XI damnavit errorem dicentium per excessum, communionem frequentem esse notam praedestinationis in his qui vivunt tanquam gentiles (D 1206).

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

268. Probatur ex sacra Scriptura. Io 6,48-59. Ex occasione comparationis cum manna, promittit Christus panem vivum Se daturum, id est suam Carnem et Sanguinem suum sub specie panis et potus in Eucharistia. Et quidem manna

1 *Encycl. “Mirae caritatis”:* ASS 34 (1901-1902) 647.

non fuit *vere* panis vitae, quia manducantes illum mortui sunt Eucharistia autem erit *verus* panis vitae, panis vivus et vivificans, quem qui gustaverint non morientur, id est vivent in aeternum. Hanc vero vitam aeternam, quam Eucharistia in manducantibus eam producit, ulterius explicat. Illa enim continet et vitam *quae in aeternum est,* quae nunquam desinet per mortem, et vitam *quae dentia dabitur* post mortem, per resurrectionem. Prima est vita spiritualis ; secunda est vita corporalis. Utramque ergo producit sacramentum Eucharistiae, sed diverso modo. *Primam* ita producit, ut conservet, ut foveat, ut augeat vitam in anima iam exsistentem; at eam coinservet non quomodocumque, sed in aeternum. *Secundam* vero ita producit, ut eam restauret postquam per mortem amissa est ; restauret autem perpetuo duraturam in aeternum. Ergo communicans accipit in ipso sacramento obiectivum quoddam signum vitae aeternae quoad animam, et resurrectionis perpetuae quoad corpus; quod verum'signum est, utpote fundatum in ipsa promissione Christi, quae praeteriri non poterit.

269. Probatur ex traditione, a) *SS.Patres* dicunt Christum, dando cibum et potum Eucharistiae, dedisse nobis vitam aeternam : *Didaché* (R *7) ;* adeo ut timendum sit de salute aeterna illius qui non communicaverit: S.Cyprianus (R 559). Ideo Eucharistiam vocant "pharmacum immortalitatis, antidotum ne moriamur" :,S.Ignatius (R 43).

i>) SS.Patres docent per unionem cum Christo hominem esse participem incorruptionis : S.Gregorius Nyssenus (R 1035) ; quia Eucharistia inserit nobis "veluti quoddam semen immortalitatis", omnem corruptionem arcens: S.Cyrilius Alexandrinus 2. Affirmant carnem ex Eucharistia fieri capacem vitae aeternae: S.Irenaeus (R 249); corpora percipientia Eucharistiam "iam non esse corruptibilia, spem resurrectionis habentia" : S.Irenaeus (R 234) ; resurgent enim, sicut surgit granum tritici in terra sepultum: S.Irenaeus (R 249).

c) Ideo in genere dicunt Patres nobis in Eucharistia bonam de futuris afferri spem: S.Chrysostomus3.

d) Ecclesia orat in *liturgia·.* "Fac nos quaesumus, Domi-* ne, divinitatis tuae sempiterna fruitione repleri, quam pretiosi Corporis et Sanguinis tui temporalis perceptio praefigu-

- *ht loannem* 4,2 (6,55): MG 73,582.
5 *In loannem* honi.46,3: MG 59,261.

rat"4;* et petit ut per communionem "et corporum praesens pariter et futurum capiamus auxilium"2; dicitque communicanti: "Corpus Domini Nostri lesu Christi custodiat animam tuam [custodiat te] in vitam aeternam". Ideo canit Ecclesia: "O sacrum convivium, in quo... futurae gloriae nobis pignus datur" e.

270. Ratio theologica, a) Cibus corporalis intrinsece ordinatur ut' perducat hominem ad statum perfectum. Ergo similiter Eucharistia in vita spirituali. Atqui status perfectus vitae spiritualis est vita aeterna. Ergo Eucharistia ordinatur in vitam aeternam praestandam 7.

b) Ratione communionis fit specialis coniunctio nostrae carnis cum Carne Christi, et quaedam quasi affinitas inter utramque, ex qual Christus illam carnem velut propriam considerat (cf. supra n.258). Ergo Christus illam carnem conformabit exemplari propriae suae Carnis. Ergo illam resuscitabit in gloria 8.

Thesis 23. Ex communione sacramentali mutua unio membrorum Ecclesiae augetur.

Lercher-Daxder. 414s; Ai.astruey, 270ss; Filocrassi, 336s.

271. Notiones. Mutua unio, scilicet quae intercedit inter membra Corporis Christi mystici, prout talia, sub Christo Capite.

Augetur, scilicet non primo incipit esse, cum iam habea-» tur quodammodo ideo quia sunt membra eiusdem Corporis; sed roboratur et firmior fit, atque expeditior ut melius im actibus caritatis exerceatur.

272. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Lateranense IV* (D 430) docet sacramentum Eucharistiae dari "ad perficiendum mysterium unitatis".

Conc.Florentinum in decreto pro Armenis (D 698) expli-

4 *In Missa votiva SS.Sacramenti.*
6 *Missa in. Do-ntinica XPI p Pentecosten.*
e *Antiphona in 2 vesperis festi SS.Corporis Christi.*
7 Cf. Luco, *De Eucharistia* disp.12 s.4 n.89.
8 Cf. J.B.Franzelin, *Dc Eucharistia* (Romae 1932) 338. Sic probatur resurrectio corporis ut effectus Eucharistiae, non solum ex generali ratione (quia scilicet resurrectio corporis redundat ex gratia sanctificante animae beat'ficatarl. sed ex ratione omnino speciali pro hoc sacramento. SuArEz *(In* 3 q.79 disp.64 s.2) id explicat per solum novum titulum ad resurrectionem, ad quam iam ex gratia habebatur ius. Sed Luco *(De Eucharistia* disp.12 s.5 n.107s) vult idem explicare non solum per novum titulum, sed per speciale augmentum gratiae et per peculiaria auxilia quae dantur praecise ex intentione resurrectionis corporalis ct in ordine ad illam.

cat quomodo in hoc sacramento fiat "adunatio hominis ad Christum", per augmentum' gratiae, qua "homo Christo incorporatur et membris Eius unitur".

Conc.Tridentinum sess.13 cp.2 (D 875) ponit inter effectus sacramenti Eucharistiae, quod ipsum sit "symbolum unius illius Corporis, cuius Ipse Caput exstitit, cuique nos tanquam membra, arctissima fidei, spei et caritatis connexione adstrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata". Quibus verbis, etsi in recto sermo sit de unione cum Christo Capite, designatur etiam unio mutua inter membra Corporis mystici. Quam unionem distinctius explicat Concilium in cp.8 (D 882), vocans Eucharistiam "unitatis signum", "vinculum caritatis", "concordiae symbolum, in quo omnes christiani debent convenire et concordare". Quia "Salvator noster in Ecclesia sua [Eucharistiam] tanquam symbolum reliquit eius unitatis et caritatis, qua Christianos omnes inter se coniunctos et copulatos esse voluit", ut in decreti prooemio dicitur (D 873a).

273. Leo XIII: "Hoc igitur Christus voluit, cum augustum hoc sacramentum institueret, excitanda caritate in Deum, mutuam inter homines fovere caritatem. Haec enim ex illo, ut perspicuum est, suapte natura exsistit et sua veluti sponte effunditur; neque vero fieri potest, ut ulla ex parte desideretur, quin imrno incendatur et vigeat oportet, si Christi erga ipsos caritatem perpendent in hoc sacramento; in quo, ut potentiam suam et sapientiam magnifice patefecit, sic divitias divini sui erga homines· amoris velut effudit... Adde, quod vel signa ipsa, quibus huiusmodi constat sacramentum, per opportuna coniunctionis incitamenta sunt..."[1]

S.Pius X: "Cum huius mensae, quae symbolum, radix atque principium est catholicae unitatis, promiscuam esse omnibus fiidelibus communicationem volumus, pronum est debere inter ipsos crescere animorum' concordiam; quoniam unus panis, ait Apostolus, unum corpus multi sumus, omnes qui de imo pane participamus"[2].

Pius XII: "Eucharistiae vero sacramentum, dum vivida et mira prorsus unitatis Ecclesiae imago exsistit (quandoquidem consecrandus panis ex multis granis oriens in unum coalescit), nobis ipsum supernae gratiae auctorem impertit, ut illum ex eo caritatis spiritum hauriamus, quo non iam nostram, sed

1 *Encycl. "Mirae caritatis"*: ASS 34 (1901-1902) 648s.
' *Const.Apost. "Tradita ab antiquis"*, de SS.Eucharistia promiscuo ritu sumenda: AAS 4 (1912) 615.

Christi vitam vivere iubeamur, et in omnibus socialis sui corporis membris Redemptorem ipsum diligamus''[3].

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

274. Probatur ex sacra Scriptura. 1 Cor 10,17: *quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.* Diximus supra n.82, duplicem esse huius textus expositionem. Prima est: quia nos in nostra multitudine sumus unus panis, unum Corpus, eo quod omnes unius eiusdemque panis participamus. Secunda est: quia unus est panis, ideo nos, etsi multi, unum tantum corpus sumus, eo quod omnes unius eiusdemque panis participamus. Haec secunda expositio melior videtur. Sed argumentum nostrum ex utraque eodem modo procedit. Semper enim causa unionis inter christianos communio unius eiusdemque panis eucharistici invenitur [4] [5]

275. Probatur ex traditione, a) *SS.Patres* dicunt Eucharistiam esse mysterium unionis Christianorum in uno corpore: S.Augustinus (R 1524); quod mysterium nobis commendat ex unitate panis: S.Augustinus (R 1519) [6].

b) Symbolum unitatis inveniunt SS.Patres in ipso pane, ex multis granis tritici facto, et in ipso vino, ex multis acinis expresso. Sic iam in *Didaché* (R 6s), S.Cypriano ®, *Euchologio Serapionis* [7], S.Chrysostomo (R 1194), S.Augustino (R 1824) [8] [10]

c) Unum panem dant Patres tanquam rationem unionis christianae: S.Ignatius (R 43 56); ideo Eucharistia est "signum unitatis" et "vinculum caritatis": S.Augustinus (R 1824).

d) Ipse Christus unitur nobis in Eucharistia ut mutuo uniamur: S.Chrysostomus (R 1166); quia communicantes fiunt concorporales non solum Christo, sed etiam inter se: S.Cyrillus Alexandrinus [9].

e) Ecclesia orat in *liturgia*: "ut quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes"[10]. In Eucharistia

3 *Encycl. "Mystici Corporis"*: AAS 35 (1943) 233.
4 Cf. F.Puzo. *La unidad de la Iglesia en fttnciôn de la Eucaristia*: Congr. InternEuc (1952) 1,458-471.
5 Cf. P.BKrtocchi, *Il simbolismo ccclcsiologico dcITeucaristia in Sent'Agostino* (Bergamo 1938); cf. II.IJouESSE, *Le symbolisme eucharistique:* AηηTIι 12 (1952) 191-203.
6 *Epistola* 69,5: MI, 4,1141.
7 Cf. *Florilegium Patristicum* 7.1.62.
8 Hunc symbolismum commemorat S.Tn . 3 q.74 a.l.
9 *In Ioanncm* 11 (17,11): MG 74,515-518.
10 *Missae in Sabbato Sancto, in Dominica Resurrectionis, in feria II p.Pascha.*

videt "unitatis et pacis dona mystice designata"H. Signum efficax unionis est pro Ecclesia ipsa communio: "haec tua, Domine, sumpta sacra communio, sicut fidelium in Te unionem praesignat, sic in tua Ecclesia unitatis, quaesumus, operetur effectum" 12.

276. Ratio theologica. Qui communicat unitur speciali modo cum Christo Capite tanquam membrum Eius. Ergo unitur in ipso Corpore cum aliis membris eiusdem.

Patet unionem hanc fieri per augmentum caritatis, non tamen utcumque, sed quia hoc sacramentum ad istum finem obtinendum institutum est. Id autem maxime apparet, tum ex symbolism» panis et vini, tum ex ratione cibi et potus. Illa enim ex multis unum fiunt; haec vero transformantur in manducantem, etsi in sacramento transformatio fiat communi·» cantis in Christum 13.14

Tandem considerari potest etiam ratio convivii sacrificalis. In illo enim fit professio unius religionis, unius fidei, unius vitae spiritualis inter omnes qui participant.

277. Scholion. *De effectibus sacramenti Eucharistiae ut est secramentum permanens.* Praesentia realis Christi permanens in Ecclesia nequit non esse fons et origo multorum bonorum pro ipsa et pro fidelibus. Ideo dicitur Eucharistia "centrum totius vitae Christianae" M. Ex ipso enim dimanant et specialis devotio ac religio in fidelibus, et singulares gratiae actuales, quibus virtutes nostrae augentur et foventur, et peculiaris erga Christianos providentia divina contra pericula et tentationes defendens.

Alia quaestio est, utrum Eucharistia sit causa universalis omnium omnino gratiarum, quae a Deo conceduntur hominibus. Quod certe difficile admitti posse videtur, si de causalitate aliqua efficiente et proprie dicta sermo sit

,x *Missa in ferta* 7IZ *p.Pascha.*

12 *Missa ad tollendum schisma.*

18 Symbolismus spccicrum unionem saltem significat prout a Christo realiter praesente immediate effectam ex aucto vinculo caritatis. Utrum illam etiam immediate efficiat. p< ndet a quaestione disputata, num species, prout unum signum sacramenlale constituunt cum Corpore Christi, veram aliquam instrumentalcm causalitatem habeant. Quod quidem probabile putant SuÂRïfc. *In 3* q.74 disp.42 s.1 n.5, et Luco. *Dc Eucharistia,* disp.1 s.2 n.22. Circa doctrinam huius thescos cf. A.Lang, *Zur Eucharisticlchrc des hl.Albertus Magnus Das Corpus Christi verum tm Dicnste des Corpus Christi ntysticum·:* DivTh(Fr) 10 (1932) 124-142; S.Simonis, *Dc causalitate Eucharistiae in Corpus Christi mysticum doctrina S.Bonavcnturac:* Ant 8 (1933) 193-228; M.GORDn.LO, *L*Eucharistia, sorgente dcH'unità cristiana:* CivCatt 85 (1934) 16-27; J.Sai.averri, *La EucarisPia, sacramento de uniôn:* EstEcI 26 (1952) 453-465; A.Hoffmann, *Eucharistia ut sacramentum pacis secundum S Thornam:* DivTh(Fr) 58 (1955) 111-117 Haec et alia plura circa hoc thema inveniri possunt in vol.1 Congr-InternEuc (1952).

14 Cf. Leo XIII: ASS (1901-1902) 651; S.Prus X: ASS 19 (1907) 275-343; Pius XI: AAS (1927) 451.

M Cf. E.Springer, *Die Taufgnade ais Kraftwirkung der Eucharistic:* DivTh (Fr) 8 (1930) 421-446; *Zur Frage: Wirkungskreis und Notwendigkeit d^r fytçhyristic:* DivTh(Fr) 9 (1931) 203-222; O.Lutz, *1st die hi.Eucharistie dic*

ARTICULUS IV

De necessitate sacramenti Eucharistiae

278. Investigatis exsistentia, essentia, effectibus sacramenti Eucharistiae, restat ut eius necessitatem examinemus. Patet autem agi in hac quaestione de necessitate suscipiendi sacramentum. Nam quod Eucharistia sive ut sacrificium, sive ut sacramentum necessario et semper in Ecclesia exsistere debeat, satis per se patet.-Necessitas vero suscipiendi sacramentum Eucharistiae multiplex fingi potest, prout agatur de necessitate medii vel de necessitate praecepti ; et de necessitate ad salutem in genere, vel de necessitate ad perseverandum. Haec ergo nunc sunt ulterius determinanda.

Thesis 24. Sacramentum Eucharistiae non est necessarium necessitate medii, neque in re neque in. voto, ad salutem obtinendam; est autem necessarium necessitate morali late dicta ad perseverandum diu in statu gratiae.

S.Th., 3 q.73 a.3; LerchKr-Dander, 427-443; AlastruEy, 304-320.

279. Notiones. Necessarium dicitur id sine quo aliquid obtineri nequit. Necessarium necessitate) medii, si requiritur tanquam medium, sine cuius influxu finis non obtinetur; *necessitate praecepti,* si requiritur tanquam condicio ne novum impedimentum positivum finis apponatur.

Necessarium necessitate medii *aliud est physice, aliud moraliter necessarium;* prout medium suo influxu tollat physicam et absolutam impotentiam obtinendi finis, aut solum moralem, consistentem in magna difficultate, quae sine illo medio non superabitur, aut simpliciter et sine ulla exceptione *(necessitas moralis stricte dicta),* aut solum rarissime (necessitas MORALIS LATE DICTA).

In re vel in voto dicitur medium necessarium, prout ipsum medium apponi debeat ut suum necessarium influxum exerceat, aut medium substitui possit alia re, quae eius influxum suppleat.

Salus intelligitur visio beatifica. Quia vero in hac provi-

Wirkursache aller Gnadcn?. ZkathTh 55 (1931) 438-466; E.S.. *Zur Frage: ist die hl.Eucharistic die Wirkursache aller Gnadenf:* DivTh(Fr) 9 (1931) 452-458; E.Sauras, *i En que sentido depende de la Eucaristia la cficacia dc los demis sacramentosf:* RcvF.spT 7 (1947) 303-336.

dentia ad visionem beatificam obtinendam unicum, quod in homine absolute requiritur, est status gratiae in momento mortis, sacramentum Eucharistiae potest fingi necessarium ad salutem tripliciter; quia scilicet esset medium, sine cuius influxu in re vel in voto impossibile esset: *a)* obtinere gratiam primam; *b)* obtinere potentiam perseverandi in gratia; c) obtinere perseverantiam passivam, seu coniunctionem status gratiae cum momento mortis.

Dicimus sacramentum Eucharistiae neque in re neque in voto esse medium physice necessarium ad salutem quolibet ex illis modis. Sed esse in re vel in voto moraliter necessarium ad obtinendam potentiam diu perseverandi, necessitate morali late dicta.

280. Adversarii. Necessitatem absolutam sacramenti Eucharistiae etiam pro parvulis, dicuntur tenuisse *Armeni* saec.XIV (D 542).

Sacramentum Eucharistiae esse physice necessarium in re vel in voto ad salutem, tenuerunt *plures theologi* Medio Aevo[1], *quidam* etiam Aevo Moderno, ut Toletus [2], Ioannes a S.Thoma [3], et alii. Eandem sententiam renovarunt *quidam recentiores,* inter quos eminent:

a) J.Nicolussi [4], qui tenuit sacramentum Eucharistiae esse physice necessarium ad obtinendam primam gratiam. Unde in ipsa receptione baptismi adultus debet elicere votum Eucharistiae, sine quo baptismus gratiam) non confert, cum gratia baptismalis conferatur intuitu Eucharistiae. In baptismo parvulorum illud votum suppletur ab Ecclesia [5].

b) E.Springer [6] tenuit sacramentum Eucharistiae necessarium esse in re vel in voto ad obtinendam incorporationem cum Christo, sine qua nulla datur in hoc ordine salus. Haec incorporatio re non habetur nisi per Eucharistiam, quae est fons omnium gratiarum. Sed quaelibet gratia habitualis in homine, quaelibet incorporatio cum Christo, si non est ex Eucharistia re suscepta, necessario erit ex ipsa voto seu spiritualiter

1 Cf. A.Landgraf, *Zwei Problème der frühscholastichcn Sakramentlchre. I. Die Lchre von der Hcilnotwendigkeit der Eucharistie und dic Schulcn Abaclards und Gilberts de la Porrâe:* ZkathTh 66 (1942) 119-131.

2 *In 3* q.73 a.3.

3 *De Eucharistia* disp.26 a.4.

4 *Die Notwcndigkcit der Eucharistie* (Bozen 1917); *Die Wirkungen der hl.Eucharistie* (Bozen 1918).

5 Cf. O Lutz, *Die Notwcndigkcit der hl.Eucharistie:* ZkathTh 43 (1919) 235-268; *Ucbcr Wirkungen und Notwcndigkcit der hl.Eueharistic:* ZkathTh 44 (1920) 398-420.505-537; G.Klodnicki, *De necessitate Eucharistiae ad salutem:* DivTh(Pi) 7 (1920) 57-70.

6 *Ucber das in der Taufc eingeschlosscnc votum der Eucharistie:* ThPrakt-Qschr 74 (1921) 525-540.

suscepta. Unde baptismus, paenitentia, oratio, observatio mandatorum connaturaliter tendunt in Eucharistiam re suscipiendam, ut suum effectum habere possint; adeo ut tota vita spiritualis' sit vita eucharistica et Ecclesia nihil aliud sit nisi societas communicantium in re vel in voto[7].

c) De la Taille[8]*tenuit sacramentum Eucharistiae esse necessarium necessitate medii ad primam gratiam, saltem in voto implicito. Hoc votum habetur in baptismo valido, qui est sacramentum communionis spiritualis, motus sacramentalis in Eucharistiam. Per ipsum adest iam in adulto (illud votum habente, saltem in intentione recipiendi verum baptisma) spiritualis manducatio Eucharistiae. In baptismo infantium illud votum actualiter non habetur, sed certe habitualiter, quatenus continetur obiective et secundum fidem Ecclesiae in ipso signo sacramentali baptismi [9]. Similia habent Filograssi, Alastruey, Garrigou-Lagrange, *alii*[10].

Necessitatem Eucharistiae ad diu perseverandum moralem stricte dictam, affirmant Lercher et Dander[11].

281. Doctrina Ecclesiae. *Conc.Tridentinum* sess.21 cp.4 (D 933) et cn.4 (D 937) docet parvulos "nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communionem". Hanc autem dat huius rei rationem: "siquidem per baptismi lavacrum regenerati et Christo incorporati, adeptam iam filiorum' gratiam in illa aetate amittere non possunt". Quibus verbis implicite videtur affirmari, unicam rationem propter quam necessaria esset communio, esse ad gratiam non amittendam, seu ad perseverandum. Consequenter supponitur Eucharistia nullatenus necessaria ad primam gratiam habendam. Quae sane per se valent de susceptione Eucharistiae in re, de qua unice loquitur Concilium. Sed valde notandum est, silentium de quolibet voto Eucharistiae in hoc contextu revera multum probare; praesertim cum Concilium probe noverit votum baptismi (D 796) et votum paenitentiae (D 893).

7 Cf. O.Lutz, *Die Lchre des hl.Thomas über die Nofivendigkcit der hl.Eucharistie:* ZkathTh 46 (1922) 20-59.

8 *Mysterium fidei* 587-617.

9 Cf. O.Lutz, *Die Notwcndigkcit der hl.Eucharistie nach M.de la Taille:* ZkathTh 49 (1925) 42-61.

10 Filograssi, 352; Alastruey, 311; Garrigou-Lagrange, *De Eucharistia* q.83 a.3. Nota tarnen auctores non semper clare suam exponere sententiam. Si enim votum Eucharistiae in baptismo intelligunt tantum ordinationem obiectivam, quatenus est in baptismo inchoatio illius incorporationis quae per Eucharistiam consummatur, ideoque baptizatum ferri connatural! modo in Eucharistiam percipiendam, haec admitti possunt; sed haec vix possunt vocari votum Eucharistiae. Cf. Lercher-Dander, 437, A, 3.

11 Lercher, *Die heilige Eucharistie ais notwcndigcs Mittel sur Bcwahrung des Gnadenstandes:* ZkathTh 55 (1931) 287-293; Lercher-Dander, 427.

Valor dogmaticus. Sacramentum Eucharistiae re susceptum non esse ad salutem necessarium parvulis, est *de fide divina et catholica definita.* Idem valere etiam pro voto stricte dicto, est *certum.* Neque adultis esse necessarium necessitate medii in re, est quoque *de fide,* cum Tridentinum doceat solo baptismate iam haberi iustihcationem adulti (D 792| 799). Sacramentum Eucharistiae non esse adultis necessarium, in voto Eucharistiae, sine quo baptismus effectum suum non obtineat, *videtur certum*12. Necessitas moralis ad diu perseverandum, est *sententia certa.* Necessitatem hanc esse moralem late dictam est *sententia probabilior.*

282. Probatur, a) *Sacramentum Eucharistiae non est physice necessarium necessitate medii in re:* Vel esset necessarium ad primani gratiam, vel ad obtinendam potentiam diu perseverandi, vel ad habendam perseverantiam passivam. Atqui ad nihil horum est medium physice necessarium. Ergo non est physice necessarium.

Min. Non ad primam gratiam, quia haec per se potius praesupponitur; et gratia Eucharistiae, quae est gratia refectionis, supponit iam viventem. *Non ad potentiam perseverandi,* quia potentia physica perseverandi, semper habetur in iusto ex solo libero arbitrio cum statu gratiae. *Non ad perseverantiam passivam,* quia hanc de facto habent sine Eucharistia re suscepta omnes parvuli morientes ante usum rationis et omnes adulti morientes post actum contritionis vel post receptum sacramentum paenitentiae.

b) *Sacramentum Eucharistiae non est physice necessarium necessitate medii in voto* : Vel agitur de voto stricte dicto, vel de voto quod in ipso baptismo objective contineatur. Atqui neutrum. Ergo non est necessarium in voto.

Min. Non de voto stricte dicto, quia de eius necessitate pro adultis deberet expresse constare; iam vero Tridentinum nihil de eo dicit cum exponit necessariam dispositionem ad justificationem. *Non dc voto quod in baptismo objective contineatur,* ita ut influxus sanctiflcativus baptismi habeatur ex hoc voto, quia ex una parte tale votum nullibi docetur ab Ecclesia ; et ex alia sicut unumquodque sacramentum gratiam habet propriam, ita et vim propriam eam causandi ; nulla autem habetur ratio quae cogat ad diminuendam propriam vim sane-

13 Hanc sententiam defendunt Caietanus, *In 3* q.73 a.3; Suarez, *In 3 q.73* disp.40 s.1; Lugo, *De Eucharistia* disp.3 s.2; Salmanticenses, *De Eucharistia* disp.3 dub.1; Billuart, *Dc Eucharistia* diss.6 a.1 p.1; Pesch, *Praelectiones theologicae* 4 prod.79; Billot, *Dc Ecclesiae sacramentis* 1,327s; Umberg, *Systema sacramentarium* 48s; O.Lutz, in locis citatis, ec plures alii.

tificativam baptismi prae aliis sacramentis, aut etiam condicionandi eam in baptismo et in aliis sacramentis ad relationem cum Eucharistia.

c) *Sacramentum Eucharistiae est moraliter necessarium ad diu perseverandum in gratia'.* Christus in sermone eucharistico (Io 6,54) loquitur de aliqua necessitate Eucharistiae, quae non est sola necessitas praecepti, sed etiam medii. Atqui illa necessitas intelligenda est moralis et ad diu perseverandum in gratia. Ergo Eucharistia requiritur moraliter ad perseverandum.

Mai. Necessitas asseritur non ideo quia Ipse iubeat sumere Eucharistiam, sed ideo quia Eucharistia sit panis vitae, sine quo proinde nemo vivere possit.

Min. Illa necessitas est ad 'diu perseverandum, quia est ad conservandam vitam, sicut necessitas cibi corporalis. Ad diu autem perverandum non debet tolli aliqua impotentia physica, sed solum impotentia moralis.

d) *Necessitatem hanc moralem esse late dictam,* ex eo probatur quod nulla adsit ratio affirmandi maiorem necessitatem, nullum scilicet a Deo dari auxilium iusto ad perseverandum, ne quidem externum aut remotum, quod necessariam aliquam connexionem cum Eucharistia non habeat. Id quidem gratis affirmari videtur18.

283. Obiectiones. 1. Innocentius 1 (R 2016) rationem affert cur sine baptismo nequeant infantes habere vitam aeternam, quod secus non manducarent carnem Filii hominis, quae ad habendam vitam necessaria est ex Io 6,54. Ergo supponit in baptismo haberi votum Eucharistiae.

Resp. Innocentius I tantum affirmat baptismum esse necessarium ut infantes habeant vitam, quae coniungitur cum textu citato solum quia in illo Dominus locutus est de “vita aeterna”, non solum dc “regno caelorum”. Cuius connexio cum baptismo habetur ex necessaria incorporatione ad Christum, quae in textu expresse asseritur.

2. Christus in Io 6,54 eodem modo dicit “nisi manducaveritis” ac in Io 3,5 dixerat “nisi quis renatus fuerit”. Atqui in hoc ultimo textu continetur necessitas medii pro baptismo. Ergo etiam in illo continetur necessitas medii pro Eucharistia.

Dist. mai. Christus eodem modo dicit, id est in utroque casu aliquam medii necessitatem docet, *conc. mai.;* eandem medii necessitatem, *nego mai. Conc. min. Pariter dist. cons.* In illo textu continetur aliqua necessitas medii pro Eucharistia, *conc. cffns.;* continetur eadem necessitas medii, *nego cons.* Continetur scilicet' in eo necessitas medii ad diu perseverandum; non tamen physica, sed moralis.

3. S.Augustinus saepe coniungit baptismum cum Eucharistia, v.gr. R 1716s. Ergo intelligit in baptismo contineri votum Eucharistiae.

W Çf. Svarhz, *In 3* q.73 disp.40 s.? p.|6.

Resp. S.Augustinus saepe dicit in eodem etiam opere, quod in obiectione citatur, ad salutem sufficere baptismum. In illis ergo textibus obiectis nihil aliud vult dicere, nisi per baptismum fieri incorporationem Ecclesiae, id est corpori Christi membrisque eius, sine qua incorporatione impossibilis sit vita aeterna. Hoc sensu dicit vitam aeternam non posse haberi sine participatione corporis Christi, id est sine incorporatione ad Ecclesiam, quae fit per baptismum

284. 4. S.Thomas docet neminem habere gratiam ante susceptionem Eucharistiae, nisi ex aliquo voto ipsius. (3 q.79 a.l ad 1; q.73 a.3).. Ergo asserit necessitatem medii Eucharistiae in re vel in voto.

Resp. S.Thomas, cum agit de necessitate sacramentorum, duo tantum sacramenta dicit esse necessaria necessitate medii, scilicet baptismus pro omnibus, et paenitentia pro aliquibus (3 q.65 a.4). Ex alia parte docet baptismum ex propria sua virtute incorporare ad Christum (3 q.70 a.4); quam incorporationem Eucharistia perficit (4 d.4 q.2 a.2 sol5 ad 2). Necessariam utique dicit manducationem spiritualem ad eam incorporationem habendam (3 q.65 a.4 ad 2). Haec autem incorporatio in tantum dicitur ab ipso votum Eucharistiae, in quantum baptismus ordinatur ex fine ad Eucharistiae receptionem (3 q.65 a.3). Sed patet id solum improprie posse dici votum Eucharistiae.

5. Omnis vita spiritualis a Christi passione oritur ex coniunctione cum Carne Christi vivifica. Atqui Caro Christi non est nisi in Eucharistia. Ergo Eucharistia requiritur simpliciter ad salutem.·

Dist. mai. Ex coniunctione cum Carne Christi, id est ex aliquo vero influxu ipsius, *conc. mai.;* ex coniunctione cum Carne Christi, id est ex manducatione ipsius, *nego mai. Contradist. min.* Caro Christi manducanda non est nisi in Eucharistia, *conc. min.;* Caro Christi simpliciter ut vere influere possit in nobis, non est nisi in Eucharistia, *nego min.*

6. In Eucharistia est auctor gratiae. Ergo ab illa est universalis causalitas omnium gratiarum.

Dist. antec. In Eucharistia est auctor gratiae, id est Ille qui est auctor gratiae, *conc. antec.;* est auctor gratiae, id est qua est auctoi gratiae, *nego antec. Pariter dist. cons.* Ab illa esset universalis causalitas gratiae, si in illa esset auctor gratiae etiam qua auctor gratiae, *conc. cons.;* si est tantum Ille qui est auctor gratiae, *nego cons.* Probandum esset Christum rem ita disposuisse, ut gratiam nullam concederet nisi in connexione cum praesentia sua sacramentali.

7. Ad salutem necessaria est absolute incorporatio ad Christum. Atqui haec fit per Eucharistiam. Ergo Eucharistia absolute requiritur ad salutem.

Dist. mai. Ad salutem necessaria est absolute incorporatio ad Christum inchoata per baptismum, *conc. mai.;* perfecta et consummata, *nego mai. Contradist. min.* Incorporatio inchoata fit per Eucharistiam, *nego min.;* incorporatio perfecta et consummata, *conc. min.*

u Cf. *Dc peccatorum meritis et remissione* 3.4.7s; MI, 44,189. Cf. LErckkr-PandEr, 44Q,

EHLOGUS

285. Mysterium eucharisticum, quod exposuimus, est "christianae religionis caput et veluti centrum" \ Ipsum enim et Trinitatem supponit, in qua Verbum est aeternaliter in sinu Patris et Incarnationem, in qua Christus est temporaliter in sinu Matris, et Redemptionem, cuius sacrificium in ipso perenniter renovatur ac fructus abundanter percipiuntur, et vitam aeternam, cuius ipsum est pignus omni securitate securius. Per ipsum nova quadam et singulari praesentia nobiscum manet Dominus, victima iugiter quasi in sinu suae Ecclesiae, pro nobis apud Patrem, cuius continua participatione sanctificamur et roboramur in longa via usque ad montem Dei. In eis nobis semper adoratione et laude manendum, est, quia maius omni laude, nec laudare sufficimus.

1 Pius XII, *Encycl. "Mediator De?':* AAS 39 (1947) 547. Cf. etiam qua< citavimus supra n.277 nta.13.

TRACTATUS IV

De sacramentis reparationis post lapsum

De paenitentia

Auctore

P. Severino Gonzalez Rivas, S.I. (f)

De extrema unctione

Auctore

P. Francisco a P. Sola. S.I.

INTRODUCTIO

1. *Si ea in regeneratis omnibus gratitude erga Deum esset, ut iustitiam in baptismo ipsius beneficio et gratia Susceptam constanter tuerentur, non fuisset opus, aliud ab ipso baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit figmentum nostrum, illis etiam vitae remedium contulit, qui se.se postea in peccati servitutem et daemonis potestatem tradidissent, sacramentum videlicet poenitentiae, quo lapsis post baptismum beneficium mortis Christi applicatur* [1].

Igitur, vita illa divina, qua Deus ornaverat genus humanum in paradiso, per peccatum Adae penitus eversa, rursus beneficio mortis Christi restituitur, ope sacramenti baptismi.

Hanc autem vitam supernaturalem, per regenerationem baptismalem nobis donatam, ac per Confirmationem et Eucharistiam roboratam, continuo impugnant, caro, mundus ac diabolus (D 806), ita ut renati ex aqua et Spiritu Sancto saepissime succumbant, vitamque gratiae amittant.

Sed Deus, dives in misericordiis, apprime agnoscens figmentum nostrum, novum remedium instituere voluit, sacramentum scilicet paenitentiae, quo lapsis post baptismum merita mortis Christi Domini applicarentur.

De hoc ergo remedio venit dicendum in tractatu circa sacramentum paenitentiae; cui adnectitur tanquam complementum sacramentum extremae unctionis.

1 *Conc.Tridcniinunt* s.14 c.1 (D 894).

BIBLIOGRAPHIA GENERALIS

D'Ales, A., *Prima delineamenta tractus dogmatici de sacramento poenitentiae* (Paris 1926).

Galtier, P., *De paenitentia. Tractatus dogmatico-historicus* (Romae 1950).

Huarte, G., *Tractatus de sacramento poenitentiae* (Romae 1930).

LERCHER-Lakner, *De sacramento poenitentiae,* in ed. 3." *Institutionum Theologiae Dogmaticae* L.Lercher (Oeniponte 1949) t.IV/2.

Palmieri, D., *Tractatus de paenitentia* (Romae 1896).

Puig de la Bellacasa, I., *De sacramentis* (Barcelona 1941).

LIBER I

De sacramento paenitentiae

INTRODUCTIO

2. Aliud est. virtus paenitentiae, aliud sacramentum paenitentiae. Etenim *ex natura sua* virtus paenitentiae non est pars sacramenti ideo fatetur Trid. s.14 c.l, quod "nec ante adventum Christi paenitentia erat sacramentum, nec est post adventum Illius cuiquam ante baptismum" (D 894). Hac ergo ratione invaluit apud theologos mos seorsim disserendi de virtute et de sacramento paenitentiae[1]. Attamen cum *ex divina institutione* actus virtutis paenitentiae evecti fuerint ad dignitatem partis sacramenti paenitentiae, nos, praetermisso speciali tractatu de virtute paenitentiae, statim ingredimur expositionem doctrinae circa sacramentum paenitentiae, ita tamen ut suis locis praecipua saltem tradamus eorum quae spectant ad virtutem paenitentiae.

In disponenda autem materia viam sequemur quam ostendit Concilium Tridentinum s.14, ubi plenius docet ea quae prius summatim tradiderat in decreto de Justificatione c.14 (D 807).

Itaque primum disseremus *de institutione et necessitate sacramenti paenitentiae* (Trid. s.14 c.1s); deinde *de essentia seu partibus illius* tam in genere quam in specie (c.3-5 ; 8s) ; tertio *de ministro huius sacramenti* (c.6s) ; tandem *de fructu sive de effectibus eiusdem* (c.3). His vero accedet per modum appendicis brevis notitia *de indulgentiis* (Trid. s.25).

1 Cf. v.gr. S.Th , 3 qq.84 et 85; Suare-., *Dc paenitentia* disp.2-15 et disp.16-38; Galtier. *De paenitentia* n.8-114 et n.115-629; Lercher-LaknER, *De Pacnitentia.* (1949) n.450-488 et n.489-625 etc.

CAPUT I

De institutione sacramenti paenitentiae

3. Momentum huius capitis stat in eo quod veritas institutionis sacramenti paenitentiae et sit fundamentum eorum omnium quae per totum tractatum dicenda sunt et simul obnoxia sit gravibus difficultatibus tum historicis tum dogmaticis, quae ab adversariis doctrinae catholicae vehementer urgentur. Vera autem doctrina exponitur a Concilio Tridentino s.14 c.1-2 et cn.1-3. Quibus in locis haec vel maxime traduntur:

1) Christum Dominum tunc praecipue instituisse sacramentum paenitentiae cum commisit apostolis eorumque successoribus potestatem remittendi et retinendi peccata, seu conciliandi cum ipso Deo fideles lapsos post baptismum (D 891 913).

2) Hanc potestatem complecti omnia prorsus peccata, id est, toties remitti posse peccata quoties post baptismum fideles in ipsa labantur (D 894 911).

3) Huiusmodi reconciliationem diversam esse ab ea quae fit per baptismum, eo quod exerceatur ad modum iudicii (D 895-912 919).

4) Ex his omnibus profluit, ad modum corollarii, exsistentia sacramenti paenitentiae, quod sit diversum a sacramento baptismi.

Igitur, disserendum erit, totidem articulis, *de collatione potestatis remittendi et retinendi peccata, de amplitudine huius potestatis, de eius natura iudiciali, de exsistentia sacramenti paenitentiae.*

ARTICULUS I

De COLLATIONE POTESTATIS REMITTENDI peccata

4. Ut possit demonstrari divina institutio sacramenti paenitentiae, prius inquirendum est num Christus Dominus con/ssserit Ecclesiae potestatem vere remittendi ea peccata, in quae post baptismum fideles labantur. Ideo, statuimus thesim sequentem:

Thesis 1. Christus Dominus communicavit apostolis eorumque successoribus potestatem vere remittendi peccata post baptismum commissa.

S.Th., *Suppi,* q.lZ a.l; q.18; Gai.tihb, 117-111; EEKCBÉK-Laknsr, 490-500; Puig, 536-560.

5. Notiones. Communicavit. Etenim haec potestas est vere divina. Unde si in hominibus detur, id tantum erit per communicationem a Deo factam. Confer Lc 5,17-26. Contendimus autem, eam fuisse immediate a Christo Ecclesiae traditam ; atque ideo in Ecclesia non haberi per quandam historicam evolutionem, sed per donationem Christi Domini.

Potestas vere remittendi peccata. Obiectum huius potestatis, non est declaratio remissionis a Deo factae, sed est ipsa condonatio peccati. Scilicet, haec peccatorum remissio, non est reconciliatio quaedam pure iuridica in facie Ecclesiae, sed est vera reconciliatio animae coram Deo, quae quidem non fit nisi per collationem gratiae sanctificantis (D 911).

Sed planum est, id *potestate auctoritatis* tantum fieri a S.Trinitate, *potestate excellentiae* a Christo Domino, ab Ecclesia vero *instrumentaliter* sive *potestate vicaria.*

Plaec autem potestas metaphorice appellatur a Tridentino s.14 c.5 et 8, necnon cn.15 (D 899 905 952) *potestas clavium.* Quod quidem nomen iam antea adhibuerant Florentinum et Constantiense. Verum recte monet SuâreZ[1], hoc nomine significari apud Mt 16,16 supremam potestatem regendi Ecclesiam, Petro collatam; partem autem huius potestatis esse potestatem remittendi peccata,, vi cuiusi aperiuntur vel clauduntur peccatori ianuae regni caelorum.

6. Adversarii. 1. *Montanistae* tenuerunt huiusmodi potestatem, et quidem restrictam, ut dicitur articulo sequenti.

1 *De poenitentia* disp.16 s.4 n.8.

non fuisse datam Ecclesiae hierarchicae, sed Ecclesiae spirituali montanisticae. En verba Tertulliani: "secundum enim Petri personam spiritalibus potestas ista conveniet... Et ideo Ecclesia quidem delicta donabit; sed Ecclesia Spiritus per spiritalem hominem, non Ecclesia numerus episcoporum"...[2]

2. *Novatores* docuere hanc potestatem non esse veram potestatem remittendi peccata, sed esse potestatem annuntiandi Evangelium, per quam praedicationem excitetur fides, qua homo iustificatur. Ergo sacerdos nihil aliud efficere potest, quam declarare Deum remittere peccata per fidem fiducialem (D 894 913). Apud recentiores Protestantes magna viget wnfusio de hac re[3].

3. *Modernistae,* necnon et hodierni acatholici de historia dogmatum scribentes, negant illam potestatem fuisse a Christo Ecclesiae concessam, sed asserunt Ecclesiam eam sibi usurpasse per processum evolutivum. Igitur, talis potestas est in·; ventum ecclesiasticum. Ideo, verba Io 20,2Iss nequeunt intelligi de sacramento paenitentiae (D 2046s).

Processum evolutionis paemtentialis concipiunt hi adversarii tanquam casum particularem evolutionis illius generalis Ecclesiae pneumaticae in Ecclesiam hierarchicam, de qua plura traduntur in tractatu de Ecclesia. Igitur in hac historica evolutione, distinguunt triplex stadium:

Primum stadium evolutionis signat praedominium Ecclesiae pneumaticae sive charismaticae. In hoc stadio, cum iuxta ipsos nondum adesset hierarchia, pneumatici gaudebant maxima auctoritate; atque ideo invaluit persuasio ipsos posse remittere peccata. Occasio vero fuit assertio illa evangelica, quod peccata remittantur per Spiritum Sanctum; unde concluserunt primi christiani illos, qui haberent Spiritum Sanctum, posse remittere peccata.

Secundum, stadium accedit cum charismata evanuere. In hoc stadio potestas remittendi peccata censetur esse apud martyres, qui singularem connexionem habent cum Spiritu Sancto (Mt 10,19).

Tertium stadium habetur per praevalentem influxum hierarchiae. In hoc stadio hierarchia sibi usurpat exclusive potestatem remittendi peccata.

Talis conceptio alicuius Ecclesiae primitivae sine hierarchia, historice) reicitur in tractatu de Ecclesia. Nos vero theo-

3 Tertullianus. *Dc pudicitia* 21: MI, 2.1077-1080; D'Aliîs, *L'édit dc Callistc* (Paris 1914) 190-196.

3 Cf. Gautier, 117; A.Vacant, *Absolution:* IZTC 1,222ss; Caspaxi, *Bcichtc:* RI$PT 2,533ss.

logice demonstrabimus potestatem remittendi peccata fuisse concessam ab ipso Christo Ecclesiae hierarchicae et hanc fuisse semper persuasionem Ecclesiae ab initio[4].

7. Doctrina Ecclesiae. *Tridentinum,* s.14 c.1 (D 894), docet Christum communicasse apostolis et eorum legitimis successoribus potestatem remittendi' et retinendi peccata post baptismum commissa; atque simul tradit de huiusmodi potestate, minime vero de potestate praedicandi Evangelium, universorum Patrum consensum semper intellexisse verba loannis; c.3 (D 896) "res et effectus huius sacramenti... reconciliatio est cum Deo" (cf. D 807); cn.1 (D 911) definitur hanc remissionem seu reconciliationem fieri coram ipso Deo, id est esse veram remissionem ipsius culpae ; cn.3 (D 913) definitur verba loannis intelligenda esse de potestate remittendi peccata, "sicut Ecclesia catholica ab initio semper intellexit". Cf. s.6 c.14 (D 807).

8. Valor dogmaticus. Veritas est *de fide divina et catholica definita,* Christum Dominum communicasse Ecclesiae hierarchicae veram potestatem remittendi et retinendi peccata, post baptismum commissa[5]. De hac potestate intelligenda esse verba loannis 20,21ss, est etiam *definitum* in Tridentino.

9. Probatur ex sacra Scriptura. 1. Ex Io 20,21-3, ubi Christus explicite concessit Ecclesiae hierarchicae hanc potestatem remittendi et retinendi peccata.

Textus : *Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Haec cum dixisset, insuflavit, et dixit eis: accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.*

Hic ergo, a) post *salutationem* ("pax vobis"), b) *annuntia-, tur missio* (sicut Pater misit me ad opus redemptionis peragendum, ita ego mitto vos ad huiusmodi opus singulis hominibus applicandum, per sanctificationem animarum) ; c) *missio ipsa confertur,* tum factis ("insuflavit"), tum verbis, factum illud explicantibus ("accipite Spiritum Sanctum", Ipsi enim appropriatur sanctificatio animarum ; "quorum remiseritis peccata", id est, si, quoties, quaelibet peccata cuilibet remiseritis,

• Cf. Lercher-Lakxer, 491.

6 Secundum quosdam auctores thesis, prout dicit in Ecclesia esse potestatem *vere* remittendi peccata, est theologice certa (cf. Galtier. 123; Lerchek-LaknEr, 490). Hoc dicitur propter nonnullos veteres theologos, de quibus agemus in scholio. Sed illi auctores non negabant in sacramento paenitentiae vere remitti peccatum.

remittuntur eis, hoc est, eo ipso manent remissa; "et quorum retinueritis peccata", scilicet, si, quoties, retinueritis quaelibet peccata quibuslibet hominibus, retenta sunt eis, seu, eo ipso manent illis retenta),

10. Argumentum. Igitur, his verbis, Christus Dominus confert 1) veram potestatem remittendi et retinendi peccata, 2) post baptismum commissa, 3) apostolis eorumque successoribus, seu Ecclesiae hierarchicae. Ergo Christus communicavit apostolis eorumque successoribus potestatem vere remittendi peccata, post baptismum commissa.

11. *Antecedens* demonstratur per partes.

1) *Vera potestas remittendi peccata',* a) *Ex ipsis verbis, quibus Christus confert hanc potestatem.* Nam quoties haec formula *remittere peccata* (ἀφίημι τὰ αμαρτία) a Christo adhibetur, significat, non declarationem peccati a Deo remissi, sed veram remissionem, et quidem ipsius culpae. Confer Mt 9.2.5 (paralyticus), Lc 7,47 (Magdalena), Mt 6,12-15 (oratio dominica)... Eodem prorsus sensu adhibetur haec ipsa formula ab apostolis. Confer Act 2,38 (Petrus), 1 Io 1,9 et 2,12 (loannes)... Ergo ex verbis ipsis, quibus haec potestas confertur, constat Christum communicasse veram potestatem remittendi et retinendi peccata, et quidem quoad ipsam culpam.

b) *Ex contextu.* Constat enim, insignem potestatem conferri. Etenim datur Spiritus Sanctus, per quem fit omnis iustificatio; communicatur ipsa missio Christi, qui missus fuerat ornatus vera potestate remittendi peccata. Confer Mt 9,1-8; Mc 2,1-12; Lc 5,17-26, Ergo ex contextu eruitur Christum contulisse potestatem remittendi peccata, et quidem quoad ipsam culpam.

c) *Ex reiectis ceteris interpretationibus adversariorum:* Nam 1) *locus Joannis nequit intelligi de potestate praedicandi paenitentiam,* ut contendebant Protestantes. Etenim, fatentibus ipsis Novatoribus, praedicatio Evangelii non remittit peccata, sed excitat fidefn audientis ut illa a Deo remittantur; hic autem asseritur ipsum Christi ministrum remittere peccata. Nec urget comparatio cum Luca 24,36-49; nam apud Lucam, duae referuntur apparitiones: alia, die resurrectionis (v.36-43), alia, die ascensionis (v.44-49), ut probatur ex formula εἶπεν* usitata apud Lucam ad separandam duplicem sectionem (cf. Lc 16,1 ; 18,1 ; 20,41), et ex locis parallelis alterius sectionis (cf. Mt 28,16; Mc 16,14). Immo, et si concederemus narrari unam eandemque apparitionem, adhuc restaret haec solutio;

Lucam nimirum omisisse id quod postea complevit loannes, ut mos est huic evangelistae. Ergo Lucas nullatenus negavit potestatem remittendi peccata, sed tantum abstinuisset ab illa narranda. Nec 2) *locus loannis valet intelligi de potestate declarandi remissionem a Deo factam,* ut satis patet ex ipso sensu verborum et ex contextu. Attendamus tantum ad ipsa verba. In hac enim hypothesi Novatorum, sensus verborum esset absurdus : Quorum declaraveritis peccata esse remissa, declarantur esse remissa. Sed ipsi adversarii, cum absurdum agnoscant, admittunt tropum in protasi, negant vero in apodosi. At, quo iure? Mutant enim significationem eiusdem verbi, intra eandem locutionem, absque ullo fundamento. Nec 3) *admitti potest effugium de potestate remittendi peccata quoad poenam temporalem, non vero quoad ipsam culpam.* Haec enim pugnant cum ipso ἀφίημι, ut patet ex locis parallelis, antea memoratis. Praeterea, potestas datur ad remittendum id quod retineri potest; nunc vero poena temporalis nequit retineri, sed multis modis valet expiari. Tandem, in altera parte *(remittuntur eis)* intelligendum est Deum vere remittere peccata etiam quoad ipsam culpam ; ergo eadem ratione intelligenda est prima pars, scilicet, *quorum remiseritis;* aliter enim diversa significarent eadem verba, intra eandem locutionem, absque ullo fundamento.

12. 2) *Peccata post baptismum commissa:* a) *Ex universalitate huius potestatis* : Quorumcumque remiseritis peccata... Ergo necessario extenditur ad baptizatos. Et quidem ad solos baptizatos ex duplici ratione sequenti, quae consurgit ex natura huius potestatis:

b) Quia' datur non sola potestas remittendi, sed etiam *retinendi peccata;* quod in baptismo non habetur.

te) Quia, ut probabitur ex hoc ipso textu loannis, haec potestas exercenda est *iudicialiter;* indicium autem tantum in subditos, id est, in baptizatos valet exerceri.

Obicitur nonnullos Patres, ut S.Cyprianum, S.Ambrosium, S.Augustinum, S.Cyrillum Alexandrinum ", intellexisse haec verba loannis, de potestate baptizandi.

Respondeo, hos Patres non asseruisse se intelligere hunc

• S.Cyprianus, *Epistula 7S,7* (R 594); S.Ambrosius. *Dc penitentia* 1.8.36 (R 1295); S.Augustinus. *Dc baptismo* 3.18.23: ML 43.150; S.Cyrillus Alexandrinus. *In loannem* 12.1 (R 2121). Ut rite perpendas mentem liorum Patrum, cf. pro S.Cypriano B.Poschmann, *Poenitentia secunda* 368-424; pro reliquis vero G Odoardi. *La dottrina della penitensa in S.Ambrogio* (Roma 1944); K.Adam. *Die kirchliche Silndevergebung nach dent hl.Augustin* (Paderborn 1917); B.Poschmann, *Kirchenbusse und correptio secreta bci Augustinus* (Braunsberg 1923).

locum de remissione peccatorum per baptismum ; patebit enim in proferendo argumento traditionis, eos baec verba intellexisse de peccatis post baptismum commissis. Sed ipsi, loouentes de valore baptismi, invocabant baec verba ad probandum remissionem peccatorum fieri vi et virtute propria, non hominis, sed Spiritus Sancti.

13. 3) *Haec potestas datur apostolis eorumque sucessoribus.* Ac primum, *datur apostolis.* Ratio non petitur ex eo quod Christus alloqueretur solos apostolos: videntur enim ibi adfuisse etiam alii discipuli, dum Christus haec proferebat. Datur autem haec potestas, non singulis fidelibus, seri apostolis. seu Ecclesiae hierarchicae, ex eo quod missio, de qua ibi sermo fit. confertur soli Ecclesiae hierarchicae, ut probatur in tractatu de Ecclesia: est enim pars potestatis docendi, regendi, et sanctificandi. Datur etiam *apostolorum successoribus,* tum ex eo quod illa potestas est perennis in Ecclesia, tum etiam quia finis propter quem datur potestas remittendi peccata tamdiu permanebit quamdiu erunt peccatores in Ecclesia. Igitur, merito reprobatur propositio Abaelardi : "Quod potestas ligandi et solvendi apostolis tantum data sit, non successoribus" fD 379). Ceterum, verba loannis intelligenda esse de sacerdotibus seu hierarchis. non de fidelibus, definivit Tridentinum, s.14 cn.10 (D 920 902).

14. 2. Ex Mt 16,19 et 18,18, ubi promittitur et confertur Petro, ceterisque apostolis, potestas ligandi et solvendi, sub qua continetur potestas remittendi et retinendi peccata : *Et tibi dabo claves regni caelorum. Ei quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis... Arnen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo; et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo...*

a) Textus. Supponitur bene notus ex Theologia Fundamentali. tum quoad historicitatem tum quoad sensum illius. Sed circa sensum, animadvertendum est verba *ligare et solvere,* ex se directe non significare tantum retinere et remittere peccata; formula enim haec ligandi et solvendi latius patet. Immo, nec nobis certo constaret illam potestatem remittendi et retinendi peccata sub hac formula comprehendi, nisi aliunde noverimus hanc potestatem fuisse de facto a Christo Ecclesiae concessam. Quam quidem Dominus, non tunc temporis, docente Tridentino (D 894), sed post resurrectionem *praeci-*

pue concessit. Attamen, quia de facto haec potestas est pars potestatis ligandi et solvendi, ideo ex traditione) antiqua haec ipsa potestas dicitur etiam *potestas ligandi et solvendi,* vel etiam *potestas claviuml.*

15. b) Argument™. 1) Ex promissa Petro plenitudine potestatis ligandi et solvendi (Mt 16,19), eruitur illum posse etiam de peccatoribus decernere. Nimirum, potest *ligare,* id est, retinere peccata, vel *solvere,* hoc est, remittere peccata. Scilicet, promittitur Petro potestas solvendi quodvis vinculum removens ab ingressu caeli. Atqui tale vinculum est peccatum. Ergo illud solvere seu remittere potest.

2) Apud Mt 18,18 confertur apostolis haec ipsa potestas ligandi et solvendi, occasione iudicii ferendi sive de quolibet peccatore, sive in specie de illo qui in fratrem peccavit. Nunc vero, haec ligandi et solvendi potestas, quae constituit rationem cur standum sit indicio Ecclesiae: *a)* complectitur etiam potestatem remittendi peccata, cum sit amplissima potestas solvendi quodvis vinculum quod removeat ab ingressu caeli; atqui tale est peccatum; ergo illud solvere valent apostoli; *b)* competit soli Ecclesiae hierarchicae, non singulis fidelibus, ut constat ex contextu (v.17s).

Hunc autem esse legitimum sensum horum textuum, firmatur traditione Patrum, rem ita interpretantium. Etenim scripsit Firmieianus: "Qualis vero error sit et quanta caecitas eius, qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas haereticorum dari posse nec permanet in fundamento unius Ecclesiae, quae semel a Christo super petram solidata est, hinc intelligi potest, quod soli Petro Christus dixerit: Quaecumque ligaveris, etc. Potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est, et ecclesiis quas illi a Christo missi constituerunt, et episcopis qui iis ordinatione vicaria successerunt" (R 602). Similia proferunt S.Chrysostomus (R 1119), S.Pacianus (R 1244-5), S.Ambrosius (R 1293), etc. 7

Insuper, docuit Tridentinum haec verba intelligenda esse de potestate collata Ecclesiae hierarchicae) (D 920 902).

16. Probatur ex traditione 8. Ipsum magisterium eccle-

7 Accuratiorem expositionem horum textuum vide apud Lercher-Lakner, 495.

8 Cf. V.BrandEr, *1st Bindcn und Losen bei Matth.16,19 und 28,18 ew rabbinischcr Schulausdruck?:* Kath 94 (1914) 116-132; *"Binden und Losen" in der altsyrischen Kirchc:* Kath 95 (1916) 220-232.287-304; 11.Bruders. *Mt 16,19; 18,18 und Io 20.22.23 in friihchristlicher Atislegung:* ZkathTh 34 (1910) 659-677; G.Lambert, *Lier-Délicr, l'expression de la totalité par l'opposition de deux contraires:* Vivre et Penser, III® série (RevBibl) 1943-1944, 91-103.

8 Cf. Lercher-Lakner, 501-506; Galtier, 147-196.

siasticum, sicuti definivit verba loannis intelligenda esse de concessione huius potestatis remittendi peccata, ita etiam declaravit hanc eandem veritatem assertam fuisse a traditione: "Universorum Patrum consensus semper intellexit", illis verbis, collatam fuisse Ecclesiae potestatem remittendi peccata post baptismum commissa (D 894) ; "Ecclesia catholica ab initio semper intellexit", verba illa intelligenda esse de potestate remittendi peccata post baptismum commissa (D 913). Hoc autem ita revera esse constat ex hac duplici praesertim ratione :

a) *Ex controversia cum McManistis, versus finem saec.II,* et *cum Novationis, medio saec.III.* Nam 1) hi haeretici agnoscebant in Ecclesia potestatem remittendi peccata; illam tamen restringebant ad quaedam' leviora peccata. 2) Sed Ecclesia, etiam in hac restrictione, sese illis opposuit, ut patet, contra Montanismum ex decreto quod dicitur Callixti[10], quod Tertullianus magna indignatione commemorat (D 43), et contra Novatianos ex impugnationibus S.Ambrosii, S.Paciani, S.Cypriani aliorumque Patrum. Et quidem controversia erat de vera remissione peccati coram Deo. Nam illud quod haeretici denegabant Ecclesiae, et soli Deo tribuebant, contendebant doctores catholici valere etiam de potestate Ecclesiae. Nunc vero, Montanistae et Novatiani agnoscebant Deum vere remittere illa graviora peccata. Ergo Ecclesia tenebat ipsam vere remittere peccata.

b) *Ex testimoniis explicitis sanctorum Patrum,* quorum mentem his paucis complectimur:

1. Patres *comparant poenitentiam cum baptismo,* ita ut utriusque effectus sit vera remissio peccatorum. Ita Hermas: "Post vocationem illam magnam et sanctam [baptismum], si quis tentatus a diabolo peccaverit, unam paenitentiam habet"... (R 87). Tertullianus: "Haec igitur venena eius [daemonis] providens Deus, clausa licet ignoscentiae ianua et intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permisit patere. Col-i locavit in vestibulo paenitentiam secundam..." (R. 314). S.Augustinus: "Si a catechumeno factum est [homicidium], baptismate abluitur et, si a baptizato, paenitentia et reconciliatione sanatur" (R 1864). Similia habent S.Ambrosius, S.Pacianus [11].

ω Cuius fuerit hoc edictum, videbimus postea. Sed quaccumquc sententia de hoc habeatur vis argumenti est eadem, cum Tertullianus edictum impugnet tanquam catholicum.

11 S.Ambrosius, *De paenitentia* 1,2: ML 16,467s; S.Pacianus, *Epistula* 3,7: ML 13,1068.

2. Haec potestas conceditur *a Christo Domino,* et quidem *Ecclesiae hierarchicae.* En verba S.Cypriani: "Quodsi invenimus a paenitentia agenda neminem debere prohiberi et deprecantibus atque exorantibus Domini misericordiam, secundum quod ille misericors et pius est, per sacerdotes eius pacem posse concedi"... (R 578). Firmilianus, uti supra n.15 (R 602). S.Chrysostomus: "Quaecumque inferne sacerdotes faciunt, eadem Deus superne confirmat, servorumque sententiam ipse Dominus ratam facit. Quid enim aliud illis dedit quam omnium caelestium potestatem?"... (R 1119). S.Pacianus: "Quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod apostolis dicit... An tantum hoc solis apostolis licet? Ergo et baptizare solis licet, et Spiritum Sanctum dare solis, et solis gentium peccata purgare; quia totum hoc non; aliis quam apostolis imperatum est"... (R 1244). S.Ambrosius: "Ius enim hoc (ligandi et solvendi) solis permissum sacerdotibus est" (R 1293).

3. Per paenitentiam restituitur Spiritus Sanctus, amissus propter *peccata postbaptismalia.* Ideo, peccata postbaptismalia remittuntur per paenitentiam tam vere ac remittuntur per baptismum peccata antebaptismalia. Haec testantur Didascalia Apostolorum: "Erit ei loco baptismi impositio manus; namque aut per impositionem manus aut per baptismum accipiunt participationem Spiritus Sancti". Et S.Cyprianus: "Quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri qui non prius, pace accepta, receperit Spiritum Patris?" Et S.Hieronymus: "Sacerdos... imponit manum subiecto, reditum Sancti Spiritus invocat" 12.

17. Ratio theologica. 1. Christus contulit Ecclesiae potestatem dandi et conservandi vitam supernaturalem per baptismum aliaque sacramenta. Ergo congruebat ut haec vita, semel per peccatum amissa, posset restitui ab ipsa Ecclesia, ope potestatis remittendi peccata.

2. Huiusmodi potestas commendat dignitatem Ecclesiae, atque fovet reverentiam et obedientiam hominum erga illam.

18. Obiectiones. 1. Ex 2 Cor 5,18-20, ubi iuxta S.Paulum Deus *dedit nobis ministerium reconciliationis... ct posuit in nobis verbum reconciliationis...* Ergo munus apostolicum reconciliandi homines, in sola praedicatione consistit.

Resp. ibi sermonem fieri dc ministerio generali praedicationis apostolicae, quin tamen excludatur modus peculiaris reconciliandi

® *Didascalici Apostolorum* 2,41,4 (ed.FuNK, 1,130); S.Cyprianus, *Epistula* 67,4; MIy 3,1030ss; S-Hieronymus, *Dialogus contra Lucifcrianos* 5: ML 23,159s,

homines per remissionem directam peccatorum, sive baptismalem sive non baptismalem. Ipsi Novatores agnoscunt verba allata non denegare remissionem peccatorum per baptismum; quo ergo iure excludunt et aliam remissionem non baptismalem?

2. S.Cyprianus scribit: “Solus Dominus misereri potest. Veniam... solus potest ille largiri...” (R 552). Ergo, iuxta S.Cyprianum, Ecclesia non habet potestatem vere remittendi peccata, cum haec potestas sit exclusiva solius Dei.

Resp. S.Cyprianum, verbis allatis, totum esse in urgenda satisfactione, quam lapsi in persecutione Decii perficere debebant. Ideo, monet clericos illos, qui facile reconciliationem concedebant, solius Dei esse propria auctoritate misereri ; ac proinde vanam fore condonationem sacerdotis, qui sine congrua satisfactione, et quasi sua propria auctoritate, ageret. Igitur, S.Cyprianus docuit solum Deum posse remittere peccata *propria auctoritate,* ita tamen ut Ecclesia id etiam peragere possit *potestate vicaria sive instrumentait, conc.;* aliter, *nego.* Perpende contextum. Ibi enim statim subiungitur: "Homo Deo maior non potest esse, nec remittere aut donare *indulgentia sua* servus potest” (R 552). Et paulo infra testatur S.Cyprianus sacerdotes gerere vices instrumenti in ordine ad remissionem peccatorum: “Confiteantur singuli... delictum suum... dum satisfactio et remissio *per sacerdotes* apud Dominum grata est” (R 553) ”.

3. Firmilianus, episcopus Caesariensis, scribens de synodis quae "per singulos annos” fiunt ab episcopis ad disponenda illa quae eorum curae commissa sunt, asserit, “lapsis fratribus, et post lavacrum salutare a diabolo vulneratis, per paenitentiam medellam quaeri, non quasi a nobis |episcopis] remissionem peccatorum consequantur, sed ut per nos ad intelligentiam delictorum suorum convertantur, et Domino plenius satisfacere cogantur”M. Ergo censebat Firmilianus episcopos non gaudere potestate ad remittenda peccata.

Resp. Firmilianum id tantum dicere : episcopos, *conciliariter* agentes, leges statuere de congrua satisfactione peragenda, sed ipsos non concedere collectivam remissionem peccatorum ; id enim fit' ab episcopis, *singillatim* agentibus cum singulis peccatoribus, postquam hi debitam paenitentiam praestiterunt. Inde exorti sunt *canones paenitdntiales* conciliorum.

4. S.Ambrosius asseruit: “Homines... in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent” (R 1287). Ergo homines, teste S.Ambrosio, nequeunt vere remittere peccata.

Resp. ex his, quae sequuntur, patere homines non remittere peccata virtute propria, sed nomine S.Trinitatis ; et quidem dimittere peccata, formula deprecativa, qualis diu viguit in Ecclesia. Ita enim •ipse S.Ambrosius: “Neque enim in suo, sed in Patris et Filii et Spiritus Sancti nomine peccata dimittunt. Isti rogant, divinitas donat”... (R 1287). Ceterum, S.Ambrosius fuit acerrimus impugnator novatianismi (R 1295) ; ergo tenebat Ecclesiam vere remittere peccata.

13 Plura de mente S.Cypriani apud B.Poschmann: ZkatbTh 37 (1913) 246-262; *Poenitentia secunda* 370-424; D’Ai.es. *La théologie de saint Cypricn 273*-281. Sed nefiamus contradictionem adesse apud S.Cyprianum. ut contendit B.Caiuxie. *L'absolution sacerdotal chez saint Cyprien:* RcchThAncMéd ? (1935) 221-234.

*4 Inter epistolas S.Cypkwi, cpist.75,4: 5,12Q5s,

19. 5. S.Hieronymus: “Funibus... peccatorum suorum unusquisque constringitur; quos funes atque vincula solvere possunt et apostoli, imitantes magistrum suum qui eis dixerat: *tjuaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo.* Solvunt autem eos apostoli sermone Dei et testimoniis Scripturarum et exhortatione virtutum” Ergo potestas remittendi peccata nihil aliud est quam potestas praedicand) verbum Dei.

Resp. posse *transmitti* quod hic doceat S.Hieronymus peccata solvi at> apostoiis praedicatione verbi Dei, quin tamen excludat potestatem directam remittendi peccata. Immo, hanc videntur innuere ipsa eiusdem verba: “Apostoli, imitantes magistrum suum...” Ceterum, potestatem directam remittendi peccata asseruit aperte alibi, dum interpretaretur eadem verba S.Matthaei: *"Potestatem tribuit apostolis* ut sciant qui a talibus condemnantur, humanam sententiam divina sententia roborari, et quodeumque ligatum fuerit in terra, ligari pariter et in caelo” Et alio in loco: 'Apostohco gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam christiam sumus, *qui claves regni caelorum habentes quodam modo ante indicti diem iudicant"* (R 1345).

6. Potestas paenitentialis non luit concessa a Christo Ecclesiae hierarchicae, sed haec illam sibi exclusive usurpavit per quandam evolutionem ipsius Ecclesiae a statu pneumatico ad statum hierarchicum. Quod quidem suadent et quaedam verba sacrae Scripturae (1 Cof 5,3-13; 2 Cor 2,5-11), et quaedam facta vel dicta posteriora (martyres lugdunenses, Clemens Alexandrinus, Origenes, etc.) “.

Resp. hanc evolutionis theoriam *historice* reiectam fuisse in tractatu de Ecclesia, cum probatur falsam esse illam conceptionem Ecclesiae primaevae, in qua abesset hierarchia. *Theologice* vero nosmetipsi eam nuper exclusimus, cum demonstravimus potestatem remittendi peccata fuisse concessam ab ipso Christo Domino Ecclesiae hierarchicae.

His addi potest, vestigia antiquissima, quae exstant, remissionis peccatorum, innuere hanc datam fuisse per hierarchas Ecclesiae. Ita *Timotheus* iubetur peccantes arguere et manus imponere (1 Tim 5,20-22); peccata dimittuntur per deprecationem *presbyterorum* (lac 5,14-16); ad *episcopum* coadunari debent peccatores, ut a Deo ignoscantur (S.Ignatius Ant.: R 59); per Ecclesiarum *praepositos* dantur praecepta circa paenitentiam (Hermas: R 82).

Fundamenta vero, quibus nititur theoria evolutionis sunt omnino infirma. Nam *confessores* non censebantur dimittere peccata, sed tantum intercedere pro peccatoribus, quorum causae a solo episcopo indicabantur. Id constat in casu martyrum lugdunensium ; id constat cx S.Cypriano Facta autem illa quae proferuntur, tanquam reviviscentia primaevi sensus Ecclesiae contra praevalentem influxum hierarchiac, nihil probant huiusmodi. De Montanistis sufficit ipsa confessio Tertulliani, fatentis se abiecisse sensum antiquae

” S.Hieronymus. *In Isaiàm* 6,14.17: ML 24.222.
'i S.Hieronymus. *In Matthaeum* 3,18,18: ML 26,131.
17 Cf. Galtier, *Dc poenitentia* 164-186.
78 Eusebius, *Hist. Eccl.* 5,2: MG 20,436. C£. Tertullianum, *De pudicitia* 22: ML 2.1080-1084.
“ S.Cyprianus, *Epistola* 15,1; 17,1; 22,2: ML 4.271s.276s,291. Cf. B.PoscIlMANN, *Poenitentia secunda* 398-411.

Ecclesiae[20]. Quod Clemens Alexandrinus inveni indigenti paenitentia, consilium det seligendi sibi hominem, qui pro ipso preces fundat coram Deo, non excludit illum hominem esse sacerdotem; immo ibi profert exemplum S-loannis Evangelistae[21]. Tandem Origenes plura tradit de necessitate adeundi sacerdotem, ad obtinendam remissionem peccatorum [22].

20. Scholion 1. *De mente S.Augustini.* S.Augustinus describit processum resurrectionis peccatoris sub imagine resurrectionis Lazari, ita ut Christus per seipsum excitet atque vivificet peccatorem, solvat' autem per ministros Ecclesiae. En verba ipsius: "Processit ille [Lazarus e sepulcro] vinctus; non ergo pedibus propriis, sed virtute producentis. Fit hoc in corde paenitentis. Cum audis hominem paenitere peccatorum suorum, iam revixit; cum audis hominem confitendo proferre conscientiam, iam de sepulcro eductus est, sed nondum solutus est. Quando solvitur? A quibus solvitur? Quae solveritis, inquit, in terra, erunt soluta et in caelo. Merito per Ecclesiam dari solutio peccatorum potest; suscitari autem ipse mortuus, non nisi intus clamante Domino potest; haec enim Deus interius agit" [23]. Hinc ergo oritur quaestio, utrum potestas Ecclesiae ex mente S.Augustini attingat reatum culpae, an tantum reatum poenae divinae vel ecclesiasticae. Accedit enim quod olim nonnulli scholastici et recenter K.Adam[24] tenuerint, iuxta S.Augustmum, non solvi ab Ecclesia proprie et directe nisi reatum poenae.

Attamen haec interpretatio, falsa prorsus est. Nam iuxta S.Augustinum vincula, quae solvuntur ab Ecclesia, sunt ipsa vincula peccatorum: "Criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur, et praeter hanc Ecclesiam nihil solvitur" [25]. Praeterea, remissio peccati, iuxta S.Augustinum, fit per infusionem Spiritus Sancti, quae infusio per Ecclesiam habetur: "Peccata, quia praeter Ecclesiam non dimittuntur, in eo Spiritu dimitti oportebat, quo in unum Ecclesia congregatur... Remissio peccatorum, quoniam non dat'ur nisi in Spiritu Sancto, in illa Ecclesia tantummodo dari potest, quae habet Spiritum Sanctum" [26].

Unde, excitatio ac vivificatio, quam S.Augustinus soli Deo tribuit, non est ipsa iustificat'io sive remissio peccatorum; sed est illa

[20] Tertullianus, *De pudicitia* 1: ML 2,1033. Cf. D'Ales, *L'édit de Calliste* 190s.

[21] Clemens Alex., *Quis dives salvetur* 41: MG 9,645-648.

[22] Origenes, *In Num.* hom.10,1: MG 12,635-638; *In Lev.* hom.2,4: MG 12,418. De his cf. Galtier, 177-183: B.Poschmann, *Die Siindcnvcrgcbung bei Origenes* 51s; *Poenitentia secunda* 440-471.

[23] S.Augustinus, *In Ps.* 101,2,3: ML 37,1306s. Cf. praeterea *Sermones* 67,2; 98.6; 295,2: ML 38,434.594s.1349; *In loannem* 22,7: ML 35,1578. Ceterum hic loquendi modus communis est etiam Oriceni. *In loannem* 28,5: MG 14,694; S.Ambrosio. *De poenitentia* 2,7,56: ML 16.511; S.Hieronymo, *In Matthaeum* 16,19 (R 1386); S.Cypriano, *De lapsis* 17: NIL 4,494s; et aliis. Ad rite intelligendum S.Cyprianum iuvabunt C.M.Chartier, *La discipline pénitentielle d'après les écrits dc saint Cyprien:* Ant 14 (1939) 18-42.135-156; B.Carelle, *L'absolution sacerdotale chcs saint Cyprien:* RechThAncMéd 7 (1935) 221-234. De usu autem, quem fecerunt veteres scriptores verborum Mt 16,19 et 18,18 atque Io 20.23, consulatur H Bruders apud ZkathTh 34 (1910) 659; 35 (1911) 79.292.466.690.

[24] K.Adam, *Die kirchliche Siindcnvcrgcbung naeh dem hLAugustin* (Paderborn 1917) 46-48. De opinione scholasticorum sermo fit in scholio sequenti.

[25] S.Augustinus, *Scrm.* 295,3: ML 38.1349.

[26] S.Augustinus. *Scrm.* 17,28: ML 38,461. Cf. B.Poschmann, *Dic kirchliche Permittlung der Sündcnverycbung nach Augustinus:* ZkathTh 45 (1921) 208-228.405-432.497-526.

prima motio supernatural)s, qua peccator incipit se disponere ad justificationem. Occasionem autem haec asserendi praebuit S.Augustino Pelagianistnus, qui docebat opus salutis versari in manu nostra.

21. Scholion 2. *De mente 'veterum scholasticorum.* Nonnulli veteres scholastici, tum ex dictis Patrum, de quibus in priori scholio", tum ex nondum bene perspecta natura contritionis, talem loquendi modum adhibuerunt, ut videantur supponere absolutionem non attingere ipsum peccatum seu culpam, quam tenebant remitti per contritionem, quae ab illis exigebatur tanquam necessaria dispositio ad sacramentum. Itaque, munus absolutionis, iuxta hos scholasticos, dicebatur esse tantum manifestatio authentica remissionis[27,28] aut remissio poenae aeternae[29,30] vel alicuius poenae temporalis simul cum authentica ostensione remissionis culpae Ad hanc sententiam S.Anselmi, Hugonis et Magistri accedunt S.Albertus Magnus, Alexander Halensis et S.Bonaventura[31].

In primis notandum est hanc opinionem longe differre ab erroribus Novatorum, tum ex eo quod non apponant justificationem ex fide fiduciali, sed ex vera contritione, quae necessario coniungatur cum confessione sacramentali, tum etiam ex eo quod explicite teneant paenitentiam esse verum sacramentum, ac proinde causam gratiae. Igitur, hi scholastici unice ignorabant modum causalitatis gratiae in sacramento paenitentiae.

Ceterum, hunc modum perspicue proposuerunt S.Thomas[32] et Scotus[33], explicantes propriam efficaciam absolutionis. Sed de his fusius postea.

27 Cf. A.Debil. S.I., *La première distinction du De poenitentia dc Graticn:* RevHistEccI 15 (1914-20) 251-273.442-455.

28 S.Anselmus, hom.13: ML 158,662.

20 Hugo, a Sancto Victore, *Dc sacrcurfentis christignae fidei* 2,14,8: ML 176.564s; *Summo Sententiarum* 6,11: ML 176.147ss.

30 P.Lombardus. *Sententiae* 4,18.

31 Albertus Magnus, *In 4* dist.18 a.Is; Alexander Halensis, *Summa* 4 q.20-21; S.Bonaventura, *In 4* dist.17-18. *De his* cf. A.Trombetta. *Il valorc della assolucione sacramentale nci teologi scolaslici* (Roma 1942); F.Carpino. *Un tentative al sec XIII per valoriszare Fassolusionc sacramentalc:* ScuoCatt 66 (1938) 281-289; *Consensi c criiiche ad una teoria .sull'assohtsione sacramentale net sec.XII:* ScuoCatt 67 (1939) 308-325; A.LandgraF. *Grundlagen für ein Verstdndnis dor Busslchre der Früh-und Hochscholastik:* ZkathTh 51 (1927) 161-194; F.PangErl, *Die Reuelehre Alberts des Grosscn:* ZkathTh 46 (1922) 64s; F.MiTfeKA, *Die Lehre des hlBonaventura von der Vorbcreitung auf die heiligmachende Gnadc:* ZkathTh 50 (1926) 250s.

32 S.Th., 3 q.84 et 86. De mente divi Thomae, cf. J Gottler, *Der heilige Thomas von Aquin und die vortridentinischen Thomistcn fiber die Wirkungcn des Bussakramcntes* (Freiburg 1904); M.Buchbercer, *Die Wirkungen des Bus·sakramcnies nach der Lehre des hl.Thomas von Aquin* (Freiburg 1904); B.Schultes. O.P.,Rcwe *und Bussakrament* (Paderborn 1907); P.de Voogt. O.S.B.. *La justification dans le sacrement de la pénitence d'après S.Thomas d'Aquin:* EphThLov 5 (1928) 225-256; 7 (1930) 663-675; R.Schultes. O.P. *Circa doctrinant S.Thomae de iustificatione:* Ang 3 (1926) 166-175.345-354; M.Flick, S.I., *L'attimo della giustificasione sccondo S.Tommaso* (Roma 1947).

33 Scotus. *In 4* d.14 q.4 n.6-11. Cf. S.Minges, O.F.M *loannis Duns Scoti doctrina philosophica et theologica* (1930); P.Raymond. O.F.M.Cap.. *Duns Scot:* DTC 4.1865-1947, praesertim 1920s; R.Ch.Dhcnt. O.F M., *Le problème de la préparation à la grâce. Débuts dc l'Ecole franciscaine* (Paris 1946); N.Krautwig, O.F.M., *Die Grundlagen der Busslehre des JDuns Skotus* (Freiburg 1938).

ARTICULUS II

De amplitudine POTESTÀTlS remittendi peccata

22. Concipitur Christum Dominum potuisse concedere Ecclesiae hierarchicae hanc potestatem remittendi peccata, *a)* pro aliquibus tantum peccatis, *b)* vel semel tantum in vita pro singulis peccatoribus, c) aut contra, pro omnibus omnino peccatis, et pro quolibet peccatore.. Quid autem de facto elegit? De facto, talem voluit huiusmodi potestatem, ut ipsa esset prorsus universalis, tum respectu cuiuslibet peccati, tum respectu cuiuslibet peccatoris.

Haec autem quaestio de amplitudine potestatis remittendi peccata, duplicem sensum habere potest: 1) Utrum Ecclesia re vera habuerit semper hanc potestatem universalem, et tenuerit saltem implicite hanc doctrinam de universali amplitudine huius potestatis, an contra sibi aliquando eam denegaverit. En habes *quaestionem dogmaticam.* 2) Utrum Ecclesia, etsi bene noverit se posse dimittere omnia peccata cuilibet peccatori, tamen ob rationes disciplinares negaverit de facto veniam quibusdam peccatis (v.gr. homicidio, impudicitiae, apostasiae), aut aliquibus peccatoribus (v.gr. moribundis, relapsis, clericis maioribus). Disputant theologi num haec altera quaestio, dogmatica sit an historica. Cum autem certo non videa-t tur constare de eius charactere dogmatico, nos tanquam historicam illam attingimus1 2 En ergo *quacstioifimi historicam.*

Iam vero, si ad primam quaestionem negative respondeatur, *doctrina* Ecclesiae fuisset aliquando mutata; et si negative etiam respondeatur ad alteram quaestionem, eius *disciplina* fuisset etiam aliquando mutata. Si autem affirmative sit respondendum utrique quaestioni, tunc nec doctrina nec disciplina Ecclesiae fuit unquam mutata, hac in re.

Attamen bene notandum est, utramque quaestionem ponendam esse de saeculo I et II ; nam historici dogmatum acatholici tenent hanc innovationem fuisse peractam saeculo III, pro *moechis* per edictum Callixti circa annum 217, pro *apostatis* vero et *homicidis* per S.Cornelium et S.Cyprianum circa annum 251.

Separatim utramque quaestionem triplici thesi evolvimus.

1 Cf. J.B.Umberg, *Absolutionspflicht und altchristliche Bussdisziplin:* Schol 2 (1927) 321-341.

Thesis 2. Potestas remittendi peccata, a Christo Ecclesiae hierarchicae concessa, extenditur ad omnia prorsus peccata.

S.Th., 3 q.86 a.1; Galtier, 205-221; Lercher-Lakner, 507-510; Pute, 561-580.

23. Adversarii. 1. *Montanistae,* exeunte saeculo secundo, negaverunt Ecclesiae potestatem remittendi peccata graviora. Horum doctrinam exposuit Tertullianus in libro *De pudicitia,* circa annos 217-222. Igitur, Montanistae distinguebant peccata *remissibilia,* quae ab episcopo remitti poterant, et *irremissibilia,* quae, post peractam in terris paenitentiam, a solo Deo remittuntur[2]. Remissibilia numerantur plura[3]. Irremissibilia erant, non solum triai illa peccata capitalia, scilicet, idololatria, fornicatio, homicidium, sed etiam alia, ut blasphemia, fraus etc.[4]

2. *Novaiiani,* a medio saeculo tertio, primo tenuerunt Ecclesiam non posse remittere peccatum apostasiae lapsis ; sed deinde id ipsum asseruerunt de quibuslibet peccatis gravioribus, ita ut Ecclesia non nisi pauca et leviora indulgere posset. Haec autem docebant eo fine ut Ecclesia pura et sancta servaretur [5].

3. *Hodierni historici dogmatum acatholici, non pauci,* docent Montanistas et Novatianos referre legitimum sensum Ecclesiae. Tenet enim Ecclesiam *diu putasse* sibi non licere condonare haec graviora peccata, ideoque *de facto* ea non dimisisse (D 2046).

24. Doctrina Ecclesiae. S.Gëlasius I, versus finem saeculi quinti (D 167), docuerat: "Nullum est quippe... qualia-i cumque sint"... *Lateranense IV* (D 430): "Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper paenitentiam reparari". *Tridentinum,*

2 Tertullianus. *De pudicitia* 2,18.19: ML 2,1037.1070ss. Cf. G.Bardy, *Montanisme:* DTC 10,2355-2370.

3 Tertullianus, *Dc pudicitia* 19 (ML 2.1073s) haec numerat peccata remissibilia: "Quaedam delicta quotidianae incursionis, quibus omnes simus obtecti... Irasci, manum immittere, facile maledicere, temere iurare, fidem pacti destruere, verecundia aut necessitate mentiri...; in negotiis, in officiis, in questu, in victu, in visu, in auditu quanta tentamurl, ut si nulla sit venia istorum, nemini salus competat. Horum ergo erit venia"... Cf. etiam in eodem libro *Dc pudicitia 7:* ML 2,1043-1046. Plura apud D'Ai.ès. *La théologie de Ter·tullien.*

* Tertullianus, *De pudicitia* 19: ML 2.1070-1074. Plura de hac re apud D'Alès. *L'édit de Callistc* c.6; B.Poschman'N, *Paenitcnita secunda* 321-325.

5 Cf. D'Ales. *Novaticn* c.4; Galtier. *La rémission des péchés moindres:* RechScRel 13 (1923) 116; L.Amann, *Noqatien çt Novatianisme:* DTC H,81(h §49,

s.14 cn.l (D 911). definivit dari in Ecclesia sacramentum paenitentia “pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur”. Eadem universalis potestas pluries traditur vel innuitur ab ipso Tridentino, eadem s.14 et etiam s.6 (cf. D 894-899 903 917 807 839).

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

25. Probatur ex sacra Scriptura. 1. *Positive,* ex Io 20,21-3 et Mt 16,19 et 18,18, ubi verba *quorum remiseritis... quaecumque solveritis...* adeo sunt universalia ut nullam patiantur exceptionem. Bene enim illa interpretabatur Gelasius: “In quibuscumque omnia sunt, quantacumque sint et qualiacumque sint” (D 167). Ergo potestas remittendi peccata, a Christo Ecclesiae hierarchicae concessa, est vere universalis.

Confirmatur ex contextu apud laonnem. Nam, missio quae ibi confertur apostolis, est eadem Christi missio. Atqui Christus omnia prorsus peccata dimittebat (cogita *parabolas* ovis perditae, drachmae, filii prodigi, et *facta* mulieris peccatricis et adulterae, paralytici, boni latronis). Ergo et apostoli eadem gaudent potestate universali.

26. 2. *Negative,* quatenus huiusmodi potestas non demonstratur esse restringenda ex ullis verbis sacrae Scripturae, nec directe, nec indirecte. Non *directe,* quia nullus locus proferri potest, in quo explicite dicatur fore coarctandam hanc Ecclesiae potestatem. Sed nec *indirecte,* quatenus de facto excipiatur aliquod peccatum ab hac universali Ecclesiae potestate. Etenim loca praecipua, ad quae provocabant Montanistae et Novatiani, sunt fere haec:

27. 1) *De peccato in Spiritum Sanctum,* quod dicitur non remitti nec in hoo saeculo nec in futuro (Mt 12,31 ; Mc 3,28; Lc 12,10). Antequam respondeamus, duo praemittenda sunt: a) De quonam peccato agatur; *b)* quo sensu dicatur irremissibile.

d) Peccatum in Spiritum Sanctum *intclligitur* peccatum pharisaeorum, qui eo animo erant ut miracula, quibus Christus evidenter probabat suam divinam missionem, pertinaciter tribuerent diabolo, ac proinde renuerent suscipere regnum Dei. Ideo, quia pharisaci tribuebant spiritui immundo ea quae Christus faciebat in virtute Spiritus Sancti, eorum peccatum dicitur blasphemia in Spiritum Sanctum. Verba enim Christi sunt conclusio illius argumentationis, qua probavit pharisaeis §ç fortem alligasse ac proinde instituisse iam regnum Dei. Un-

de qui cum Illo non sunt, contra Tllum sunt. Quia argumentum est clarum, pharisaci miracula Christi diabolo tribuentes, sunt contra Christum. Eorumque peccatum, cui pertinaciter adhaerent, est blasphemia in Spiritum Sanctum, cuius virtute Christus facit miracula °.

Z›) Peccatum in Spiritum Sanctum *dicitur irremissibile,* non quia pharisaei non possent deserere, auxiliante gratia Dei, hanc pravam voluntatem, atque ideo obtinere remissionem sui peccati, sed quia, remanente hac mala voluntate, non valebant assequi condonationem peccati, quippe qui hac subiectiva dispositione sibi Ipraecludebant unicam salutis viam. Christus enim est unicum medium remissionis peccatorum, cum sit revera qui tollit peccatum mundi (Io 1,29). Ergo qui reicit Christum, dum Illum reicit eo ipso se constituit extra media remissionis, et hinc cius peccatum, ut tale, dici potest irremissibile. Bene S.Gelasius (D 167): "Si hoc esse permaneant, nunquam omnino solvenda persistat... Veraci nihilominus eorum manente sententia, qua nunquam solvendus esse denuntiatur in eodem tenore consistens, non etiam ab hoc eodem post recedens" '.

Itaque, peccatum in Spiritum Sanctum non dicendum est irremissibile in se et absolute, ratione gravitatis eiusdem ; sed ratione dispositionis subiectivae voluntatis, et hypothetice.

28. 2) *Dc impossibilitate renovandi ad poenitentiam eos, qui semel illuminati, prolapsi sunt* (Hebr 6,4-6). Peccatum, de quo hic agitur, est apostasia a fide, seu reditus ad iudaismum. Dicitur autem irremissibile hoc peccatum, iuxta plures Patres, eo quod hi apostatae rursus iam non valeant baptizari; non ergo possunt denuo ad Ecclesiam venire per iterationem baptismi (cf. S.Th., 3 q.84 a.10 ad 1). Cum autem haec interpretatio textui et contextui adversari videatur, merito amplectimur cum exegetis reccntioribus (Iluyghe, Prat, A.B.Davidson, Ceulemans) hanc aliam solutionem: impossibile est quod hi apostatae denuo ad fidem convertantur per illam dementarem doctrinam catecheticam, praeviam baptismo, qua prius conversi sunt; sed illi ad paenitentiam revocandi sunt per altiorem doctrinam, nimirum, per doctrinam

• Cf. Knabenrauer et Lagrange in commentariis in haec loca Evangeliorum; S Dkllarminum. *Dc pacn t.nt.a* 2 16

T Cf. S Athanasium, *Fragm. in Ml:* MG 27.1385: Grecorium IllïbEritanum, *De dvcrs s generibus leprarum G:* ML 30 255; S Pacianvm. *Epist.* 3 15 et 22: ML 13.1075s; S.Tii., 2.2 q 14 a.3. Simile peccatum huic peccato in Spiritum Sanctum memoratur apud *Didachc* 11.7. Ibi enim etiam dicitur irremissibile illud peccatum, quo quis resistit prophetis Dei. Solutio autem eadem danda est.

de sacerdotio Christi, dc quo sermo fit c.7. Igitur, haec impossibilitas potius respicit apostolum praedicantem, quam ipsum apostatam renovandum8. Plures autem theologi locum intellexerunt de impossibilitate morali, seu de magna difficultate conversionis.

Itaque non impossibile est huiusmodi lapsos renovari simpliciter et absolute, sed tantum dicitur impossibile eos renovari per dementarem doctrinam ; qui tamen alia via renovari possunt.

29. 3) *Dc denegata pro peccatis hostia* (Hebr 10, 26). Sermo fit de peccato apostasiae a Christi fide (10,25.29). Asseritur autem eos, qui peccarunt post acceptam notitiam veritatis, iam amplius non habere hostiam pro peccatis, seu medium salutis, vel modum reddendi Deum propitium, eo quod Christum abiecerint. Sed minime negat Apostolus huiusmodi lapsos posse converti a sua apostasia, atque ita Christo adhaerentes iterum habere in Ipso unicam hostiam pro peccatis. Ideo, non docet Paulus apostasiam esse irremissibilem; sed nulla peccata remitti nisi per unicam hostiam, Christum Dominum. Cf. *Conc.Valentinum* cn.5 (D 324).

30. 4) *Dc peccato ad mortem* (1 Io 5,16). Peccatum ad mortem est peccatum, apostasiae a fide. Sed in hoc loco non loquitur loannes de potestate remittendi peccata, sed de oratione pro apostata. I laec autem oratio, nec prohibetur ab Evangelista, nec dicitur inutilis, sed unice non praecipitur, cum ex dispositione subjectiva peccatoris moraliter certum videatur fore ut illa nolit converti ’.

31. Conclusio. Ergo in his omnibus locis, sensus est fere idem. Ibi enim non excluditur possibilitas conversionis, nec denegatur potestas Ecclesiae ad remittenda haec peccata, sed tantum denuntiatur tanquam status damnationis eorum condicio qui Christum. Dominum abiecerunt. Hic est v.gr. scopus totius epistulae ad Hebraeos, ex qua pleraeque petuntur difficultates: “Ei, qui a Christo defecit, non est alibi spes salutis”.

* HuyghE. *Commentarius in epistolam art Hebraeas* 6.4ss; F.Prat. *La thcolonic de saint Paul* I 466 i')7; Λ I» Davidson 7’rr* *to the Hebraeos* 6,4ss; F.C.Ceui.emaxs. *Commentarius in cpistodas S Pauli,* Hebr 6.4ss.

0 Cf. S Gelasium I (1) 167) et SThomam, *Dc mulo* q.13 a.15. Ceterum, de pacnitentia in N.T. disserit B.Poschmann, *Pacnitentia secunda* 1-84. Cf. J.BujANPA, *El "precatum ad mortem" interpretado por el Cardenal Toledo:* ArchTG 3 (1940) 69-84.

32. Probatur ex traditione. 1. *Nonnulli Patres,* etiam priores saeculo tertio, agnoscunt saltem implicite hanc potestatem Ecclesiae esse vere universalem, absque ulla exceptione. Legatur S.Clemens Romanus: "[Sanguis Christi] propter nostram salutem effusus toti mundo paenitentiae gratiam obtulit. Perveniamus ad omnes mundi aetates, et discamus quod in omni generatione volentibus ad ipsum converti Dominus paenitentiae locum concesserit" (R 12). S.Ignatius Antiochenus: "Omnibus igitur paenitentibus remittit Deus, si se convertant ad unionem cum Deo et ad communionem cum episcopo" (R 59). S.Polycarpus: "Presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos... non severi nimium in indicio, scientes nos debitores esse peccati" (R 73). Hermas: "Quotquot, inquit, ex toto corde suo paenitentiam egerint ct se purificaverint ab iniquitatibus suis praedictis neque amplius quidquam adiecerint peccatis suis, remedium peccatorum priorum a Domino accipient"... (R 90). S.Justinus: "Qui paenitentiam peccatorum agit, eum benignitas et humanitas Dei et immensitas divitiarum eius, quemadmodum per Ezechielem declarat, perinde ac iustum et peccato carentem habet" in. S.Dyonisius Corinthius scripsit epistulam, iuxta Eusebium, in qua, "cunctis, qui a quovis lapsu sive delicto, sive etiam ab haeretico errore convertantur, suscipi iubet"12.

33. 2. *Ex .1/ontanismo.* .Nam Tertullianus: «) Hanc universalem potestatem agnovit in libro *De poenitentia,* dum esset catholicus: "Collocavit in vestibulo paenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat... Verum non statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis paenitentiae debitor fuerit... rursus paenitere non pigeat...; offendisti, sed reconciliari adhuc potes"... (R 314). *b)* Immo, iam montanista, dum retractat suam priorem sententiam in libro *De pudicitia,* eo ipso testatur hanc esse Ecclesiae doctrinam (R 383 n.l, 387). *c)* Ipse Tertullianus fatetur Ecclesiam inclamasse contra restrictionem huius potestatis per "edictum Callixti" (R 383).

3. *Ex Novatianismo.* Hoc enim exoriente, contra illum insurgunt S.Cyprianus, S.Ambrosius, S.Pacianus. Insuper Romani Pontifices et concilia eundem habent tanquam haereticum (D 88 95 894).

10 S.Iustinvs. *Dialogus cum Tryphone* 47: MG 6 577-580.
11 .Eusebius, *Historia Ecclesiastica* 4,23: MG 20,386.

Unde, certum est Patres, priores saeculo tertio, nullam agnovisse restrictionem circa potestatem remittendi peccata. Ipse Tertullianus testatur variis modis hanc esse doctrinam Ecclesiae catholicae. Exoriens Novatianismus impugnatur a Patribus, et damnatur a Pontificibus Romanis. Ergo Ecclesia agnovit ab initio potestatem remittendi peccata, sibi a Christo collatam, esse omnino universalem.

34. Ratio theologica. S.Thomas, 3 q.86 a.l probat quodlibet peccatum in hac vita per paenitentiam deleri posse, provocans ad duplicem repugnantiam, quae ex denegatione huius assertionis oriretur. Nam:

1) *Repugnaret divinae misericordiae,* quae magna est; "nam vinceretur quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum velle deleri, quod Deus delere non vellet". Congruit ergo divinae misericordiae, ut dederit Ecclesiae potestatem universalem remittendi peccata.

2) *Derogaret virtuti passionis Christi,* per quam paenitentia operatur, sicut et celera sacramenta. Congruit ergo, ut potestas paenitentialis, imbibita sanguine Christi, sit vere universalis.

35. Obiectiones. 1. Origenes tenere videtur, quaedam peccata non posse remitti ab Ecclesia. Etenim ita conqueritur: "Sunt nonnulli qui nescio quomodo sibi arrogant ea quae sacerdotalem superant dignitatem, forte etiam rudes saccrdota is disciplinae, gloriantur que quasi possint etiam idololatriam condonare, adulteriaque et fornicationes remittere; quasi, modo pro iis oraverint, qui eiusmodi facinora perpetrarunt, solvendum sit etiam, quod ad mortem est, peccatum" °.

Resp. hic sermonem fieri dc peccatis, quae tunc temporis per paenitentiam publicam erant expianda. Ideo merito conqueritur Origenes de illis qui gloriantur sola oratione seu absolutione sacerdotali posse condonare idololatriam, adulteria et fornicationes, quin tales peccatores subicerentur paenitentiae publicae. Igitur, tum ex aliis textibus eiusdem Origcnis, tum ex verbis aliorum serptorum illiui aetatis, constat Origenem loco prolato non significare Ecclesiam carere potestate remittendi illa peccata, sed haec non esse ab Ecclesia remittenda nisi per paenitentiam publicam ",

Itaque, docet Origenes Ecclesiam non posse remittere quaedam peccata sine convenienti satisfactione, per paenitentiam publicam praestanda, *conc.;* docet non posse ab Ecclesia ullo modo remitti haec peccata, *nego.*

13 Origenes, *Dc oratione* 28: MG 11.530. Cf. Cavallera: BulILittEccl 24 (19231 172.

18 Cf. B Poschmann. *Dic Silndcnvcraebung bei Oriyencs;* Cai.t iEr, *Les péchés incurables d'OritRnc:* Greg 10 (1929) 177-209. Ceterum quod Origenes aperte docuerit omnia peccata esse remissibilia, bene probat D'At.Ès. *L'éd t de Callistc* c 9. Id ipsum ostendit Barov, *Or'ffèiu* I HTC 'i 1556-1'58 I.e"»« Contra *Celsum* 3 50 et 71: MG 11986 et 1014; GChS 1,246 ct 263. Cf. B.Poscnmann, *Poenitentia secunda* 427-471.

2. S.Cyprianus testatur “non posse in Ecclesia remitti ci qui in Deum deliquerit" ", Ergo videtur denegare Ecc.esiae omnem potestatem remittendi peccata.

Resp. sensum horum verborum hauriendum esse ex aliis locis eiusdem S.Cypnani. Nunc vero, si conferantur verba quae obiciuntur cum eius *lipist.* 16 et cum libro *De lapsis,* patet illum tenere Ecclesiam posse remittere omnia prorsus peccata, dummodo "agant peccatores paenitentiam iusto tempore, et secundum disciplinae ordinem ad exomologcsim veniant” (R 569). Ergo minime negat S.Cyprianus Ecclesiam posse remittere peccata, sed tantum asserit haec ab illa non esse remittenda nisi praestita debita satisfactione per paenitentiam publicam “.

Thesis 3. Ecclesia nulli unquam delicto veniam negavit, propter eius gravitatem.

Galtier, 228-265; Lercher-Lakner, 511-515; PuiC, 910-928.

36. Nexus. Ex praecedenti thesi dogmatica satis constat Ecclesiam habuisse semper potestatem universalem remittendi peccata, eamque etiam agnovisse, saltem implicite. Nunc vero quaeritur, utrum Ecclesia de facto semper usa sit hac potestate universali; an contra, propter rationes disciplinares, aliquibus peccatis, vel aliquibus peccatoribus, aliquando veniam denegaverit. In hac thesi agimus de venia semper concessa omnibus peccatis ; in sequenti agemus de venia nunquam negata cuilibet peccatori.

Notiones. Ecclesiam intelligimus universalem, non particularem ; aut etiam Ecclesiam Romanam. In nonnullis enim ecclesiis particularibus constat praxim rigoristicam aliquando viguisse, prout de ecclesia africana testatur S.Cyprianus1 : “Apud antecessores nostros, quidam de episcopis istic in provincia nostra dandam pacem moechis non putaverunt, et in totum paenitentiae locum contra adulteria clauserunt”.

Unquam dicimus in universum. Sed quia historice tota quaestio ponitur de tribus primis saeculis, de his tantum agendum erit. Ceterum mens Ecclesiae a saec.IV constat ex Conc. Nicaeno I (D 57), Innocentio I (D 95), Caelestino 1 (D 111) et aliis.

Nulli delicto dicitur etiam generaliter. Sed quaestio restringitur, propter adversarios, ad tria peccata apostasiae, fornicationis et homicidii.

14 S Cyprianus. *Testimonia* 3 28: ML 4 782.

15 Cf. D’Alès, *La théologie de saint Cypricn* 282-288; Galtier, *Les péchés incurables d’Origène:* Greg 10 (1929) 203-206; B.PosehMann, *Poenitentia secunda* 370-424.

* *Epistola* 55,21: CSEL 3,2,638.

37. Adversarii. *Recentiores acatholici,* ducibus Harnack et Loisy 2, negant Ecclesiam dedisse veniam illis delictis. Patet hos auctores! supponere Ecclesiam non agnovisse suam potestatem circa haec peccata.

Quidam catholici, defendentes Ecclesiam de sua potestate universali semper consciam fuisse, tenent tamen eadem potestate noluisse aliquando uti propter rationes disciplinares. Sic saec.XVII Morin, Sirmond; recentius Funck, Batiffol, Vacandard, Rauschen, Amann 3.

Ratio historica praecipue allata est testimonium, quod dicunt convergens, trium, auctorum illustrium saec.IH : *Tertulliani,* insurgentis contra edictum Callixti dicentis: "Ego et moechiae et fornicationis delicta, paenitentia functis dimitto" (R 388); *S.Hippolyti,* eundem episcopum Romanum accusantis eo quod "primus ea quae ad voluptates faciunt hominibus concedere ausus sit, dicens omnibus a se peccata dimitti" 4; *Origenis,* scribentis: "Sunt nonnulli, qui nescio quo modo sibi arrogant ea quae sacerdotalem superant dignitatem, forte etiam rudes sacerdotalis disciplinae, glorianturque quasi possint etiam idololatriam condonare, adulteriaque et fornicationem remittere ; quasi, modo pro iis oraverint, qui eiusmodi facinora perpetrarunt, solvendum sit etiam, quod ad mortem est, peccatum" 5. Ex his ergo tribus testimoniis, quibus alia ex S.Cypriano indicia accedunt, constare dicunt mutatum fuisse in saec.IH antiquum Ecclesiae rigorismum.

Valor theologicus. Thesis est historice *probabilior.*

38. Argumentum. *Praenotandum est* dupliciter posse solvi quaestionem : uno modo a priori, id est arguendp a dogmate recentius definito (in Conc.Lateranense vel Tridentino), ad doctrinam et praxim Ecclesiae primaevae ; secus enim actum esset de infallibilitate, aut saltem de sanctitate Ecclesiae. Ita, inter alios, Palmieri, D'Alès, Stuiler, ICopler °. Alio modo potest solvi quaestio a posteriori, arguendo ex documentis historicis et positivis. Sic Galtier, Utnberg, Lercher-Lakner, alii ; qui putant viam aprioristicam certam omnino non esse 7.

2 Harnack. *Lehrbuch der Dogmcngcschicht#* 1,43°-I44: Loisy. *L'Evangile ct l'Eglisc* 238s. Sinit tamen inter ipsos acatholicos nonnulli historici dogmatum, ut Loofs et Seeberg. qui hu«c thesi repugnant

3 Cf. Amann. *Penitence:* DTC 12,780-783.

4 *Ph'Iosopliunii na* 9 12 Inter opera Origenis apud MG 16,3385.

6 *Dc oratione* 28; MG 11,530.

e I).Palmieri, *Tractatus de paenitentia* 106s; A.d'AlES, *L'édit de Callisto;* J.StuflEr, *Die Bussdissipi n der abendlindischcn Kirche bis Kallistns:* ZkathTh 31 (1907) 433-473; L.KoplEr. *Bussakrainent und Abhiss* 45-57.

" Galtier, 224ss; J.Umberg, *Absolutionspflicht und altchristlichc BussdiszL Plin:* Schol 2 (1927) 321-341; Lercher-Lakner. 512.

Hoc secundo modo procedemus, ut difficultas historica, etiam historice, quantum possibile sit, explicetur et solvatur; et quidem duplici via, *positiva* (afferendo testimonia historica primaeva pro venia omnibus delictis concessa) et *negativa* (explicando ea quae ab adversariis in contrarium afferuntur).

39. 1. *Probatur via positiva.* Saecui.o I. Doctrina et praxis aetatis apostolicae ostendit non defuisse ab initio in Ecclesia peccatores, atque ipsis praedicatam fuisse paenitentiam, ut redirent ad viam salutis. Facta vero praecipua haec veniunt memoranda:

S.Paulus veniam concessit incestuoso Corinthio. Ibi etiam inter fratres non pauci aderant fornicarii, quos apostolus "absens" ad paenitentiam hortatur, ut cum "praesens" fuerit, non teneatur durius agere cum ipsis (1 Cor 5,9-13; 2 Cor 1-2; 6-7,13) s.

S.Petrus: paenitentiam suadet Simoni Mago (Act 8,22-4), Praeterea, ita fideles alloquitur: Deus *patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam reverti* (2 Petr 3,9).

S,Joannes Evangelista, in Asia iuvenem perditissimum reduxit ad Ecclesiam per paenitentiam °.

S.Iacobus Apostolus (5,14-20) supponit inter fideles adesse peccatores, qui possint converti ab errore suo et salvari.

S.Lucas narrat quod plures fideles, cum post conversionem adhuc magiae eperam dedissent, *veniebant confitentes et annuntiantes actus suos* (Act 19,18).

Didaché 4,14: "In Ecclesia confiteberis peccata tua, neque accedes ad orationem tuam in conscientia mala" (R 3). Et iterum 14,1 : "Die dominica autem convenientes frangite panem et gratias agite, postquam delicta vestra; confessi estis, ut sit mundum sacrificium vestrum" (R 8).

S.Clemens Romanus: "Quaecumque igitur deliquimus et fecimus| seducti a quodam ex adversarii servis, eorum remissionem imploremus... Melius enim est homini peccata sua confiteri quam indurare cor suum... Vos igitur qui seditionis fundamental iecistis, in oboedientia subditi estote presbyteris, et correctionem suscipite in paenitentiam, genua cordium vestrorum flectentes"... (R 27).

b Cf. Galtier. 229s ubi plura afferuntur.
l' Cf. Clementem Alexandrinum, *Quis dives salvetur* 42: MG 9,648s,

Epistola Barnabae 19,12: “Confiteberis peccata tua. Non accedes adorationem in conscientia mala” (R 37).

Igitur, haec vestigia, casu asservata, satis probant et quod thesis acatholica de Ecclesia primaeva, tanquam societate sanctorum, a qua excluderentur peccatores, sit falsa, et quod Ecclesia hortaretur ad paenitentiam quoslibet peccatores absque ulla exceptione.

40. Saeculo II. Doctrina et praxis huius aetatis demonstrat pariter mentem Ecclesiae fuisse ut venia concederetur cuilibet peccato et cuilibet peccatori. In memoriam revocentur:

S.Ignatius Antiochenus († 107): “Quotquot paenitentia ducti redierint ad unitatem Ecclesiae, et hi Dei erunt” (R 56). ‘Omnibus igitur paenitentibus remittit Deus, si se convertant ad unionem cum Deo et ad communionem cum episcopo” (R 59).

S.Polycarpus, scribens paulo post'annum 107 ad Philippenses, hortatur: “Presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes... non severi nimium in iudicio” (R 73).

Hermas, medio saeculo secundo, in suo *Pastore,* totus est in adhortando ad paenitentiam, qua homines salvi fiant. Ipsi adversarii fatentur quod sub eius influxu Ecclesia inceperit peccata remittere[10].

S.Dionysius Corinthius (c.150), ut refert Eusebius[11], .“eos qui ex quocumque lapsu sive delicto, sive, etiam ab haeretico errore convertantur, suscipi iubet”.

S.Iustinus († 167) docet fideles, si, delapsi in iudaismum, Christum abnegaverint, non posse salvari ; attamen excipit eos qui ante obitum egerint paenitentiam. Ergo, iuxta S.Iustinum, remittitur etiam ipsum peccatum apostasiae [12].

S.Irenaeus († 202) asserit vita aeterna esse donandos quoslibet iustos, qui “in dilectione Dei perseveraverint, sive ab initio, sive ex paenitentia”[13]. Illam autem esse paenitentiam ecclesiasticam, constat eo quod alibi dicat quasdam mulieres, quae cum Gnosticis fuerant adulteratae, “etiam in manifesto exomologesim fecisse” (R 193).

10 De mente Hermae, cf. Galtier. 238-245; B.Poschmann, *Paenitentia secunda* 134-205.
11 *Historia Ecclcs:astica 4,23:* MG 20,386.
12 *Dialogue cum Tryphone* 47.
13 *Adversus haereses* 1,10,1: MG 7.551. Çf. Poschmann, *Paenitentia secunda* 2Q63.

Ex facto S.Pclycarpi, qui dicitur apud S.Irenacum multos haereticos in Ecclesiam convertisse Romae sub Aniceto 14.

Ex facto Cerdonis, quem testatur S.Irenaeus semel et iterum exomologesim fecisse 15.*

Ex facto Marcionis, quem dicit Tertullianus fuisse ab Ecclesia semel et iterum eiectum, antequam in perpetuum discidium relegaretur 10.

Itaque, haec testimoniorum copia denotat, non exceptiones, sed praxim generalem Ecclesiae, saeculo secundo, non denegandi absolutionem ulli peccato.

41. Saçculo III. Sufficiat haec pauca proferre:

Natalius quidam, teste Eusebio 17, qui pecunia corruptus permiserat ut ipse consecraretur episcopus ab haereticis, recipitur a S.Zepherino (198-217) in communionem Ecclesiae.

Clemens Alexandrinus (t 215), dum refert reconciliationem illius iuvenis factam a S.Ioanne Evangelista, ostendit huiusmodi praxim esse laudandam, nec dissonare a moribus Ecclesiae sui temporis18. Cf. supra n.39.

S.Cyprianus (t 258) explicite defendit, neminem esse excludendum a paenitentia: "Neminem putamus a fructu satisfactionis et spe pacis arcendum... Quodsi invenimus a paenitentia agenda neminem debere prohiberi"... (R 577s).

Tandem *Didascalia* (circa med.saec.III) haec universim praecipiunt: "Curam habeto episcopus... eorum qui peccaverunt, ut paenitentiam agant, eorumque remissionem peccatorum dato... Qui enim de Ecclesia pellit eum, qui convertitur, interficit eum pessime" 10.

42. 2. *Probatur via negativa.* Semel prolatis argumentis positivis, ex quibus constat Ecclesiam, etiam tribus primis saeculis, veniam non denegasse ulli peccato, veniamus iam ad perpendenda fundamenta illa, in quibus nituntur adversarii ad oppositam theoriam adstruendam.

1.° *De peccatis impudicitiae.* Triplex, ut vidimus, affertur testimonium "convergens"; quod separatim examinamus.

Tertulliani testimonium adducitur, scribentis contra "edictum Callixti". De hoc testimonio dicendum est: a) Edictum illud *non est S.Callixti,* nec alicuius Pontificis Romani.

14 Cf. S.Irenaeum, *Adversus hacrcses* 3 3: MG 7.851.
15 Cf. S.Irenaeum. *Advenus haereses* 3.4: MG 7.857
" Cf. Tertullianum, *De praescriptione haereticorum* 30: MI, 2,49.
,T *Historia Ecclesiastica* 5.28: MG 20,514.
u *Quis dives salvetur* 42: MG 9,648s.
" *Didascalia* 2,18 (ed.FuNK, 1,64).

Episcopus enim, dc quo agitur, praesumit, iuxta Tertullianum, illud facere ideo quia ad se derivavit potestatem solvendi et ligandi, utpote qui episcopus sit alicuius ecclesiae, quae sit "Petri propinqua"; quod non valet de Ecclesia Romana, sed de illis quae ex consanguinitate doctrinae cum ipsa, deputantur Petri propinquae (R 387) -°. Ceterum appellationes, quas Tertullianus tribuit illi episcopo ("episcopus episcoporum", "pontifex maximus", "benedictus papa"), nec eo tempore exclusivae sunt episcopi Romani, nec a Tertulliano dicuntur nisi ironice. Edictum videtur potius esse alicuius episcopi africani, probabilius Agrippini[21].

/>) Sed praeterea *edicto illo non innovatur antiqua praxis Ecclesiae.* Quod constat ex ipso Tertulliano, et catholico et montanista. Catholicus enim scripsit librum *De poenitentia,* in quo supponit praxim Ecclesiae dandi veniam omnibus delictis, etiam apostasiae et impudicitiae (R 312ss)[22]; montanista autem in ipso libro *Dc pudicitia* fatetur se, non catholicos, mutasse sententiam; idque non propter antiquam traditionem (de cuius laude tot ipse scripserat in libro *De praescriptione haereticorum),* sed propter novos prophetas Montanum et Priscillam (R 383s 387)[23].

43. S.Hippolyti testimonium adducitur, accusantis S.Callixtuin. Sed in verbis S.I lippolyti nihil est quo ostendatur Callixtum primum fuisse, qui veniam concederet fornicariis. Id tantum quod Hippolytus dicit, est, Callixtum nimis facile illam veniam concessisse; quatenus et pervenientibus a sectis promittebat veniam, si ad se accederent, et tenuerit quaedam licere, quae Hippolyto illicita videbantur[24].

OrigENES loquitur de peccatis insanabilibus; quae in sua ipsius sententia nequeunt intelligi vere irremissibilia[25], sed remissibilia post longam et proprie dictam paenitentiam. Quem

I*> Cf. Galtier, *Lc véritable édit de Callistc·:* RevHistEccl 23 (1027) 469-475; *Ecclesia Petri propinqua:* RevHistEccl 24 (1928) 41-51.

81 Cf. Galtier, *L'Eglise et la rémission des péchés aux premiers siècles* (Paris 1932) 141-183·; B.Poschmann. *Poenitentia secunda* 348; G.Bardy. *L'édit d'Agrippinus:* RcvScRel 4 (1924) 1-25. Edictum illrd non esse nrsmni Romani. hodie videtur iam certum; cf. B.Altaner in ThRev 38 (1939) 133s. Revera S.Cyprianus *(Epistola* 55 21) testatur fusse praedece. sores suos .n Air.ca. qui dandam pacem moechis non putarent; hi certe Montanistis non cesserunt, sine dubio projeter aliquem episcopum, qui illud impedivit. Hic ergo videtur fuisse auctor illius "edicti", quod ceterum edictum proprie non est.

– Cf. Poschmann, *Paen.tentia secunda* 261--67.

23 Cf. Galtier. 247-253; LerchHr-Lakner. 515.

34 Cf. A.d'Ai.ES *L'édit de Callistc 217-227:* K Preysïnc Zt.r-jir»»- *und Inhalt des Bussediktcs Kallists:* ZkathTh 43 (1919) 358-362; Galtier, 254s.

Λ Cf. J.Stufler, *Die Siindcnvergcbung bei Origcncs:* ZkathTh 31 (1907) 203-228.

modum remissionis negligunt illi sacerdotes, contra quos invehitur in citato textu 20.

Triplex ergo testimonium saec.III, nedum "convergens" sit, nihil affert quod probet Ecclesiam universalem, aut. Romanam, duobus prioribus saeculis veniam denegasse illis tribus delictis.

44. 2.° *De peccato apostasiae.* Tenent adversarii ante persecutionem Decii (249-251) praxim fuisse non remittendi delictum apostasiae ; sed post persecutionem illam, S.Cornelium et S.Cyprianum hanc disciplinam innovasse. Fundamenta vero id asserendi haec fere sunt: C.Cyprianus persuasionem habebat, non posse in Ecclesia remitti peccatum ei "qui in Deum deliquerit" 27. Deinde S.Cyprianus et clerus romanuii initio persecutionis non ausi sunt veniam concedere lapsis, antequam haec praxis ab aliquo Concilio probaretur28; solum postea id factum esse dicit Cyprianus ex necessitate temporum et multitudine apostatarum 2J. Tandem ideo dicunt schisma Novatiani tam magnam et facilem diffusionem obtinuisse, quia scilicet antiquam rigoris praxim restaurabat.

Sed ad haec *responderi potest* : illam S.Cypriani persuasionem de impossibilitate remissionis apostasiae non tam absolutam fuisse, ut de facto non putaret illud peccatum remitti posse, cum venia concederetur postea illis, qui libellos pacis obtinuerunt. Immo ipse S.Cyprianus, alludens ad peccatum "in Deum" per apostasiam et ad eosdem textus Evangelii (Mc 3,28ss; Mt 12,32), totus est in exhortando lapsis ad spem remissionis obtinendae 30.

Quod S.Cyprianus et clerus romanus, Sede vacante, noluerint veniam dare lapsis, verum est, quatenus ipsis videbantur tales peccatores tunc esse indispositi, non quatenus putarent eis venia concedi non posse. Quaestio disciplinaris agebatur: utrum scilicet faciendo difficiliorem adquisitionem paenitentiae, homines ab apostasia efficacius arcerentur. Sed post persecutionem distinctio, facta est inter libellaticos (hos scilicet oui, etsi idolis non sacrificaverint, testimonium tamen afferebant se illis sacrificasse) et sacrificatos (hos scilicet qui revera sacrificaverant) ; illi statim reconciliabantur, his plena paenitentia exigebatur. Tandem Synodus Carthaginensis anni

r0 Cf Galtier, *Les pêchés incurables d'Origène:* Greg 10 (1929) 177-209. Alia videri possunt apud Poschmann, *Paenitentia secunda 427-433.*

r' *Testimonia* 3 28: ML 4.751;

« *Epistola* I7.1ss; 30.5-8.

l0 *Epistola* 14,K 55,7.

•° *Epistala* 16.3; 17,2.

252, propter imminentem novam persecutionem, etiafn sacrificatos dixit esse recipiendos. Hae, ut patet, sunt/differentiae non in necanda vel concedenda venia apostatis, sed in exigendo ab illis maiorem vel minorem paenitentiam 31.*

Schismatis Novatiani propagatio sufficienter explicatur ex repugnantia fidelium in recipiendis illis, qui tam magno numero idolis in persecutione sacrificaverant, quique postea tam facile tempore pacis redibant ad Ecclesiam. Haec autem explicatio prae alia allata ideo commendatur, quod Novatiani nunquam appellaverint ad antiquam praxim in propriam defensionem. quodque Novatianismus non ex ratione doctrinali, sed ex contentione de episcopatu ortum habueritS2.

45. 3." *De peccato homicidii.* Vix aliud proferunt argumentum nisi cn.21 Conc.Ancyrani anni 341 : "qui homicidium fecerint, paenitentiae iugiter se submittant; perfectionem vero circa vitae exitum consequentur" 33. Quem textum ita intelligunt ut siemificet mitigationem quandam prioris severitatis. Unde cqnchidwnt prius non fuisse datam remissionem peccatorum homicidii.

Sed constat hanc remissionem prius fuisse datam. Attulimus antea fn.39) factum S.foannis Evangelistae. Hermas promittit veniam filiis, qtii parentes in persecutione prodiderant34. S.Callistus concessit veniam mulieribus, foetus suos occidentibus 353*. Alia exempla habentur in S.Gregorio Thaumaturgo se. Origenes non apponit homicidium inter peccata insanabilia. Gratis ergo finditur talis interpretatio canonis ancyrani. Et quidem canon ille' agit de mulieribus prostitutis, quae filios suos suffocaverint: quibus aliqua mitigatio affertur, non quae illis simpliciter veniam concedat quae antea non fuisset illis concessa, sed quae veniam ipsis concedat post decem annos paenitentiae, quibus antea non concederetur nisi in morteST.

46. Scholion 1. *De paenitentia publica et privata".* Exs'stebat in Ecclesia antiqua institutum aliquod paenitentiale, quod vocabatur "ordo pacnitentium". Paenitentia. quae fiebat ner aggregationem illi ordini, solet dici nunc *paenitentia publica* ". Fideles in illo ordine

81 Cf PnsciiMANN. *Paenitentia secunda* 3'H-3O7; Galtier. 261«;.
82 Cf. S Pacianum, *Epistola 3 ad Sempronianum* 1.19.22.26: ML 13,1063-1082; GaltiEr 2*3
« Msi 2 526.
34 Pascor Vis 2 2 2ss.
83 Saltem si fidem Hippolvto praestemus: *Philosophumena* 9.12,6: MG 16,3388.
* *Ffiistnln canon'ra 7*·. MG 10 1040.
« Cf Gat.TTKr 265.
38 Cf. GalTîër 267-310: Lrrch<r-Laknïr. 519«; T Zetc.er, *Dp statu disputationis in historia sacramenti paenitentiae*: Cre" 14 (1033) 432-441.
w Exsistebat certo ab initio saec.TTT, probabilius etiam antea' Cf. Tertullianum, *De paenitentia* 9 (R 315); S.Gregorium Thaumaturgum. *Epistola epno-*

constitui! separabantur a communione ceterorum, propriisque ritibus liturgies per aliquod tempus subiciebantur, donec denuo reconciliabantur. Mqdus vero haec omnia peragendi non fuit semper idem in omnibus iccclesiis. Erat tamen semper paenitentia officialis, quae proinde non poterat sine interventu Ecclesiae a peccatore pro lubitu fieri*0. In hac paenitentia publica distinguenda sum':

a) *Impositio paenitentiae,* quae fiebat ab episcopo pro indicio culpae et adiunjetorum. Episcopus imponebat paenitentiam, vel quia peccator publicctagnoscebatur ut ta'.is, vel quia ab alio crimen sciente deferebatur, Vel quia ipse sponte sesc offerebat'

b) *Actio paenitentiae,* quae est adimpletio eorum actuum et rituum. qui proprii sunt “pacnitcntium”. Hi actus erant exomologesis, separatio liturgica a consortio fidelium, spccia'es supplicationes, ieiuma aliaque opera expiatoria. In Oriente (saltem in Asia Minore) distinguebantur varii pacnitcntium gradus: flentes (qui remanebant in limine ecclesiae, orationes fidelium expostulantes), audientes (qui admittebantur ad audiendam explicationem doctrinae Christianae), substrati (qui bencd'ctionem episcopalem pros'rati suscipiebant), consistentes (qui toti Missae intererant, exclusi tamen a communione eucharistica) *’.

c) *Absolutio paenitentiae.* quae fiebat per manus impositionem et consequcn'em rcconci'iationcm *’. Hodie videtur certum esse, in hac absolutione datam fuisse remissionem sacramcntalem peccatorum, non antea de iure et necessario”.

d) *Consequentia* huius paenitentiae publicae erat, quod qui eam semel peregerat, nec iterum in ordine pacnitcntium constifui, nec in clerum admitti posset.

47. Scholion 2. *Paenitentia privata,* per oppositionem ad paenitentiam publicam, est quae fit sine aggregatione ad ordmem paenitentium ** Dc exsistentia huius paenitentiae priva'ae multum disputatum est et disputatur adhuc. Cer'um tamen est paenitentiam privatam non extit’sse tanquam in'titmlim pacmtcntiale independens a paenitentia publica, neque eo sensu quod semper et de iure ante absolu'ionem paenitentiae pubVcae iam remitteretur peccatum privarim et sccrct'o". Qua'-stio ergo un’ce est. utrum exs’steret in antiqua Ecclesia aliotiis modus remissionis peccatorum sine aggregatione ordmi paenitentium. Exsistentiam paenitentiae privatae, hoc

λ 'γλ 2: MG 10 1°°0-104R: S PaCta^ttm *pnrnrn-ds nd* : ^TT. 13 10$1o· S AMR’ncttiM. Π- ρσ/O·?‹·»›'·›.· ML 16 4R5-546; SlîtiWYWüM. *Epistola* 774; ML *22* 3°2s; SozomEnum. *Histor:a Ecdcsyisti™* ? 16- MG 67 1460«

4n Cf. Tertulliaxum. *Dc paend^ntia* 7: ΆTT, 1.1351s; *De pudicitia* 5: ML 2.103°$®; S Cyprianum *Dr lapx'x* 30: *Fdstoln* 57 I

41 D'iccrîpt'onprn act’onis paen:terv;r»l's freiunt inter al°o$ Tertutt.ianus (R 315>: S [redacted] *Fb'xtnln* 77°«: ML 2’3 °,®‹: Sn*»^'rKviT« *11’***ria Ecdesiast'ca* 7 16: MG 67 1460«: S IsinoRus *Etyinolofrae* 6 1° 17««: MT. 8° ?5«s. Pro rcc1e«i” bisnana rf. SGo'Z\i.Ez Kivas. *I.a pcnitencia en la primitiva Iglcsia cshaflnla* TM-vU'd 10“0› 0(1-104. Cf et:nm VMoxaciiino *La entn Pastorale a M'lana. Cartfurnc c Roma nd secolo II·'* (Roma 1°47) 111-132 246-275 3'3-407.

42 Ab«ob’t:o baec fiebat Romae furia V ante P-'sebn; MecVolani. die Parasceves; in H-spania nterque usus v:c?re debirt Cf Gonzalez. 100s.

43 Cf Gai.tier. 260-278·. LerciiEr-Lakner, 519.4. Pro reconciliatione in ecclesia 1n«pana. cf S Gonzalez. *o c.,* 104-112-

44 Cf. Galt lER. *27****.

45 Cf. Qal^i&r. 2*9-278.

sensu, affirmant, inter alios, Galtier et K.Adam*1; eam ver/ negat Poschmann /

Sententia affirmativa nobis probabilior videtur ex rationibus, quas Galtier bene proposuit: *a)* Sacerdotibus agnoscebatur potestas attemperandi paenitentiae modum et durationem. Sic tes'antur S.Cyprianus, S.Chrysostomus, S.Leo M., S.Augustinus, abi 7.

b) Erant' quaedam peccata (non capitalia)" quae /limittebantur sine aggregatione ordini paenitentium. Sic Tertulhan/s loquitur de "peccatis levioribus", quae sunt vere gravia peccata,/sed non "capitalia"[50]. Pro capitalibus exigit "damnationem", ex qua sequitur "poena" et ex illa "venia"; pro levioribus exigit "castigationem", ex qua immediate (sine "poena") sequitur "venia" °1. Iam /ero "poena" non est' nisi paenitentia publica. Unde peccata "leviora" sine paenitentia publica ab Episcopo dimittebanturE.

c) In haereticorum reconciliatione, hi, qui antea catholici fuerant, non recipiebantur nisi per paenitentiam publicam; sed hi, qui in haeresi baptizati fuerant, recipiebantur per manus impositionem, at non faciebant paenitentiam publicam

d) Post persecutionem decianam, "sacrificati" reconciliabantur per paenitentiam publicani; sed "libellatici" admittebantur statim sine ea (R 576); a fortiori illi, qui nec libellos acceperant (R 553).

e) Conc.Illiberitanum cn.20 statuit: "Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras et promiserit correptus iam se cessaturum nec ulterius exacturum, placuit ei veniam tribui"M.

f) S.Gregorius Illiberitanus loquitur de peccatis "minoribus",

** Galtier. 283-310: *l/Eylisc et la rémission des péchés aux premiers siècles; A propos dc la pénitence primitive:* RevHistEccl 30 (1934) 797-846: *Comme on écarte la pénitence privée*: Greg 21 (1940) 183-202; K Adam *Die krcklchcn SündenvcrfjebiiHf/ nach dem hl Augustin* (Paderborn 1917): *Die gehei»· Kirchenbussc nach denj hl.Augustin* (Kemnten 1921): *Die abcndlan',:schc K:rchcnbussc im Ausffanp des christlichen AJtertums:* ThOschr 110 (1029) 1-66.

4T *Kirchenbussc und correptio secreta bei August n-s* (Braunsbcrg 1923); *D:c abendlandischc Kirchenbussc im Ausgang des christlichen Altertnms* (München 1928): *Die abendlandische Kirchenbussc im friihen 'Dttclalter* (Breslau 1n30); *Das kircliHchc Altctum und die kirchliche Prvatbussr*: ZkathTh 54 (1930) 214-252. Cf. etiam ThRev 32 (1933) 257—272. Cum Poschmann consentit Lercher-Lakner. 520.

46 S.Cypriaxus. *Ep:stcda* 55 13ss; 59.15s: S.Chrysostomus. *In 2 Cor* hom. 159.6: MG 61 »22; *De sacerdotio* 2 4: MG 48 635; S Leo M.. *Epistola* 150,6: ML 54 1138; S.Augustinus, *Enchiridion* 65: ML 40 262s.

40 *Capitalia peccata* sensu antiquo dicuntur illa tria de quibus sermo fuit in thesi praecedenti: fornicatio, idololatria homicidium.

60 Tertullianus, *De pudicitia* 19 (ML 2,1070-1074) d'.stinguit haec peccata tum a capitalibus, tum a venialibus.

51 "Alia erunt remissibilia al°a irremissibilia, secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia dispungit. aut poena: venia ex castigatione, poena ex damnatione (Tertullianus. *De pud'dtia* 2: ML 2.1036).

52 Tertullianus *De pudicitia 2* (ML 2.1036s) expresse dicit ouaestmnem inter montanistas et catholicos de his levioribus delictis eorumque remissione nen esse.

53 Ex similitudine in ritu huius reconciliationis cum ritu paenitentiae d'C'tur a S.Tnnocentio I: "Sub imagine partvtenfae n*»r w›
mus... Cum paenitentiae imagine rôc:pimus" (ML 20.550s). Cf. Galtier, *Abso·lut:on ou confirmation/ La reconciliation des hérétiques:* RcchScRcl 5 (1'/14> 339-394.507-544.

64 Cf. Gonzâl£z. *La pcnitcnc:a en la prnjnitiva l'.Dsia cspaiiola* 55: ubi notat in illo casu non solum nihil dici dc paenitentia. sed neque de excommunione. qualis fortasse supponitur in aliis canonibus illius Concilii, v.gr. in çn.14 de yirginibus lapsis.

quae a skccrdote quidem, scd sine paenitentia publica, relaxabantur “.

g) S.Augustinus loquitur de adulterio mariti, ab uxore secreto dcnuntiatoX quod secreto etiam ab Ecclesia remittitur similiter de furibus,'quorum alios clam, alios palam, alios privatione communionis eucharisticae (si opus erit) corripit Episcopus[1,7].

Ex his ago rationibus et aliis similibus, admittenda videtur exsistenda alicuius modi remissionis sine aggregatione ordini pacnitentium ; qui ideo bene vocari potest paenitentia privata.

Thesis 4. Ecclesia nunquam denegavit veniam ullis peccatoribus, quos dispositos censebat.

Gai.tihr, 311-371; \LrrciîEr-Laks'Kr. 516ss; Puic., 940-950.

48. Notiones. Ecclesia intelligitur ut in thesi praecedenti : Ecclesia universalis, vel Ecclesia Romana.

Denegavit veniam, id est peccatoribus illis semper patebat aliqua via remissionis peccatorum, etsi arcerentur a paë'-nitentia publica aut a communione fidelium.

Ullis peccatoribus. Quaestio movetur speciatim de moribundis, de relapsis, de clericis maioribus.

Peccatores moribundi dicuntur hi quibus mors impendebat, paenitentia non facta ; scilicet paenitentia publica. Id autem accidere poterat vel quia inceptam paenitentiam nondum perfecerant, vel quia paenitentiam ad mortem distulerant.

Relapsi dicuntur qui post peractam semel paenitentiam publicam ea iterum peccata committebant, quae publica paenitentia puniebantur.

Clerici maiores intelliguntur episcopi, presbyteri, diaconi, qui in peccata capitalia lapsi fuerant, quique ad paenitentiam publicam non admittebantur.

Quos dispositos censebat. Quaestio, enim est, utrum his peccatoribus praecise propter illa adiuncta (scilicet quia paenitentia publica non erant purificati, quia relapsi, quia clerici) venia peccatorum fuerit denegata.

Valor theologicus. Thesis est *probabilior.*

49. Argumentum. 1. *De moribundis.*

a) A temporibus saltem *Conc.Nicaeni I*, absolutio conceditur omnibus moribundis. Ita constat ex cn.13 illius Concilii (D 57), ex testimoniis S.Innocentii I (D 95) et S.Caelestini I (D 111). Praeterea ex S.Leone M., reprobante malam

w *Dc diversis generibus lePraru/n 2:* ML 30 245s; cf Gonzâl&. *La pen:tencia...* 71s. De S.Paciano, cf. ibid. 79. De exomologcsi monachorum et monialium, cf. Galtier. 218.

* *Sermo 82.8;* ML 38.511.

«' *Epistola* 153,21: ML 33,663.

consuetudinem differendi paenitentiam usque ad /mortem (D 147). /

Z?) *Pro temporibus praecedentibus* quaestio mtdtum disputatur. Probabilius tamen videtur, praxim denegandi absolutionem moribundis nunquam fuisse generalem/in Ecclesia. Quod probatur sequentibus rationibus: *Conc.Nilaenum* in illo cn.13 non solum non dicit se innovare, sed exp/esse confirmat antiquam et regularem legem ; S.Caku:stinus I in citata epistola horret de denegata moribundis absolutione ab aliquibus, qui horror vix explicaretur si talis fuisset mos aliquando in Ecclesia ; iuxta *Conc.Tridcntinum* pie adryiodum in Ecclesia custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis (D 903); Pius VI damnavit sententiam/Pistoriensium, invocantium praxim antiquae Ecclesiae denegandi communionem etiam in articulo mortis, tanquam contrariam Conc.Nicaeno, S.Innocentio, S.Caelcstino et redolentem pravitatem quam ille Pontifex abhorret (D 1538).

c) Sed *in contrarium afferuntur* aliqua facta. *Primum* S.Innocentius in eadem epistola loquitur de aliqua priore observatione, quae durior erat, iuxta quam “concederetur paenitentia, sed communio negaretur”; quae negatio communionis importat negationem absolutionis. *Sed* observa S.Innocentium dicere ipsis etiam tunc datam fuisse “remissionem”, quamvis duriorem. Deinde dicit nunc fieri “inclinatiorem” observationem, ne videretur in negatione Communionis negatio etiam veniae contineri, qualem volunt Novatiani. Unde “communio” in illo textu non connectitur cum absolutione.

Deinde afferunt cn.22 Conc.Arelatcnsis I ’, praecipientem ut apostatis, qui infirmitate arrepti petunt communionem, denegetur haec nisi revaluerint et fecerint paenitentiam. *Attamen* -in illo canone non videtur considerari casus moribundi, sed tantum infirmi, qui sanaturus speratur.

Tertio afferunt cn.64 Conc.Illiberitani 2, in quo negatur communio mulieri viventi in adulterio usque ad mortem. Immo haec negatio communionis perpetua apparet in pluribus aliis canonibus illius Concilii3. *Sed* si attendatur contextus illorum canonum fiatque analysis et comparatio formularum, satis clare apparet in Conci'io Illiberitano “communionem” nihil esse nisi “reconciliationem”.* Negabatur proinde, etiam in perpetuum, reconciliatio cum Ecclesia, quae sine dubio secum

∎ Msi 2 473.
» Msi 2 16.
• Cf. Gonzalez, *La pcnitcncia...* 44ss.
4 Analysim et comparationem fecit Gonzalez. *La peuitcncia...* 46-51.

ferebat negationem quoque communionis eucharisticae; sed nullo riyodo negabatur venia peccatorum. Nulla est positiva ratio affirmandi contrarium et ex alia parte difficile est admittere illam exclusionem ab absolutione et remissione eclesiastica pecçati, quae nec antea nec postea apparet in ipsa Hispania 5. \

Ceterum,\concedi posset in Hispania et in Gallia invaluisse aliquando talem consuetudinem negandi absolutionem moribundis, contra quam insurrexerunt Innocentius I et Caelestinus I. Adhue probandum esset, idem valere aut de Ecclesia universali, aut de Ecclesia Romana.

50. 2. *De 'relapsis.*

a) Certum est relapsis non fuisse concessam novam paenitentiam publicam, quae nonnisi semel fieri poterat ®; ideoque multi peccatores differebant paenitentiam usque ad finem vitae.

Z>) Transmitti fortasse potest, ante S.Siricium positive non constare de absolutione sacramentali data his relapsis; cum exempla quae afferuntur, revera non sint omnino clara 7.

c) S.Siricius, negans his relapsis communionem eucharisticam, concedit ipsis saltem in morte reconciliationem cum Ecclesia et absolutionem 8.* Nec certum est ibi agi tantum de his, qui, paenitentia peracta, ea patraverant opera quae paenitentibus prohibebantur. Ceterum S.Siricius non dicit se novam disciplinam instaurare.

d) Hos relapsos Ecclesia semper adhortata est ad paenitentiam, promittens veniam omnibus, qui convertantur ad cor °, quae peccatorum remissio, exsistente paenitentia privata sensu antea explicato, non absurde supponitur fuisse per aliquod exercitium potestatis clavium, de cuius modo et ratione nobis non constat. Nullibi enim apparet doctrina de remissione illorum peccatorum extra potestatem clavium 10.

51. 3. *De clericis maioribus.*

a) Verum est clericos maiores, qui peccata capitalia commiserant, in aliquibus ecclesiis non fuisse admissos ad paenitentiam publicam. Sic S.Basilius dicit eos, iuxta antiquos canones, esse deponendos a suo gradu et redigendos in statum

1 Cf Gonzalez. *La penitencin...* 52ss.
8 Cf. PosciïMANN. *Dic kirchlichc Dusse* im *Ausgang des christlichcn Altertums* 57-68 07-104
' Cf Galtier. 319.
• *Ad Hbnerium Tarraconensem:* ML 13 1137.
0 Cf. S.Augustinum. *Epistola* 153.3,7s: ML 33,656.
« Cf. Galtier, 325.

laicalc, non tamen esse ad paenitentiam admittendos γ. Quod valet etiam de Ecclesia Romana, testantibus S.Leone M., S.Siricio et S.Optato Milevitano 12. /

b) Haec tamen non fuit praxis universalis in Ecclesia, ut constat ex *Conc.IUiberitano* cn.76, *Neocaesariensi/cn.l, Arausicano I* cn.4, et aliis testimoniis13. /

c) Ipsis quoque praesto erat aliqua remiss/o peccatorum per paenitentiam privatam. Non enim denegabatur eis quaelibet manus impositio, sed ea tantum quae mate laicorum vel tanquam paenitentibus fieretw. Dantur exempla positiva de hac venia concessa, etiam in Ecclesia Romana ·15. In specie illi, qui a schismate vel haeresi convertebantur, non sine aliquo ritu reconciliationis, quamvis sine paenitentia publica, admittebantur'°. De omnibus scribit S.Leo M. : "Alienum est a consuetudine ecclesiastica'ut... ii pro crimine aliquo| suo per manus impositionem remedium accipiant paenitendi... Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa"17; quae fructuosa satisfactio videtur supponere communionem saltem laicorum.

</) Tandem per exceptionem, Romae quoque, nonnulli ex his clericis in pristinum officium et dignitatem restituti suntls.

ARTICULUS III

DE NATURA JUDICIALI POTESTATIS REMITTENDI PECCATA

52. Semel probata concessione et universalitate potestatis remittendi peccata, iam venit determinanda natura illius potestatis ; quae, uno verbo, non est dicenda *gratiosa* sed *iudicialis.* Nimirum : adest etiam alia via ad obtinendam remissionem peccatorum, scilicet sacramentum baptismi. Itaque, quaeritur, num haec peccatorum remissio, de qua nunc loquimur,

11 *Epistola canonica* cn..3.32.51; MG 32,672.728.796.

12 S.Leo M.. *Epistola 167:* ML 54,1203; S.Siricius, *Ad Hinteritum Tarraconcns 'i^:* ML 13 1145; S Optatus M.. *De schismate Donat:starum* 124: ML 11,923-933, ubi narrat S.Miltiadem in synodo romana anni 313 damnasse Donatum, "quod confessus sit... episcopis lapsis manum imposuisse, quod ab Ecclesia alienum est".

13 *Cone Illibcritanum* cn.76: Msi 2,18; *Cone Neocacsariensc* cn.1 : Ms·' 2 5*0; *Conc.Arausicanum* cn4: Msi 6,437. Alia testimonia vide apud Galtier, 364. De legislatione Conc.llliberitani circa clericos lapsos ci. GoxlâÂlkz. *L.u pen.-tencia...* 56s; de ecclesia hisparia antea, cf. *ibid., 27-37.*

w Cf. Galtier, 367.

16 Cf. Galtier, 368. .

M Cf. Galtier. 369.

17 *Epistola* 167,2: ML 54.1203.

18 Exempla collegit Galtier, 364.

fiat eadem ratione ac remissio baptismalis, an aliter. Nempe, potestas baptismalis exercetur per modum doni gratiosi, cum nec praemittatur inquisitio, nec fiai iudicium, nec imponatur satisfactio. ^ïstne etiam huiusmodi potestas paenitentialis? Minime. Potestas enim baptismalis est gratiosa; potestas vero paenitentialis .exercetur ad modum iudicii. Hac igitur ratione tangitur radicalis differentia inter baptismum et paenitentiam ; et ita quidem ut haec indoles iudicialis deveniat nota fundamentalis sacramenti paenitentiae.

Thesis 5. Haec potestas, a Christo concessa, actu iudiciali exercenda est,

S.Th.. 3 *Suppi.* <1.17 a.2s; Galtier, 327ss; Lercher-Lakner, 527-533; Puig, 581-589.

53. Notiones. Potestas iudicialis, ex conceptu vulgari quem prae oculis habebat Tridentinum, dicitur "facultas a suprema auctoritate descendens, ad ferendam sententiam practice efficacem iuris asserti aut denegati, iuxta normam legis et pro merito reorum". Explico singula:

Facultas a suprema auctoritate descendens. Iudex enim iuxta omnes, est magistratus publicus, seu publica auctoritate instructus. Igitur, non est merus arbiter, qui eligitur ex voluntate partium.

/id ferendam sententiam practice efficacem, id est, non mere speculative dirigentem aut declarantem : secus enim esset merus consultor, opinionem suam exhibens, non autem verus iudex. auctoritative ferens sententiam.

/uris asserti aut denegati. Scilicet, potestas iudicialis respicit duos actus contrarios (absolvere-damnare), non tantum contradictorios (uti hac potestate vel non uti).

Iuxta normam legis. Iudex enim est magistratus publicus ; aliter enim evaderet merus arbiter, qui rem solveret ex aequitate.

Pro merita reorum. Secus enim non esset iudicium, quod respicit iustitiam ; sed merum beneficium, quod ex benevolentia procedit.

54. *Itaque.,* catholici omnes tenent paenitentiam. ex Christi institutione, exercendam esse iudicialiter. Quod ita intelligendum est, ad mentem Tridentini: *Paenitens* est verus reus, qui se ipsum accusat coram ministro. *Minister* est verus iudex, qui auctoritative sententiam fert, non tantum arbiter qui amice rem componat, *Ipsa· remissio* est actus iudicialis, eum

sit sententia, auctoritative prolata, non pro arbitrio reorum aut iudicis, sed pro merito causae ad normam legis.

Si comparemus hoc indicium paenitentiale internum ac criminale coram Deo cum iudicio externo criminali /fori civilis, differre'videmus sequentibus: *fine,* qui in priori e0 iustificatio vel absolutio peccatoris, dum in altero est vindicta sive condemnatio ; *modo,* desunt enim testes aut accusatores in iudicio paenitentiali, cum ipse paenitens testetur et crimen suum et praesentem animi dispositionem ; *sententia,* poena enim indicitur, non vindicativa, sed medicinalis et satisfactoria ; *minister* est quidem iudex, at simul etiam medicus, et doctor, et pater[*].

55. Adversarii. Novatores hanc notam iudicialem negant, tenentes paenitentiam esse potestatem vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi peccata esse remissa (D 902 919).

56. Doctrina Ecclesiae. Tridentinum s.14 c.2 et 5 (D 895 899) docuit ministrum paenitentiae esse indicem, paenitentem vero reum, idque haberi ex ipsa Christi institutione, atque hac ratione vel maxime differre potestatem baplismalem a potestate paenitentiali ; c.6 (D 902) tradit exercitium huius potestatis fieri per actum iudicialem, quo pronuntiatur sententia a ministro tanquam indice ; cn.9 (D 919) definit absolutionem sacramentalem sacerdotis esse actum iudicialem.

Valor dogmaticus. Tanquam *dc fide divina et catholica explicite definitum,* tenendum est absolutionem sacramentalem esse actum iudicialem ; ergo tanquam *implicite definitum* tenendum est potestatem, qua talis absolutio exercetur, esse etiam iudicialem 2.

57. Probatur ex sacra Scriptura. To 20.23: *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Unde sic: Potestas iudicialis est facultas a suprema auctoritate descendens, ad ferendam sententiam practice efficacem, iuris asserti aut denegati, iuxta normam legis et pro merito reorum. Atqui talis est potestas quae confertur in illis verbis. Ergo potestas remittendi peccata est potestas iudicialis.

Mai. continet notionem iuridicam, ab omnibus communiter admissam.

* De his omnibus cf. T Umberc, *Die richtcrliche Bussgcwalt nach Io 20,23:* ZlcathTh 50 (1926) 337-370.

1 Cf. J.Tersus. *Die sakramentale Lossprcchung ais richtcrlicher Akf;* ZlcathTh 71 (1949) 214-230

Min, probanda est de singulis partibus definitionis:

a) *Potestas a suprema auctoritate descendens, seu potestas auctoritativa* Confertur enim a principe buius societatis ecclesiast'cae: *Sicut misit m? Pater, e! ego mitto vos... Quorum remiseritis peccata...*

b) */Id ferendam sententiam praefice efficacem.* Etenim supra probavimus Ecclesiam non tantum declarare peccata esse remissa a Deo, sed ipsam vere remittere peccata; adeo ut eius sententia rata babeatur etiam in caelis.

c) *furis asserti aut deneoati.* Scilicet, baec potestas remittendi peccata est bifaria vel bipartita, dicens respectum ad duos actus oppositos (remittere-rctinere). ita ut hi actus contrarie, non contradictorie, onnonantur : qui duo proinde actus sunt actus positivi. Quod quidem locum non babet in potestate baptizandi. Haec enim non est potestas bifaria ; nam baptismus vel administratur vel non administratur est igitur potestas quae unum tantum habet terminum positivum (collationem baptismi).

Igitur, potestas paenitentialis est potestas bifaria, ita ut uterque actus sit positivus. De *remissione* enim nemo dubitat. Sed hoc insum dicendum est de *retentione.* Nam verbum κρατέω vividius adhuc exprimit quam verbum latinum *retineo* verum actum, non merum non usum potestatis, cum significet *cohibere, coercere...* Tdque confirmatur ex eo quod effectus remittendi et retinendi sit positivus. Nam per remissionem liberatur homo a culpa et poena aeterna : per retentionem vero imnonitur peccatori, vel rata habetur, obligatio redeundi ad tribunal paenitentiae ut possit obtinere peccati remissionem. Hic est enim effecbis iuridicus denegatae absolutionis: quod quidem est afiquid positivum ordinis inridici, licet nihil producatur in ordine physico, ut fit in absolutione per infusionem gratiae sanctificantis.

d) *Iuxta normam lectis et pro merito reorum.* Est enim potestas vicaria, ac proinde exercenda est iuxta leges concedentis. Lex autem fundamentalis est. ut deinde demonstrabimus, quod remissio peccatorum non detur nisi dispositis per contritionem. Ergo minister non nisi contritos absolvere potest, hoc est, pro meritis illorum s.

58. Probatur ex traditione. 1. *In genere,* constat ex historia paenitentiae exstitisse a primis saeculis in Ecclesia

* Cf. T Umbtîrg, *Die richterlichf fiussgcwalt nach To 20,23:* ZkathTh 50 (1926) 337-370.

verum tribunal paenitentiale cum indicibus, legibus, poenis, absolutione vel retentione peccatorum. Iam vero, ope huius tribunalis, exercebatur potestas a Christo concessa remittendi peccata. Ergo natura huius potestatis est vere iudicûÜis.

2. *In specie,* sancti Patres a) diserte appellant sacerdotes indices, *b)* exercitium autem huius potestatis piaenitentialis dicunt indicium, c) atque haec eruunt ex verbis Io 20.23 et Mt 16,19 et 18,18. Legatur Tertullianus: "Coimus in coetum... oramus... Ibidem etiam exhortationes, Castigationes et censura'divina ; nam et *iudicatur magno cum pondere,* ut apud certos de Dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur" 4. Et Didascalia Apostolorum, admonent episcopum de sua dignitate: *"potestatem habens indicare pro Deo eos qui peccaverunt;* quoniam vobis episcopis dictum est per Evangelium : quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelo, *ludica* igitur, episcope, *cum. potestate, ut Deus,* sed paenitentes suscipe cum caritate, sicut Deus, quia Dominus Deus cum iuramento promisit peccatoribus se veniam daturum esse" S.Chrysostomus : "Si vis videre discrimen quantum sit regem inter et sacerdotem, expende modum potestatis utrique traditae, videbis sacerdotem multo sublimius rege sedentem... Rerum terrenarum administrationem sortitus rex est... ; verum sacerdotii solium in caelis collocatum est, et caelestia administrandi habet auctoritatem. Quis haec dicit? ipse caelorum rex: quaecumque enim ligaveritis... A terra principium iudicii sumit caelum; nam *index sedet in terra,* Dominus sequitur servum, et *quidquid hic in inferioribus indicaverit,* hoc ille in supernis comprobat"6. S.Hieronymus : "Absit ut quidquam de his (clericis) sinistrum loquar, qui, apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt... qui, claves regni caelorum habentes, quodam modo *ante iudicii diem iudicant"* (R 1345).

59. Ratio theologica. Eam profert Suarez his verbis : "Conveniens fuit longe aliter remitti peccata ante baptismum commissa, et quae post illum committuntur. Nam... illa peccata committuntur ante illuminationem fidei, et ideo ex parte habent aliquam excusationem, propter quam facilior venia de eis conceditur. At vero peccata commissa post baptismum...

4 *Apologeticum* 39: ML 1,532.
8 *Didascalia Apostolorum* 1is (ed.FuxK. 1.46ss).
• *In Isaiam* hon).5<l; MG 56,130s.

graviora sunt, et medicinam postulant acerbiorem... ac propterea remedium adversus haec peccata per modum iusti iudicii institui debuit. Quod etiam expediebat, ne hominibus Christianis ex facilitate veniae, peccandi occasio dari videretur. Potestas ergo ad remittenda haec peccata iudiciaria est"... 7

60. Obiectiones. 1. Potestas iudicialis illa est quae ordinatur ad absolvendos innocentes ct damnandos criminosos. Atqui potestas remittendi peccata ordinatur ad absolvendos criminosos, minime vero ad eosdem damnandos. Ergo potestas remittendi peccata nequit esse iudiciaria.

Dist. mai. Potestas iudicialis forensis in causis criminalibus ordinatur ad absolvendos innocentes et damnandos criminosos, *conc. mai.;* quaelibet potestas iudicialis, etiam potestas iudicialis civilis, vel etiam potestas remittendi peccata, ita ut boc sit de essentia potestatis iudicialis, *itego mai.*

Explico. Ut supra monuimus, potestas remittendi peccata, cum involvat notas essentiales potestatis iudicialis, est dicenda vere iudiciaria; sed tamen differt in pluribus ab ipsis indiciis forensibus criminalibus, scilicet, *fine, modo, ministro,* etc. Igitur, potestas remittendi peccata differt prae primis a potestate forensi criminali, *fine;* haec enim datur re vera ad damnandos criminosos et absolvendos innocentes, illa vero confertur ad absolvendos et iustificandos peccatores.

2. De essentia potestatis iudicialis est ut sit bifaria, id est, ut habeat duos terminos- positivos (absolvere-damnare). Atqui potestas remittendi peccata non habet nisi unum terminum positivum, nimirum, absolvere. Ergo potestas remittendi peccata non est potestas iudiciaria.

Nego· min. Nam haec potestas est ad remittenda vel retinenda peccata. Nunc vero, ex dictis, non solum remittere, sed etiam retinere, sunt actus positivi.

3. Actus positivus habet effectum positivum. Atqui in retentione peccatorum non adest effectus positivus. Ergo retentio peccatorum non est actus positivus.

Dist. mai. Actus positivus habet effectum positivum, sive *physicam,* sive *iuridictiin, conc. mai.;* praecise *physicum, subdist.:* si agatur de rebus iuridicis, *nego mai.;* si vero de aliis, *trans, mai. Contradist. min.* In retentione peccatorum non adest effectus positivus physicus, sicuti adest in remissione per infusionem gratiae sanctificantis, *conc. min.;* non adest effectus positivus iuridicus, *nego min.*

4. Effectus positivus iuridicus retentionis peccatorum esset obligatio subiciendi peccata clavibus. Atqui huiusmodi obligatio iam aderat, antequam peccator accederet ad tribunal paenitentiae. Ergo retentio peccatorum non inducit ullum novum effectum positivum iuridicum.

Conc mai. Dist. mht. Aderat, sed de novo confirmatur obligatio subiciendi peccata ciavibus, *conc. min.;* aliter, *nego min.*

Explico. Vi sententiae retentionis, paenitens remanet reus culpae et poenae subeundae, cum obligatione de novo subiciendi peccata

' *De poenitentia* disp.16 s.1 n.11. Cf. J.Tersus. *Dic sakramcntalc Lossprcchung ais richtcrlichc Akt:* ZkathTh 71 (1949) 214-230.

clavibus; idque, etsi paenitcns rite dispositus accesserit, et sacerdos absolutionem denegaverit ex malitia vel ignorantia. Haec autem sententia, rata habetur in caelis, ita ut peccator pergat haberi coram Deo tanquam inimicus illius, nisi forte praecesserit perfecta contritio. Insuper, nota tribunal paenitentiale esse tribunal *appellationis* simul et *reconciliationis;* proinde non exigitur ut in omnibus et singulis actibus imponatur aliqua nova poena, sed sufficit ut auctoritative retineatur illa, quam Deus mllix.it propter peccatum. Etiam in civilibus, quis accurrens ad tribunal superius, ut liberetur a poena imposita ab inferiori, si rciciatur, adest verum iud cium, etsi nihil novum imponatur, sed tantum confirmetur sententia tribunalis inferioris.

61. 5. Etiam ille, cui denegatur baptismus, habet obligationem de novo accurrendi ad sacramentum regenerationis. Atqui non ideo tamen baptismus est actus iudicialis. Ergo nec potestas remittendi peccata, vel eadem retinendi, est' actus iudicialis.

Nego paritatem. Etenim illa obligatio suscipiendi baptismum non est erga Ecclesiam, ad quam baptizandus nondum pertinet, sed tantummodo erga Deum. Praeterea, ab hac obligatione liberari potest a quolibet, etsi non sit' subditus Ecclesiae; minister enim baptismi, saltem in casu necessitatis, est quilibet homo vel mulier. Sed respectu potestatis remittendi et retinendi peccata, longe aliter accidit. Nam obligatio illa respicit' Ecclesiam, nec ab alio solvi potest quam a legitimo ministro.

6. Etiam ad conferendum baptismum debuit institui iudicium de debita dispositione suscipientis, nec tamen baptismus est actus iudicialis. Ergo a pari dicendum est de potestate remittendi et retinendi peccata.

Nego paritatem. Nara iudicium illud est iudicium seu deliberatio praevia dc exercenda necne potestate gratiosa baptismali ; sed ibi nulla iurisdictio exercetur, cum baptizandus nondum sit subditus Ecclesiae. Longe autem aliter circa potestatem remittendi et retinendi peccata; quae est vere iurisdictionalis.

7. Absolutio peccatorum, quam sacerdos impertitur, est dispensatio beneficii, nen proprii, sed divini. Atqui dispensatio alieni beneficii nequit esse actus iudicialis. Ergo absolutio peccatorum non est actus iudicialis.

Dis!, mai. Absolutio peccatorum est pura dispensatio alieni beneficii, *nego mai.;* est dispensatio, qua sacerdos, tanquam index, veram profert sententiam, *conc. mai. Contradict, min.* Pura d spensatio, *conc. min.;* dispensatio iudicialis, *nego min.* Pulchre Tridentinnm; “Quamvis autem absolutio sacerdotis al:eni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium vel annuntiandi Evangelium vel declarandi remissa esse peccata ; sed instar actus iudicialis, quo ab ipso vclut a iudice sententia pronuntiatur” (D 902).

8. In Vetere Lege remissio peccatorum non fiebat judicialiter. Ergo nec in Nova Lege. Aliter enim in Nova Lege difficilior esset remissio peccatorum quam in Vetere Lege, cum tamen Nova Lex sit lex gratiae.

Conc. antec. Nego cons, et probat. Nam in Antiqua Lege non dabatur remissio peccatorum quin praecederet contritio perfecta. Iam vero, in Nova Lege sufficit attritio tanquam dispositio ad absolutionem sacramentalem. Praeterea, recte dixit Tridentinum: “Ipsa

vero huiusmodi confessionis difficultas ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis et consolationibus levaretur" (D 900).

ARTICULUS IV

De exsistentia sacramenti PAENITENTIAE

62. Postquam agnovimus ex articulis prioribus Christum Dominum contulisse Ecclesiae hierarchicae potestatem remittendi peccata, eamque universalem, ac iudiciali forma exercendam, exinde eruitur, ad modum corollarii, indoles sacramentalis paenitentiae. Exsistere enim sacramentum pacnitcntiae, nihil aliud est quam potestatem illam ita fuisse a Christo concessam ut dispensaretur per ritum sensibilem, perenniter duraturum, qui esset simul et significans et conferens gratiam sanctificantem ; atque eo ipso evaderet novum sacramentum, a baptismo distinctum.

Thesis 6. Ergo exsistit sacramentum paenitentiae, a baptismo distinctum.

S.Th., 3 q.84 a.1; Galtier, 330-333; Lercher-Lakner, 536-539; Puig, 590-599.

63. Adversarii. 1. *Protestantes veteres* negant paenitiam esse sacramentum speciale, a baptismo distinctum. Ita Lutherus: "Paenitentiae sacramentum, quod ego his duobus accensui, signo visibili et divinitus instituto caret, et aliud non esse dixi quam viam et reditum ad baptismum" \

2. Apud *protestantes recentiores* magna viget confusio, utrum paenitentia sit institutum divinum an humanum.

3. *Modernistac* paenitentiam habent tanquam institutum humanum ; ideo negant eius realitatem sacramcntalem (D 2046s).

4. *Quidam* quoque *canonistae* (ut RuFinus, Ioannes Faventius et Ioannes Teutonicus) et *nonnulli theologi* (ut Abaelardus et Robertus de Flamesbury) tenuerunt paenitentiam privatam non esse sacramentum 2.

64. Doctrina Ecclesiae. Contra Novatores, definivit *Tridenjinum* s.7 cn.1 (D 844): "Si quis dixerit... paeniten-

* *Dc CaPt'vitate Babylonica: Opera* (ed Weimar) 6,501. Cf. A.Michel. *Pénitence:* DTC 12.1053-1066.

8 Id probavit P.Schmoll. *Die Busslehre der Frühscholashk* (München 1Q09)

tiam... non esse vere et proprie sacramentum, a.s." Et s.14 cn.l (D 911'): "Si quis dixerit, in catholica Ecclesia paenitentiam non esse vere et proprie sacramentum pro fidelibus... a.s." Et eadem s.14 en.2 (D 912): "Si quis, sacramenta confundens, ipsum baptismum paenitentiae sacramentum esse dixerit, quasi haec duo sacramenta distincta non sint... a.s."

Contra alios haereticos vel errores, iam pluries id ipsum fuerat edoctum ab Ecclesia. *Conc.Veronense,* contra Albigenses (D 402): "Universos, qui... de peccatorum, confessione... vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt quam sacrosancta Romana Ecclesia praedicat et observat..., pari vinculo perpetui anathematis innodamus". Innocentius III contra Waldenses, numerans varia sacramenta (D 424): "Peccatoribus vere paenitentibus veniam concedi a Deo credimus". *Lugdunense II* in professione fidei M.Palaeologi (D 465): "Tenet etiam et docet eadem sancta Romana Ecclesia, septem esse sacramenta... Aliud est paenitentia..." *Florentinum* in decreto pro Armenis (D 699): "Quartum sacramentum est pacnitentia"...

Valor dogmaticus. Paenitentiam, et esse sacramentum, et esse diversum a baptismo, est veritas *de fide divina et catholica definita.*

65. Argumentum. 1. *Pacnitentia est sacramentum.* Ex probatis, Christus contulit Ecclesiae hierarchicae potestatem remittendi omnia peccata post baptismum commissa, modo iudiciali. Atqui exercitium huius potestatis iudicialis est ritus sensibilis, significans et conferens gratiam, perenniter duraturus. Ergo paenitentia est verum sacramentum.

Mai. constat ex prioribus thesibus.

Min. a) *Ritus sensibilis,* quia stare nequit verum indicium sine aliquo signo externo paenitentis et ministri, b) *Significans gratiam,* nam sententia exprimitur per veram absolutionem ; iam vero absolutio seu remissio peccatorum non fit nisi per gratiae infusionem; ergo huiusmodi ritus significat gratiam. c) *Conferens gratiam,* confert enim veram peccatorum remissionem, quae non nisi per gratiae infusionem habetur, d) *Perenniter duraturus,* etenim durare debet dum sint peccatores, qui semper erunî dum duret Ecclesia.

66. 2. *Paenitentia est sacramentum, a baptismo distinctum*: Nam haec duo pluribus differunt inter se, *materia* nimirum et *forma,* ratione *indicii, fructibus.* Ita Tridentinum

s.14 a.2 (D 895): “Ceterum hoc sacramentum multis rationibus a baptismo differre dignoscitur. Nam praeterquam quod materia et forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet, constat certe, baptismi ministrum iudicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem indicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus... Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lavacro baptismi sui corporis membra semel effecit... Alius praeterea est baptismi, et alius paenitentiae fructus. Per baptismum enim Christum induentes nova prorsus in Illo efficimur creatura plenam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes ; ad quam tamen novitatem et integritatem per sacramentum paenitentiae, sine magnis nostris fletibus et laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus”... 3

67. Obiectiones. 1. Ex Io 20,21: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* Unde consequitur apostolos debere remittere peccata eadem ratione ac Christus. Atqui Christus peccata remittebat absque ritu sacramentali. Ergo et apostoli peccata debent remittere sine ritu sacramentali.

Dist. niai. Eadem ratione, remittere debent apostoli et Christus, nisi diversitas probefur, *cane, mai.;* aliter, *nego mai. Conc. min. Dist. pariter cons.* Constat diversitas ex duplici ratione. *Primum, ex eo* quod Christus gauderet potestate excellentiae, qua carebant apostoli. *Deinde,* ex eo quod positive demonstravimus Christum voluisse ut remissio peccatorum concederetur ab Ecclesia ritu sacramentali.

2. Ex S.Augustino: “Eodem lavacro regenerationis et verbo sanctificationis omnia prorsus maia hominum regeneratorum mundantur atque sanantur, non solum peccata, quae omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quae posterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur, non ut baptisma quoties peccatur toties repetatur, sed quia ipso quod semel datur fit, ut non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur” (R 1874). Ergo, iuxta S.Augustinum, etiam remittuntur per sacramentum baptismi, peccata commissa post baptismum.

Resp. S.Augustinum verbis allatis id unum intendere, paenitentiam nihil prodesse sine baptismo. Subiungit' enim continuo : “Quid enim prodesset vel ante baptismum paenitentia, nisi baptismus sequeretur, vel postea nisi praecederet?” Ceterum, S.Augustinus aperte distinxit paenitentiam a baptismo, cum scripsit: “Si a catechumeno factum est [homicidium], baptismate abluitur; et si a bapti-

3 Argumentum ex traditione, attenta peculiari natura et historia paenitentiae pubicae. accurate fecit LerciiEr-LakxKR. 538s. Plura de discrimine inter baptismum et paenitentiam apud Patres et primaevos Ecclesiae scriptores, scripserunt: K.Rahner. *Siinde ais Gnadcnvcrtust in der friihchristlichen l.ittcratnr:* ZkatbTh 60 439,501; J Stueeer. *Dic vcrschicdenen Wirkungcn der Taufe und Busse each Tcrtulan:* ZkatbTh 31 (1907) 372-6; B Poschmann *Pacm'entia secunda* 159.239.247.285.398.427. De eodem vero discrimine ad mentem S.Thomae scripsit F.CrétEur. *Nature du, sacrement de pénitence selon Sa.nl Thomas:* AnTh 7 (1946) 454-460.

zato, pacnitcntia ct reconciliatione sanatur" (R 1864). "Manus autem impositio non sicut baptismus repeti non pol'est" (R 1627).

3. Ex Calvino: Baptismus non deletur per peccata commissa post baptismum. Ergo supcrlluum est sacramentum paenitentiae ad remittenda peccata commissa post baptismum, cum haec possim deleri per ipsum baptismum '.

Dist. antec. Non deletur baptismus in se ipso, *nego suppositum,* quasi baptismus esset sacramentum permanens; non deletur in suis effectibus, *siibdist.:* quoad gratiam, *nego antec.;* quoad characterem, quem ceterum reiciunt Novatores, *conc. antec.*

68. Scholion. *k'o.v "sacramentum", quandffnam de poenitentia dicitur.* Dum agit S.Pacianus de potestate remittendi peccata, docet sacerdotibus concessam fuisse "et resolutionem vinculorum et sacramenti potestatem" (R 1244). Apud S. Augustinum occurrit "sacramentum" de reconciliaticne et actione paenitentiae5: de impositione manus ab aliquo praeposito, tanquam alligamento nostrae contritionis'l. Dicitur etiam ab ipso peccator "accipere satisfactionis suae modum a praepositis sacramentorum" '.

Liber Ordinum ecclesiae hispanae bis appellat paenitentiam "sacramentum reconciliationis" ", quam quidem opponit baptismo'. S.Petrus Damianus loquitur dc "Sacramento confessionis""; quod etiam repetit Nicolaus Claraevallensis ".

Sensu adhuc non plene definito nominatur a Lanfranco " remissio peccatorum inter "quatuor sacramenta ecclesiastica", quae sunt praeter ipsam fides, baptismus, consecratio dominici Corporis ef Sanguinis. Algerus Leodiensis " sensu iam magis proprio loquitur de pacnitcntia inter sacramenta, scilicet inter baptismum, confirmationem, eucharistiam ct ordinem. Ab hoc tempore, sacculo videlicet XII ineunte, haec denominatio communis evadit.

Sed ab hoc tempore sacramentum paenitentiae aliis quoque nominibus frequenter donatur. Sic dicitur simpliciter pacnitentia, vel confessio; sicuti aetate Patrum dicebatur reconciliatio, manuum impositio, actio paenitentiae, satisfactio et alia similia.

CAPUT II

De necessitate sacramenti paenitentiae

69. Tridentinum s.14 c.2 (D 895), statim post assertam exsistentiam sacramenti paenitentiae, eiusque distinctionem a sacramento baptismi, pergit: "Est autem hoc sacramentum

4 *Institution Chrétien* 4.19. Cf. S.Bki.larminum, *De poenitentia* 1.14.
δ *Epistola* 228.8: ML 33 1016.
6 *Enarrationes in Psalmos* 156,8: ML 37,1903s.
f Sermo 351 9: MI. 39 1545.
8 *L:bor Ordinum* (ed Pérotin) 92 104.
• *Lb-:r Ordinum* (rd I'érotin) 94.357. Cf. S Goi&ÂIXZ, *La pcnitencia en la Prim;t va l(/lcs:a cspaïïo'a* 157-160.
l0 *Sermo* 5R: ML 144.824.
ll *Sermo* 99 (inter sermones S Petri Damiani): ML 144,901.
u De celanda confessione: ML 150.625s
u De misericordia et iustitia p.3 c-65: ML 180.886. Cf. *ibid.,* 879-887.

paenitentiae lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse baptismus".

Igitur, antequam veniat Concilium ad exponendam essentiam et fructus sacramenti paenitentiae, statuit eiusdem necessitatem. Ideo et nobis dicendum est iam de necessitate sacramenti paenitentiae. Sed loquimur de necessitate sacramenti paenitentiae in genere; nendum enim agimus de necessitate ipsius confessionis peccatorum, vel cuiuslibet alterius actus paenitentis.

Quaeritur ergo num haec via paenitentialis, a Christo Domino instituta ad obtinendam remissionem peccatorum, *sit libera an necessaria.* Si vero sit necessaria, iterum inquiritur utrum haec necessitas proveniat *ex voluntate Christi, an ex praecepto Ecclesiae.*

Nos asserimus utrumque: Et sacramentum paenitentiae esse necessarium ad remissionem peccatorum post baptismum commissorum, et hoc provenire ex Christi voluntate.

Itaque, necessitas sacramenti paenitentiae imposita est ab ipso Christo. Verum concedimus Ecclesiam potuisse reddere notiorem hanc necessitatem, eamque determinare annua confessione etsi simul defendamus hanc necessitatem, impositam ab ipso Christo, semper fuisse sufficienter cognitam in Ecclesia.

Thesis 7. Ex Christi institutione, sacramentum paenitentiae, in re vel in voto susceptum, est medium absolute necessarium ad obtinendam remissionem peccatorum mortalium, post baptismum commissorum.

S.Th., 3 q.84 a.5s; Galtier, 334-352; Escher-Lakner, 521-526; Pulc, 613-624.

70. Notiones. Necessarium necessitate medii dicit duo: Positivam *conducenliam* ad finem, et *necessitatem* illius, ita ut sine ipso finis obtineri nequeat. Quod quidem facile intelligitur si conferatur cum necessario necessitate praecepti.

Necessarium enim *necessitate praecepti* dicitur illud quod est necessarium ad salutem ideo tantum quia praeceptum est, minime vero quia sit unica via salutis. Quid ergo? Huiusmodi necessarium, eatenus est necessarium quatenus si quis tale praeceptum non adimpleat, peccabit mortaliter, et hoc peccatum obstabit illius saluti.

Attamen, necessarium necessitate medii, aliud est *necessarium in re,* aliud *in re vel in voto.*

Necessarium in re, tunc adest, cum illud nequit suppleri per aliud. Talis est gratia sanctificans relate ad salutem.

Necessarium in re vel in voto, est id, quod valet suppleri per aliud, in quo adsit, saltem implicite, votum sive desiderium illius quod dicitur necessarium. Ita sacramentum paenitentiae potest suppleri per actum caritatis perfectae; sed ipsa caritas, si vera sit, semper includit voluntatem observandi cetera omnia, quae Deus tanquam necessaria instituerit. Igitur, etiam ante susceptum sacramentum paenitentiae, caritas perfecta semper iustificat; sed remanet obligatio subiciendi peccata clavibus. Si vero postea peccator renuat accedere ad sacramentum, hoc significabit, vel votum ipsius serium non fuisse, vel fuisse retractatum. Ergo in hypothesi voti serii, peccata vere fuere remissa per caritatem; sed paenitens renuens accedere ad sacramentum, de novo peccasset, eo quod noluit adimplere gravem obligationem[1].

Haec necessitas medii, alia concipitur profluens *ex natura rei, alia ex positiva voluntate Christi.* Iam vero, necessitas, de qua nunc loquimur, non provenit ex ipsa natura rei, sed ex Christi voluntate, rem ita determinantis: ex Christi institutione[2].

71. Adversarii. 1. *Protestantes,* tam veteres quam hodierni, quatenus negantes exsistentiam sacramenti, eo ipso despiciunt etiam eiusdem necessitatem.

2. *Plerique hodierni historici dogmatum acatholici* tenent necessitatem huius sacramenti *a)* fuisse ignotam Ecclesiae per plura saecula; *Z>)* hodiernam vero doctrinam catholicam, initium habuisse ex influxu monachorum, qui induxerunt frequentiam paenitentiae; *c)* hanc praxim Ecclesiam agnovisse

1 Plura dicuntur in sacra theologia necessaria, tanquam medium salutis; quod videtur adversari ipsi conceptui medii necessarii scilicet, quod sit unica via salutis. Dicuntur necessaria hac ratione *ingressus in Ecclesiam, baptismus, actus fidei in adultis nondum iustificat.s,' sacramentum paenitentiae...* Attamen observandum est quod haec non dicantur media necessaria in eodem ordine, sed alia aliis subordinentur.

Ideo, absolute et simpliciter necessarium ad salutem, id unum est: *Status gratiae sanctificantis in niomento mortis.* Cetera vero sunt media ad obtinendam hanc gratiam sanctificantem, diversa pro diversis adiunctis, in quibus homo versetur.

A. *Pro nondum iustificatis:* 1) Si sint adulti requiritur actus fidei, tanquam dispositio ad baptismum. 2) Pro omnibus, sive adultis sive infant bus. exigitur baptismus, quo homo iustificatur per infusionem gratiae sanctificantis, et incorporatur ad Christum in Ecclesia

B. *Pro semel iustificat.s per baptismum,* si illi de novo labantur in peccatum. prostat sacramentum paenitentiae tanquam unica via ad recuperandam denuo gratiam sanctificantem

2 *Plura de hoc conceptu apud* A.Landcraf. *Das sacramentum in voto in der Fhühscholastik:* Mélanges Mandonnet (Paris 1930) 2,97-143; J.A.deAldama. S.I.. *La necesidad dc medio en la cscolàstica postridentina:* ArchTG 8 (1945) 57-84.

saeculo XIII, cum Lateranense IV praecepit confessionem annuam (D 437).

3. *Modsrnistae* hanc eandem doctrinam tradunt (D 2046).

Argumenta, quibus innituntur adversarii, sunt fere haec; *a)* antiquitus tantum subiciebantur clavibus peccata capitalia, et quidem publica; *b)* silentium dc usu et frequentia huius sacramenti in antiqua Ecclesia; c) clericis maioribus censebantur crimina dimitti absque ulla paenitentia ecclesiastica; *d)* discordia Scholasticorum, saeculo XII-XIII, tum de necessitate confessionis, tum de iure huius necessitatis[3][4]

Jam vero, his omnibus nobis satisfaciendum est, et in exponendo *argumento traditionis,* et in scholio.

72. Doctrina Ecclesiae. A. *Necessitas sacramenti paenitentiae:*

Tridentinum s.14 c.2 (D 895) comparat necessitatem sacramenti paenitentiae cum necessitate sacramenti baptismi (cf. D 861 796); s.6 cn.29 (D 839) definit amissam iustitiam non recuperari sine sacramento paenitentiae; s.6 c.14 (1)807) declarat hanc necessitatem esse in re vel in voto.

B. *Ex Christi institutione:*

Ipsum *Tridentinum* s.14 cn.6 (D 916) definit necessitatem confessionis sacramentalis, ac proinde ipsius sacramenti, provenire ex iure divino.

C. *Ex verbis institutionis:* Idem *Tridentinum* s.14 c.5 (D 899) docet constare ex ipsis verbis institutionis confessionem esse necessariam ex iure divino; ac proinde, constat etiam exinde necessitas, sacramenti paenitentiae. Unde necessitas sacramenti paenitentiae ex iure divino, probatur vel ex solis verbis Io 20,23, vel saltem accedente traditione declarativa Ecclesiae. Attamen, fatendum est huiusmodi necessitatem ibi non contineri adeo explicite ut continetur necessitas baptismi apud Io 3,5 *.

73. Valor dogmaticus. 1. Necessitas sacramenti paenitentiae pro lapsis post baptismum, ex iure divino seu ex Christi institutione, est veritas *de fide divina et catholica definita* apud Tridentinum s.14 cn.6 (D 916).

2. Quod haec necessitas sit necessitas medii, est *saltem*

3 Cf. Gai.tier, *De poenitentia* 334.

4 Sententia eorum theologorum, qui dicebant necessitatem sacramenti paenitentiae non probari ex Io 20 23 nisi nova probat'on»s elementa per fnd'tKmcm adderentur (cf. Scotum, *In* 4 d.17 q.un.; Caif.tanum, *In Io* 20; G.BiEl, *In 4* d.17 q.l a.l). post Tridentinum sustineri nequit. Cf. Suarez, *De paenitcnt.a* disp.17 s.2 n.5s,

theologice certum. Tridentinum id explicite non docuit, attamen bene eruitur, tam ex positivo influxu paenitentiae respectu justificationis, quam ex eiusdem necessitate (D 911 et 916).

3. Quod vero sit necessitas medii in re vel in voto, aperte supponitur apud Tridentinum s.6 c.14 (D 807). Igitur *theologice certum* est.

74. Probatur ex sacra Scriptura. Praenota: 1) iuxta Tridentinum s.14 c.5 (D 899), argumentum erui ex verbis institutionis apud Io 20,23.

2) Argumentum autem ita evolvimus ut *primum* probemus in genere necessitatem sacramenti paenitentiae ex iure divino; *deinde* ostendamus banc necessitatem esse necessitatem medii, non praecepti tantum ; ac *tandem* dicamus hanc necessitatem medii esse supplebilcm, seu esse necessitatem medii in re vel in voto.

Argumentum: 1. *Probatur necessitas sacramenti paenitentiae ex Christi institutione,* ex potestate retinendi peccata post baptismum commissa, quam Christus Ecclesiae concessit apud Io 20,23s: *quorum retinueritis, retenta sunt.* Ex verbis Christi, Ecclesia hierarchica potest retinere omnia peccata, ita ut etiam a Deo retineantur. Atqui haec retinendi potestas arguit necessitatem subiciendi omnia peccata postbaptismalia huic sacramento. Ergo sacramentum paenitentiae est necessarium ad obtinendam remissionem peccatorum post baptismum commissorum, ex Christi institutione.

Mai. patet ex ipsis verbis Christi.

Min. a) *Pro peccatis semel sublectis huic sacramento,* debet esse unica via remissionis; aliter enim illa retinendi potestas, a Christo Ecclesiae concessa, deveniret irrisoria.

b) *Sed etiam pro omnibus peccatis* debet esse unica via remissionis, ac proinde *etiam antequam peccata clavibus subiciantur.* Secus enim Christus insipienter egisset conferens modo adeo solemni potestatem retinendi peccata, ad quam nullus accederet, nisi esset unica via remissionis. Nam haec via et difficilior est aliis (v.gr. contritione perfecta), et ei semel subiecta peccata aliter remitti non possent. Ergo Christus, si serio contulit potestatem retinendi peccata, necessario debuit constituere hanc viam, tanquam unicam viam remissionis peccatorum postbaptismalium 5.

2. *Probatur necessitas medii,* ex duplici elemento consti-

9 Ampliorem expositionem huius argumentationis vide apud Galtier. 341-345,

tutivo necessitatis medii: Nam 1") sacramentum paenitentiae est *causa justificationis,* cum influat causaliter gratiam his qui post baptismum in peccata lapsi sunt (th.1-4); 2) et quidem pro ipsis est *causa unica justificationis,* ut nuper probavimus sub 1.

3. *Probatur necessitas in re vel iit voto,* ex eo quod constet aliunde contritionem caritate perfectam remittere peccata, etiam ante susceptionem sacramenti. Ergo hoc sacramentum paenitentiae nequit dici semper necessarium in re. Sed *quaestio* est num caritas et sacramentum sint duae viae independentes ad remissionem peccatorum, an alia dicat relationem ad aliam. *Responsio vero* patet ex probatis. Nam si sacramentum paenitentiae est medium necessarium pro lapsis post baptismum ea ratione qua baptismus est necessarius pro omnibus, manifestum est quod in Nova Lege caritas includat aliquam relationem ad ipsum sacramentum, sine qua peccatum remitti non valeat. Haec autem relatio appellatur *votum implicitum* sacramenti, non enim requiritur *explicitum.* Igitur, votum est ipsa caritas, quasi quid vicarium sacramenti, quatenus includit intrinsecam relationem ad illud, et continet votum sive desiderium suscipiendi sacramentum, cum fieri possit '.

75. Probatur ex traditione. Constat multiplici ratione Ecclesiam tenuisse et theoretice et practice doctrinam de necessitate sacramenti paenitentiae. En praecipua:

1. *SS.Patres* inducunt sacramentum paenitentiae tanquam unicum remedium post baptismum. Quod quidem patet, tum ex eo quod appellent sacramentum paenitentiae "secundam post naufragium tabulam" ', tum χ apertis eorum assertionibus, absque ulla metaphora. Ita S.L'EO Magnus, scribens de venia obtinenda per sacramentum paenitentiae, ait: "Indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri" (D 146).

2. Hortantur fideles ad vincendum pudorem in declarandis suis peccatis, ne secus pereant. Audi Tertullianum: "Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut suffugere aut de die in diem differre praesumo, pudoris magis memores quam salutis... Videlicet si quid humanae notitiae subduxerimus, proinde et Deum celabimus?... An melius est

c Cf. J.A.deAldama, *La necesidad dc ntedio...:* ArchTG 8 (1945) 57-84

1 Hanc metaphoram adhibent Tertullianus. *Dc poenitentia* 7,9.12 (R 314s); S.Hieronymus, *Epistola* 130.9; *In Isaiam* 2.3.56; S.Pacianus, *Epistola* 1,5. Cf. *Tridentinum s.6* c.14 (D 807); S.Th., 3 q.84 a.6

damnatum latere quam palam absolvi?... Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera..." (R 316s). Et AphraaTEM: "Si quis autem erubuerit, sanari non poterit, quoniam plagas suas non vult patefacere medico"... (R 685). Et S.Ambrosium: "Si vis iustificari, fatere delictum tuum. Solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum"... (R 1.299). Et S.Hieronymum: "Si enim erubescat aegrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat" (R 1375). Similia profert S.Pacianus[8].

3. Sub imagine Lazari resuscitari urgent necessarium accessum ad ministros Ecclesiae. Verba S.AugusTini, aliorumque Patrum, protulimus n.20.

4. Montanistas et Novatianos dicebant crudeles, duros, immisericordes. Ergo supponebant hanc esse viam necessariam; aliter énim, si adesset alia via remissionis, non esset cur adeo crudeles censerentur. Cf. v.gr. S.Innocentium I: "Communionem dari abeuntibus placuit... ne Novatiani haeretici negantis veniam asperitatem et duritiam sequi videamur" (D 95). '

5. *Sollicitudo Ecclesiite* de danda absolutione in articulo mortis arguit hanc eandem necessitatem; nam haec sensu careret, si adesset alia via salutis. Cf. *Concilium Nicaenum* (D 57), S.Innocentium I (D 95), S.Caelestinum I (D 111)...

76. Igitur, Ecclesia agnovit a primis temporibus, sacramentum paenitentiae esse medium necessarium ad remittenda peccata postbaptismalia. Unde falsum est:

a) *Sola peccata capitalia, et quidem publica, subiecta fuisse clavibus.* Nam Patres aperte loquuntur de manifestandis etiam occultis cogitationibus aut desideriis (S.Pacianus); de vincenda verecundia, quae non habetur de his, quae ab omnibus iam cognoscerentur (Tertullianus, Aphraates, S.Ambrosius, S.Hieronymus, S.Pacianus), etc.

b) *Altum vigere silentium de usu huius sacramenti in Ecclesia primaeva.* Nam ea quae prolata sunt in hac et in prioribus thesibus ostendunt tale silentium non viguisse[B].

c) *Clericis maioribus non fuisse datam paenitentiam.* Alias enim diximus (n.51), illis fuisse denegatam paenitentiam publicam, minime vero privatam.

d) *De discordia Scholasticorum* dicendum erit in scholio.

h *Paraenesis ad paenitentiam* 8: ML 13,1086.
v Plura apud Galtier, *De paenitentia* 346-357.

77. Obiectiones. 1. Origenes dicit: “Audi nunc, quantae sint remissiones peccatorum in evangeliis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia est quae pro eleemosyna datur... Quarta nobis fit remissio peccatorum per hoc, quod et nos remittimus peccata fratribus nostris... Quinta peccatorum remissio est, cum converterit quis peccatorem ab errore viae suae... Sexta quoque fit remissio per abundantiam caritatis... Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per paenitentiam remissio peccatorum"... (R 493). Igitur, censet Origenes plura esse media ad obtinendam remissionem peccatorum, inter quae, septimo loco, numeratur etiam paenitentia; ergo sacramentum paenitentiae nequit dici unicum medium salutis pro his qui lapsi sunt post baptismum, atque ideo nec necessarium.

Resp. Origenem loqui de remissione cuiuslibet peccati, gravis vel levis. Praeterea, scopus Origenis erat ostendere non esse pauciores remissiones in Nova Lege quam in Vetere; ideo recenset omnes, quibus aliquo modo peccata remittuntur Attamen, sicut, includens baptismum inter haec remissionum genera, non intendit negare ipsius necessitatem, ita nec reicit necessitatem paenitentiae. Ceterum, hanc necessitatem innuit in homilia sequenti in eundem librum Levitici : “Si ipsi nostri simus accusatores, proficit nobis ad salutem; si vero exspectemus ut a diabolo accusemur, accusatio illa cedit nobis ad poenam ; habebit enim socios in gehenna, quos convicerit criminum socios” (R 494).

2. Nectarius, episcopus Constantinopolitanus (381-397), abrogavit omne institutum paenitentiale “ Ergo ignorabat necessitatem paenitentiae.

Resp. Ncetarium non abrogasse omne institutum paenitentiale, sed tantum munus presbyteri paeniten.tiarii. Qua quidem abrogatione ratio redditur sufficiens illius relaxationis disciplinae paenitentialis, quam lamentantur Socrates et Sozomenus. Etenim, deficiente presbytero paenitentiario, deerat qui ex officio audiret spontaneas confessiones, et ad quem deferrentur publici peccatores. Insuper, non exstante adhuc praecepto de confessione annua et de expiatione mortalium per absolutionem sacramentalem ante communionem cucharisticam, unusquisque paenitentiam adibat cum volebat, vel etiam facile eam omittebat. Igitur, abrogatio muneris presbyteri pacnitentiarii non arguit ignorantiam necessitatis paenitentiae; nam, stante hac necessitate, abrogatum fuit illud munus ob alias causas, quas historici illi innuunt atque declarant.

3. S.I.Chrysostomus, in suis homiliis *de paenitentia,* recenset quinque paenitendi vias, scilicet, confessionem peccati in ecclesia ad modum David, lacrimas ad modum Achat, humilitatem ad modum publicani, eleemosynam et orationem ”. Ergo non aestimabat necessariam paenitentiam ecclesiasticam.

Resp. Chrysostomum sermonem facere, non de peccatis gravibus, sed de quibuslibet peccatis, etiam levissimis, quae quidem his omnibus modis expiari valent. Asserit ergo huiusinodi peccata hac ratione remitti posse, minime vero negat necessitatem paenitentiae sacra-

” Simili ratione loquitur Cassianus. *Collationes* 20,8: MI, 49.1154-1165.

” Ci Socratem. *Historia Ecclesiastica* 5.19: MG 67.615; SckoMENUM, *Historia Ecclesiastica* 7,16: MΓ, 67.1458; S.Bet.larminum. *Dc facn:* 311· Su5»rlz. *Dc paenitentia* disp.17 s.2 n.30; Gat.tikr, *Dc paenitentia* 360-362; L.Roy, *Note sur l’incident de Nectaire et de son prêtre pénitencier:* Scliccl 1 <1946; 217-221.

32 *Dc paenitentia* hom.3: MG 49,285-297.

mentalis pro peccatis gravibus. Ceteroquin, cum agamus <le necessitate comessioms, sermo redibit de mente Lhrysostoim.

78. 4. Peccata remitti possunt per contritionem perfectam. Ergo sacramentum paenitentiae non est necessarium.

Dist. antec. Peccata remitti possum' per contritionem perfectam, quae includat votum sacramenti paemteunae, *conc. antec.;* quae non includat hoc votum, *neyu antec. Dist. cutis.* Ergo sacramentum non est necessarium in re, *cutie. cons.;* in re vel in voto, *neyu cons.*

5. Per sacramentum paenitentiae etiam remittuntur peccata venialia. Atqui tamen respectu venialium non est necessarium. Ergo nec respectu mortalium.

Conc. mai. et min. Sed nego paritatem, cum peccata venialia non constituant materiam necessariam sacramenti paenitentiae. Etenim haec potestas primano data est ad remittenda vel retinenda peccata mortalia; extenditur autem etiam ad ipsa peccata venialia, quae tamen, ut audivimus Ongenem et S.Chrysostomum, multis alus modis remitti possunt.

6. Peccata venialia, negata absolutione, retineri possunt. Atqui inde non sequitur necessitas ea iterum subicicndi clavibus. Ergo ex potestate relinendi non sequitur necessitas sacramenti paenitentiae.

Dist. mai. Peccata venialia possunt retineri improprie, *conc. mai.;* possunt retineri proprie, *nego mat. Conc. min. turner dist. cons.* Ex potestate retinendi improprie sumpta non sequitur necessitas sacramenti paenitentiae, *conc. cons.;* ex potestate retinendi proprie sumpta, *nego cons.*

Peccata venialia ideo nequeunt proprie retineri, quia non sunt materia necessaria sacramenti paenitentiae. Impropr c tamen possunt dici retineri, quatenus negatur eis fructus magnus absolutionis sacramcntalis. Unde potestas a Christo concessa est quidem ad remittendum et ad retinendum ; sed exercetur iuxta naturam peccatorum, quae illi potestati subiciuntur.

7. Asserta necessitas sacramenti paenitentiae reddit difficiliorem remissionem peccatorum in Nova Lege quam erat in Vetere Testamento. Ergo reicienda est, cum haec Lex in qua versamur sit Lex gratiae.

Nego antec. Nam in Nova Lege ad remissionem peccatorum per sacramentum paenitentiae sufficit attritio, cum in Antiqua Lege semper exigeretur contritio, quae difficilior evadit quam attritio. Praeterea, haec difficultas confessionis plurimum levatur multis commodis et consolationibus (D 900).

79. Scholion. *De discordia Scholasticorum veterum.* Discordia veterum Scholasticorum triplex fuit: *a)* De actu in quo proprie fieret remissio peccatorum; *b)* de effectu proprio absolutionis sacerdotalis; *c)* de iure quo adeundum sit sacramentum paenitentiae. Duo priora intime cohaerent inter se, et impugnant necessitatem sacramenti paenitentiae ; tertium vero supponit necessitatem sacramenti paenitentiae, ac tantum dissentit' de iure in quo nitatur haec necessitas.

a) *De actu in quo fieret remissio peccatorum,* diversimode opinati sunt theologi. Alii enim, ut S.Anselmus, Abaelardus ciusque discipuli, necnon et P.Lonibardus, tenuerunt peccata remitti a solo

Deo in ipsa contritione 13 18 alii vero, praesertim S.Thornas (3 q.84 a.1-7 ; q.86 a.fi) et Scotus " docuere *absolutionem sacerdotalem* ordinari ad remissionem peccatorum, ita ut, si aliquando iiam luerint remissa per contritionem, id non eveniat per se et necessario. Huius controversiae mçminit Gratianus in suo *Decreto* q.2 causa 33. De his iam diximus n.21.

b) *De effectu proprio absolutionis,* variae fuere sententiae, exortae tum ex defectu cognitionis vçrae causalitatis sacramentorum, tum ex difficultate conciliandi quaedam dicta Patrum. Ita 1) S.Anselmus " asseruit absolutionem sacerdotalem manifestare authentice remissionem peccatorum; 2) Hugo a S.Victore" propugnavit absolutionem remittere poenam aeternam ; 3) P.Lombardus et Rolandus " docuerunt absolutionem manifestare authentice remissionem culpae, et remittere partem poenae temporalis. Ad hanc duplicem postremam opinionem, quoad remissionem poenae, accedunt S.Albertus Magnus, Alexander Halensis et S.Bonaventura 4) Richardus a S.Victore " censuit absolutionem definitive remittere poenam aeternam, quam Deus prius non remisit per contritionem nisi sub condicione suscipiendae absolutionis, et partem etiam poenae temporalis ; 5) S.Thomas et Scotus, ut nuper diximus, veram doctrinam tradiderunt de efficacia propria absolutionis, dum assererent illam ordinari ad remissionem peccatorum quoad ipsam culpam.

c) *De iure quo adeundum sit sacramentum paenitentiae,* duplex adfuit opinio, alia statuens ius divinum, alia ecclesiasticum ; quae tamen, modo loquendi potius quam re ipsa differunt inter se. Nam etiam illi qui apponunt ius ecclesiasticum, id repetunt ex potestate apostolis concessa dimittendi peccata, vel ex praecepto apostolico. Igitur, *ius ecclesiasticum* assignarunt Abaelardus, R.Pullus, Hugo a S.Victore, Alexander Halensis, S.Bonaventura " ; dum contra S.Thomas et Scotus 21 22 admittunt *ius divinum,* quin tamen concedant hanc necessitatem posse demonstrari ex ipsis verbis institutionis. Quod tamen, saltem addita Patrum interpretatione, aperte docuit Tridentinum s.14 c.5 (D 899) ; "Ex institutione sacramenti paenitentiae iam explicata universa Ecclesia semper intellexit... omnibus post baptismum lapsis iure divino necessariam exsistere integram peccatorum confessionem"

13 S.Ansblnus, *Hom.13:* ML 158.662; Abaelardus, *Scrm.* 8; ML 178,440-443; Rolandus, *Sententiae* (ed.GiETL) 248; Petrus Lombardus, *Sententiae* 4 d.17.

" Scotus, *In 4* d.14 q.4 n.6-11.

" *Homilia* 13: ML 158.662.

" *De sacramentis* 1.2 p.14 c.8: MI, 176,565. Similiter *Summa Sententiarum* tr.6 c.11: ML 176,147ss.

11 Petrus Lombardus, *Sententiae* 4 d.18; Rolandus, *Sententiae* (ed. Gihtl) 247s.

18 S.Albertus Magnus, *In 4* d.18 a.1-10; Alexander Halensis, *Summa* p 4 q.20-21; S.Bonavbntura. *In 4* d.17-18.

" Richardus a S.Victore, *De potestate ligandi ct solvendi* c.8 et 12; ML 196,1165 et 1168. Plura de his theologorum opinionibus apud A.VaCant, *Absolution:* DTC 1,175-191; A.Debil: RevHistEccl 15 (1914) 442-455.

30 Abaelardus, *EpitoWc Theologiae* 36: ML 178.1756s; Robertus Pullus, *Sententiae* 6,59; ML 186,908; Hugo a S.Victore, *De sacrantentis* 1.2 p.14 c.1: ML 176,552; Alexander Halensis, *Summa* p.4 q.18 m.3 a.2; S.Bonavbntura, *In 4* d.17 p.11 a.2 q.1.

31 S.Th., *In* 4 d.17 q.3 a.1; *Suppi,* q.6 a.1-2; Scotus, *In 4* d.17 q.un. De iis utilia reperientur apud J.Gartmeier, *Dic Bcichtpfhcht* (1905); P.Browe. *D.c Pflichtbeichte im Mittclalter:* ZkathTh 57 (1933) 335s.

23 De his omnibus, cf, Galtier, 372-384; ubi late probat dissensum illorum theologorum fuisse tbeoreticum, scilicet circa quaestionem de actu in quo proprie et per se fiat remissio peccati, utrum in contritione praevia, an in ipsa

CAPUT III

De partibus sacramenti paenitentiae

80. Probatam exsistentiam sacramenti paenitentiae eiusque necessitatem, consequitur investigatio de natura sive essentia illius, inquirentes qualis sit ritus sensibilis quo perficitur hoc singulare iudicium. Id autem peragit Tridentinum s.14, prius *modo generali,* c.3, assignans quasi materiam et formam huius sacramenti ; deinde vero, c.4-5 et 8-9, explicando *in specie* singulos actus, ex quibus illa quasi materia coalescit, nimirum contritionem, confessionem, satisfactionem. Ideo, et nobis primum dicendum est, *articulo I,* de partibus sacramenti paenitentiae in genere ; postea vero, *articulis sequentibtis,* de singulis actibus paenitentis in specie.

ARTICULUS I

De partibus in geneR'E

81. Ut reliqua sacramenta, ita etiam sacramentum paenitentiae constat duplici elemento, materia et forma. Forma sunt verba absolutionis; materia vero sunt actus paenitentis, id est, contritio, confessio, satisfactio. Nunc vero, quoniam materia huius sacramenti non est res materialis, sicuti v.gr. aqua in baptismo aut chrisma in confirmatione, sed actus paenitentis, ideo consuevit appellari *quasi materia.* Duo ergo singillatim veniunt pertractanda : *quasi materia* sacramenti paenitentiae, eiusque *forma.*

De materia ergo, vel quasi materia sacramenti paenitentiae, duo apprime distinguenda sunt: aliud dogmaticum, aliud scholasticum. Nimirum dogmaticum: utrum illi tres actus paenitentis, saltem ut interne concepti, necessario requirantur ad plenam perfectamque remissionem peccatorum in sacramento obtinendam. Scholasticum vero, seu in scholis disputatum : utrum illi actus, ut externe manifestati, evadant necessarii atque concurrant ad constituendum ipsum ritum sacramentalem. Utrumque complectimur sequenti thesi.

confessione sacramentali cum absolutione. Sed de praxi nullum fuit dubium, scilicet necessarium esse semper adire sacramentum ad obtinendam remissionem. Hanc enim necessitatem aperte docent illius temporis scriptores, eamque episcopi et Concilia multipliciter urgent.

Thesis 8. Ad sacramentalem peccatorum remissionem requiruntur tres actus paenitentis, scilicet contritio, confessio et satisfactio; qui debent esse sensibiles et tanquam pars materialis ad constituendum intrinsece signum sacramentale concurrunt.

S.Th., 3 q.90 a.1ss; Galtier, 386-393; Lercher-Lakner, 541-546; Puig, 600-612.

82. **Notiones.** Requiruntur seu necessarii sunt, ita ut sine illis sacramentum paenitentiae fieri non possit. Requiruntur autem non solum collective, sed etiam distributive: unde nullus eorum abesse potest[1].

Contritio intelligitur hic in genere, dolor de peccatis commissis; confessio intelligitur aliqua manifestatio peccatorum in ordine ad absolutionem; satisfactio intelligitur non prout actu impleta, sed prout in dispositione subiectiva paenitentis eam acceptantis ut postea impleat.

Sensibiles per se vel per aliud, iuxta naturam, uniuscuiusque actus et iuxta diversa adiuncta.

Pars materialis, quae, de se indeterminata, fit determinata a forma sacramentali.

Intrinsece, per analogiam ad compositionem in ente physico.

Signum sacramentale componitur duabus partibus: absolutione ut forma, et actibus paenitentis ut materia. Actus ergo paenitentis non requiruntur ut condicio sine qua non datur remissio, sed requiruntur ut pars constitutiva ipsius ritus sacramentalis. Unde actus illi non considerantur prout sunt in se honesti, salutares et fortasse etiam, meritorii, sed prout sunt obiectivum aliquod elementum signi sacramentalis efficientis gratiam[2].

83. **Adversarii.** 1. Lutherus negavit tres actus paenitentis requiri ad remissionem peccatorum (D 745), cum nihil aliud requiratur nisi terrores conscientiae et fides fiducialis (D 896 914). Hoc ergo sensu loquitur ipse de "partibus paenitentiae"[3].

2. *Nonnulli theologi,* maxime moralistae, tenent actus paenitentis requiri quidem, sed non ut sensibiles. Sunt ergo illi actus dispositiones internae subiectivae, quae etiamsi nullo modo externe manifestentur, dummodo interius adsint, suffi-

[1] Aliter Lercher-Lakner, 524 et 545.
[2] Cf Lugo, *De paenitentia* disp.12 s.2; Palmieri, *De poenitentia* th.14.
[3] Cf. S.Bellarminum, *De paenitentia* 1,18.

ciant ad remissionem peccatorum per absolutionem sacramentalem obtinendam. Argumentum eorum praecipuum est praxis valide absolvendi moribundum sensibus destitutum, qui nullum signum contritionis et confessionis dederit. Sic BalLERiNi, cuius sententiam plures approbant4[5].

3. *Scotistae* generatim tenent actus paenitentis necessarios esse, et quidem ut sensibiles, non tamen tanquam elementum intrinsece componens signum sacramentale. Requiruntur ergo tanquam partes integrantes sacramenti, cuius tota essentia est in absolutione 8.

84. Doctrina Ecclesiae. Leo X reiecit doctrinam Lutheri (D 745). *Conc.Tridentinum* s.14 c.3 (D 896) et cn.4 (D 914) iterum eandem doctrinam damnavit.

Positive autem *Conc.Tridentinum* docet: actus paenitentis sunt "quasi materia" sacramenti, in oppositione ad "formam", in qua praecipue ipsius vis sita est; hi actus sunt "partes" paenitentiae, quatenus in paenitente ad integritatem sacramenti requiruntur; requiruntur autem "quasi materia sacramenti" (D 896 914). Requiri confessionem ut sacerdotes absolvere possint, definitur etiam a Concilio in cn.9 (D 919). Formula illa "quasi materia" desumitur immediate ex Conc.Florentino in Decreto pro Armenis (D 699). Patet tandem Concilium Tridentinum noluisse damnare illas doctrinas, quae tunc defendebantur a theologis; quod aliunde in hac re expresse constat e.

85. Valor dogmaticus. Quod actus paenitentis requirantur, saltem ut dispositiones internae, est *de fide divina et catholica definita.* Quod requirantur ut sensibiles, salva extrinseca probabilitate propter auctores contrarium tenentes, *certum est.* Quod requirantur tanquam pars intrinsece constituens signum sacramentale, est *probabilius.*

86. Argumentum, a) *Tres actus paenitentis requiruntur:* Sacramentum paenitentiae in id tendit essentialiter ut restituatur amicitia cum Deo, quae per peccatum amissa est. Ergo oportet ut offendens recompenset secundum voluntatem

* Bali-ERINI, *Opus theologicum morale* 5 n.3ss; 8 n.394-419; Noldin, *De sacramentis 222s;* Berardi, *Praxis confessorii* 4,2; TanquerEy, *De poenitentia* 165; E.F.Regatillo, *Ius sacrantentarium* 1,477.

6 Frassen, *Scotus Academicus* t.4 tr.1 disp 2 a.2 q.2 n.Sss: Herincx, *De poenitentia* disp.1 n.15; Minges, *Compendium Theologiae* p.2,234; F.X.ab AbArzulza. *Manuale Theologiae Dogmaticae* t.3 n.503-506. Sunt tamen aliqui scotistae. qui sententiam extra suam scholam omnino communem defendant. Sic Mastrius, *In 4* disp.5 q.11s; Brancatus de Laurea. *Dc poenitentia* dis.17 a.1.

• Çf. Pallavicini, *Historia Concilii Tridentini* 1?,6§.

offensoris. Atqui hoc bene fit si offendens habeat voluntatem recompensandi offensam (per contritionem) et ponat media ab ipso offensore stabilita ad illam recompensationem significandam (per confessionem et satisfactionem). Ergo illi tres actus paenitentis requiruntur. Sic S.Th., 3 q.90 a.2. Interim thesim ulterius non probamus, quia de singulis actibus in sequentibus thesibus latius agendum erit.

b) Actus paenitentis-requiruntur ut sensibiles: Iuxta Conc. Tridentinum sacerdos absolvere nequit nisi posita confessione paenitentis. Atqui haec confessio, quae etiam contritionem involvit, debet esse sensibilis. Ergo iuxta Concilium actus paenitentis requiruntur ut sensibiles.

Mai. constat ex cn.9 s.14: "si quis dixerit... non requiri confessionem paenitentis, ut sacerdos ipsum possit absolvere, anathema sit" (D 919). Nota ex connexione totius canonis, confessionem ibi requiri propter naturam iudicialem absolutionis, quae est etiam doctrina Concilii in capite, uti statim videbimus.

Min. constat ex cp.5 eiusdem sessionis (D 899), in quo Concilium loquitur de necessitate confessionis ex ratione naturae iudicialis sacramenti..Sacerdotes enim hoc iudicium incognita causa exercere non possunt. Ergo confessio, quae requiritur, necessario est sensibilis. Quae etiam dolorosa esse debet, cum hoc quoque pertineat ad causam, quae a sacerdotibus antequam absolvant cognoscenda est.

c) *Actus paenitentis requiruntur tanquam elementum intrinsece constituens signum sacramentale:* Sententia haec docetur a Conc.Florentino in Decreto por Armenis, affirmante quidem actus paenitentis esse "quasi materiam" (D 699), sed intelligente per illam formulam aliquid quod opponitur "formae" (proinde intrinsece cum forma componens), et expresse dicente omnia sacramenta perfici rebus tanquam materia et verbis tanquam forma (D 695). Immo etiam historice constat Concilium intellexisse illam formulam de vera materia constituente signum sacramentale cum forma; formulam enim desumit ex S.Thoma [7], qui sine dubio eam ita intelligebat[8].

7 Verba haec desumuntur ex opusculo S.Thomas, *Dc articulis fidei et sacramentis Ecclesiae* (ed.MANDONNET) 16s.

8 Quomodo S.Thomas intelligeret formulam hanc "quasi materia" constat ex 3 q.84 a.1 ad 1; q.86 a.6. Nota ex Concilio Tridentino proprie argui non posse, cum constet Concilium noluisse hanc disputationem solvere. Ideo formulis utitur, quae ab ipsis scotistis tunc temporis adhibebantur. Argumentum vero quod affertur cx ratione theologica, desumptum nempe ex natura iudicii, probat actus paenitentis essentialiter requiri, et quidem ut sensibiles, sed contra scotistas validum esse non videtur. Non enim constat certo, si ab hac thesi praescindamus, signum sacramentale a Christo institutum esse totum processum iudicii

87. Obiectiones. 1. Tridcntinum docet actus pacnitentis pertinere ad integritatem sacramenti paenitentiae. Atqui si pertinent ad integritatem non pertinent ad essentiam. Ergo actus pacnitentis iuxta Concilium non constituunt intrinsece signum sacramentale.

Dist. mai. Tridcntinum docet actus pacnitentis pertinere ad integritatem sacramenti, id est sine illis non posse fieri sacramentum, *conc. mai.;* id est esse partes integrantes, prout hae opponuntur partibus essentialibus, *nego mai. Contradis!, min.* Concilium, nolen? dirimere quaestionem disputatam inter thomistas et scotistas, talibus verbis utitur, quae ad Protestantes damnandos sufficiant.

2. Tridcntinum asseruit contritionem esse dispositionem (D 897), atque confessionem esse condicionem (D 899). Ergo huiusmodi actus non pertinent' ad essentiam sacramenti.

Conc. antec. Sed 'nego cons. et consequentiam. Id enim tradidit Concilium assertive, non exclusive, illud · docens in quo conveniunt omnes theologi contra errores Novatorum.

3. Si actus pacnitentis essent materia sacramenti, paenitens evaderet minister illius. Atqui non paenitens, sed sacerdos est minister. Ergo nec actus pacnitentis sunt materia sacramenti.

Nego mai. Etenim ille est minister sacramenti qui applicat formam materiae, non qui materiam suppeditat quomodolibet. Iam vero paenitens suppeditat' materiam destruendam per absolutionem, nempe peccata; idque efficit per confessionem dolorosam, vi cuius causae disceptatio inchoatur. Sed solus sacerdos formam huic materiae applicat. Cf. 3 q.24 a.l et 2.

4. Si actus pacnitentis pertinent ad materiam sacramenti, ipsi erunt causa gratiae. Atqui hoc repugnat. Ergo nec pertinent ad materiam sacramenti.

Dist. mai. Actus pacnitentis, si considerentur tanquam actus honesti et meritorii, quibus ille disponitur ad gratiam suscipiendam, sunt causa gratiae, *nego mai.;* si considerentur tanquam pars signi sacramcntalis, *conc. mai.* Hac enim ratione, .ut elevati a ministro absolutionis, sunt vera concausa instrumentalis gratiae. *Contradist. min.* Repugnat actus pacnitentis, ut dispositiones illius, esse causam gratiae, *conc. min;* ut partem essentialem sacramenti, *nego min.*

5. Quidquid constituit sacramentum debet esse sensible. Atqui contritio non est sensibilis. Ergo ipsa nequit constituere sacramentum. '

Dist. mai. Debet esse sensibile per se aut per aliud, *conc. mai.;* necessario per se, *nego mai. Contradist. min.* Contritio non est sensibilis per se, *conc. min.;* non fit sensibilis per confessionem dolorosam, *'nego min.*

88. 6. Moribundus sensibus destitutus, nullum signum proferens doloris aut voluntatis confitendi, absolvi potest. Atqui ibi nulla datur confessio aut contritio sensibilis. Ergo non requiritur ut actus pacnitentis sint sensibiles.

Dist. mai. Moribundus sensibus destitutus absolvi potest, si supponitur nullum absolute signum doloris proferre, *nego mai.;* si supponitur suam voluntatem confitendi eo modo significare quo potest, *subdist.:* potest tunc absolvi sub condicione, *conc. mai.;* potest ab-

vel solam sententiam iudicialem: neque in Tridentino dicitur nisi quod potestas est iudicialis et exerceri debeat per actum iudicialem a iudice. Cf. 1,ER-ChEr-Laknbr, S44 pro 3 p.

solvi absolute, *nego mai. Contradist. min.* Ibi nulla datur confessio aut contritio sensibilis, si revera nullum illius signum supponatur proferri a moribundo, *conc. min.;* si ille supponitur suam voluntatem significare eo modo quo potest, *nego min.*

Rituale Romanum dicit absolvendum esse moribundum, "si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit'"[9]. Haec praxis postea extensa fuit ad illum, qui tale desiderium non ostendit. Sed iam monuit S.Alphonsus, cuius auctoritate haec praxis maxime praevaluisse videtur, id peragi posse tantum quia talis moribundus "praesumitur velle et petere absolutionem signis sensibilibus", ut' gemitibus, anxia respiratione, corporis motibus[10]. Si ergo ex illa praxi, sic inducta, ulterius deducitur absolutionem dari validam etiam exclusa omni manifestatione interioris contritionis et volunfatis confitendi, haec deductio extra limites praemissarum vagatur. Ceterum ratio propter quam illa praxis, quae tamen hucusque nullo documento ecclesiastico sancitur, sustineri potest, ea tandem esse videtur, quod, cum sacramenta sint propter homines, in casu extremae necessitatis ea omnia tentanda sint quae aliqua probabilitate essentialia sacramenti elementa sufficienter salvare videanfur. Ille enim qui vel christiane vixit, vel saltem corpori Ecclesiae unitus mansit, iure censetur in momento mortis et velle sacramentum adeo essentiale et hanc suam voluntatem pro possibili exprimere. Quodsi tandem id a parte rei non obtineat, nec absolutio valida erit nec sacramentum reapse conficietur.

7. S.Paenitentiaria z\postolica recenter permisit dare absolutionem non solum stante periculo mortis, sed etiam quandoque sine illo, turmis fidelium, qui secus necessario gratia sacramentali et sacra communione diu carebunt", Atqui in illo casu nulla est sensibilis contritio aut confessio. Ergo actus pacnitentis non requiruntur ut sensibiles.

Conc. mai. Nego min. In illo casu fit dolorosa confessio eo modo quo fieri potest, sicut in casu illius, qui linguam confesarii ignorans, sola sua praesentia ostendit confessario suam contritionem et voluntatem confitendi. Illi etiam, sistendo ante confessarium, quem confessarium esse sciunt e< ut talem adesse, vel turmatim sed serio et attente, suam contritionem et voluntatem confitendi patefacere censentur. Ideo ipsi, iuxta eandem instructionem, excitari debent non solum ad internum dolorem fovendum, sed etiam ad eundem manifestandum his externis signis, quae in casu possibilia sint ; et tandem cum normali modo sacramentum paenitentiae suscipiant, peccata gravia singula, generali illi absolutioni subiecta, clavibus submittere debent.

8. Sed in illa instructione fit distinctio inter ea, quae absolute requiruntur, et ea quae requiruntur tantum in quantum sint possi-

» Tit.3 c.1 11.25.

10 *Dc paenitentia* 4S2. Cf. LSHSCKVnL, *Thcolot/ia Moralis* 2,646-650. Irrident aliqui auctores hanc explicationem, quae in illis naturalibus signis manifestationem interioris contritionis et confitendi voluntatis quaerit. Sed notandum est hanc explicationem esse de casu aliquo exceptionali et necessariam videri ad salvandam doctrinam aliunde solide fundatam. Ceterum psychologice explicatur facile, hominem a doctrina catholica non alienum, in momento mortis, eo modo quo potest, suam voluntatem significare non moriendi sine debita paenitentia. Constat etiam historice nonnullos revera id fecisse, quod postea convalescentes narraverunt. Quae abunde sufficiunt ut in quaestione difficili so, llttio illa plene admittatur.

" Cf, AAS 36 (1944) 155s.

bilia; inter illa numeratur contritio interna, inter haec contritio sehsibilis. Ergo haec non censetur esse de necessitate sacramenti.

Respondeo illam quidem distinctionem ibidem fieri, attamen solum ut in praxi detur absolutio; quae sine interna contritioné et sine externa eius manifestatione eo modo qui in casu esset possibilis, certo esset invalida. Speculative autem non dicitur, eos etiam, qui *nullatenus* contritionem externe manifestaverint (quia haec manifestatio illis erat impossibilis), gratiam illius absolutionis obtinuisse.

9. Saltem satisfactio iam supponit sacramentum constitutum. Ergo nequit esse pars essentialis intrinseca ipsius.

Dist. antec. Satisfactio, prout designat animum satisfaciendi in ipsa contritione inclusum, supponit sacramentum iam constitutum, *nego antec.;* satisfactio, prout actu impleta et opere praestita, *subdist.:'* supponit sacramentum iam constitutum in suis elementis essentialibus, *conc. antec.;* in suis etiam elementis integralibus, *nego antec. Contradist. cons.* Satisfactio, prout est animus satisfaciendi, non est pars essentialis intrinseca sacramenti, *nego cons.;* satisfactio. prout opene praestita, *subdist :* non est pars intrinseca sacramenti, *conc. cons.;* non est pars integralis, *nego cons.*

89. Scholion. *De impositione* manus" Tn antiqua administratione sacramenti paenitentiae fiebat specialis impositio manus, cuius fortasse vestigium manet etiam nunc in ritu confessarii preces quasdam dicentis dextera versus paenitentem elevata". Quaeri potest utrum illa manus impositio pertineat ad materiam sacramenti paenitentiae. Sententia est communis theologorum ", contra quosdam paucos veteres ", illam ad materiam non pertinere nec ullo modo requiri ad validitatem; immo nec fuisse unquam ita ad valorem requisitam. Hoc sensu loquitur S.Thomas, 3 q.94 a.4. Ceterum quaestio illa, utrum aliquando fuerit de essentia sacramenti paenitentiae impositio manus, quae nunc certo de essentia non est, historice difficile solvitur; speculative autem et a priori diversas solutiones obtinere potest, iuxta opinionem quam quisque habeat de institutione omnium sacramentorum specifica aut generica per Christum ".

Thesis 9. Forma 'sacramenti paenitentiae in verbis absolutionis reponenda est.

STn., 3 q.84 a.3; Galtier, 512; Lercher-Lakner, 594s.

90. Notiones. Forma intelligitur illa pars essentialis cum actibus paenitentis intrinsece componens signum sacramentale; est autem in illo composito pars determinans actus paenitentis ad significandam et causandam gratiam.

13 Cf. Galtier, *Imposition des mains:* DTC 7.1393-1397: J.A.Juncmann, *Die lateinisrhen Bussriten in ihrer geschirhtliche Entwickhtnp;* J Coppens. *L/imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans i'Eglise .ancienne.*

« Tit.3 c.2 n.3.

M Cf. SuÂRSz, *De paenitentia* disp.18 s.6; Salmanticenses, *De paenitentia* disn.3 a.4.

15 Citari soient Thomas WaldEnsis. *De sacramento paenitentiae* c.147 n.l et ipnotus ille contra quem S.Thomas scripsit opusculum *De forma absolutionis;* cf. in illo opusculo c.4.

M Videatur supra *Theoria generalis sacramentorum* η.147-152.

ïx vrbbts absot.ttTtonts. id est in absolutione, quae normal! modo ner verba dari solet. Non ergo dicimus in thesi requiri praecise verba, seu non sufficere nutus, etsi hoc verum stt. Multo minus determinamus quaenam sint verba, quae ad valorem requirantur.

Dicifyits ergo verba absolutionis non solum requiri, quod nemo unquam negavit et expresse docetur ab Ecclesia : sed dicimus ea reouiri formaliter sub ratione formae intrinsece constituentis signum sacramentale per analogiam ad compositum physicum.

91. Adversarii. *Scofatae,* negantes actus paenitentis esse materiam ex qua sacramenti paenitentiae. eo ipso negant absolutionem esse nronrie formam sensu explicato. Quod eodem modo valet de illis auctoribus, qui, ut vidimus in thesi praecedenti, actus paenitentis non exigunt esse sensibiles.

Valor theologicus. Thesis est *probabilior*[1].

92. Argumentum, a) *Conc.Florentinum* loquitur (D 699) de absolutione tanquam forma sacramenti paenitentiae. Atqui hoc intelligit de forma sensu stricto ut parte intrinsece constituente signum sacramcntale. Ergo forma sacramenti paenitentiae sunt verba absolutionis *.

b) Signum sacramentale sacramenti paenitentiae est actus iudicialis. Ergo in eo sententia abesse nequit. Atqui sententia in hoc iudicio sacramentali est absolutio. Ergo absolutio abesse nequit a signo sacramentali. Atqui aliunde constat in illo signo sacramentali inveniri actus paeniteritis tanquam materiam. Ergo absolutio in signo sacramentali necessario forma dicenda est.

93. Scholion 1. *De verbis requisitis ad formam absolutionis.* Tam in Conc.Florentino (T) 609) quam in Conc.Trid»ntmo (Ό 896) verba formae dicuntur esse: "Eso te absolvo", etc S>c designantur verba, onae iuxta "Rituale Romanum et morem Fcc1es;ae de facto usurnantur. Sed nuaeri potest, nuaenam sint verba omnino essentialia. Cui quaestioni communis rcsnonsio theologorum est. verba essentialia esse tantum duo; "te absolvo." Haec enim duo requiruntur, quia secus non significaretur effectus sacramenti vel cius subicctum

1 Th<"*'S nequit dici de fide aut tbeolomce c^rta aut S'mn1icit*r certa, quia non amtiir de necessitate absobumn's. «rd de formali ratione absolutionis intrinsece constituentis sijmum sacramentale cum actibus parnitent··! ^i erro actus paenitentis esse veram materiam ex qua. non e<t nisi probabilius, absolutionem e«:se stricte formam nequit aliud nuam probabilius esse.

' Ex Conc.Tr:dentino, loquente dc "forma sacramenti paenitentiae** (D 896> argui nequit. "Forma" enim ibi dicitur eo sensu quo etiam ab scotistis tunc dicebatur et dicitur adhuc; non sensu stricto de quo sermo est in nostra thesi.

non determinaretur[3]. Sufficiunt autem ilia sola, quia ex ipsa a/tione patet absolutionem dari a peccatis, idque fieri in nomine/Dei. Cetera ergo pro liceitate addenda sunt. Patet autem verba hapc sic requiri, ut suppleri possint per verba acquivalenVia, dummodô sententia iudicialis apte exprimatur. /

Scholion 2. *De sensu formae absolutionis.* A^eteres illi,/qui putabant necessariam ad sacramentum praeviam contritionem perfectam, tenebant sensum absolutionis non esse nisi authenticam declarationem remissionis factae a solo Deo. Haec interpretatio falsa est, cum revera remissio fiat a signo sacramentali ; nec ex pr^esupposito illo absolute sequitur.

Sed quaestio spcciatim ponitur, propterea quod saepe accidere possit sacramentum paenitentiae validum conferri illi 'qui iam est in statu gratiae, immo illi qui peccata tantum accusat iam antea remissa. Cum ergo forma semper verum sensum habere 'debeat, quaeritur qualis sit sensus formae, qui pro omnibus casibus valeat.

S.Thomas rite exposuit sensum formae, cum scripsit: “Ego te absolvo, id est sacramentum absolutionis tibi impendo” (3 q.84 a.3 ad 5). Quam explicationem ulterius evolventes theologi, sic eam definierunt: “Sacramcntaliter te absolvo”, vel "Ego tibi confero gratiam remissivam quantum est ex se”, vel “Exhibeo tibi sacramentum ex se remissivum peccatorum”[4].

Thesis 10. Forma absolutionis debet esse formaliter indicativa, etsi materialiter possit esse deprecativa.

S Th., *De forma absolutionis sacramentalis* (Opusc. 19); Galtier. 418-523; lyCRCHEK-IiAKNER. 600.

94. Notiones. Forma indicativa illa intelligitur, quae vi verborum exprimit actuale exercitium potestatis. Dicitur FORMALITER indicativa, si sensus formae profert actuale exercitium potestatis, etsi verba grammaticaliter non sint indicativa ; dicitur *materialiter indicativa,* si etiam ipsa verba grammaticaliter sumpta talia sint.

Deprecativa intelligitur illa forma quae exprimit aliquod desiderium, ad modum orationis sacerdotis Deum procantis ut absolvat paenitentem. Dicitur *formaliter deprecativa,,* si

[3] Putat tamen Eercher-Lakner. 599, probabilius sufficere verbum: “absolvo”; quia persona pacnitentis sufficienter determinata est per adiuncta concreta in quibus verbum illud pronuntiatur.

[4] Cf. Caietanum. *In 3* <|.S4 a.3; Suârez. *Dc poenitentia* disp.18 s.1 n.10; disp.19 s.2 n.20; GoneT, *De poenitentia.* disp.12 a.3 n.43. Rem totam optime explicat J.M-Dalmau, *Significaciôn de la forma del sacramento de la penitencia:* EstÉcl 2 (1923) 386-401. Contra communem theologorum sententiam contendit B.F.M.XiberTa, *Clazis Ecclesiae* (Romae 1922); absolutionem secum ferre non solum infusionem gratiae, sed etiam reconciliationem cum Ecclesia. Pro his auctoribus, qui defendunt causalitatem sacramentorum intentionalcm seu iuridicam, forma significat: “Ego ut index facio tibi nomine Christi ius vel novum titulum iuris. secundum, quod tibi debetur ut Deus cedat vel denuo cedat iuri suo odii inimicitiae in peccatum hic ct nunc clavibus, subiectum ct ut instauret amicitiam ob hoc peccatum amissam; ct ita simul facio tibi ius· in ipsam gratiam sanctificantem remissivam peccatorum hiç et nuric iudicialiter tractatorum.” Cf. Lercher-LaknEk, 602.

sciretis et intentio formae nihil aliud sit nisi expressio illius desiderii; dicitur materialiter deprecativa, si verba grammaticaliter sumpta sint in modo optativo aut subiunctivo exprimentibus illud desiderium, etsi sensus et intentio proferentis sit praeterea uti sua potestate[1].

95. Adversarii. Saec.XIII ignotus quidam theologus videtur defendisse valorem formae fonnaliter deprecativae[2] [3]

Saec.XVH magna controversia fuit de valore formae deprecativae[1].

Valor dogmaticus. Quod forma debeat esse formaliter indicativa, est' *theologice certum,* ut videbimus in argumento. Quod possit esse materialiter deprecativa, est *certum.*

96. Argumentum. «) Absolutio sacramentalis est sententia iudicialis, iuxta *Tridentinum* (D 902). Atqui sententia iudicialis a iudice auctoritative prolata necessario est formaliter indicativa. Ergo absolutio debet esse fonnaliter indicativa.

b) Absolutio sacramentalis fuit olim et etiam nunc est alicubi materialiter deprecativa. Ergo talis esse potest.

Antec. l.° Absolutio fuit olim materialiter deprecativa: in Occidente ineunte saec.XIII[4], in liturgia mozarabica[5], in aetate patristica iuxta testimonia S.Leonis M., S.Hieronymi, S.Ambrosii, S.Augustini [6] qui tantum loquuntur de oratione aut invocatione; in Oriente antiquiores Graecorum formae sunt deprecativae [7].

2.° Absolutio etiam nunc est materialiter deprecativa: forma absolutionis, qua utuntur Graeci Uniti extra Europam hoc continet inter alias orationes: "dignetur tibi condonare per me peccatorem" [8]; quam formam Ecclesia Romana non solum habet validam, sed iubet ipsos ut ea utantur etiam in confessionibus latinorum [9].

1 Paulo aliter Lercmer-LaknEr. 600, qui tamen in re omnino coincidit.

- Ipse scilicet, quem impugnare videtur S.Tuomas in opusculo *Dc formo absolutionis sacramentalis ad Magistrum Ordinis* (ed.MANDONNET, opusc.19).

3 De hac controversia, cf. A.Vacant, */Ibsolution sous forme dcprécatoire};* DTC 1.241-252.

1 Id affirmat auctor libelli a S.Thoma refutati, nec S.Thomas contradicit. Et ita revera loqui videtur GumKlmus ParisiEnsis, *De sacramento paenitentiae* c.19.

° Cf. *Liber Ordinum* (ed.FÉROTiN) 19-100.

® S.Leo M., *Epistola* 108,2s: ML 54.1011s; S.Hieronymus, *Dialogus contra Lucifcrianos* 5: ML 23,159; S.Ambrosius, *Dc Spiritu Sancto* 3,18,137: MC 16,809; S.Augustinus. *Dc baptismo* 3,16,21; 5,20,28: ML 43.149.ΓΌ.

7 Cf. *Paenitcntialc* Ioannis Ieiunatoris: MG S8,1896ss; Goar, *Rituale Graecorum* (Paris 1647) 673-676. .

s Cf. Goa'r, 676.

° Cf. Benedictum XIV, *Bulla "Etsi pastoralis":* CL 2,511; *Collectanea de Propaganda fide* 1,702 n.1275.

97. Scholion. *De modo quo forma proferri debet.* Absonitio dari debet verbis ore prolatis, ubicumque et sacerdos et paertil'ens praesentes sunt. Haec est communis et certa theologorum senuntia; quae supponitur in omnibus ritualibus Nec in contrarium valet obicctio, non esse de essentia sententiae iudicialis quod ore/proieratur ; probandum enim esset in hoc iudicio nihil aliud reqniri nisi quod in quolibet iudicio necessarium sit. /

Absolutio debet dari praeterea *paenitenti praesenti;* qiiod evidenter continetur in Decreto Clementis VIII (D 1088). lloc autem ini'elligendum est non de liceitate, sed etiam de valore; (secus permitteretur absolutio absentis in casu necessitatis, quae ppbhibetur in illo decreto ; de hac enim agebatur. /

Hinc absolutio per telephonium in tantum valida esse poterit, salva possibili determinatione Ecclesiae, quae hucusque nihil definire voluit, in quantum colloquentes per telephonium censeantur vere praesentes ; quod quidem nunc non censeturu.

ARTICULUS II

De contritione

98. Postquam in genere egimus de materia et forma sacramenti paenitentiae, speciatim nunc agendum est de singulis actibus paenitentis, in quibus illa materia constituitur. Quod quidem agemus sequentes moditm et ordinem. Concilii Tridentini.

Primum omnium agendum est de contritione, qui primus actus est paenitentis. De qua quinque docentur a Concilio, quae totidem thesibus exponemus: 1) Notio contritionis; 2) eius necessitas; 3) efficacia contritionis perfectae 4) contritionis imperfectae, seu attritionis, honestas; 5) eius efficacia.

Thesis 11. Contritio est animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero.

S.Th.. 3 q.85 a.lss; Gaitier, 1-19.52-55; Lexcuer-Laknex, 447.451ss.

99. Notiones. Contritio est primarius actus virtutis paenitentiae. *Paenitentia* vi vocis sic describi potest :

d) Vox latina "paenitentia", a paene vel paenitus orta[1], dicit in recto intimum animi dolorem de actione priori, ita

10 Cf. SuÂRKz, *Dc paenitentia* disp.19 s.1 n.3.
u Cf. Cajltier, 524-527.

1 Ideo recentiores scribunt "paenitentia" non "poenitentia", sicut «olebat antea scribi, quia illam vocem derivabant a "poena".

tamen ut connotet in obliquo mutationem consilii. Tertullianus, ex usu gentium, paenitentiam definiebat "passionem animi quandam, quae veniat de offensa sententiae prioris" 2.

b) Vox graeca μετάνοια, a verbo μετανοεῖν, respondens vocabulo latino paenitentiae, significat in recto mutationem consilii, sed connotât in obliquo animi dolorem de actione praeterita. Merito ergo ipsi scriptores profani vocem graecam adhibent eodem prorsus sensu ac vocem làtinam. Ad rem Lactantius: "Is quem facti sui paenitet, errorem suum pristinum intelligit, ideoque graeci melius et significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos possimus resipiscentiam dicere. Resipiscit enim ac mentem suam quasi ab insania recipit quem errati piget, castigatque seipsum dementiae et confirmat animum suum ad rectius vivendum; tum illud ipsum maxime cavet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur" 3.

c) Vox hebraica D"l· respondens prioribus vocibus latinae et graecae, denotat displicentiam ac dolorem de delictis praeteritis cum proposito et desiderio melioris vitae. Cf. Iob 42,6; Iud 21,6.15. Hoc autem plerumque vertitur apud LXX per verba μετανοεῖν et μεταμέλειν. In libris sapientialibus et in Novo Testamento saepe usurpantur eodem sensu ac vox illa hebraica.

Hinc falso Lutherus et Erasmus adhaerent soli ethymologico sensui, siquidem iudaei illius temporis id ipsum significare intendebant voce graeca quod vocibus aequivalentibus hebraicis significabatur, scilicet dolorem de praeteritis cum proposito emendationis 4.

Quid paenitentia significet realiter exponitur in hac thesi.

Dolor est tristitia seu afflictio animi propter malum praesens.

Detestatio est odium peccati commissi cum voluntate abiciendi, si possibile esset, peccatum praeteritum ("vellem non peccasse"). *Odium* est motus animi aversativus ab aliquo obiecto, in casu a peccato.

Propositum est deliberata voluntas de aliqua re in futuro facienda.

100. Adversarii. *Protestantes* tenent contritionem distinguendam esse aliam passivam, aliam activam. Contritio passiva constituitur terroribus conscientiae agnito peccato; qui

2 *De paenitentia* 1: ML 1,1336s.
3 *Divinae institutiones* 6,24: ML *6,722s.*
4 Cf. S. Bellarminum, *De paenitentia* 1,7. De hodiernis protestantibus, cf. Kôstlin, *Busse:* REPT 3,590s.

terrores sunt omnino necessarii, non liberi. Huic contritioni passivae accedit fides fiduciatis, cuius effectus est iustificano peccatoris. Ex qua sequitur mutatio cordis et nova vita c/im contritione activa. Similis notio paenitentiae, quae in variis sectis perseverat usque ad nostra tempora, communis est/omnibus philosophis et theologis, ethicam laicam et autondmam profitentibus[5].)

101. Doctrina Ecclesiae, a) *Negative,* Ecclesia damnavit notionem protestanticam: I;ı·o X (D 747), *Covc.Tridentinum* s.14 cn.4 et 13 (D 914 923).

b) *Positive,* Ecclesia docuit notionem catholicam: *Conc. Tridentinum* s.6 c.6 (D 798): "moventur adversus peccatum per odium et detestationem"; s.14 c.l (D 894): "Dei offensionem. cum peccati odio et pio animi dolore detestarentur"; s.14 c.4 (D 897): "contritio est animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero".

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

102. Probatur ex sacra Scriptura. Elementa contritionis continentur passim in sacris libris; v.gr.: *Nullus est qui agat poenitentiam super peccato suo, dicens: quid feci?* (1er 8,9); *quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper* (Ps 50,5); *convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et in fletu et in planctu; et scindite corda vestra et non vestimenta vestra* (loel 2,12); Tyro et Sidon *olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent* fMt 11,21). Quibus omnibus et similibus verbis explicatur paenitentia tanquam quidam animi motus liber tristitiae et afflictionis propter peccatum commissum.

103. Probatur ex traditione. Tertullianus describit paenitentiam: "prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conversationem iniungens misericordiae illicem; de ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare..., ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum..." (R 315). S.Augustinus insistit in veram detestationem: "Quia impunitum non debet esse peccatum, puniatur a te, ne puniaris pro illo" (R 1494). Expresse autem docet: "Non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere, nisi etiam de his quae facta sunt satisfiat Deo per paenitentiae

[5] Cf. LsrchSr-LaknEr, 452; GaltiBr, 10-13.

tlolorem, per humilitatis! gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis" (R 1531). S.Gregorius deficit paenitentiam : "Paenitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare" (R 2336). Similia plura afferri possent.

104. Probatur ex consensu theologorum. Theologi de notiorte paenitentiad semper consenserunt. Ideo, suppositis illis elementis, ulteriores quaestiones posuerunt ad maiorem explicationem paenitentiae. Sic investigarunt motivum formale paenitentiae, et docuerunt contritionem posse quidem poni ex motive cuiuslibet virtutis; sed admittendam praeterea esse virtutem aliquam specialem paenitentiae, cuius motivum sit reparatio iuris divini, quaeque proinde ad iustitiam tanquam pars ipsius potentials referatur °.

105. Obiectiones. 1. Talis pacnitentia deprimit hominem eumque ab agendo impedit. Ergo admittenda non est.

Dist. antec. Talis pacnitentia deprimit hominem si immoderata sit, *conc. antec.;* si sit moderata, *nego antec.* Cf. 3 q.84 a.9' ad 2 et 3.

2. Haec pacnitentia est stulta, quia inutiliter vult infectum facere id quod semel factum est. Ergo admitti nequit.

Nego antec. Ad probationem dist. Vult voluntate absoluta infectum facere quod semel factum est, *nego;* vult voluntate condicionata illud facere infectum in quantum possibile esset, illud simul removens quantum potest, *conc.* Cf. 3 q.85 a.1 ad 3.

3. Ille motus paenitentiae non est nisi mera passio animi ef quoddam vehit instinctum verecundiae. Atqui hoc virtus esse non potest. Ergo haec notio paenitentiae nequit admitti.

Nego niai. Pacnitentia esf motus animi liber contra peccatum, praeter illam passionem. Cf. 3 q.85 a.1 ad 2.

Thesis 12. Ad impetrandam veniam peccatorum fuit quovis tempore necessarius actus contritionis.

S.Th., 3 q.86 a.2; Gautier, 37-51; Lercher-Lakner, 461-466; Putg, 693-704.

106. Notiones. Ad impetrandam veniam peccatorum. Peccata intellige mortalia et personalia. Excipimus ergo peccata venialia et peccatum originale. Sermo fit tantum de adultis.

Quovis tempore.. Igitur et ante Christum et post Chris-

° Admittendam esse aliquam virtutem specialem paenitentiae quae detestetur quodlibet peccatum ex motivo formali particulari, diverso a niotivis aliarum virtutum, negarunt aliqui veteres, sed affirmatur nunc communiter cum S Thoma, 3 q.85 a.2. De motivo formali illius .specialis virtutis sunt diversae sententiae inter theologos. Sic Luco, *Dc pacnitentia* disp.2 9.4 tenet motivum esse non compensationem peccati, sed honestatem moralem quae relucet in reconciliatione cum Deo. Multo tamen communius dicitur motivum esse honestatem quae relucet in reparatione iuris divini laesi per peccatum. Cf. Suarez, *Dc pacnitentia* cUsp.2 s.3 n.4. Dc tota hac quaestione, cf. Galtier, 20-3ΰ.

turn. Sed intra legem christianam propositio valet non solum de lapsis post baptismum, verum etiam de illis qui lapsi fuerint in peccatum grave personale ante susceptum baptismum.

Contritio, seu actus paenitentiae qualem descripsimus in thesi praecedenti.

Necessarius. Dupliciter potest concipi necessaria contritio. Primo modo, ita ut *de potentia absoluta* nec ipse Deus possit dimittere peccata sine contritione peccatoris; secundo modo, ita ut *de facto* et historice Deus non dimittat peccata, nisi de his peccator conteratur. Affirmamus in thesi necessitatem historicam contritionis, praescindentes a necessitate absoluta, de qua disputant theologi. De hac communius et probabilius teneri videtur, Deum posse condonare peccata sine contritione peccatoris, modo huius voluntas actu non adhaereat peccato[1].

107. Adversarii. *Novatores* negarunt necessitatem contritionis, quae verus sit animi motus liber contra peccata, ut vidimus in thesi praecedenti.

108. Doctrina Ecclesia^. *Conc.Tridentinum* s.14 c.l (D 894) docet universim: "Fuit quidem paenitentia· universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam et iustitiam assequendam necessaria, illis etiam qui baptismi sacramento ablui petivissent". Similiter c.4 (D 897) docet: "Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius". Tandem cn.4 (D 914) docet: "si quis negaverit ad integram et perfectam peccatorum remissionem requiri... contritionem..., anathema sit".

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

109. Probatur ex sacra Scriptura. Ex notione communiter admissa, contritio erit necessaria necessitate medii, si ea sit medium sine quo remissio obtineri non potest. Atqui talis exhibetur contritio in sacris Litteris. Ergo ad impetrandam veniam peccatorum contritio dicenda est necessaria necessitate medii.

Min. a) Ex prophetis *V.T.* audiatur Ezi 18,21-30: *Si autem impius egerit paenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est... vita vivet et non morietur; omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nOn recordabor... Convertimini,*

1 Cf. Caistanum, *In 3* q.86 a.2; SuXkkz, *De paenitentia* disp.9 s.2.

et agite paenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. Et Ioel 2,12-17: *Convertimini ad me in toto corde vestro... scindite corda vestra... convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus et misericors est...* Cf. Ier 31,18-20, etc.

b) In *Nova Lege* eadem docuit Christus Mt 4,17: *Paenitentiam agite.* Eadem Petrus Act 2,38 et 3,19: *Paenitentiam agite... Poenitemini igitur, et convertimini, ut deleantur peccata vestra.* Eadem Paulus Act 26,20: *Annuntiabam ut paenitentiam agerent et converterentur ad Deum, digna paenitentiae opera facientes.*

110. Probatur ex traditione. 1. *SS.Patres* saepe adhortantur fideles ad contritionem, tanquam medium sine quo venia peccatorum obtineri non valet. In hunc finem nonnulli eorum libros integros scripserunt. Ita Hermas, suum *Pastorem;* Tertullianus, *De poenitentia;* S.Pacianus, *Paraenesim ad paenitentiam;* S.Ambrosius, *De poenitentia;* S.Ephraem, *Hortationes ad paenitentiam;* S.Chrysostomus, *Novem homilias de poenitentia...* En e.g. verba Tertulliani: "Eam [paenitentiam] tu peccator... ita invade, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulae fidem; haec te, peccatorum fluctibus mersum, prolevabit, et in portum divinae clementiae prolevabit... Quam porro ineptum, quam paenitentium non adimplere, et veniam delictorum sustinere; hoc est pretium non exhibere, ad mercem manum emittere! Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit; hac paenitentiae compensatione redimendam proponit impunitatem" (R 312s). Audi etiam S.Chrysostomum: "Peccasti? Ecclesiam ingredere atque tuum dele peccatum. Quoties cecideris in foro, toties exsurgis; sic quoties peccaveris, peccati paeniteat neque desperes... Quamvis in extrema canitie peccaveris, ingredere, paenitentiam age; medicinae locus est hic, non indicii, non poenas exigens, sed peccatorum remissionem tribuens" (R 1136). Et S.Ambrosium: "Petrus doluit ef flevit, quia erravit ut homo. Non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit; lacrimas eius lego, satisfactionem non lego; sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavent lacrimae delictum, quod voce pudor est confiteri" (R 1310). Et S.Augustinum: "Sed neque de ipsis criminibus, quamlibet magnis, remittendis in sancta Ecclesia Dei misericordia desperanda est agentibus paenitentiam secundum modum sui cuiusque peccati" (R 1919).

2. *Praxis Ecclesiae* est ut ipsa non nisi contritos absolvat.

111. Ratio theologica. Eam profert S.Thomas, 3 q.86 a.2: "Impossibile est peccatum actuale mortale sine paenitentia remitti, loquendo de paenitentia quae est virtus. Cum enim peccatum sit Dei offensa, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam, in se commissam. Offensa autem directe opponitur gratiae: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit cum a gratia sua. Sicut autem habitum est in secunda parte (1.2 q.110 a.l), hoc interest inter gratiam Dei et gratiam hominis, quod gratia hominis non causât, sed praesupponit bonitatem, veram vel apparentem, in homine grato; sed gratia Dei causai bonitatem in homine grato, eo quod bona voluntas Dei, quae in nomine gratiae intelligitur, est causa omnis boni creati. Unde potest contingere quod homo remittat offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua immutatione voluntatis eius; non autem contingere potest quod Deus remittat offensam alicui absque immutatione voluntatis eius. Offensa autem peccati mortalis procedit ex hoc quod voluntas hominis est aversa a Deo per conversionem ad aliquod bonum commutabile. Unde requiritur ad· remissionem divinae offensae quod voluntas hominis sic immutetur quod convertatur ad Deum cum detestatione praedictae conversionis..."

112. Obiectiones. 1. Tam Scriptura (Mt 6,14) quam Patres (R 493) tribuunt vim remittendi, non soli contritioni, sed etiam aliis pietatis operibus. Ergo contritio non est medium necessarium.

Dist. antec. Iuxta Scripturam et Patres, alia pietatis opera conferunt ad remissionem peccatorum, *conc. antec.;* ita conferunt ut etiam remittant peccata, etiamsi quis ea non detestetur, *nego antec.*

2. Christus asseruit: *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* (Lc 11,14). Ergo eleemosyna ita confert ad animi munditiem ut ipsa sola iustificet.

Conc. antec. Sed nego cons. Scilicet Christus deterret pharisaeos a nimia sollicitudine munditiei externae (Lc 11,38-9), suadens eleemosynam. in oppositione ad eorum rapinam, tanquam medium ad assequendam veram munditiem. Sed nullo modo excludit alia opera, quae sint necessaria ad salutem 2.

3. Ex Ez 18,21: *Si autem impius egerit paenitentiam ab omnibus peccatis suis... et custodierit omnia praecepta mea... vita vivet.* Unde, observatio mandatorum est aeque necessaria ac contritio ad salutem. Atqui observatio mandatorum non est necessaria necessitate medii. Ergo nec contritio.

Dist. mai. Observatio mandatorum in proposito est' aeque necessaria ac contritio, *conc. mai.;* observatio actualis, *nego mai. Contradist. min.* Observatio mandatorum in proposito, *nego min.;* observatio mandatorum actualis, *conc. min.*

Explico. Propositum observandi mandata necessario includitur

' Cf. Kxabexbaver, *In [.neam* 377-380,

in contritione, cum nemo vere detestetur peccata, si non habeat propositum illa in posterum vitandi. Ideo, huiusmodi propositum est tàm necessarium sicuti ipsa contritio, id est, necessitate medii. Aliud vero dicendum est de observatione mandatorum, actu praestita. Etenim, si haec esset necessaria ut contritio necessitate medii, nemo iustificaretur nisi in momento mortis, id est', cum actu iam servaverit omnia mandata; quod quidem falsum est.

4. Misericordia Dei superat misericordiam hominis. Atqui homo aliquando remittit etiam inimicis, proinde non paenitentibus; immo hoc Christus praecepit (Mt 5,44). Ergo Deus debet remittere peccata etiam non paenitentibus.

Respondet S.Thomas 3 q.86 a.2 ad 3: '"Misericordia Dei est maioris virtutis quam misericordia hominis in hoc quod immutat voluntatem hominis ad pacnitcnduni, quod misericordia hominis facetc non potest."

5. Deus remittit peccatum infantibus absque paenitentia. Ergo et adultis.

Respondet etiam S.Thomas: "In pueris non est nisi peccatum originale, quod non consistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturae... Et ideo remittitur cis peccatum cum liabitUah immutatione per infusionem gratiae et virtutum, non autem cum actuali. Sed adulto, in quo sunt actualia peccata, quae consistunt in deordinatione actuali voluntatis, non remittuntur peccata, etiam in baptismo, sine actuali immutatione voluntatis, quod fit per paenitentiam" *(ibid,* ad 1).

113. Scholion 1. *De necessitate medii in contritione.* Necessitas contritionis pro remissione peccatorum non est solum necessitas praecepfi, sed etiam medii. Est enim contritio positive conducens ad salutem, et ex alia parte tam universaliter exigitur in fontibus revelationis, ut eius necessitas non possit censeri esse ex adjunctis peccatoris, aut ex mero praecepto divino (quod esset dispensahile), sed absoluta si semel supponatur ordo iustificafionis a Deo libere constitutus.

Scholion 2. *Qualis contritio sit 'necessaria necessitate medii.* Contritio potest esse formalis et virtualis. Formalis est explicita detestatio peccati. Virtualis est actus, in quo homo explicite non detestatur peccatum, sed talis est eius tendentia ut si homo dc suo peccato actu cogitaret, illud eo ipso detestaretur. Sic v.gr. qui facit actum amoris Dei, nihil cogitans de aliquo peccato prius facto, contritionem formalem non habet; habet tamen virtualem, quia tendentia illius amoris Dei talis est ut componi non possit cum peccato. Contritio ergo, quae necessaria est ad remissionem peccatorum, per se debet esse formalis, ut argumenta facta satis probant. Quaeritur autem a theologis, utrum per accidens in aliquo casu sufficiat virtualis. Et quidem multi thomistae, ut Cano, Petrus Soto et Dominicus Soto[3] exigunt semper formalem actum contritionis. E contrario Scotus cum pluribus aliis * contendit sufficere semper contritionem virtualem, actum scilicet caritatis, in quo implicite et virtualiter continetur contritio. Tandem Suarez, et cum eo nunc multi

3 M.Caso, *Relcctio dc paenitentia* p.3; P.Soro, *Dc paenitentia* lect.4s; D.Solo, *In 4* d.15 q.1 a.2.

• Scotus, *In 4* d.14 q.1 a.3; Suarez, *De pacnitcntM* disp.9 s.1 n.1 et 6 numerat plures alios theologos, qui Scotuin sequuntur.

theologi, distinguunt: per se requiritur contritio formalis, cuius “ratio... prima et' radicalis est divina ordinatio, quae nobis satis constat ex Scriptura et sensu Ecclesiae" ; per accidens vero, id est in casu in quo peccator immemor suorum peccatorum elicit actum perfectae caritatis vel patitur martyrium, tunc sufficit contritio illa virfualis. Nam ex una parte oblivio excusat a formali contritione, et ex alia caritas perfecta semper iustificat'. Haec ultima sententia probabilior est '.

Thesis 13. Contritio, caritate perfecta, etiam extra sacramentum re susceptum, semper iustificat.

S.Th.. *Suppi,* q.5 a.lss; Galtier, 58-77; LerchSr-Lakskr, 467-475: Γυι<·„ 706-720.

114. Notiones: Contritio dividitur a Tridentino (D 898) in perfectam et imperfectam. Quae quidem appellatio petitur, tum ex diverso *effectu,* tum ex diverso *motivo* sive obiecto formali[1].

a) *Ratione effectus,* contritio perfecta (contritio stricte dicta) est illa quae iustificat etiam extra sacramentum re susceptum; proinde sola ipsa in ratione dispositionis, sufficit ad iustificationem, licet cum voto sacramenti. Contritio vero imperfecta (attritio) ea est quae sola non sufficit ad iustificationem peccatoris extra sacramentum.

b) *Ratione molivi,* unde provenit efficacia vel inefficacia illius effectus, contritio perfecta est illa quae perficitur per caritatem, id est, per amorem Dei appretiativum super omnia, propter suam bonitatem absolutam ; dum contritio imperfecta erit illa, quae, “vel ex turpitudinis peccati considera-

6 SuarEz, *De poenitentia* disp.9 s.1 n.1-11.

e Contritio, quae requiritur in sacramento tanquam pars ipsius, est semper contritio formalis; cf. SuÂRIfc, *De poenitentia* disp.20 s.6 n.2. Circa peccata venialia, doctrina communis theologorum tenet etiam ad eorum remissionem esse necessariam necessitate medii aliquam contritionem, formalem aut virtualem. Idque probant tum ex sacra Scriptura (Apoc 2,1-5), tum ex eo quod Patres exigant paenitentiam quandam quotidianam, qua deleantur peccata minora. Id autem congruit ipsi rationi, ut remissio etiam minorum peccatorum sine aliqua eorum detestatione et retractatione non detur. Cf. S.Th., 3 q.87 a.l; SuArEz, *De poenitentia* disp.12 s.1 n.4-13.

1 Primus, qui contritionem perfectam et imperfectam ex diversis motivis formalibus distinxisse videtur, est Durandus; qui tamen pro contritione non re* quirit perfectam caritatem: similiter Paludanus (cf. A.Landgraf, *Reu<e:* LTK 8,850s) Caietanus utramque contritionem distinxit ex *ecr* quod perfecta sit Dei appretiatio summa, imperfecta vero minor appretiati© Dei (cf. J Gottler, *Der heilige Thomas von Aquin and die vortridentinischen Thomistcn,* 242-247). Illo etiam tempore motivum attritionis habebatur communiter timor; sed de motivo contritionis perfectae disputabatur: Biel et Cano exigebant motivum caritatis perfectae; Vitoria, D.Soto et Vega putabant sufficere dilectionem Dei inferiorem caritate perfecta (cf. V.Heynck, *Untersuchungen über die Reuelehre der tridcntinischen Zeit:* FranzStud 29 [1942] 25-44). In hoc momento historico inseritur doctrina tridentina, in qua clara est distinctio utriusque contritionis ex motivis diversis. Cf. Lercher-Lakner, 469; Galtier, 57; A.Landgraf: ThRev (1933) 393.

tione, vel ex gehennae et poenarum metu, communiter concipitur". Utrum perfici possit contritio aequivalenter per alia motiva, videbimus postea.

Contritio caritate perficitur dupliciter: *Imperative,* si actus caritatis imperet positionem actus contritionis, etsi hic efficiatur ex quolibet motivo; vel *elicitive,* si actus contritionis eliciatur ex ipso motivo caritatis. Uterque evadit actus contritionis, caritate perfectus. Hic autem postremus modus diversimode haberi potest. Nam animus potest tendere directe in Deum amandum : "Diligo te, Deus meus, quia infinite amabilis es, atque ideo vellem nunquam peccasse" ; vel contra, potest ferri directe in detestationem peccati: "Doleo de meis peccatis, quia offendi Deum, qui est infinite amabilis".

Sed notandum est, Tridentinum explicite non docuisse quo modo caritas perficiat contritionem. Etenim hoc solum in genere asseruit: caritatem perficere contritionem; ac negative illud tantum descripsit, cum exclusit a contritione perfecta illam quae concipiatur ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae et poenarum metu. De aliis motivis, praeter caritatem, agemus in scholio.

Etiam extra sacramentum re susceptum, id est, antequam actu suscipiatur sacramentum, licet requiratur votum sacramenti, ut patet ex his quae diximus in thesi 7.

Semper iustificat, hoc est non tantum in casu necessitatis vel martyrii, sed semper ac peccator eliciat actum perfectae contritionis, ipsi infunditur gratia sanctificans·

115. Adversarii. 1. *Protestantes* tenent contritionem nunquam Deo reconciliare; ipsa enim non est quae iustificat, sed sola fides fiducialis.

2. Baius docuit actum caritatis non excludere statum peccati; nec contritionem caritate perfectam, extra actualem susceptionem sacramenti, semper iustificare, sed tantum in casu necessitatis, velut in articulo mortis cum nullatenus posset suscipi sacramentum, aut in casu martyrii (D 1031ss 1070s).

116. Doctrina Ecclesiae. *Tridentinum* s.14 c.4 (D 898), supponit tanquam omnibus notum "contritionem hanc aliquando [2] caritate perfectam... Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur" ; ideo directe intendit do-

[2] Contra falsam interpretationem Baii. sensus hic est: quoties contritio caritate perficiatur, toties cadein Deo reconciliat. Unde particula ilia "aliquando", qua abutebatur Baius, afficit pari modo et simul duas propositiones "contritionem caritate perfectam" ct "hominem Deo recpnciliarç".

cere etiam tunc "reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam". Cf. s.6 c.14 (D 807). Immo, ipsum *Tridentinum* definitionem paraverat, inserendam inter canones 5 et 6 s.14, in qua legebatur: "Si quis negaverit per contritionem qua paenitens, coopérante divina per lesum Christum gratia, dolet de peccatis propter Deum, cum proposito confitendi et satisfaciendi, remitti peccata, a.s."[3] Sed definitio omissa est ne nota haereseos inurerentur nonnulli theologi catholici, v.c. Caietanus, qui dicebantur aliter sensisse. S.Pius docuit contritionem perfectam semper iustificare (D 1071).

Valor dogmaticus. Saltem est *doctrina catholica,* ne dicam *proximam definitioni.*

117. Probatur ex sacra Scriptura. Ex Io 14,21ss: *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Quia autem diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum... Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem· apud, eum faciemus.* Hic, sermo fit de caritate inter Deum et hominem. Et quidem *ex parte hominis* agitur *de caritate* actuali et efficaci, cum implicet observationem mandatorum. *Ex parte vero Dei* intelligitur amor amicitiae, nam vi illius Pater et Filius venient et mansionem facient, quod non nisi per gratiam effici valet; est igitur amor superior illi quem Deus habet erga peccatores. Itaque ex his arguitur:

Caritas semper iustificat. Atqui contritio perfecta necessario coniungitur cum caritate. Ergo contritio perfecta semper iustificat.

Mai. constat ex verbis allatis.

Min. Nam contritio perfecta vel elicitur a caritate, vel ab ea imperatur, ut patet ex notionibus.

Observa 1° Caritas, de qua loquitur loannes, coniungitur cum observatione mandatorum tantum in voto! seu proposito, non necessario in re; secus enim non obtineretur iustificatio nisi in fine vitae, quod falsum est. Intelligitur ergo caritas, quae natura sua est practica sive efficax.

Observa 2.° Deus etiam amat peccatores amore beneficentiae, ut patet ex Christi redemptione aliisque beneficiis. Cf. Rom 5,8; 1 Io 4,10. Et quidem eos diligit hoc amore beneficentiae, nondum vero amicitia paterna, ut illos adducat ad

[3] Cf. TheinEr, *Acta Concifii Tridentini* 1,592; F.CavaelEra: BuHIJttEcci (1932) 136s.

hanc paternam amicitiam. Pulchre edocuit distinctionem utriusque amoris S.Thomas 2.2 q.27 a.2.

Observa 3.° Sacra Scriptura tribuit remissionem peccatorum etiam aliis virtutibus, v.gr. fidei (Rom 5,1), timori Domini (Eccli 1,27), eleemosynis (Tob 12,9)...; quae tamen non nisi in sacramento iustificant. Ergo a pari opponitur argumento a nobis allato, quod caritas ipsa iustificet tantum in sacramento. non vero ante actualem susceptionem illius. *Responded* negando paritatem. Caritas enim est *dispositio proxima ct ultima* ad iustificationem, ut nuper probavimus, supponens tanquam dispositiones remotiores fidem, spem, etc. ; atque iustificationem *meretur de congruo infallibili.* Ceterae autem virtutes sunt *dispositiones mediatae et remotae,* ut certo constat de timore, ex eo quod tantum iustificet in sacramento (D 898) ; de fide vero et eleemosynis et de quibuslibet aliis virtutibus, quatenus demonstravimus in th. 12 lapsis in peccatum mortale personale contritionem esse medium necessarium ad iustificationem, ac proinde illas, absque contritione, iustificare non valere. Modum vero, quo iustificet contritio caritate, perfecta, dicemus in scholio.

118. Probatur ex traditione. 1. Patres urgebant susceptionem baptismi in re, utpote viam ordinariam et certiorem salutis; attamen simul censent, etsi dicta non abundent, catechumenos, morientes sine baptismo absque sua culpa, vi caritatis, posse salvari. Nota sunt verba S.Ambrosii de obitu Valentiniani: "Audio vos dolere quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut, et antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit, et ideo prae ceteris causis me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit? Non habet quam poposcit? Certe, quia poposcit, accepit" (R 1328). Alia quaedam dantur vestigia eiusdem doctrinae apud Tertullianum, S.Cyprianum et S.Hippolytum 4.

Nec obiciatur S.Augustinus dicens: "Quantumcumque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suae portat; non illi dimittitur, nisi cum venerit ad baptismum" °. Nam, ut patet ex his quae ipse S.Augustinus protulit paulo ante, verba quae obiciuntur valent de illo qui ex arrogantia nollet baptizari, ac proinde non gauderet vera contritione.

* Quae colliguntur a Galtier, 67.
6 *In Io* 13,7: ML 35,1496.

Nec urgeatur difficultas ex aliis verbis eiusdem S.Augustini: "Sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum in regnum caelorum, aut ad peccatorum remissionem" ®. Etenim, ut constat ex his quae praecedunt verbis obiectis, sanctificatio ibi intelligitur non subiectiva per dispositiones internas catechumeni, sed illa quae conferebatur per media sanctificationis propria catechumeni, qualis erat manuum impositio. Agitur ergo de quadam sanctificatione imperfecta, minime vero de perfecta sanctificatione per caritatem.

Ceterum S.Augustinus aperte docuit, adultos posse obtinere salutem per solam conversionem cordis, dummodo non contemnatur sacramentum baptismi, sed votum adsit illius; idque probat exemplo tum Cornelii centurionis, tum boni latronis: "Invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte in angustiis temporum succurri non potest" T.

2. Patres diserte tribuunt caritati vim delendi peccata. Ita S.Clemens Romanus: "Vinculum caritatis Dei quis potest enarrare?... Altitudo, ad quam evehit caritas, inenarrabilis est. Caritas nos Deo adglutinat"... (R 26). Origenes: "Sexta quoque fit remissio per abundantiam caritatis" (R 493). S.Ephraem: "O lacrimarum vis, quomodo in ictu oculi, sublata pennis, in caelum ascendis et postulata tua a Deo obtines, qui occurrit tibi propitius, indulgentiam ac remissionem peccatorum deferens"... (R 743). S.Chrysostomus: "Sciebat [S.Paulus] caritate nihil esse maius, nihil ipsi par esse, nec ipsum quidem martyrium, quod caput est omnium bonorum... Nam caritas quidem, etiam absque martyrio, Christi discipulos facit; martyrium autem sine caritate facere id non potest"3. S.Chrysoi.ogus: "Vide ne, desperes, homo, remansit tibi unde piissimo satisfacias creditori. Absolvi vis? Ama. Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Negationis crimine quid peius? Et tamen Petrus amore solo valuit hoc delere"... (R 2176).

119. Ratio theologica. Contritio caritate perfecta est perfectissima hominis conversio ad Deum. Ergo congruit ut Deus sese convertat pariter ad hominem, per remissionem peccatorum. *Congruit,* dixi. Nam Deus non tenetur ex ius-

8 *Dc precatorum meritis ct remissione* 2,26: ML 44,175.

1 *De baptismo* 4,22,29 (cf. R 1629s); *Dc anima et cius origine* 1,9,11: ML 44,480; *Retractationes* 2,18: MI/ 32,637.

8 *In S.Romanum martyrem* 1,1: MG 50.607.

titia ad restituendam suam amicitiam propter actum caritatis, quia eiusmodi actus per se non est sufficiens compensatio iniuriae. Sed cum constet ex fontibus Deum velle suam amicitiam restituere propter talem actum caritatis, facile intelligimus quanta sit in hac re convenientia. Siculi enim per peccatum amittitur amicitia divina, quia homo se totaliter avertit a Deo, ita congruit ut per caritatem recuperetur amicitia Dei, quia caritas involvit tantam hominis conversionem ad Deum, quantam ipse praestare potest.

120. Scholion 1. *De modo quo iustificant tum contritio perfecta, tum votum sacramenti.* Constat ex probatis contritionem caritate perfectam semper iustiiicare, etiam ante sacramentum actu susceptum. Aliunde, iam etiam novimus ex th.7, sacramentum esse ne? cessarium necessitate medii ad justificationem in re vel in voto. Ergo, ut docet Tridentinum (D 898 807), illa perfecta contritio includit votum sacramenti ; atque ideo iustificatio tribuenda est contritioni simul cum voto sacramenti. Igitur, quomodo influit in iustificationem tum contritio extrasacramentalis, tum votum sacramenti?

Contritio non influit tanquam *causa instrumentalis,* cum ex hypothesi non sit pars sacramenti ; nec tanquam *causa formalis,* saltem adaequata, nam iuxta Tridentinum (D 799) "unica formalis causa [justificationis] est iustitia Dei"..." Sed contritio confert ad justificationem tanquam *dispositio proxima et ultima* gratiae, cum qua immediate connectitur ; differt ergo a ceteris actibus praeparatoriis justificationis in eo quod hi sunt tantum dispositiones remotae, ac proinde tantum mediate connectuntur cum gratia. Praeterea, contritio confert etiam ad iustificationem per modum *meriti,* non quidem de condigno, sed *de congruo infallibili.* Haec autem contritio efficitur, non a gratia habituali infundenda, ut contendunt non pauci theologi, sed a gratia actuali, ut'videtur innuere Tridentinum, cum docet iustificationem consequi dispositiones peccatoris, quarum ultima est ipsa contritio (D 797ss) [10].

Votum sacramenti non influit positive in ipsam remissionem peccatorum, cum sola caritas sit quae iustificat. Attamen requiritur votum sacramenti tanquam *condicio sine qua non,* eo quod Christus instituerit sacramentum vehit medium necessarium salutis. De hoc autem voto duo veniunt notanda : 1) Votum sacramenti non est aliquid superadditum extrinsecus contritioni perfectae, sed natura sua in eadem imbibitur ; nemo enim potest vere diligere Deum, quin saltem implicite velit suscipere sacramentum a Christo institutum tanquam necessarium necessitate medii. 2) In ordine ad iustificationem differt votum sacramenti a voto aliorum praeceptorum, tum quia sacramentum, cuius votum habetur, non est merum praeceptum, sed

• Contritionem existimarunt causam formalem iustificationis, etsi partialem, P.Soto, *De poenitentia* lect.4; D.Soto, *Dc natura ct gratia* 2,18; VXzquez, *In 1.2* disp.203; *In 3* disp.2 c.6. Suarez. *Dc poenitentia* disp.8 s.3 n.10 non negavit id esse probabile; sed tum ipse, tum plerique theologi illam sententiam reiciunt. Cf. Galtier, 88-92

10 Hanc controversiam recensent Billuart, *Dc gratia* disp.7 a.4; Lange, *De gratia* 343-346. Legas etiam M.Quera, *La contrieiôn en la justificaciân, scgûn Su&reg y Vàsques:* EstEcl 22 (1948) 561-569; E.Elorduy, *Suârcs en las controversias sobre la gracia:* ArchTG 11 (1948) 117-130.

etiam medium salutis, tum quia contritio perfecta, includens votum sacramenti, ipsa est etiam medium ad iustificatietacm. It'aque, res concipi potest sub his signis rationis: *a)* Deus prius instituit sacramentum tanquam medium necessarium ad salutem; *b)* deinde, illud praecepit in re suscipiendum ; *c)* tandem, acceptat' contritionem perfectam tanquam rem vicariam sacramenti

121. Scholion 2. *De obiccto formali contritionis justificantis.* Ut diximus, contritio ex motivo caritatis elicita, iustificat etiam extra sacramentum, actu susceptum; quod quidem non accidit si motivum sit metus gehennae aut poenarum (D 898). Sed quaeritur num contritio posita ex aliis motivis, quae attingant Deum tanquam finem cui, qualia sunt motiva cbedientiac, gratitudinis, religionis, iustitiae..., gaudeat eadem vi justificandi ac contritio caritate perfecta. Sunt plures theologi, praesertim scotistae, qui teneant talia motiva sufficere ad contritionem justificantem extra sacramentum Tamen, plerique theologi, et quidem probabilius, hoc negant. Et iure quidem. Nam fontes tantum agnoscunt vehit contritionem proxime justificantem, illam quae ex caritate eliciatur. Ergo cum haec omnia pendeant ex positiva institutione Dei, prior illa sententia videtur carere solido fundamento

122. Scholion 3. *Dc inlensiiate contritionis.* Contritio est *apprcliaticc summa,* si voluntas avertitur a peccato vehit a summo malo; est autem *intensive summa,* si voluntati displicet de peccato supra displicentiam de quocumque alio malo. Iuxta omnes theologos, contritio debet esse appretiative summa; aliter enim non averteret perfecte animum a peccatis. Sed quaestio fuit inter theologos, num requireretur etiam contritio intensive summa, aut saltem certus aliquis gradus intensitatis. Contritionem intensive summam absolute exigebat Hadrianus, comparative ad mala terrena P.Soto, saltem quondam certum gradum intensitatis Juenin, Witase, Berti ". Sed communis et certa theologorum sententia tenet, non requiri ullum gradum intensitatis, dummodo contritio sit appretiative summa. Cf. S.Th., *Suppi,* q.5 a.3. Quod quidem patet, tum ex Tridentino, ubi nulla memoratur intensitas ; tum ex damnationibus Baii, unde eruitur caritatem simpliciter connecti cum gratia; tum ex ratione theologica, eo quod vel minima caril'as, si vera sit caritas, involvat absolutam conversionem voluntatis in Deum

Quod vero diximus de intensitate, dicendum est etiam, ex iisdem argumentis, *de certa temporis durations.* Nam perfectio, quam tribuit caritas contritioni, provenit essentialiter ex tali motivo, quod non exigit ullam temporis diuturnitatem ut suam exserat efficaciam.

123. Scholion 4. *De remissione poenae temporalis.* Respondet Angelicus *Suppi* q.5 a.2 talem posse esse contritionem ut extinguat totum reatum poenae. Et quidem dupliciter: "Uno modo ex

11 Cf. Luco. *De poenitentia* disp.3 s.1 n.6s.

12 Cf. Brancatum de Laurea, *De poenitentia* disp.8 a.2 n.20-25: Minges. *Coinpendiwnt theologiae dogmaticae specialis* 3.130s. Habuit probabilem hanc opinionem Luco, *Dc poenitentia* disp.5 s.1 n.4-9.

13 Plura apud Gai.tier, 73-77.

M Hadrianus, *Dc sacramento paenitentiae* q.2; P.Soto, *Dc poenitentia* lect 14.«: Juenin. *Dc poenitentia* q.4 c.4 a.1; Witase. *Dc sacramento paenitentiae* q.3 a.6 s.3; Berti. *Dc theologicis disciplinis* 1.34 c.6.

15 Obiectiones, quarum plures sunt iam praeoccupatae, solvit Puig, 726-732.

parte caritatis, quae displicentiam causât; et sic contingit tantum intendi caritatem in actu, quod contritio inde sequens merebitur non solum culpae amotionem, sed etiam absolutionem ab omni poena. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quem voluntas in contritione excitat; et quia illa etiam poena quaedam est, tantum potest intendi, quod sufficiet ad deletionem culpae et poenae".

Thesis 14. Attritio, ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae et poenarum metu concepta, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae, donum D|ei est.

S.Th., 3 q.85 a.5; Gai.tier, 94-113; Lerciier-Lakner, 481-48S; Puig, 751-768.

124. Notiones. Attritio describitur a Tridentino (D 898) ratio habita tum *effectus,* tum *mdtivi.* Itaque, *attritio, ratione effectus,* est illa cantriticj imperfecta, quae, "quamvis sine sacramento paenitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento paenitentiae impetrandam disponit". *Attritio* vero, *ratione motivi,* est illa contritio imperfecta, quae non elicitur ex caritate, sed "ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae et poenarum metu".

Motiva attritionis plura esse possunt. Attamen omnia videntur posse revocari ad haec duo, quae memorantur a Tridentino. Nam in quolibet peccato distinguitur culpa et poena; ergoi peccatum possumus detestari aut propter malum.· culpae *(turpitudo peccati,* nisi adsit contritio perfecta), aut propter malum poenae *(metus gehennae et poenarum).* Iam haec duo motiva tridentina amplius sunt declaranda.

Turpitudo peccati intelligitur ea deformitas, quam habet peccatum, quatenus opponitur religioni (violat enim honorem Dei), obedientiae (violat praecepta Dei), gratitudini (fit contra Eius beneficia) etc. Sed hic excipitur, illa turpitudo, qua gaudet peccatum, quatenus opponitur bonitati absolutae Dei; esset enim contritio perfecta.

Metus vel timor est actus aversionis a malo imminenti et difficile vitabili. Itaque, obiectum timoris est vel ipsa poena, vel ille qui eam infert. Hinc duplex timor, filialis et servilis. *Timor filialis* est ille cuius obiectum est offensa Dei ut Patris. Dicitur timor filialis quia bonus filius veretur displicere parentibus, non ob poenam, sed ob offensam. *Timor servilis* est ille cuius obiectum est poena a Deo infligenda. Dicitur'servilis quia est proprius servorum. Sed timor servilis potest esse vel serviliter servilis, vel simpliciter servilis. *Timor ser-*

viliter servilis tunc adest cum timetur poena tanquam summum malum. Huiusmodi timor non excludit affectum ad peccatum ; immo potest stare simul cum peccato ; excludit autem amorem Dei. Ideo est intrinsece malus. *Timor simpliciter servilis* ille est quo timetur poena tanquam verum malum, sed non tanquam summum malum. Procedit ëx amore ordinato, quatenus homo appetit bonum suum, sed quin illud praeferat bonoi Dei. Non opponitur amori Dei nisi negative, quatenus hic et nunc non adest, sed adesse potest. Est igitur timor honestus. Cf. 2.2 q.19 a.1-6.

Gehennae nomine venit poena aeterna damni et sensus [1].

Poenarum nomine intelliguntur poenae temporales huius vitae vel alterius [2].

Si voluntatem peccandi excludat, hoc est, si excludat omnem affectum deliberatum ad peccatum.

Cum spe veniae, non ex desperatione; agitur enim de attritione qua quaeritur reconciliatio cum Deo.

Donum Dei Est, quia in se est actus honestus, et in ordine ad iustificationem est actus salutaris.

Itaque, a) asserimus donum Dei esse attritionem sive detestationem dolorosam peccatorum ob motivum turpitudinis peccati vel ob metum gehennae aut poenarum. *V)* Sed ex hoc duplici motivo, praesertim attendimus ad attritionem formidolosam, seu ad illam quae concipiatur ex metu gehennae vel poenarum; hanc enim impugnant adversarii, *c)* Attamen, solus timor simpliciter servilis dicitur a nobis bonus, utilis, immo et salutaris; minime vero timor serviliter servilis. *d)* Supponitur excludi voluntas peccandi, cum spe veniae; idque posse fieri per attritionem videbimus.

125. Adversarii. 1. *Protestantes,* tum veteres tum hodierni, reicientes quamlibet contritionem, praesertim impugnant attritionem formidolosam, quam dicunt malam, eo quod non tollat affectum ad peccatum, ac proinde nequeat convertere peccatorem (D 746 898 915)[3].

2. Iansenius tenuit attritionem non esse bonum motum nec supernaturalem (D 1304-5).

3. QuESNRl dixit illum, qui peccata ex timore vitat, ea iam commisisse in corde suo (D 1410ss).

1 Cf. J.Chaixe, *Géhenne:* DBS 3.563-579.

2 Cf. SuIrBZ, *Dc poenitentia* disp.5 s.2; Luco. *D,- paenitentia* disp.5 n.137; PalmiERI. *Dc paenitentia* 377s; A Lasïigrap, *Die Lehre der Friihschalastik van der kncchlisehcn Furcht:* DivTbom(Fr) 15 (1937) 43-157-308,

’ Phira apud Galtiïr, 98s.

4. *Pistorienses* docuerunt timorem poenarum vel gehennae non esse bonum nec utilem (D 1525).

126. Doctrina Ecclesiae. *Tridcntinum* s.6 c.6 (D 798): "Peccatores... a divinae iustitiae timore... utiliter concutiuntur"; cn.8 (D 818) definivit metum gehennae non esse peccatum, nec peccatores peiores facere; s.14 c.4 (D 898) docet attritionem esse donum Dei; cn.5 (D 915) definit attritionem ex motivo foeditatis peccatorum et ex metu aeternae damnationis, esse dolorem verum et utilem, atque praeparare ad gratiam.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

127. Probatur ex sacra Scriptura. Sacrae Litterae hortantur ad detestandum et vitandum peccatum ex motivis attritionis. Ergo attritio bona est honesta.

Consequentia. Deus enim nequit commendare et impellere ad ea quae honesta non sunt, nam argueretur et ipse tanquam malus.

Antecedens. loannes Baptista hortabatur eos, qui ad eum veniebant, ad paenitentiam, ex metu irae venturae: *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Farcite ergo fructum dignum paenitentiae* (Mt 3,7-8). Ipse Christus paenitentiam pariter urgebat ex metu gehennae: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te... expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam... Timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* (Mt 5,29s; 10,28).

128. Probatur ex traditione. Patres, duplici praesertim ratione, testantur hanc veritatem:

1) Quatenus saepe memorant et *urgent motiva attritionis;* quod supponit ipsos aestimare attritionem tanquam bonam et honestam. Ita Tertullianus: "Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis exstinguet"... (R 317). Clemens Alex.: "lustitia est duplex, una quidem propter caritatem, altera vero propter metum... Qui enim convertuntur a timore ad fidem et iustitiam, permanent in saeculum; iam vero abstinentiam a malis operatur timor" (R 434). S.Gregorius Nyssenus: "Nonnullis fit etiam salus per timorem, quando, intuentes ad minas supplicii gehennae, separantur a malis" (R 1025).

2) Quatenus diserte *asserunt honestatem attritionis.* En verba S.Chrysostomi: "Quid gehenna gravius? Sed huius

metu nihil utilius ; gehennae namque timor regni nobis affert coronam... Nihil enim tantum peccata consumit, virtutemque crescere facit et germinare, quantum assidui timoris natura" (R 1143). En etiam verba S.Augustini: "Cum ergo Dominus timorem incusserit, et vehementer incusserit, et repetendo verbum comminationem geminaverit, dicturus ego sum: Male times? Ista non dicam. Plane time, nihil melius times; nihil est quod magis timere debeas" (R 1514).

129. *De metite S.Augusiini.* Contendunt lansenistae S.Augustinum tantum commendasse timorem, qui procedat ex caritate; ac proinde sanctum Doctorem negasse timorem proprie dictum.

Re vera, iuxta S.Augustinum, et etiam iuxta nos, rimor gehennae non est timor filialis, id est, non arguit animum filialem erga Deum, hoc enim est proprium timoris *casti.* Nihilominus timor gehennae est bonus. Nam ut sit bonus et utilis ad salutem, sufficit' ut non implicet necessario adhaesionem ad peccatum. Iam vero, S.Augustinus aperte docet timorem movere positive ad expellendam adhaesionem erga peccatum et ad inserendum Dei amorem. Audi ipsum S.Augustinum : "Ubi vermis eorum non moritur, et ignis eorum non exstinguitur. Audiunt haec homines; et quia vere futura sunt impiis, timent et continent se a peccato. Habent timorem, et per timorem continent se a peccato. Timent quidem, sed non amant iustitiam. Cum autem per timorem continent se a peccato, fit consuetudo iustitiae, ct incipit quod durum erat amari, et dulcescit Deus; et iam incipit homo propterea iuste vivere, non quia timet poenas, sed quia amat aeternitatem" (R 1487)4.

130. Ratio theologica. Ex ipsa notione attritionis, haec importat tria: 1) detestationem dolorosam peccati; 2) timorem gehennae; 3) ordinationem detestationis peccati ad vitandam gehennam. Atqui haec tria sunt moraliter bona et honesta. Ergo attritio bona est et honesta.

Min. 1) Honesta est evidenter *detestatio dolorosa peccati.*

2) Etiam est honestus *timor gehennae.* Nam gehenna est verum malum, ideoque odibile, dummodo illius odio homo non avertatur a bono honesto. Iam vero, in casu, illud odium non solum non avertit ab honestate, sed contra avertit a peccatis. Ergo bonus est timor gehennae.

3) *Ordinare detestationem peccati ad vitandam gehennam,* est etiam honestum. Nam honestum est ordinare medium aptum ad finem bonum. Iam vero, detestatio peccati est medium aptum et unicum ad vitandam gehennam. Ergo honestum est ordinare detestationem peccati ad vitandam gehen-

* Cf. R.Rimmt,. *Das Furchtproblcm in der Lehrc des hl-Auaustin:* ZkathTh 4S (1921) 244-249: A.Teixidor, *De mente S^lnguslini circa timorem scrvilçnt:* Grcg (1929) 501-536.

nam. Attamen *observa:* α) non excludi alia motiva, propter quae possit detestari peccatum; ϋ) timorem gehennae esse tantum causam detestationis peccati, sed minime aestimari gehennam tanquam maius malum quam culpam.

131. Obiectiones. 1. Ex Rom 8,15: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.* Ergo timor alienus est a Nova Lege, ac proinde in hac oeconomia nequit esse bonus.

liesp. his verbis, S.Ioannem tantum docere quod ibi ubi regnat ris quam timoris, dum contra oeconomia Veteris Legis erat' potius timoris quam amoris. Attamen, non ideo intendit Apostolus excludere amorem a Vetere Lege, nec timorem a Nova Lege, Igitur, illis verbis, S.Paulus tantum' tradit indolem propriam, etsi non exclusivam, utriusque Legis1.

2. Ex 1 Io 4,18: *Timor non esi in caritate; sed perfecta caritas foras mittit timorem.* Ergo in Nova Lege excluditur paenitus quilibet timor.

Jiesp. his verbis, S.Ioannem tantum docere quod ibi ubi regnat vera caritas, haec expellat timorem servilem, aut talem qui fiduciam auferat, minime vero omnem timorem, ita ut ille qui tali gaudeat caritate reddatur prorsus certus de sua salute. Multo minus contendit S.Ioannes, praeter caritatem, non posse exsistere timorem Dei, filialem aut servilem".

3. Detestatio peccati ex timore gehennae non excludit affectum ad peccatum ; sicut mercator, proiciens merces in mare ob timorem naufragii, non exuitur affectu erga ipsas. Ergo timor gehennae non est bonus.

Nego paritatem. Nam mercator ut vitet naufragium non necessario debet exuere affectum erga merces; atque ideo potest velle efficaciter vitare naufragium, retinens affectum inefficacem erga merces. Peccator autem, ut fugiat gehennam, debet exuere paenitus affectum erga peccatum, .cum gehenna infligatur, non solum propter actionem externam, sed etiam propter ipsum actum internum voluntatis; proinde, si efficaciter velit fugere gehennam, timor illius debet radere ipsum affectum erga peccatum.

4. Qui detestatur peccatum ob motivum gehennae, peccaret si gehenna non esset. Atqui falis retinet affectum erga peccatum. Ergo qui detestatur peccatum ob motivum gehennae, retinet affectum erga peccatum.

Dist. mai. Qui detestatur peccatum propter gehennam, tali versatur animo ut' hic et nunc vellet peccare, si gehenna non esset, *nego mai.;* forte non detestaretur peccatum, si non esset gehenna, *trans, mai. Contradist min.* Qui hic et nunc tali versatur animo ut vellet peccare, si non esset gehenna, ille retinet affectum erga peccatum, *conc. min.;* qui forte peccaret, si non esset gehenna, retinet affectum erga peccatum, *nego min.* Nam aliud est elicere *hunc actum voluntatis* “vellem peccare si gehenna non esset”, et aliud longe diversum *intellectu conicere* “forte peccarem si gehenna non esset”. Illud primum arguit affectum erga peccatum; alterum vero non involvit affectum erga peccatum, sed tantum fortasse involveret si gehenna non esset.

° Cf. CornKly, *In epistolam ad Romanos* 415-418.
’ Cf. F.C.CïucSmass, *In epistolas catholicas* 143s.

Thesis 15. Attritio disponit proxime ad iustificationem in sacramento paenitentiae obtinendam.

GaxTiïr. 398-406; LiîRCHSr-LajînSR. 548-557; Puic, 734.750.769.781.

132. Nexus. Semel vindicata honestate attritionis, venit inquirenda cius efficacia ad iustificationem obtinendam. Haec autem est illa, quam exhibet Tridentinum, cum docet attritionem disponere ad Dei gratiam in sacramento paenitentiae impetrandam (D 898). Disputant autem theologi num haec dispositio sit proxima an remota. Nos vero, cum plerisque, tenemus esse dispositionem proximam.

133. Notiones. Attritio, scilicet, contritio illa imperfecta, cuius honestatem vindicavimus in thesi praecedenti. Intelligitur ergo illa contritio, quae eliciatur ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae aut poenarum metu, dummodo excludat voluntatem peccandi cum spe veniae.

Disponit seu praeparat ad iustificationem acquirendam in sacramento paenitentiae. Haec autem dispositio concipitur duplex, proxima vel remota. Erit proxima, si, posita attritione, iam nihil aliud requiratur ad hoc ut peccator iustificetur in sacramento. Erit autem *remota,* si requiratur aliquis Dei amor, qui attritioni sit superaddendus.

134. Sententiae. 1. Negant attritionem esse dispositionem ad iustificationem in sacramento paenitentiae *omnes adversarii theseos praecedentis,* utpote abipientes attritionem tanquam malam. Hic autem error iam ibi reiectus est.

2. Negant pariter attritionem esse dispositionem ad iustificationem in sacramento paenitentiae *veteres illi scholastici,* de quibus diximus supra (n.21), quatenus tenebant contritionem caritate perfectam necessario requiri ad suscipiendum sacramentum paenitentiae; atque ideo, iuxta ipsos, sacramentum non attingit absolutionem culpae, sed tantum poenae, aeternae vel temporalis. Hanc vero opinionem iam etiam reiecimus in eadem thesi 1, cum demonstravimus, sacramentum paenitentiae remittere ipsam culpam, et ad hoc ordinari sacramentum; ac proinde nequit requiri contritio perfecta tanquam necessaria dispositio, quia tunc ipsum sacramentum nunquam iustificaret[1].

[1] Cf G.M.CsErto, O.Γ., *De timore Dei iuxta doctrinam scholasticorum a Petro Lombardo usque ad S.Thoniam* (Wien 1940); M.Quera, *De contritionisnto et attritionismo in scholis usque ad tempus Sancti Thomae traditio:* AnalSacraTarrac 4 (1928) 183-202; A.Michbl, *Pénitence:* DTC 12,953s.

3. *Quidam theologi posttridentini*2, qui *contritionistae* appellantur, negant attritionem esse dispositionem ad iustificationem in sacramento paenitentiae, cum, iuxta illos·, ad remissionem peccati semper exigatur contritio caritate perfecta. Sed distinguentes contritionem perfectam, *intensam* et *remissam* (seu in gradu intenso et remisso), exigunt intensam ad iustificationem extrasacramentalem, remissam vero ad iustificationem sacramentalem. Haec autem sententia, eadem ratione refellenda est ac sententia illa veterum scholasticorum, cum reapse incidat in eandem doctrinam.

4. *Pauci veteres scholastici,* ut Alexander HalEnsis, S.Bonaventura, et ut videtur etiam S.Thomas3, docuerunt attritionem, cognitam ut talem, non esse dispositionem sufficientem ad sacramentum paenitentiae ; sufficere tamen contritionem perfectam, mere existimatam, quatenus accedens bona fide tantum attritus, fieret vi sacramenti, natura prius, ex attrito contritus. Haec erat re vera singularis explicatio actionis sacramentalis ; attamen, etiam illa stante, paenitens iustificabatur de facto per sacramentum paenitentiae, quin praecederet contritio perfecta. Ergo de facto, in hac hypothesi, attritio erat dispositio proxima sacramenti.

5. *Nonnulli theologi posttridentini,* concedentes attritionem esse dispositionem ad iustificationem in sacramento paenitentiae, eam faciunt dispositionem, non proximam, sed remotam, quatenus ipsi superaddenda est aliqualis dilectio Dei. Attamen, non conveniunt inter se in determinando hoc amore Dei. Nam Biüuart, cuius sententiam nuper suscitavit PÉrinellE, requirit amorem, non caritatis, sed benevolentiae, qui sit super omnia appretiative, etsi possit esse remissus4.

2 JuEnin, *De paenitentia* q.4 c.4 a.1; Berti, *Dc theologicis disciplinis* 34,5; Drouin, *De contritione et attritione* 4,2; Gazzaniga, *Praelectiones theologicae* t.9 dis.6 c.5; Ch.Lupus, *De contritione et attritione c.7;* Morin, *De admimstratione sacramenti paenitentiae* 8,4.

8 Cf. Galtier, *De paenitentia* 400; M.BuchbErcEr, *Dic Wirkungen des Bussakramentcs nach der Lehre des hl.Thomas von Aquin;* II.DondainE, O P-, *L'attrition suffisante* (Paris 1943); A.GarcIa, O.P., *La atriciôn en Kitoria y su escuela:* CiencTom 71 (1947) 62-94; J.Blic, *Sur ^attrition suffisante:* MélScRel 2 (1945) 329-366; Gottler. *Der heihge Thomas von Aquin und d.e vortridentinischcn Thomisten Uber die Wirkungen des Bussakramentes* (Freiburg 1904); 1)E Vooght, *La justification dans le sacrement de la pénitence d'après Saint Thomas:* EphThLov 5 (1928) 225; 7 (1930) 663.

* Scilicet iuxta Billuart, amor Dei ex Bonitate Eius absoluta dividitur *in amorem cantatis* (qui supponit reciprocitatem amicitiae, atque ideo non datur nisi in iustis), *et benevolentiae* (qui non habet reciprocitatem amicitiae, atque ideo datur etiam in peccatoribus). Cf. Billuart, *De paenitentia* diss.4 a.7; J.PérinEllE, O.P., *L'attrition d'après le concile de Trente et d'après Saint Thomas d'Aquin* Le Saulchoir (1927). Eidem opinioni Billuart favet Garrigou-Lagrange, *Dc Eucharistia et Paenitentia* (Taurini 1943) 374-378. Utiliter leges animadversiones in opus Périnelle factas a M.QuEra: EstEcl 7 (1927) 318-355; 10 (1931) 51s, et a Galtier: Greg 19 (1938) 373-416.

Tournery et WiRCEBURGENSES exigunt amorem concupiscentiae, ut videtur, formalem, non tantum virtualemA

135. 1. Nostra sententia. Attritionem esse dispositionem proximam et sufficientem, docuerunt ante Tridentinum, Scotus, Durandus, H.Gandavënsis, Aureolus, *Scotistae* communiter °. Post Tridentinum vero haec doctrina adeo communis evasit, ut Suarez asseruerit “hanc sententiam omnino veram esse”; Luco autem dixerit oppositam sententiam iam non esse probabilem 7. In decreto S.Officii, dato anno 1667, etsi vetabatur censura taxare alterutram opinionem, tamen haec nostra opinio efferebatur tunc temporis tanquam “inter scholasticos communior”. Eam docent *theologi scotistae, theologi Soçietatis lesu, multi thomistae,* et *communiter moralistae,* duce S.Alphonso 8.

Igitur, in hac nostra sententia, attritio est dispositio proxime sufficiens ad iustificationem obtinendam in sacramento paenitentiae, ita ut, praeter ipsam attritionem, non requiratur ullus Dei amor. Dixi, *praeter ipsam attritionem.* Etenim in ea includitur necessario aliquis Dei amor, et quidem tripliciter: *materialiter,* quatenus requiritur ut paenitens detestetur ipsam Dei offensam, quae est malum Dei, atque ideo materialiter velit bonum Dei, cum bonum Dei sit obiectum materiale volitionis; *virtualiter,* quia attritio includit voluntatem saltem implicitam servandi omnia mandata, ideoque, ubi praeceptum urgebit, etiam mandatum caritatis in Deum; quodammodo *formalite?,* quatenus debet esse coniuncta cum spe veniae seu amicitiae divinae recuperandae, ubi iam includitur amor concupiscentiae 8. Haec ergo concedimus ; sed negamus, *praeter* hunc amorem implicitum in ipsa attritione, alium Dei amorem esse superaddendum.

136. Doctrina Ecclesiae. Hac in re, duo sunt apprime distinguenda: 1) attritionem esse dispositionem, in genere, ad iustificationem recipiendam in sacramento paenitentiae; *2)* attritionem esse dispositionem proximam, quin requiratur novus amor Dei.

° Tournely, *Dc pacnitentia* q.5 a.3; WircEburgenses, *Dc sacramentis* 154-163.
e Scotus. *In 4* d.20 q.un. n.3; d.16 q.1 n.7 (de recta Scoti doctrina, cf. Min· ges, *Dic angcbliche laxe Reuelehre des Duns Scotus:* ZkathTh 25 (1901] 230-257); Durandus. *In 4* d.18 q.2 n.6; Henricus Gandavknsis, *Quodiibcta* 1 q.32; Aureolus, *In 4* d.18 a.1.
7 Suarkz. *Dc paenitentia* disp.20 s.1; Lugo, *Dc pacnitentia* disp.7 s.13 n.273.
8 Ex theologis thomistis, cf. v.gr. Cano, *Relectio dc paenltenita* p.6; GonEt, t.5 disp.7 a.3. Cf. etiam S.Alphonsum, *Dc paenitentia* n.440.
» Cf. Puig, 769; A.Beugnet, *Attrition:* DTC 1,2235-2262.

1. *Attritio est dispositio ad gratiam·.*

Tridentinum s.14 c.4 (D 898), docuit attritionem esse impulsum Spiritus Sancti moventis, quo paenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat; eamque disponere àd Dei gratiam in sacramento impetrandam; cn.5 (D 915) definivit attritionem praeparare ad gratiam.

2. *Attritio est dispositio proxima:*

Haec controversia, num attritio sit dispositio proxima an remota, nondum soluta est ab Ecclesia. Adest tamen *decretum S.Officii,* in quo, dum, prohibetur ne qua nota theologica alterutra opinio inuratur, nostra sententia dicitur tunc temporis "inter scholasticos communior" (D 1146) 10.

137. Valor dogmaticus. 1. Attritionem disponere seu praeparare ad gratiam, in genere, est veritas *de fide divitia et catholica definita.*

2. Attritionem esse dispositionem proximam, est sententia, quae,; praesertim a temporibus tridentinis, in dies communior facta est, ita ut hodie possit dici *practice certa.*

138. Argumentum. 1. *Ex Tridentino,* s.14 c.4 (D 898): "Attritio... quamvis sine sacramento paenitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento paenitentiae impetrandam disponit". *Hinc arguitur:* Ex his verbis patet Tridentinum, loquens de relatione attritionis ad sacramentum, nihil dicere de ullo amore formali, qui attritioni sit superaddendus. Atqui ibi sermo fit de attritione disponente proxime ad sacramentum. Ergo sola attritio, absque ullo amore superaddito, est dispositio proxima ad sacramentum paenitentiae.

Min. luxta Tridentinum, eadem est relatio contritionis perfectae ad gratiam sine sacramento, in re suscepto, quam attritionis cum sacramento. Atqui prima est relatio dispositionis proximae. Ergo et altera. Vel etiam paulo aliter. luxta Tridentinum, diverso modo disponit ad gratiam attritio sine sacramento) ac attritio cum sacramento. Atqui prima dispositio est remota. Ergo altera nequit esse remota, sed proxima.

2. *Ex Tridentino* s.6 c.6 (D 798): "Disponuntur autem ad iustitiam, dum... Deum... tanquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt". Hinc petunt adversarii praecipuum fundamentum suae opinionis. Iam vero, haec verba non exigunt in eo qui sese disponit ad iustificationem ullum amorem for-

30 Cf. L.Ceyssens, *L/origine du decret du Suint-Office concernant Attrition:* JtyhThLov 25 (1949) 83-91.

malem, praeter ipsam attritionem. Nam 1) ex historia huius clausulae constat illum actum amoris initialis non fuisse assignatum a Patribus tridentinis tanquam necessarium, sed tanquam aliquid quod communiter occurrit in processu iustificationis ; ergo exinde nequit argui quod necessaria sit huiusmodi dilectio. 2) Ex actis ipsius concilii patet verba illa denotare quendam amorem concupiscentiae, qui pertinet ad spem, minime vero amorem benevolentiae propter absolutam bonitatem Deiia.

3. *Ex praxi Ecclesiae,* quae hanc doctrinam diu toleravit ; quod quidem facere non potuisset, si doctrina haec esset falsa, cum adesset periculum invaliditatis aut inefficaciae sacramenti, aliunde summe necessarii.

139. 4. *Ex ratione theologica·.*

a) *Non requiritur amor caritatis.* Nam dispositio requisita ad sacramentum nequit esse talis, quae iam ex opere operantis producat gratiam; tunc enim evaderet inutile sacramentum. Atqui amor caritatis produceret gratiam. Ergo nequit requiri amor caritatis.

b) *Non requiritur amor benevolentiae.* Nam ille amor necessario est amor caritatis, quia ponitur ex ipso motivo formali caritatis, quod est bonitas Dei absoluta. Ergo nequit requiri amor benevolentiae.

c) *Non requiritur amor concupiscentiae formalis.* Nam, dummodo sit virtualiter imbibitus in ipsa attritione, iam satis influit ad conversionem, tum ex natura rei, tum ex parte Dei, qui corda intuetur.

140. Obiectiones. 1. Ex 1 Io 3.14: *Qui non diligit, manet in morte.* Ergo ad justificationem, requiritur aliquis saltem Dei amor.

Resp. mentem S.Ioannis aliam esse. Etenim ibi asseritur nos prudenter iudicare quod transierimus de morte peccati ad vitam gratiae, *quoniam diligimus pratres·,* amor enim proximorum est signum et effectus iustitiae. Et contra, qui non diligit aut odit fratrem, versatur in statu iniustitiae.

2. Ex loel 2,12 : *Dicit Dominus, convertimini ad me in toto corde vestro.* Atqui huiusmodi conversio habetur per caritatem. Ergo ad iustificationem requiritur aliqua saltem caritas.

Dist. mai. Exigit Deus conversionem ex toto corde, per totalem aversionem a peccato et per conversionem ad Deum, tanquam finem necessarium, *conc. mai.;* praecise per actualem conversionem ad Deum, propter seipsum dilectum, *nego mai. Contradist. min.* Perfecta conversio habetur per caritatem, *conc. min.;* imperfecta con-

11 Cf. M.PrKMM, *Das tridentinische "diligere incipiintf* (Graz 1925); Refner, *Die Entstehunsgeschichte des Tricnter Rcchtsfertigungsdckrctcs* 154: Pat,mieri. *De poenitentia* th.30; V Hbynck. O.F.M., *Untcrsuchungcn über dit ficuelehre der tridcntinischen Zcit:* FranzStud 29 (194?) 25*44.

versio, et'si sufficiens ad justificationem in sacramento obtinendam, non habetur per totalem aversionem a peccato et per conversionem ad Deum, tanquam finem necessarium, *nego min.*

Explico. Merito intelligitur quod ad justificationem obtinendam ex opere operantis requiratur perfecta conversio per caritatem; decet enim Deum exigere ab homine in hac hypothesi quantum ille praestare potest. Cum autem iustificatio acquirenda sit ex opere operato, non demonstratur idem requiri, nec- eadem est ratio cur hoc exigatur. Tunc enim sufficit totalis illa conversio ad Deum per attritionem, in qua, ut supra exposuimus, aliquis etiam Dei amor continetur.

3. Ex 1 Cor 13,3: *Si... caritatem non habuero, nihil mihi prodest.* Ergo sine caritate nequit obtineri iustificatio.

Resp. hic tantum id doceri: sine caritate habituali et actuali nihil prodesse vel ipsa opera heroica erga proximum, ad meritum vitae aeternae. Tacet autem Apostolus num caritas sit necessaria ad iustificationem ”,

141. 4. Ex Tridentino (D 898), quod dum describit attritionem, profert exemplum Ninivitarum. Atqui Ninivitae, ufpote viventes sub oeconomia V.T., iustificati sunt per contritionem caritate perfectam. Ergo aliqua caritas superaddenda est attritioni.

Resp. satis pavere ex contextu, exemplum Ninivitarum proferri ad explicandam bonitatem et utilitatem attritionis, minime vero ad declarandum qualis esse debeat attritio, quae disponit ad sacramentum paenitentiae, cum huiusmodi sacramentum nondum exsisteret.

5. Ex eodem Tridentino (D 898), quatenus docet attritionem disponere peccatorem “ad Dei gratiam in sacramento paenitentiae impetrandam". Ergo attritio eatenus disponit quatenus impetrat contritionem perfectam, quae sola iustificet.

Nego suppositum. Impetrare enim idem significat ac obtinere, ut constat ex primis verbis eiusdem capitis: “Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius” (D 897). Ibi enim sermo fit de contritione in genere, ac proinde etiam de contritione perfecta, cum qua nequit stare sensus intentus ab obiciente. Igitur, impetrare idem valet ac obtinere; cumque, ex probatis, Tridentinum loquatur de dispositione proxima, ■impetrare idem est ac gratiam obtinere, nullo superaddito amoris actu ”.

6. In schemate cap.4 de paenitentia haec legebantur: “Illam vero contritionem, quam theologi attritionem vocant'... statuit haec S.Synodus et declarat, non solum non facere hominem hypocritam et magis peccatorem (ut quidam blasphemare non verentur), *vçrum etiam sufficere ad sacramenti huius constitutionem"... "* Afqui haec postrema verba, in quibus thesis nostra continebatur, omissa fuere. Ergo signum est iuxta concilium attritionem non esse dispositionem proximam.

Conc. mai. et min. Sed nego schema fuisse reiectum eo quod doCeret thesim nostram. Patres enim verba illa omiserunt ne damna-

12 Cf. CornEly. *In priorem epistolam ad Corinthios* 395.

” Alia, his similia, quae ex Tridentino congeruntur a Périnelle, reicit Gal-TiBr: Greg 19 (1938) 403-409.

u A.Thbinbr, *Acta genuina S.Oecumenici Concilii Tridentini* 1,584.

rent catholicos qui oppositum tenuerant “. Attamen, ut patet ex argumento a nobis confecto, ita emendarunt schema ut retinerent eandem doctrinam, id est, thesim nostram.

142. Scholion. *De sacramento paenitentiae valido et informi.* Sacramenta illa, quorum substantia est independens a dispositionibus suscipientis, facile concipiuntur posse exsistere valida et infructuosa. Cum autem in sacramento paenitentiae, dispositio paenitentis seu contritio, de qua unice quaestio fieri potest, sit pars ipsius sacramenti, difficilius intelligitur sacramentum validum et informe. Quare, disputant theologi num possit dari sacramentum paenitentiae, quod sit validum, nec tamen actu conferat gratiam paenitenti “. Sed videtur potius amplectenda sententia negativa, cum contritio, quae requiritur ad sacramentum, debeat esse *universalis* et *efficax.* Ideo, si paenitens putet se habere attritionem cum de facto eam non habeat, sacramentum videtur esse nullum. Quod ipsum videtur etiam dicendum si motivum attritionis sit particulare, ita ut non extendatur nisi ad unum ex variis peccatis, quibus paenitens maculatur. Igitur, tanquam probabilius tenemus non dari sacramentum paenitentiae validum et informe.

ARTICULUS III

De confessione

143. Doctrinam de confessione exposuit ac definivit Tridentinum s.14 c.5 et ens.6-8 (D 899-901 916-918). En praecipua capita eorum quae ibi traduntur:

1) *Facium fundamentale*: Christus instituit, tanquam necessariam, integram peccatorum confessionem.

2) *Modus intelligendi huiusmodi factum:*

a) *Quoad rem*: clavibus subicienda sunt omnia peccata mortalia, non vero necessario venialia; praeterea, aperiendae sunt omnes illae circumstantiae, quae speciem peccati mutant; sed tantum cum examine diligenti.

b) *Quoad modum:* confessio publica a Christo nec vetita fuit nec praecepta; sed confessio secreta semper fuit commendata ab Ecclesia. *t*

Iam vero, non pauca eorum, quae hic traduntur a Tridentino, spectant potius ad theologiam moralem. Ideo, nos, his praetermissis, tantum attingimus in sequenti thesi factum illud fundamentale necessitatis confessionis integrae ex iure

15 A.TiieinEr, *ibid.* 1,600; Pallavicini, *Historia concilii Tridcntini* 12,10,24s; Galtier: Greg 19 (1938) 408; CavallEra: BulILittEccI (1932) 126-135.

w Cf. Galtier, *De paenitentia* 417-21; F.Ter Haar, *Dc sacramento poenitentiae valido et informi:* EphThLov 15 (1938) 625; C.BoyEr, *De paenitentia et extrema unctione* (Romae 1942) 334.

divino; in scholiis vero dicemus de integritate confessionis, de confessione publica et secreta, de confessione peccatorum venialium.

Thesis 16. Ex Christi institutione necessaria est confessio integra peccatorum mortalium.

S.Th., *Suppi.* q.6 a.1-6; Galtier, 422-467; Lercher-Lakner, 558-568; Pute, 783-803.

144. Notiones. Ex Christi institutione, seu, ex iure divino,. non ergo ex Ecclesiae institutione. Etsi verum est, posita hac necessitate ex iure divino, Ecclesiam illam magis determinasse in concilio Lateranensi IV per praeceptum confessionis annuae (D 437).

Necessaria est, et quidem non solum necessitate praecepti, sed etiam *necessitate medii* in re vel in voto; ita ut si lapsi post baptismum nolint confiteri peccata, cum id fieri possit et debeat, salutem obtinere non valeant. Igitur, necessitas confessionis aliquid addit supra necessitatem sacramenti, quam antea demonstravimus thesi 7. Nam per necessitatem sacramenti constat omnia peccata fore clavibus subicienda, sed nondum dicitur ea subicienda esse hac ratione, id est, per propriam accusationem singulorum peccatorum.

Confessio intelligitur accusatio peccatorum propriorum, facta sacerdoti competenti, ad eorum veniam obtinendam. Sed confessio potest esse generica (confusa) vel specifica (distincta). Illa dicitur *generica,* qua quis se peccasse significat, quin declaret ullum in specie peccatum ; huiusmodi confessio iam includitur in sola petitione absolutionis. *Specifica* vero tunc adest cum singillatim distinguuntur species et numerus peccatorum. Haec autem confessio specifica potest esse *integra* vel *non integra.*

Integra dicitur' ea confessio, in qua omnia peccata manifestantur. Potest esse integra : a) *materialiter* seu *objective,* si declarentur omnia peccata, de facto commissa; b) *formaliter* seu *subiective,* si ea omnia aperiantur, quorum paenitens, post diligens examen, meminit, quaeque manifestare potest.

Peccatorum mortalium. Necessitas enim conféssionis afficit tantum peccata mortalia. De confessione venialium dicemus in scholio.

Itaque, *asserimus* Christum Dominum instituisse, tanquam necessariam necessitate medii in re vel in voto, confessionem peccatorum mortalium, et quidem integram, integritate tamen

formali, minime vero materiali. Verum hanc confessionis integritatem aliquantulum declarabimus in scholio.

145. Adversarii. 1. Ioannes Wicleff (1324-1387) dixit confessionem esse inutilem illi, qui fuerit corde contritus (D 587) ; atque eam non fuisse a Christo institutam, sed ab Innocentio III excogitatam.

2. Petrus M.de Osma (saec.XV), qui in libello *De confessione* docuit effectum sacramenti paenitentiae tribuendum essè soli contritioni, ita ut confessio specifica sit ecclesiastica institutio (D 724s). Ceterum, hanc doctrinam, antequam illa damnaretur a Sixto IV, publice iam retractaverat doctor salmantinus [1].

3. LuThERUS initio confessionem retinuit, saltem quoad peccata gravia et manifesta (D 748s) ; postea vero, iam ab Ecclesia damnatus ob alios errores, coepit impugnare praeceptum ecclesiasticum confessionis, nondum ipsam confessionem ; tandem negavit institutionem divinam confessionis, et docuit eam non esse necessario faciendam sacerdoti [2]. Calvinus etiam negavit necessitatem confessionis[3]. *Protestantes recentiores* reiciunt pariter necessitatem et originem divinam confessionis. Excipiendi sunt anglicani, qui, etsi habeant, ut videtur, confessionem tanquam originis humani, eam tamen commendant tanquam utilem et salutarem [4].

4. *Hodierni historici dogmatum acatholici evolutionistae* negant divinam institutionem confessionis, eiusque necessitatem. Dicunt autem hunc morem inductum fuisse in Ecclesiam ex praxi subiciendi paenitentiae ecclesiasticae primum peccata publica, deinde etiam secreta ; quod quidem invaluit vel maxime ex influxu monachorum ’.

146. Doctrina Ecclesiae. *Tridentinum* s.14 c.5 (D 899), edocet divinam institutionem confessionis integrae, eiusque necessitatem iure divino pro omnibus post baptismum lapsis ; quam quidem universa Ecclesia semper intellexit contineri in ipsa institutione sacramenti paenitentiae ; cn.6 (D 916) definit confessionem sacramentalem et institutam et necessa-

1 Cf. F Steomüller: RomQschr 43 (1035) 205-266.
2 Cf. P.Bernard. *Confession chez les Protestants:* DTC 3.935s; A.Michel, *Pénitence:* DTC 12.1060.
* Calvinus. *Institutions* 4. Cf. P.Bernard: DTC 3.941s: A.Michel: DTC 12.1064s. De veteribus Protestantibus plura reperics apud S.Bellarminum, *De paenitentia* 3.1.
« Cf. A.Michel: DTC 12.1067; Morel. *Calvin:* DTC 3.930-935; Caspar;. *Beitcht:* RRPT 2,533-541; R.H.Benson, *Les confessions d'un convertit* 58-84, 110.140.
• Cf. Galtier, *Pénitence:* DAFC 3,1788-1793.

riam esse iure divino; cn.7 (D 917) definit necessitatem confessionis integrae iure divino; cn.8 (D 918) definit confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, non esse impossibilem.

147. Valor dogmaticus. 1) Est veritas *de fide divina et catholica definita:* a) institutio divina confessionis, b~) necessitas confessionis integrae ex iure divino.

2. Est *saltem doctrina catholica·,* ex sensu universali Ecclesiae, institutionem confessionis integrae, eiusque necessitatem, contineri in ipsa institutione sacramenti paenitentiae.

148. Probatur ex sacra Scriptura. Ex Io 20,23: *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Cf. Tridentinum s.14 c.5 (D 899). Inde conficimus argumentum.

Christus instituit sacramentum paenitentiae tanquam verum indicium, et quidem necessarium, pro omnibus peccatis mortalibus postbaptismalibus. Atqui haec exigunt confessionem integram omnium peccatorum mortalium postbaptismalium. Ergo ex Christi institutione necessaria est confessio integra omnium peccatorum mortalium postbaptismalium.

Mai. patet ex thesi 5 de natura iudiciali potestatis paenitentialis, et ex thesi 7 de necessitate sacramenti paenitentiae.

Min. ludex, ut rite ferat sententiam, debet plene cognoscere causam. Atqui haec nequit cognosci nisi per confessionem integram paenitentis. Ergo necessaria est confessio integra omnium peccatorum mortalium postbaptismalium. Quod causa nequeat cognosci alia via quam per integram confessionem paenitentis, probatur ex eo quod sacerdos debeat cognoscere: a) *peccata· paenitentis,* quae saepe sunt secreta aut etiam mere interna, immo semper sunt interna quoad intentionem ; et quidem *omnia,* aliter enim non haberet plenam cognitionem causae diiudicandae ; atque etiam *omnia simul,* cum aliud peccatum sine alio in eodem peccatore remitti non valeat ; b) *dispositionem interiorem paenitentis,* quae constare nequit nisi per ipsius paenitentis confessionem ; c) insuper sacerdos, ut infra demonstrabitur, *tenetur imponere convenientem satisfactionem* seu peccatis proportionatam, quod praestare non potérit nisi cognoscat omnia peccata e.

149. Probatur ex traditione. Duplici ratione efferri potest argumentum traditionis, quod quidem ab adversariis

• Hoc argumentum late evolvit S.BXi.larminus, *Dc paenitentia* 3,2m.

quam maxime impugnatur: a) *Apologetics,* quatenus adversariis acatholicis, infallibilitatem Ecclesiae denegafitibus, ostendimus quasi ad hominem ex factis historicis, necessitatem confessionis integrae provenire ab ipso Christo Domino, b) *Dogmatice,* quatenus consensus constans et universalis Ecclesiae infallibilis testatur eandem veritatem.

a) *Via apologetica.* Necessitas confessionis integrae est factum antiquius omni aetate, ab adversariis assignata. Ergo agnoscendum est non nisi ab ipso Christo exoriri.

Antecedens. Tria enim tempora designantur ab adversariis tanquam momentum illud in quo invecta fuerit necessitas confessionis integrae : nimirum, 1) *annus 1215,* in concilio Lateranensi IV ; 2) *medium saeculum quintum,* in epistulis S.Leonis Magni ; 3) *medium saeculum tertium,* in persecutione Decii. Atqui necessitas confessionis integrae antecedit haec omnia momenta, ita ut iam vigeret exeunte saeculo secundo, tanquam a Christo tradita. Ergo necessitas confessionis integrae antecedit omnem aetatem assignatam ab adversariis. Nec potest dici invecta ab hominibus ante saeculum tertium, ea nimirum aetate, in qua Ecclesia erat tenacissima suarum traditionum, et in qua ipsa reclamasset contra quamlibet innovationem. Igitur agnoscendum est eam reapse exoriri ex Christi institutione.

Minor probationis antecedentis aliquantulum evolvenda est:

1) Calvinus asseruit necessitatem confessionis primum invectam fuisse ab Innocentio III, *in Concilio Lateranensi IV*[7].

Huic vero inani calumniae satisfit in Concilio Tridentino 9.14 c.S (D 901) : “Neque enim per Lateranense concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod iure divino necessarium et institutum esse intellexerat, sed ut praeceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus et singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur”. Non ergo adinvenit confessionem concilium Lateranense, nec eam necessariam decrevit, sed tantum statuit praeceptum confessionis annuae, hac ratione determinans ius divinum.

Ceterum, confessionem multo ante viguisse probant historice: a) *Libri paenitentiales,* qui a saeculo sexto copiose eflorescunt[8]; b) assertiones sanctorum Patrum, infra profe-

7 Calvinus. *Institutions* 3.4. Cf. S.Bellarminum. *Dc poenitentia* 3.13.

8 G.LE Bras, *Pénitcntielsr* DTC 12,1160-1179; P.Fournier-Le Bras, *Histoire des collections canoniques en Occident depuis les Fausses Décrétales jusqu'au Péçret de Gratien* (Paris 1931); S.GonzAlçz, *Los pcnitençiqles cspanoles:* I^stEcl

rendae in argumento dogmatico; c) consensus sectarum orientalium, ab Ecclesia separatarum saeculis quinto et nono, quae hac in re nunquam contradixerunt catholicae veritati[9]; d) necessitas confessionis traditur saeculo quinto a S.Leone Magno (D 145ss). Ideo alii Novatores, etiam ipsi convincunt falsitatis Calvinum, dum tenent necessitatem confessionis inductam fuisse a S.Leone Magno.

2) Igitur, alii Protestantes docuerunt *S.Leonem Magnum* invexisse hanc confessionis necessitatem.

Quibus respondemus: a) Ipsa lectio harum epistularum S.Leonis ostendit Romanum Pontificem nihil aliud intendere, nisi removere abusum obligandi fideles ad confessionem publicam, quod dicit esse "contra apostolicam regulam". Ergo S.Leo Magnus supponebat necessitatem confessionis secretae esse traditionis apostolicae, minime vero a se inventam. b~) Testibus Socrate et Sozomeno[10], iam medio saeculo tertio, institutum fuerat munus presbyteri paenitentiarii, quod quidem arguit necessitatem confessionis praecedere tempora Leonis Magni.

3) Ideo, sunt nonnulli qui dixerint tunc invectam fuisse necessitatem confessionis, cum munus illud presbyteri paenitentiarii apparuit, *circa medium saeculum tertium.*

Iam vero, ratio cur episcopi instituerint huiusmodi munus non fuit tunc primum exoriens necessitas confessionis, sed, quia "in petenda venia peccatum necessario confiteri oporteat", ne ipsi episcopi confessionibus audiendis nimis detinerentur[11]; ergo eo tempore confessio iam habebatur tanquam necessaj'ia. Praeterea, dum, exeunte saeculo secundo, aestuaret controversia montanista, Ecclesia sibi vindicavit potestatem a Christo traditam remittendi etiam illa peccata, quae montanistae reservabant soli Deo, quod quidem non nisi praesupposita confessione fieri poterat. Ergo tandem necessitas confessionis, et quidem integrae, non nisi a Christo Domino provenire, agnoscendum est.

150. b) *Via dogmatica. Praenotandum est,* quod cum in hoc paenitentiae sacramento praxis praecesserit theoriae, doctrina explicita de necessitate confessionis non adeo frequenter extollatur prioribus Ecclesiae saeculis. Attamen nec de-

16 (1942) 73-98; *La pcnitencia en la primitiva Iglesia espanola* (Salamanca 1950) 131-154.173-218

• H.DenzingER. *Ritus Orientalium* 1,105-115.

10 Socrates, *Historia Ecclesiastica* 5,19: MG 67,614; Sozomenus» *Historia Ecclesiastica* 16: MG 67,1459.

11 Cf. Socratem et Sozomenum locis citatis.

sunt nonnullae assertiones apud ipsos sanctos Patres, dum attingunt paenitentiam publicam; quae certe frequentiores evadunt a saeculo sexto, in libris praesertim paenitentialibus, et a sacculo octavo etiam in conciliis particularibus[12]. Nos autem respicimus tantum Patrum documenta.

1. Patres efferunt confessionem peccatorum, *tanquam partem paenitentiae;* ergo, ad mentem Patrum, confessio gaudet eadem necessitate ac ipsa paenitentia. Legatur Origines. "Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per paenitentiam, remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrimis stratum suum, et fiunt ei lacrimae suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum"... (R 493). Et S.Cyprianus: "Quanto et fide maiore et timore meliore sunt qui, quamvis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesim conscientiae faciant"... (R 553). Et S.Ephraem: "A verbis inchoat paenitentiae principium; quoniam quae verbo fit confessio initium paenitentiae est; propterea et salutis initia dantur publicano, nec perfecte ipsum debitis liberarunt, quia nondum perfecte paenitentiam fecerat"... (R 744). Et Ps.Gregorius: "Tria quippe in unoquoque consideranda sunt veraciter paenitente, videlicet, conversio mentis, confessio oris, et vindicta peccati" [13]. Et S.Isidorus: "Confessio... antecedit, remissio sequitur... Extra veniam est, qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur" [14].

151. 2. Patres *aperte tradunt necessitatem confessionis,* vel explicitis verbis, vel sub imagine aegroti, vulnera sua medico detegentis, ut sanari valeat. Ita Origenes: "Est aliquod in hoc mtrabile secretum, quod iubet pronuntiare peccatum. Etenim omni genere pronuntianda sunt et in publicum proferenda cuncta quae gerimus... Si ergo in vita praeveniamus eum [diabolum], et ipsi nostri accusatores simus, nequitiam diaboli inimici nostri et accusatoris effugimus... Vide ergo quia pronuntiare peccatum, remissionem peccati meretur" (R 494). Et S.Basilius: "Servanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quae in detegendis corporis morbis adhibetur. Quemadmodum igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines, neque quibusvis, sed iis qui horum cu-

" Hacc traditionis monumenta accurate colligunt S.Bellarmikus. *De paeni tentia* 3,5-10; Galtier, 431-467; D'Alès, *De sacramento paenitentiae* 84-108; Vacandard, *Confession:* DTC 3,838-894>

11 *Expositiones in librum I Regum* 6,2,33: ML 79,439.

14 *Etywiologiae* 6,19,78: ML 82,259.

randorum periti sunt, ita fieri quoque debet peccatorum confessio coram iis qui curare haec possunt"... (R 975). Et S.Ambrosius: "Evidentissime Domini praedicatione mandatum est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde et manifesta confessione peccati paenitentiam gerant, sacramenti caelestis refundendam gratiam" (R 1298). Et Tertullianus: "Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut suffugere aut de die in diem differre praesumo, pudoris magis memores quam salutis... Grande plane emolumentum verecundiae occultatio delicti pollicetur"... (R 316). Et Origenes: "Si enim... revelaverimus peccata nostra, non solum Deo, sed et his qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis, delebuntur peccata nostra"... (R 477). Et Aphraates: "Non virum in proelio vulneratum sapienti medico se committere piget, eo quod in pugna superatus ceciderit... Ita eum, qui a Satana percussus fuit, non debet pudere delictum suum confiteri illudque relinquere et paenitentiam in remedium postulare"... (R 685). Eandem metaphoram adhibent S.Basilius, S.Chrysostomus, S.Pacianus, S.Ambrosius, S.Hieronymus, S.Astrrius.

3. Patres *hortantur fideles ad confessionem* omnium peccatorum, id aestimantes tanquam necessarium ex Christi institutione. Audi S.Pacianum: "Rogo ergo vos, fratres, etiam pro periculo meo, per Dominum, quem occulta non fallunt, desinite vulneratam tegere conscientiam. Prudentes aegri medicos non verentur... Peccator timebit? Peccator erubescet perpetuam vitam praesenti pudore mercari?...15 Et S.Chrysostomum: "Si hucusque fuerimus neglegentes, iniquitatem in opus progressam mox occidamus per confessionem, per lacrimas, per propriorum commissorum accusationem. Nihil enim tam exitiaie peccato quam peccati accusatio condemnatioque cum paenitudine lacrimisque coniuncta. Condemnasti tuum peccatum? Deposuisti sarcinam. Quis haec dicit? Ipse iudex Deus: *Dic tu peccata tua prior, ut iustificeris.* Cur igitur te, quaeso, pudèt, et erubescis dicere peccata tua?"... (R 1132). Et S.Ambrosium: "Si vis iustificari, fatere delictum tuum. Solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum"... (R 1299). Et S.Leonem Magnum: "Unde oportet unumquemque christianum conscientiae suae habere iudicium, ne converti ad Deum de die in diem differat, et illius tem-

u *Paraenesis ad paenitentiam* 8: ML 13,1086.

poris angustias eligat, quo vix inveniat spatium vel confessio paenitentis vel reconciliatio sacerdotis"... (D 147).

152. Ratio theologica. Accedit duplex ratio congruentiae, alia a priori, alia a posteriori:

1. Absque confessionis necessitate, remissio sacramentalis, ex nimia sua facilitate, facta fuisset incitamentum peccandi; stante vero necessitate confessionis, periculum abusus aut illusionis praecavetur. Ceterum, haec difficultas et ipsa confessionis verecundia, compensantur magna conscientiae pace, quam experiuntur paenitentes (D 896 900).

2. Confessio evasit maxime utilis, tum ad informationem conscientiarum, tum ad fovendum cultum et humanitatem familiarum et populorumie.

153. Obiectiones. 1. f'rimis Ecclesiae temporibus altum silentium servatur de confessione apud scriptores illius aetatis. Ergo signum est eo tempore confessionem non habitam fuisse tanquam necessariam iure divino.

Resp. iam satis patere ex documentis allatis, silentium non fuisset adeo altum; sed praeterea illa adhuc possent compleri novis textibus ex *S.Clemente Romano",* ex *Didaché* (R 3 et 8), immo *ex ipsa era Scriptura* (Act 19,18; lac 5,16)" Attamen, facile concedimus eo tempore confessionem non fuisse adeo frequentem ut nostris diebus. Etenim *a)* praxis confitendi venialia, hodie communis et frequens, tunc nondum vigebat; *b)* praeterea, plures baptizabantur in aetate adulta, post seriam conversionem, quo fiebat, ut, posita praxi non confitendi venialia, iam amplius non indigerent sacramento paenitentiae.

2. S.loannes Chrysostomus, etsi tot protulit orationes ad commendanda omnia officia vitae Christianae, etsi saepe urgeat communionem eucharisticam etiam apud illos qui vix semel in anno accedebant ad sacram mensam, etsi supponat huiusmodi auditores pluribus onerari peccatis, etsi dixerit plures homilias de paenitentia, Chrysostomus, dico, ne verbum habet explicitum de confessione instituenda apud sacerdotem; immo, cum dicat explicite, confessionem esse soli Deo faciendam", videtur excludere positive confessionem apud sacerdotem. Ergo signum est, tempore Chrysostomi non agnitam fuisse in Ecclesia necessitatem confessionis iure divino.

Resp. huic difficultati, quam sibi proponit GaltierM, ipsum satisfacere ostendendo doctrinam de paenitentia et confessione, qualis praedicatur a S.Chrysostomo, non excludere agnitionem necessitatis et praxis confessionis faciendae sacerdoti. Id autem demonstrat Galtier: *a)* ex usu ct praxi aliorum scriptorum eiusdem aetatis, v.g. Origenis, S.Ambrosii, S.Basiliii, S.Augustini, S.Lconis Magni; *b)* ex

': Cf. S.Bellarminum. *De paenitentia* 313; Galtier, *Pénitence:* DAFC 3,1785s.
" *Epistola ad Corinthios* 51 et 57.
« Cf Puic, 794; Gai.t iEr, 346-357.431S.
10 *De Lazaro* 4,4: MG 48,1012; *De paenitentia* hom.2.1: MG 49,285.
50 Hanc difficultatem sibi proponit ac egregie solvit Galtikr. 453-467. De liac re iam prius scripserat: *Saint Jean Chrysostome et la confession:* RechScRel 1 (1910) 209-240.313-350.

ipsa historia et doctrina eiusdem Clirysostomi, cum certum sit illius verba non esse intelligenda ut sonant, et cum accedant' praeterea quaedam indicia ex quibus colligitur, etiam ubi confessio dicitur soli Deo facta, hanc non esse absolute intimam, sed factam etiam sacerdoti. Hoc enim innuere videntur hortationes Clirysostomi ad vincendam verecundiam ct ad accurrendum ad medicum animarum, qui alitis non est, ex verbis ipsius Chrysosfomi, quam sacerdos (R 1119s). En pauca exempla: "Cur igitur te, quaeso, pudet et erubescis dicere peccata tua? Num enim homini dicis ut Ve probro afficiat?"...[21] "At verecundaris et erubescis enuntiare peccata?... Non ita tamen pudere te oportuit; pudor enim est et ignominia peccare, non quae peccaveris confiteri... Quem confiteri peccata pudeat, ut peccata solvat?"[22] "Mittit ad eum Nathan prophetam Deus; propheta venit ad prophetam. Sic enim cum medicis agitur; si quando fuerit aeger medicus, tum altero indiget ille medico. Idem hic quoque accidit; commiserat peccatum propheta, et propheta erat qui remedium afferebat. Quid ergo rex ait? *Peccavi Domino...* Quid igitur ad eum Nathan: *Etiam Dominus dimisit peccatum tuum.* Teipsum condemnasti, tibi ego poenam condono; bona fide peccatum confessus es, peccatum delevisti. Tibi ipsi inunctam accersivisti. ego sententiam meam rescidi. Vides ut impletum fuerit quod scriptum est: *Dic tu primus iniquitates tuas ut justificeris?*"

Immo, ipse Chrysostomus talem medicum adeo egit ut de hac re ab adversariis accusaretur: "Quod licentiam peccantibus praebeat, sic docens: si iterum peccasti, paeniteat iterum, et quoties peccaveris, veni ad me, ego te sanabo"a*.

Igitur, si Chrysostomus non excludit nec ignorat necessitatem confessionis apud sacerdotes faciendae, cur eam non commendat in suis orationibus? *Patio aliqua* potuit esse quia sacerdotes, in peccatis remittendis, nihil agunt propria virtute, sed sunt tantum ministri vicarii sive instrumentum Dei, qui per eos omnia operatur ". *Ratio vero suprema* huius singularis silentii potius videtur repetenda ex prudentia illa, quam ipse Chrysostomus docet esse servandam a sacerdotibus in curandis ovium suarum infirmitatibus[20].

154. 3. Concilium Cabillonense II, anno 813 coadunatum, docet cn.33: "Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero sacerdotibus confitenda esse recensent; quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam, ita dumtaxat ut et Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra et cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci...* et secundum Apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra... Confessio itaque quae Deo fit, purgat peccata; ea vero quae sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque, salutis et sanitatis auctor et largitor, plerumque hanc praebet suae potentiae invisibili administratione, plerumque medicorum operatione" ". Ergo sacculo nono nondum agnoscebatur in Ecclesia neccs-

Dc Locaro 4.4: MG 48.1012. Cf *In Genesim* 20 3: MG 53.170.
22 *Homilia non esse ad gratiam condonandum* 3: MG 50,658.
23 *De paenitentia* hom.2.2; MG 49.286$,.
24 Cf. Photium, *Bibliotheca* cod.59: MG 103.111; Socratem, *Historia Ecclesiastica* 6.21: MG 67.725.
25 Haec vivide explicat S Chrysostomus in *lwm.37 in Toannem:* MG 59,472·
28 *De sacerdocio* 2.2ss: MG 48,633ss·
* MGh *Leges* 3,2,1,280.

sitas confessionis, sed haec libere fiebat vel soli Deo, vel sacerdotibus.

Resp. ipsum concilium canone praecedenti, seu 32. tradidisse necessitatem confessionis, ct quidem integrae “; ergo a priori cogitandum est, in canone sequenti non praecipere contrarium. Igitur, in hoc canone 33. non exhibetur controversia, quae tunc vigeret de necessitate confessionis, sed inducuntur *quidam rudes,* qui errabant dupliciter. Nam vel tenebant sufficere solam contritionem seu confessionem soli Deo factam, vel contra asserebant sufficere solam externam confessionem apud sacerdotem, absque contritione interiori. Ceterum, vestigia huius erroris etiam reperiuntur apud scriptores illius aetatis, v.gr. apud */llctiinum* (f 804) et apud *lonam /lurclianensem* (f 844) ”, Hunc autem duplicem errorem damnat concilium Cabillonense, dum docet utramque confessionem esse necessariam: “ita dumtaxat ut et Deo... confiteamur peccata nostra... et alterutrum... Confessio itaque quae Deo fit purgat .peccata”, quin tamen tollat ob’igationem accedendi ad sacerdotem, qui debitam imponens satisfactionem, “docet qualiter ipsa purgentur peccata”. Quae quidem interpretatio incidit in doctrinam traditam, circa idem tempus, a *Theodulpho /lurelianensi* (γ 821) ’°. Tandem, posfrema verba canonis significant remissionem peccatorum haberi aliquando ante confessionem per ipsam contritionem, aliquando vero non nisi sacerdotis accedente absolutione ”.

4. S.Bonaventura scripsit: “Dominus confessionem per se non instituit... Confessio fuit a Domino insinuata, ab Apostolis instituta, ab... lacobo promulgata’”'l. Ergo confessio non fuit a Christo instituta.

Resp. sanctum doctorem nihil aliud negare quam *expressam* institutionem confessionis, sed concedere eam *implicite* fuisse institutam a Christo, dum instituit ipsum sacramentum paenitentiae. En verba eiusdem S.Bonaventurac, loco citato: “Ex his quae dicta sunt, quatuor possunt rationes elici quare Dominus immediate confessionem et expresse non instituit'... Et si dicatur instituisse, hoc est intelligendiim insinuando et auctoritatem dando.” Et paulo infra, d.22 a.2 q.l : "Paenitentia... insti'uta fuit... quantum ad formale, quod est absolutio sacerdotis et ligatio, et quantum ad materiale, quod est quidem lucida et aperta confessio non solum in generali, verum etiam in speciali; et primum Dominus instituit per se et promulgavit, scilicet clavium potestatem loannis vigesimo post resurrectionem; secundum vero institutum fuit per Apostolos, vel ut melius dicam promulgatum ; quia Dominus Apostolos docuit, ei' ipsi a Domino docti et auctoritate ab ipso accepta, immo eius auctoritate, promulgaverunt” ”.

155. Scholion 1. *De integritate confessionis.* Nafuram iudicialem sacramenti paenitentiae consequitur necessitas confessionis, de se distinctae secundum speciem et numerum omnium peccatorum

» *Ib:d.. 270.*

50 Alculnus *Episfttla* 112: MT, 100.337; Ioxas AurelianExsis, *De institutione laicali* 1.15: MT, 106.152.

w *Capitula ad presbyteros parochiae suae* 30s.46: MT, 106.200-207.

51 Cf. A.Debil. *La première distinction du De poenitentia de Graticn:* Rev HistF.ccl 15 (1914) 265s.

“ *In 4* d.17 p.2 a.1 q.3.

" *In 4* d.22 a.2 q.1.

mortalium, quae post baptismum fuerint patrata. Attamen, quoniam Christus censendus est confessionem instituisse ea ratione ut, spectatis ordinariis hominum adiunctis, illa possibilis sit, per accidens sufficere poterit *confessio formaliter tantum integra,* ita ut integritas materialis non semper requiratur ad validitatem et fructum sacramenti paenitentiae. Immo, aliquando, in casu necessitatis, *sufficit confessio genetica;* nam paenitens peccata manifestat eatenus quatenus hic et nunc manifestare potest, seu confessio illa est' saltem formaliter integra. Num vero sufficiat huiusmodi confessio generalis extra casum necessitatis, id est, cum nullum adest peccatum mortale, disputant moralistae **.

156. Scholion 2. *De confessione publica et secreta.* Num confessio, fonnaliter saltem integra, de qua supra diximus, fieri debeat *publice* an *secrete,* et utrum id sit *institutionis divinae an ecclesiasticae,* breviter respondet Tridentinum s.14 c.5 (D 901): “Etsi Christus non vetuerit', quin aliquis in vindictam suorum scelerum et sui humiliationem. cum ob aliorum exemplum tum ob Ecclesiae offensae aedificationem, delicta sua publice confiteri possit; non est tamen hoc divino praecepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege praeciperetur, ut delicta, praesertim secreta, publica essent confessione aperienda. Unde cum a sanctissimis ct antiquissimis Patribus magno unanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usa est et modo etiam utitur, fuerit semper commendata, manifeste refellitur inanis. eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam et inventum humanum esse, atque a Patribus in concilio Lateranensi congregaris initium Imbuisse, docere non verentur”.

Igitur, *confessio potest fieri publice,* seu coram multitudine, tum ad humiliationem paenitentis, tnm ad aliorum exemplum et Ecclesiae aedificationem; verum talis publica confessio a Christo praecepta non fuit, nec unquam viguit' huiusmodi praxis, Ecclesia probante, ut peccata secreta publice manifestarentur, nec ad ineundam ipsam paenitentiam publicam. Immo, S Leo Magnus id reprobavit tanquam contrarium regulae apostolicae (D 145). Animadvertas ergo non esse" idem paenitentiam publicam et confessionem publicam; nam etiam in paenifentia publica non necessario fiebat confessio peccatorum coram fidelium multitudine ®.

Laque, etsi confessio pub'icc fieri nossit. *ea tamen non est de necessitate sacramenti,* cum ratio indicii sufficienter adsit in confessione secreta sive auriculari, facta a solo paenitente coram solo sacerdote. Ideo. Ecclesia ab initio usa est. et modo etiam utitur, hac confessione secreta, eamque semper commendavit; ipsa enim non est aliena ab institutione et mandato Christi, nec est inventum humanum (D 916).

157. Scholion 3. *De confessione peccatorum venialium.* Doctrinam dc confessione peccatorum venialium tradit Tridentinum s.14 c.5 (D 899), his verbis: "Venialia, quibus a gratia Dei non excludimur et in quae frequentius labimur, quamquam recte et utiliter citraque omnem praesumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat: taceri tamen citra culpam multisque aliis remediis expiari possunt.” Tria ergo docet Tridentinum: *a)* Pec-

M Cf Lkhmkuhl, *Theologia tnoralis* 2,363ss; Noldin. *De sacramentis* 266.
M Galtirr, 47Ss.

cata venialia esse materiam confessionis; *b)* non esse tamen materiam necessariam; *c)* remitti posse multis aliis modis, absque confessione ".

a) *Peccata venialia esse materiant confessionis,* est veritas definita cn.7 s.14 tridentinae (D 917). *illa esse materiam sufficientem* videtur saltem doctrina catholica (D 899 748 1539). Idque constat tum ex tradifione, quae testatur a saeculo IV saepe factas fuisse confessiones de solis peccatis venialibus; tum ex praxi hodierna Ecclesiae confitendi sola venialia; tum ex hac ratione quod peccatum veniale etiam ipsum sit verum peccatum, ad quod proinde extenditur potestas remissiva, a Christo Ecclesiae concessa. Quod quidem etiam valet de peccatis gravibus iam per sacramentum paenitentiae remissis ut patet ex hortationibus Benedicti XI (D 470), et ex praxi hodierna peragendi confessiones generales.

b) *Peccata venialia non esse materiam necessariam confessionis* est saltem doctrina catholica (D 899). Hoc enim probant tum traditio, iuxta quam diu viguit in Ecclesia ut peccata venialia clavibus non subicerentur: tum praxis hodierna non servandi integritatem, ne formalem quidem respectu peccatorum venialium; tum ipsa ratio quod peccata venialia non claudant absolute ianuam caeli, quae proinde clavibus necessario sit aperienda.

c) *Peccata venialia fiasse remitti pluribus aliis moais est* saltem doctrina catholica (D 899). Remittuntur ergo peccata venialia, non solum confessione, sed etiam per susceptionem aliorum sacramentorum (D 875), per sacramentalia (IC 1144), per quemlibet actum meritorium, per contritionem, immo, iuxta communiorem theologorum sententiam, etiam per attritionem. Sed bene notandum est: in eo qui habeat pecca'um mortale, nequit remitti peccatum veniale, nisi remittatur mortale; peccatum veniale nequit remitti absque aliqua paenitentia; auamvis ad remissionem venialium non requiratur formaliter infusio gratiae, tamen concomitanter haec semper habetur, cum de facto peccatum veniale remittatur aut per sacramenta, aut per actus meritorios ".

Scholion 4. *De utilitate confessionis frequentis peccatorum venialium.* Cum recentiori tempore exstiterint nonnulli, qui inter iuvenis cleri ordines frenuentioris confessionis aestimationem minuerent atque extenuarent. Pius XII in suis litteris encyclicis *Mystici Corporis Christi* aggressus est propugnare atque vehementer commendare pium usum confessionis frequentis admissorum venialium, quem dicit "non sine Spiritus Sancti instinctu ab Ecclesia inductum". Inse autem Romanus Pontifex commemorat' sequentes utilitates huius frequentioris confessionis: "Recta sui ipsius cognitio augetur, Christiana crescit humilitas, morum eradicatur pravitas, spirituali neglegentiae torporique obsistitur, conscientia purificatur, roboratur voluntas, salutaris animorum moderatio procuratur, atque ipsius sacramenti vi augetur gratia" ".

" Cf. St-ârbz. *De Poenitentia* disp 18 s1; Luco. *Dc Poenitentia* disp.13 s.3.
" Cf. S.Tn., 3 q 87; *De male a.7* a.11: JBeumKr. *Dic Sfirkulatlve Durehdrinouna der Avdaclitsbciehte in der nachtridentinischrn Scholastik:* Sclio) 13 (19381 72-86. V.Mtano. *La confessione .di dcvooionc nctla Scojastica pretridentina* (Torino 1047): Vacanoaro. *Le traitement des Ocreata leviora dans l'Ealise primitive:* RcvCIcrFr '7 (1901) 449-473.600-626: M FAbrFc.as. *F.stne opportunum sola vernalia confiteri?:* PerMorCanT.it 28 (1930) 5-24: K.RahnER, *Vom Sin der hüufûiem Andaehtsbçichtf:* ZAsiMyst 9 (1934) 323-336.
" AAS 35 <1943) 235,

ARTICULUS IV

Dr satisfactione

158. Quaestiones de satisfactione evolvit Tridentinum, s.14 c.8-9 et ens.12-15 (D 904-6 922-5), ubi, semel praemissis fundamentis dogmaticis, scilicet, quod remissa culpa non semper remittatur simul tota poena temporalis, et quod homo dum vivit possit satisfacere Deo pro huiusmodi poena, tradit necessitatem iniungendi salutares et convenientes satisfactiones in sacramento paenitentiae, atque docet quaenam sint haec opera satisfactoria, tum intra sacramentum paenitentiae, tum etiam extra illud.

Nos ergo, haec omnia tribus propositionibus, singillatim perpendendis, complectimur:

1) Cum remissione culpae non semper remittitur tota poena temporalis.

2) Homo potest satisfacere Deo in hac vita pro tali poena.

3) Inde exsurgit necessitas satisfactionis sacramentalis.

Thesis 17. In reconciliatione peccatoris per paenitentiam, simul cum culpa et poena aeterna, non semper remittitur ipsi tota poena temporalis.

S.Th., 3 q.86 a.4; Lercher-Lakner, 581s; Galtier, 550-561.

159. Notiones. In reconciliatione peccatoris per paenitentiam, sive sacramentalem sive non sacramentalem. Loquimur autem de iustiheatione per, paenitentiam, quia in iustificatione per baptismum et per martyrium semper remittitur, simul cum culpa et poena aeterna, etiam tota poena temporalis.

Simul cum culpa et poena aeterna. Peccatum consequitur duplex reatus, culpae et poenae. *Reatus culpae* est ipsa culpa habitualis, quae constituit hominem habitualiter aversum a Deo, si agatur de peccato gravi. *Reatus poenae* stat in eo quod homo reddatur dignus subeundi poenam. Haec autem poena duplex est, aeterna et temporalis. *Poena aeterna* adeo connectitur cumi ipsa culpa, ut haec duo simul semper exsistant et simul semper tollantur; cuius quidem ratio est, quia remissio culpae in hoc ordine nequit fieri absque infusione gratiae sanctificantis, per quam redditur homo filius Dei

adoptivus, ac proinde heres gloriae. Igitur, quaestio tantum' potest esse de permanentia *poenae temporalis.*

Non semper remittitur tota poena temporalis. Haec, ut diximus, semper remittitur tota per baptismum et martyrium ; immo, etiam per iustificationem paenitentialem aliquando tota remitti potest, v.c. in actu contritionis perfectissimo, vel praestita satisfactione plene sufficienti. Verum haec non semper eveniunt; immo, plerumque, remissa culpa per paenitentiam, remanet adhuc solvenda aliqua poena temporalis.

Ceterum, per se patet, poenam temporalem posse partialiter remitti, eo quod temporalis sit, ac magis vel minus diuturna esse possit. Quod quidem non accidit respectu poenae aeternae, quia haec debet remitti tota simul, eo quod aut est aut non est.

160. Adversarii. 1. *Novatores,* putantes debitum poenae temporalis in iustificatis esse iniuriosum Christo, quasi Ipse Deo non plene satisfecisset; esse etiam iniuriosum Deo, quia est contra liberalitatem et plenitudinem condonationis peccati a Deo factae.

2. *Schismatici graeci,* negantes manere ullam, poenam temporalem post dimissum peccatum, quae per expiationem solvi debeat x.

161. Doctrina Ecclesiae. *Tridentinum* s.14 c.8 (D 904), enuntiat hanc doctrinam, eamque probat ex Scriptura, traditione et ratione theologica; cn.12 (D 922) definit totam poenam simul cum culpa non remitti semper a Deo; cn.15 (D 925) definit pariter non esse fictionem, “quod, virtute clavium sublata poena aeterna, poena temporalis plerumque exsolvenda remaneat”; s.6 c.14 (D 807) id ipsum docuerat, scilicet quod poena temporalis non tota semper dimittatur; cn.30 (D 840) definierat pariter cuilibet peccatori paenitenti, ita culpam remitti et reatum aeternae poenae, ut aliquis remaneat reatus poenae' temporalis, exsolvendae vel in hoc saeculo, vel in futuro, in purgatorio.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita.*

162. Probatur ex sacra Scriptura. In sacra Scriptura Deus exhibetur ita agens cum peccatoribus, ut, eorum culpa

1 Cf. S.BSllarminum, *Dc poenitentia* 4,2; Michel, *Pénitence:* DTC 12,1062s; JuGiE, *Grecque (Eglise):* DAFC 2,372.375s; Bukowsk, *Die Gcnugtuung fiir die Siinde nach Auffassung dcr russischcn Orthodoxie* 82s; S.Tyszkiewiez, *Warum verwerfen die Orthodoxen unserc Verdienstlehre:* ZkathTh 41 (1917) 400-406; M.Gordillo, *Compendium theologiae orientalis* 161.

remissa, remaneat tamen poena temporalis exsolvenda. Atqui hoc probat reatum culpae et reatum poenae temporalis esse separabiles, et de facto separari. Ergo, remissa culpa, non semper remittitur tota poena temporalis.

Mai. declaratur variis Scripturae locis:

1) Ex Num 14. Ubi notandum est v.1-10 peccatum populi; 11-12 ira Dei; 13-19 intercessio Moysis; 20-21 remissio peccati per Deum ; 22s impositio poenae temporalis.

2) Ex 2 Reg 11-12. Ibi considera c.11 peccatum Davidis; 11,27-12,12 iram Dei; 12,13 paenitentiam Davidis et remissionem peccati per Deum ; 12,14s impositionem poenae temporalis.

163. *Dites.* Haec valent de Vetere Testamento, minime vero· de Novo, in quo satisfactio plena facta est per Christum Dominum.

Respondeo separabilitatem reatus culpae et reatus poenae valere pro utraque oeconomia, cum pendeat ab eorum natura. Praeterea poena temporalis remanet, non ex defectu satisfactionis Christi, sed ex aliis rationibus, quae semper supponunt nullam fieri remissionem poenae temporalis independenter ab hac Christi satisfactione (D 904). Ita ad Novum Testamentum spectant quae scripsit S.Paulus 1 Cor 11,27-32, ubi annuntiatur multos esse infirmos apud Corinthios, ac multos etiam mori, ob indignam sumptionem sacrae Eucharistiae. Ergo punivit Deus Corinthios his poenis temporalibus, quin tamen constet, ut eruitur ex contextu, damnatos simul fuisse poena aeterna.

164. Probatur ex traditione. Duplici ratione id tradunt sancti Patres:

a) Quatenus saepe hortantur fideles ut per ieiunia, vigilias, eleemosynas, etc., satisfaciant pro suis peccatis.

b) Quatenus quandoque etiam explicite efferunt praesentem veritatem. Ita S.Augustinus: "Productior est... poena quam culpa ; ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena"... (R 1845). Etiam S.Gregorius Magnus: "Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se paenitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur..." (R 2309).

165. Ratio theologica, a) *Rx connexione dogmatum.* Exsistentia purgatorii et doctrina catholica de indulgentiis

necessario supponunt non remitti totam poenam temporalem semper ac remittitur culpa.

b) *Ex rationibus congruentiae.* Triplici ex capite congruentias desumit Tridentinum s.14 c.8 (D 904): 1) ex divina *iustitia,* quae aliter exigit ut in gratiam recipiantur peccantes post baptismum, aliter peccantes ante baptismum ; 2) ex divina *clementia,* quae hac ratione nos revocat a peccatis, et eorum reliquiis medetur; 3) hoc modo *conformes efficimur Christo,* qui pro peccatis nostris satisfecit. Cf. S.Th., 3 q.86 a.4; *Suffi,* q.12.

166. Obiectiones. 1. Ex Is 43,25: *Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas... et peccatorum tuorum non recordabor.* Ex 1er 31,34: *Propitiabor iniquitati eorum et peccati eorum non memorabor amplius.* Ex Ez 18,22: *Om'nium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.* Et 33,12: *Impietas impii non nocebit ei in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua.* Iam vero, his in locis , promittit Deus paenitentibus plenam remissionem peccatorum. Ergo, simul cum culpa, remittitur etiam quaelibet poena.

Conc. mai. Dist. min. Promittit' Deus plenam remissionem peccatorum quoad culpam, et consequenter quoad poenam aeternam, in quibus consistit propria ratio peccati, *conc. min.;* quoad poenam temporalem, *subdist.:* si accedat debita satisfactio, *conc.;* aliter, *nego.* Igitur, sacra ScripTura docet et plenam remissionem peccatorum per paenitentiam, et remanere quandoque poenam temporalem, exsolvendam in hac vita vel in futura; haec autem nequeunt amice consociari inter se nisi dicamus per paenitentiam remitti id quod constituit veram rationem peccati, hoc est' culpam, remanere autem frequenter reatum poenae temporalis, qui tamen proportionata satisfactione deleri potest in hoc saeculo vel in futuro.

2. S.Paulus, alloquens omnes iustificatos, scripsit Rom 8,1 ; *Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo lesu.* Ergo nunquam remanet ullus reatus poenae temporalis in ullo iustificato.

Resp. sermonem ibi fieri ab Apostolo de baptizatis, quibus, ut iam animadvertimus, remittitur non solum culpa et poena aeterna, sed etiam quaelibet poena temporalis[1].

3. Si tollatur causa, tollitur et effectus. Atqui poena temporalis est effectus culpae. Ergo cessante culpa, cessat et poena.

Dist. mai. Si tollatur causa, tollitur et effectus, id est, si causa non exsistat, nec exsistit effectus, *conc. mai.;* cessante causa, cessat et effectus, *subdist.:* si conservatio effectus pendet ab exsistentia causae, *conc.;* aliter, *nego. Dist. min.* Poena temporalis est effectus culpae, ita tamen ut conservatio illius non pendeat a culpa, *conc. min.;* aliter, *nego min.* Itaque, moriente patre, non ideo moritur filius; vel desinente quomodolibet artifice, non ideo desinunt esse opera, quae ille exstruxit.

4. Per remissionem culpae homo efficitur amicus Dei. Atqui cum hac divina amicitia pugnat debitum subeundae poenae temporalis. Ergo, remissa culpa, remittitur etiam tota poena temporalis.

Conc. mai. Nego min. Nam etiam inter homines potest rcstitiii

? ÇoRsEi.v, *In epistulam ad Romanes* 395s,

amissa amicitia, quin eo ipso teneamur renuntiare iuri nostro, v.c. urgendi restitutionem. Iam vero, si haec valent inter aequales, id a fortiori vigebit inter inferiorem et' superiorem, qualis est amicitia hominis cum Deo. Nec ideo remanet homo obnoxius odio Dei proprie dicto, seu odio abominationis, sed tantum improprie dicto, seu odio vindictae,

167. Scholion. *De modo concipiendi poenam temporalem.* S.Thomas docet cuilibet gravi peccato respondere duplicem poenam: *aeternam,* propter aversionem a Deo; *temporalem,* propter conversionem ad creaturas. Iam vero prior illa poena deietur semper simul ac remittitur culpa; sed altera, etiam remissa culpa, perseverare potest totaliter vel partialiter. En verba Angelici: "In peccato mortali sunt duo, scilicet, aversio ab incommutabili bono, et conversio ad commutabile bonum inordinata. Ex parte ergo aversionis ab incommutabili bono consequitur peccatum mortale reatus poenae aeternae, ut qui contra aeternum bonum peccavit, in aeternum puniatur, ex parte etiam conversionis ad bonum commutabile, in quantum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicuius poenae, quia inordinatio culpae non reducitur ad ordinem iustitiae nisi per poenam"... (3 q.86 a.4; *In 4* d.14 q.2 a.1)[3].

Scotus autem tenuit, dimissa culpa, poenam aeternam commutari in poenam temporalem, quae hac ratione dicitur manere post remissionem peccatorum.[*]

Suarez vero rem ita declarat. Nimirum Deus ab aeterno decrevit ut tale peccatum mortale, si perpetuo in homine maneret, puniretur tali poena aeterna; si vero in eo perpetuo non maneret, puniretur poena quadam temporali. Ideo, remissa culpa, non fit proprie dicta commutatio poenae aeternae in poenam temporalem, sed exsecutioni mandatur decretum aeternum de poena temporali subeunda pro tali peccato, in hypothesi quod illud dimitteretur[5].

Thesis 18. Homo iustus potest Deo satisfacere in hac vita pro poena temporali.

S.Th.» *Suppl,* q.13 a.1; Gaxtier, 482-501; LBRCitgR-LAkxitR, 583-588; PuiG, 823-837.

168. Notiones. Homo iustus, seu ornatus gratia habituali, cuius infusione remissa est illi culpa gravis ac consequens poena aeterna; remanet tamen ipsi .aliqua poena temporalis exsolvenda.

Satisfactio in genere est actio iustitiae, qua debitum compensatur, ortum ex iniuriis alicui personae illatis[x]. In casu, satisfactio est *voluntaria perpessio poenae temporalis ad reparandam iniuriam Deo per peccatum illatam.* Unde duo sunt elementa satisfactionis: Opus satisfactorium debet esse aliquo

3 Cf. CJWEis, *S.Thomae dc satisfactione ct indulgentiis doctrina* (Graz 1896).
* Cf. Montefortino, *Summa theologica* 3 q.86 a.4.
6 *Dc paenitentia* disp.10 s.3 n.15. Cf. Galtikr, 556-560.

1 Le voce "satisfactio", cf. A.DenHFFE, *Das Wort satisfactio:* ZkathTh 43 (1919) 158-175.

■modo poenale *{elementum materiale'),* et praeterea debet voluntarie assumi vel perferri *{elementum ,ormale).* Iam vero *opera poenalia,* iuxta concilium Tridentinum, sunt triplicis generis: *a)* temporalia flagella a Deo inflicta; *b)* satisfactiones a sacerdote impositae; *c)* poenae sponte susceptae ab ipso homine. Haec autem, quae a nobis sponte suscipiuntur, possunt esse: *Jeiunium* (quaelibet maceratio carnis), *oratio* (omnis actus cultus divini), *eleemosyna* (opera misericordiae), *alia opera pietatis* (si aliqua sint quae in prioribus non contineantur). Cf. D 906 923.

Observandum est nos satisfacere per merita Christi, minime vero independenter ab ipsis; Christus enim nobis meruit ut valeremus satisfacere pro peccatis (D 904).

In hac vita. Supponimus enim ex tractatu de Novissimis, morte finiri tempus satisfaciendi, sicut et merendi. Nam in altera vita, seu in purgatorio, homo *satispatitur,* sed *non satisfacit* pro peccatis suis.

169. Adversarii. 1. *Protestantes veteres,* explicite negantes nostris operibus quamcumque vim satisfactoriam ; censebant enim id derogare plenae satisfactioni Christi [2].

2. *Acatholici recentiores,* duce Harnack, tenent hanc notionem satisfactionis inductam esse in Ecclesia a Tertulliano, ortumque habuisse ex principiis iuridicis, quae tunc vigebant in Ecclesia latina[3].

170. Doctrina Ecclesiae. *Florentinum* (D 699) enumerat diversa opera satisfactoria. *Tridentinum* s.6 c.14 (D 807) numerat etiam opera satisfactoria; s.14 c.8 (D 904) commendat satisfactionem, atque docet eam non habere vim nisi ex Christo ; c.9 (D 906) numerat diversa genera operum, quibus satisfacere possumus; cn.12 (D 922) definit satisfactionem non esse fidem fiducialem de satisfactione Christi pro nobis; cn.13 (D 923) definit posse satisfieri pro peccatis, quoad poenam temporalem, per Christi merita, poenis a Deo inflictis et patienter toleratis, vel a sacerdote iniunctis, vel sponte susceptis; cn.14 (D 924) definit opera satisfactoria esse verum Dei cultum.

171. Valor dogmaticus. 1. Posse satisfieri quoad poenam temporalem, est veritas *de fide divina et catholica definita.*

a Cf. S-Beli-arminum, *De pacnitentia* 4,3-7.

' Harnack. *Dogmcngcschichte* t.3 1.2 c.2. Cf. etiam SbErbsrc. *Dogmcngeschkhte* 1,366.546.

2. Hanc vim satisfactoriam inesse, ex meritis Christi, non solum operibus poenalibus sponte susceptis, aut a sacerdote impositis, sed etiam temporalibus flagellis a Deo inflictis, est etiam veritas *de fide divina et catholica definita.*

172.. Probatur ex sacra Scriptura. Deus hortatur peccatores ad redimenda peccata eleemosynis aliisque operibus, quae proinde eo ipso testatur se acceptare in hunc finem. Ergo a fortiori iustus poterit redimere reatum poenae temporalis.

Antec. Prov 16,6: *Misericordia et veritate redimitur iniquitas;* Tob 4,11 : *Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat;* Dan 4,24: *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum;* Act 10,4: *Orationes tuae et eleemosynae ascenderunt in memoriam in conspectu. Dei...* (cf. v.31 et 47).

Cons. A fortiori, tum ex parte operantis, tum ratione rei obtinendae. Nam ex parte operantis, dignior est iustus quam peccator ; ex parte vero rei redimendae, culpa et poena aeterna longe excedunt poenam temporalem. Si ergo peccator, his operibus valet redimere culpam seu peccatum, a fortiori poterit iustus, eisdem operibus, redimere poenam temporalem.

173. Probatur ex traditione. Ipsi veteres Protestantes, Illyricus et Chemnitius, fatentur traditionem sibi esse plane contrariam * Et quidem merito. Inter plura autem testimonia Patrum, audiatur Tertullianus : “Quam porro ineptum, quam paenitentiam non adimplere, et veniam delictorum sustinere, hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit ; hac paenitentiae compensatione redimendam proponit impunitatem (R 313). Et S.Cyprianus: “Virgas igitur et flagella sentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccatis satisfacimus”5. Et Origenes: “Ante oculos meos habeo dolorem meum, ut futuros poenarum dolores praesentibus possim doloribus compensare” c. Et S.Ambrosius: “Sicut qui pecuniam solvunt debitum reddunt, nec prius evacuatur faenoris nomen, quam totius sortis ad nummum usque, quocumque solutionis genere, quantitas universa solvatur; sic compensatione caritatis actuumque reliquorum, vel satisfactione quacumque, peccati poena dissolvitur” (R 1305). Et S.Augustinus: “Impunitum non potest esse peccatum, impunitum esse non

* Cf. S.Bellarminum, *De pacnitentia* 4,10; qui exponit c.9 argumentum traditionis.
6 *Epistola* 11,2. Cf. *Epistolam* 55,20
• *In Psalmum 37* honi.2,5: MG 12,1385.

decet, non oportet, non est iustum. Ergo quia impunitum non debet esse peccatum, puniatur a te, ne puniaris pro illo"... (R 1494). Et S.Caesarius Arelatensis: "Si nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quandiu supradicta peccata minuta tanquam ligna, faenum, stipula consumantur" (R 2333).

174. Ratio theologica. S.Thomas, *Suppi,* q.13 a.l ita arguit: *a).* Deus nequit praecipere impossibilia. Atqui praecipit satisfactionem, dum ait: *facite dignos fructus paenitentiae* (Lc 3,8). Ergo satisfactio est possibilis.

b) "Deus est magis misericors quam aliquis homo. Sed homini est possibile satisfacere. Ergo et Deo".

c) "Satisfactio est, cum poena culpae aequatur... Sed contingit aequalem poenam assumere delectationi, quae fuit in peccando. Ergo contingit Deo satisfacere".

175. Obiectiones. 1. Ex S.Ambrosio, dicente de S.Petro: "Lacrimas eius lego, satisfactionem non lego" (R 1310). Ubi videtur asserere, quod peccata remittantur absque satisfactione.

Resp. satisfactionem in casu, non satisfactionem proprie dictam, sed excusationem denotare. Hoc enim manifeste patet ex contextu. Nam antequam illa verba proferret, scripserat S.Ambrosius: "Ipse IPetrusJ non excusavit... maluit enim ipse suum accusare peccatum ut justificaretur fatendo, quam gravaretur negando... non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit." Et continuo, post illa verba addit: "Sed quod defendi non potest, ablui potest; lavent lacrimae delictum."

2. Christus satisfecit pro nobis abundanter. Ergo vacat quaelibet satisfactio nostra.

Dist. anlec. Christus pro nobis abundanter satisfecit, quatenus ipse praestitit pretium vere sufficiens ad nos redimendos, *conc. antes.;* quatenus insuper huiusmodi pretium non debeat singulis applicari, *nego antec. Dist. cons.* Vacat quaelibet satisfactio nostra, independcnter a satisfactione Christi, *conc. cons.;* innixa in satisfactione Christi, *nego cons.* Cf. D 904.

3. Conceptus satisfactionis inducitur in Ecclesia a Tertulliano, legis perito. Ergo conceptus satisfactionis non ducit originem a Christo Domino.

Resp. satisfactionis *vocem* gaudere utique origine iuridica, immo et huiusmodi conceptum fuisse perpoliium in Ecclesia latina. Sed negamus prorsus *rem ipsam* fuisse ignoratam ante Tertullianum, ut eruitur ex argumentis. Nec id ignoravit etiam Ecclesia graeca, in qua opera poenalia sunt ad modum remedii, sanantis peccata.

176. Scholion 1. *De condicionibus satisfactionis.* In genere condiciones, quae requiruntur ad satisfaciendum, sunt eaedem quae requiruntur ad merendum. Igitur necesse est ut actus sit bonus, liber, supematuralis, et ut fiat a iusto viatore. Sed praeterea de ratione satisfactionis est ut opus sit poenale, cum agatur de com-

pensanda poena debita per aliam poen*m libere a nobis susceptam vel acceptatam; atque ideo, quia actus externus adauget poenalitatem, maior datur satisfactio in opere externo quam in solo actu interno; quod quidem per se non accidit respectu meriti'.

177. Scholion 2. *De satisfactione condigna.* Satisfactionem, de qua sermo fuit in thesi, non solum de congruo, sed etiam de condigno asserimus; quatenus defendimus compensationem praestitam per satisfactionem aequivalere moralitcr poenae persolvendae. Quod quidem est sententia communis et certa, contra errorem. Baii, damnatum a Pio V: "Quando per eleemosynas aliaque paenitentiae opera Deo satisfacimus pro poenis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus..., sed aliquid facimus, cuius intuitu Christi satisfactio nobis applicatur et communicatur" (D 1059). Et iterum: "Satisfactiones laboriosae justificatorum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatam" (D 1077). Ratio autem theologica id probat: nam iustus potest mereri de condigno augmentum gratiae et gloriae; ergo a fortiori poterit satisfacere de condigno pro poena temporali peccatorum.

Nec valent quae in contrario afferuntur:

a) Homo nequit de condigno satisfacere pro culpa mortali. Ergo a pari nec pro poena temporali satisfacere potest.

Conc. antec. Sed *nego cons. et paritatem.* Disparitas stat tum in obiecto, tum in subiecto. Nam quoad obiectum, culpa mortalis tali gaudet malitia intrinseca ut excedat quamlibet compensationem, a puro homine praestandam; quod quidem non convenit poenae temporali. Quoad subiectum vero, quia pro culpa mortali satisfaceret peccator, dum pro poena temporali satisfacit' iustus seu filius Dei adoptivus.

b) Ut exsurgat satisfactio condigna, haec debet aequivalere poenae persolvendae. Atqui opera huius vitae nequeunt aequivalere poenis persolvendis in alia vita. Ergo nostra satisfactio nequit dici condigna.

Dist. mai. Debet aequivalere physice, *nego;* moralifer, *conc. Contradis!. min.* Non aequivalent physice, *conc.;* moraliter, *nego.* Nam, etsi duratio et intensitas poenarum huius vitae et alterius sint diversae, tamen opera huius vitae, prout procedunt a gratia, proportionem habent et condignitatem aliquam ad satisfaciendum '.

c) Si condigne possemus satisfacere, "essemus, saltem aliqua ex parte redemptores" (D 1059). Atqui homo non est redemptor. Ergo nec condigne satisfacere nossumus.

Dist. mai. Essemus redemptores quoad culpam et poenam aeternam. *nego;* quoad poenam temporalem, *conc. Contradist. min.* Non est redemptor quoad culpam et poenam aeternam, *conc.;* quoad poenam temporalem, *nego.* Hoc enim sensu docuit Tridentinum quod "paenitentes per Christum lesum peccata *redimunt"...* (D 924).

178. Scholion 3. *De satisfactione vicaria.* Communis et' certa sententia est quae tenet, hominem iustum posse de condigno satisfacere etiam nro poems ab alio viatore post peccatum remissum solvendis. Et quidem agitur de satisfactione stricte dicta, non solum de

' Plura apud SuXrez. *De paenitentia* disp.37 s.2-7.
* Çf, SuArbz, *Dc paenitentia* disp.37 s 8 n,4,

imperatione aut de merito. Id constat ex dogmate communionis sanctorum et implicite continetur in dogmate purgatorii, quatenus includit affirmationem possibilitatis subveniendi animabus ibidem detentis per suffragia iustorum ; suffragia enim sunt satisfactiones, si stricte loqui velimus. Potest etiam iustus pro peccatore satisfacere de congruo. Cf. S.Th., *Suppi,* q.13 a.2.

Scholion 4. *De satisfactione pro peccatis venialibus.* Est etiam sententia communis et certa. Cuius ratio baec est : peccatum veniale non avertit hominem a Deo fine ultimo, sed tantum retardat ipsius motum in Deum per caritatem. Iam vero talis retardatio seu diminutio fervor's caritatis bene potest compensari per fervorem caritatis, quo iustus ita se movet in Deum ut se avertat ab aliquo bono creato licito. Ergo peccatum veniale potest compensari a insto. Ergo potest iustus satisfacere pro peccato veniali de condigno. Cf. S.Th., 1.2 q.88 a.1 ; q.89 a.1 ; 3 q.87 a.2.

Thesis 19. Ideo, debent sacerdotes, pro qualitate criminum et paenitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones paenitentibus iniungere.

S.Th.. *Suppi.* q 18 a.4; q.8 a.7; Galtier, 502-508; LerciiEr-Lakner, 589-592; Puig. 839-846.

179. Nexus. Praemissa iam duplici illa veritate, quod non semper remittatur tota poena temporalis simul cum remissione culpae, et quod pro illa poena valeamus Deo satisfacere dum vivimus, iam dicendum est de satisfactione, prout haec est pars sacramenti paenitentiae. Igitur in thesi agimus de satisfactione sacramentali.

180. Notiones. Ideo, quia confessarius ut iudex vices Dei gerit; qui, ut constat ex th.17, dum remittit culpam et poenam aeternam, non semper remittit totam poenam temporalem pro peccatis debitam, sed pro illa expianda congruam exigit satisfactionem.

Debent, seu tenentur sacerdotes *ex se* imponere satisfactionem ; a qua tamen obligatione excusari possunt *per accidens,* vel ratione impotentiae paenitentis, vel si aliquando constaret confessario de praestita sufficienti satisfactione[1].

Satisfactio sacramentalis est voluntaria susceptio poenae a confessario impositae, ad reparandam iniuriam Deo per peccatum illatam.

Satisfactio salutaris dicitur illa quae valet restituere ordinem moralem per vindictam et castigationem peccatorum praeteritorum *(aspectus vindicativus satisfactionis'),* et simul

1 Cf. Suârez, *De paenitentia* disp 38 s.3 n.4: I.Capella. *De satisfactione Tesu Christi et satisfactione nostra* (Ferrariae 1551); V.Coucke, *De satisfacti tione sacramentali:* CollatBrug 34 (1934) 187-19J.

praecavet nova peccata paenitentis quatenus confert ad custodiam novae vitae et ad medicamentum infirmitatis *(aspectus medicinalis satisfactionis).* Cf. D 905.

Satisfactio conveniens est illa quae respondet gravitati peccatorum, habita tamen prae oculis infirmitate paenitentis. Nam, etsi confessarius sit iudex, simul tamen est medicus, qui medicinam convenientem pro facultate paenitentium assignare debet. Cf. D 905.

181. Adversarii. *Protestantes,* qui et duplex illud fundamentum negant, et denegant pariter sacerdotibus potestatem imponendi poenas satisfactorias. Illae ergo paenitentiae veteris Ecclesiae, iuxta Novatores, non ordinabantur ad dandam satisfactionem Deo, sed tantum ad aedificationem Ecclesiae.

182. Doctrina Ecclesiae. *Florentinum* (D 699) docuit satisfactionem pro peccatis, impositam secundum arbitrium sacerdotis, esse partem sacramenti. *Tridentinum* s.14 c.8 (D 905) tradit et explicat assertionem nostram; cn.15 (D925) definit poenarum impositionem confitentibus non esse contra institutionem Christi nec contra finem sacramenti paenitentiae.

Valor dogmaticus. 1. Satisfactionem imponi debere a confessario, est *saltem doctrina catholica,* vel etiam *doctrina definita* c.S s.14 tridentinae.

2. Directe et explicite nihil tradit Tridentinum de obligatione paenitentis ad acceptandam et adimplendam satisfactionem sed id eruitur ex eo quod definierit s.14 cn.4 (D 914) satisfactionem, et quidem prout est actus ipsius paenitentis, esse partem sacramenti.

183. Argumentum. 1. *Ex usu perpetuo Ecclesiae,* quae, dum remittit peccata, semper exposcit a paenitentibus aliquam satisfactionem. Atqui hanc exposcit' non ad remissionem culpae, quia haec ex opere operantis sola caritate remittitur; neque ad remissionem poenae aeternae, quia haec simul cum culpa semper remittitur. Ergo solum ad remissionem poenae temporalis.

Mai. Constat ex multis capitibus:

a) Ex institutione et praxi *paenitentiae publicae.*

b) *Ex epistolis canonicis* S.Gregorii Thaumaturgi, S.Basilii, S.Gregorii Nysseni, S.Petri Alexandrini... *Ex canonibus paenitentialibus* concilii Nicaeni, lllliberitani, Ancyrani,

Neocaesariensis. Tllerdensis... E.r *decretis conciliorum ,de* diversis paenitentiis subeundis pro diversitate peccatorum, qualia ediderunt concilium Laodicaenum, cn.2; Carthaginense III, cn.31 ; Agathense, cn.15: Turonense, cn.22; Wormatiense, cn.25... *Ex libris paenitentialibus.*

c) *Ex dictis Patrum,* qui hortantur fideles ad perficiendas satisfactiones sacramentales. Ita Tertullianus: "Exomologesis est, qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia Deus mitigatur... In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet" (R 315). Et S.Cyprianus: "Confiteatur singuli, quaeso vos, fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in saeculo est. dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio et remissio per sacerdotes apud Dominum grata est... Agite paenitentiam plenam"... (R 553-4). Et S.Leo Magnus: "Christus hanc praepositis Ecclesiae tradidit potestatem, ut et confitcntibus actionem paenitentiae darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent" (D 146). Et S.Augustinus: "Tudicet ergo se ipsum homo... Et cum ipse in se protulerit severissimae medicinae, sed tamen medicinae, sententiam, veniat ad antistites, per quos illi in Ecclesia claves ministrantur; et tanquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a praepositis sacramentorum accipiat satisfactionis suae modum"... (R 1530).

2. *Accedunt congruentiae illae,* prolatae a Tridentino s.14 c.8 (D 904) ; quae, sicuti suadent, remissa culpa, non semper remitti a Deo totam poenam temporalem, ita etiam significant sacerdotem, utpote vicarium Dei, eadem ratione ac Illum agere debere. Igitur tum *iustitia Dei,* tum *eius clementia,* tum *conformitas cum Christo* exigunt ut confessarius, remissa culpa per absolutionem, iniungat satisfactiones persolvendas pro poena temporali.

184. Scholion 1. *De efficacia satisfactionis sacramentalis. a)* En duplex quaestio: Num satisfactio sacramentalis remittat poenam temporalem ex opere operato, et num producat gratiam pariter ex opere operato. Per se patet satisfactionem sacramentalem, si persolvatur in s*atu gratiae, habere vim satisfaciendi ex opere operantis. Cf. thesim 18. Sed quaestio est utrum paenitcns etiam satisfaciat ex opere operato.

Ex communi consensu theologorum, a quo certo unus dissentit

Henricus Oswald (γ 1903)', satisfactio sacramcntalis remittit saltem partem poenae temporalis ex opere operato, id est vi ipsius ritus sacramentalis. Cf. *Suppi,* q.18 a.2. Quod quidem probatur ex Tridentino s.14 c.3 et cn.4 (D 896 914) sic: satisfactio est pars sacramenti, quae necessario requiritur ad plenam et perfectam remissionem peccatorum. Atqui remissio plena peccati complectitur, non solum reatum culpae, sed etiam reatum poenae temporalis. Ergo satisfactio efficit remissionem poenafc temporalis, prout illa est pars sacramenti, hoc est ex opere operato.

b) In alia quaestione num satisfactio sacramentalis producat etiam gratiam ex opere operato, distinguendum est.

Si attendatur satisfactio, *prout facit unum cum signo sacramentali,* videtur dicendum ipsam producere gratiam ex opere operato; nam gratia in sacramento efficitur a toto signo. Id aperte docet Suarez ". Et haec videtur etiam sententia S.Thomae 3 q.86 a.6 ; q.90 a.2 ad 2. Si vero consideratur satisfactio *tanquam per se stans,* praesertim si adimpleatur post absolutionem, non videtur efficere gratiam ex opere operato. Ita Vâzquez et Éugo4.

185. Scholion 2. *Num, praeter satisfactionem, impositam a confessorio, omnia bona opera subsequentia paenitentis eleventur ad satisfaciendum ex opere operato.* Id videntur innuere verba illa formulae absolutionis : "Quidquid boni feceris et mali sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum." Sunt tamen theologi, v.c. Lugo', qui rem omnino negant. Affirmat autem S.Thomas *Quodl.* 3 a.28; atque exinde, inquit S.Alphonsus °, haec sententia longe communior et probabilior evadit.

Et re quidem vera, Ecclesia non adhibet verba illa absque ratione. Unde ex intentione Ecclesiae, bona opera subsequentia paenitentis videntur accipere ex ipso sacramento specialem vim satisfaciendi. Atque hoc modo vita nostra evadit *perpetua paenitentia,* ut exoptat Tridentinum (D 907).

186. Scholion 3. *De tempore adimplendi satisfactionem sacramentalem.* Satisfactio sacramentalis potest adimpleri ante absolutionem. Sed *ex damnationibus Ecclesiae* contra Petrum de Osma (D 728), lansenistas (D 1306s), Pistorienses (D 1535), constat posse etiam adimpleri post absolutionem. Quod etiam patet *ex quotidiana praxi Ecclesiae.*

Accedit *ratio theologica.* Nam reatus poenae temporalis non impedit infusionem vel augmentum gratiae; et aliunde maior erit vis satisfactionis praestitae post absolutionem, cum haec habeat vim satisfaciendi, non solum ex opere operato, sed etiam ex opere operantis.

187. Scholion 4. *De interna dispositione necessaria ad implendam satisfactionem sacramentalem.* Quaeritur num satisfactio sacramenfalis possit adimpleri in statu peccati, sive ante absolutionem, sive post absolutionem, novo iam peccato patrato. Manifestum est,

' *Sakratncntcnlchrc* 2.184. Plura apud Galtier, *Satisfaction :* DTC 14,1129-1210.
8 *De paenitentia* disp.38 s.2 n.3.
8 VAzquez, *De pacnitentia* q.94 a.2 dub 5 n.9; Luco. *Dc paenitentia* disp.25 s.1 n.2-16.
8 *Dc pacnitentia* disp.25 s.4 n.56.
" *Theologia Moralis* 1.6 n.5O7. Cf. SuÂRïz. *De paenitentia* disp.38 s.6 n.7; Galtier, 511.

in hac hypothesi non posse dari satisfactionem ex opere operantis, ex defectu status gratiae. Sed quaeritur utrum detur saltem ex opere operato.

Hoc autem affirmandum est. Nam illa satisfactio, utpote iudicialiter imposita post confessionem, ordinatur ad absolutionem et est vera pars sacramenti.

Sed simul planum est' illam satisfactionem effectum suum non obtinere. *nisi remoto obice* per absolutionem sacramentalem ; cum inimicus Dei non sit subiectum aptum ut ei remittatur poena temporalis. Sed, *sublatu obice* per gratiam, satisfactio sacramentalis obtinet suum effectum ex opere operato, eo quod prius iam fuerit elevata ad efficaciam vere sacramentalem'.

CAPUT IV

De ministro sacramenti paenitentiae

188. Prementes vestigia sessionis 14 tridentinae, hanc integram percurrimus, perpendentes quaestiones de exsistentia, necessitate et natura sacramenti paenitentiae. Sed, dum concilium ageret de partibus huius sacramenti, sermonem etiam fecit de effectibus et de ministro paenitentiae. De his ergo superest dicendum. Ac primum quidem de ministro; deinde, capite sequenti, de effectibus sacramenti paenitentiae.

Iam vero, doctrinam de ministro sacramenti paenitentiae exhibet Tridentinum, c.6-7 et ens.10-11 (D 902s 920s). Summa autem eorum, quae ibi traduntur, haec est:

a) Minister paenitentiae est solus sacerdos, non laicus.

i>) Et quidem, etsi sacerdos teneatur peccato mortali.

c) Sed sacerdos ornari debet iurisdictione. Quare praecipua statuuntur principia de reservatione casuum.

Igitur, ea praetermittentes quae potius spectant ad Theologiam Moralem, nos demonstrabimus ministrum sacramenti paenitentiae debere esse instructum duplici potestate, scilicet potestate ordinis sacerdotalis et convenienti potestate iurisdictionis.

' Cf. Süârêz, *De poenitentia* disp.38 s.8.

ARTICULUS I

De potestate ordinis

Thesis 20. Minister sacramenti paenitentiae est solus sacerdos.

S.Th., *Suppi,* q.8 a.1ss; Galtier, 528-533; Lercher-I.aknEr, 604ss; Puic, 887ss.

189. Nexus. Diximus in thesi 1 potestatem remittendi peccata fuisse concessam a Christo Domino Ecclesiae hierarchicae; exinde iam concludendum est ministras paenitentiae non esse laicos. Verum, intra ipsam sacram hierarchiam, cum sint diversi gradus, inquirimus num ministri sint soli sacerdotes, an etiam diaconi vel ministri inferiores.

190. Notiones. Minister sacramentorum dicitur ille qui conficit sacramentum, formam materiae applicando, vel qui illud administrat. Sed minister, alius est *liceitatis,* alius *validitatis.* Loquimur de utroque.

Solus sacerdos, id est, episcopus aut presbyter, non laici, nec diaconi. Si vero diaconi excludendi sunt, a fortiori quilibet alii ministri inferiores.

191. Adversarii. 1. *Montanistae,* saeculo tertio, iuxta quos potestas remittendi peccata residet apud *solos pneumaticos* sive *spirituales.* Ita Tertullianus (cf. n.6). Et quidem *hodierni protestantes liberales* tenent hanc fuisse doctrinam primaevae Ecclesiae[1]. Cui tamen assertioni adversatur .ipse Tertullianus, cum in eodem libro *De pudicitia* perspicue fateatur se hac in re discedere a doctrina catholica, et a se ipso, dum esset catholicus (R 383).

2. *Wicleffitae* et *Hussitae,* saeculo decimo quinto, pro quibus boni laici poterant absolvere a peccatis, minime vero mali sacerdotes (D 670ss).

3. *Protestantes,* saeculo decimo sexto, apud quos, omnes fideles habent potestatem remittendi peccata, aut per correptionem, si peccata sint publica, aut per spontaneam confessionem cuicumque factam, si peccata sint secreta (D 753 902 920). Ad hanc sententiam accedunt recentiori tempore *veterocatholici.*

---

1 Cf. K.Holl, *Enthusiasmus und Bussgeualt beim griechischen Monchtum* 312-330.

192. **Doctrina Ecclesiae.** *Florentinum* (D 699) asseruit ministrum paenitentiae esse sacerdotem. *Tridentinum* s.14 c.6 (D 902) docet, non omnes fideles, sed solos episcopos et sacerdotes habere clavium ministerium, idque, etsi sint mali; nec aliter intelligenda esse verba institutionis sacramenti paenitentiae; cn.10 (D 920) definit: "S.q.d. sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse dictum: *Quaecumque ligaveritis...* a.s."; s.23 c.1 (D 957) tradit Christum dedisse potestatem dimittendi et retinendi peccata apostolis eorumque successoribus in sacerdotio; cn.1 (D 961) definit ad sacerdotium pertinere potestatem remittendi et retinendi peccata; sacerdotium autem distinguitur a ceteris ordinibus, etiam a diaconatu (D 958 962).

193. **Valor dogmaticus.** 1. Est veritas *de fide divina et catholica definita* solos sacerdotes esse ministros absolutionis, minime vero laicos; immo, ne diaconos quidem, cum definiatur "solos sacerdotes esse ministros absolutionis" (D 920), et cum de solis episcopis et sacerdotibus sermo fiat in capite sexto s.14 (D 902) [2].

2. Est etiam veritas *de fide divina et catholica definita* sacerdotes gaudere potestate ligandi et solvendi, etsi versentur in statu peccati mortalis (D 920).

3. Tandem, est etiam *definitum* verba institutionis huius sacramenti (Mt 18,18; Io 20,23) dicta fuisse, non fidelibus, sed solis sacerdotibus (D 920).

194. **Probatur ex sacra Scriptura.** Demonstravimus in thesi 1 potestatem remittendi et retinendi peccata datam fuisse apostolis eorumque legitimis successoribus, id est, Ecclesiae hierarchicae, non vero singulis fidelibus sive laicis. Iam vero, ex sola Scriptura (Io 20,23; Mt 18,18) non satis constat quinam sint legitimi successores apostolorum in hac re, utrum soli episcopi an etiam presbyteri. Sed ex testimonio traditionis, ut statim videbimus, et ex interpretatione magisterii ecclesiastici, praesertim concilii Tridentini locis citatis (D 902 957-962), certissime patet successores apostolorum circa remissionem vel retentionem peccatorum esse tum episcopos tum presbyteros, et quidem eos solos.

[2] Cf. Suarez, *De paenitentia* disp.24 s.1 n.8; Galtier, 428 2.°

195. Probatur ex traditione. Traditio testatur ministros absolutionis non esse laicos, nec diaconos, sed solos sacerdotes, id est, episcopos et presbyteros. Ergo ex traditione constat solos- sacerdotes esse ministros absolutionis.

Antec. per partes explicat-ur:

1) *Non sunt laid.* Ut enim diximus in thesi 1, Patres, dum memorant ministros paenitentiae, nullibi assignant laicos, sed solos sacerdotes. Ita S.Pacianus: "Quod per sacerdotes suos facit [Deus], ipsius potestas est"... (R 1244). Et S.Chrysostomus: "Quaecumque inferne sacerdotes faciunt, eadem Deus superne confirmat"... (R 1119). Et S-Leo Magnus: "Indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri... Christus Tesus hanc praepositis Ecclesiae tradidit potestatem"... (D 146). "De pondere aestimando delictorum, sacerdotis est iudicare"...[3]

2) *Nec sunt diaconi.* Cum enim hi tanta auctoritate gauderent primis Ecclesiae saeculis, nullibi, nec apud Patres, nec apud antiquissima Ritualia, tribuitur ipsis haec praerogativa, quae certe fuisset omnium suprema. Contra, ibi semper citantur tanquam ministri paenitentiae soli sacerdotes. Audi S.Ambrosium: "Ius enim hoc [ligandi et solvendi] solis permissum sacerdotibus est" (R 1293).

3) *Saltem sunt episcopi.* Qua de re nemo sane dubitabit. Si enim haec singularis potestas residet in sacra hierarchia, ipsa necessario pollent illi saltem qui obtinent supremum gradum hierarchicum. Et quidem historice constat, primis saeculis praecipue sive communius episcopos administrasse hoc sacramentum.

4) *Sed etiam sunt presbyteri,* ut ostendit ipsa praxis Ecclesiae a remotissimis temporibus:

a) *In fine saeculi primi,* Corinthi et Romae. Nam S.Clemens Romanus hortatur Corinthios ut peragant paenitentiam apud *presbyteros,* quo sub nomine, ex communi sententia, veniunt, non episcopi, sed sacerdotes secundi ordinis (R 27). Paulo post, simili ratione videtur intelligendus S.Polycarpus (R 73) pro Asia Minori.

b) *Medio saeculo tertio* Romae, vacante sede apostolica, presbyteri dabant pacem lapsis[4].

c) Praxis designandi presbyterum paenitentiarium, *a medio sacculo tertio,* idem aperte confirmat[°].

[3] S.Innocentius I.· *Epistula* 25.7: ML 20.559.
[4] Cf. *Epistulam* 30.8. ct 8.3 (inter epistulas S.Cypriani).
[°] Cf. Socratem. *Historia- Ecclesiastica* 4,19; SozomEnum. *Historia Ecclesiastica* 7,16. De presbyteris paenitenti^riis, çf. Vacandabd, *Çonfessior:* PTC

d) *Eodem tempore* de ecclesia africana idem testatur S.Cyprianus [6].

e) *Sub fine saeculi tertii* in ecclesia alexandrina S.Dionysius, episcopus alexandrinus, inducit senem moribundum, Serapionem, sic loquentem: "Properate, quaeso, et me quantocius absolvite; accerse mihi unum ex presbyteris" [7].

f) *Versus finem saeculi quarti,* explicite tradit hanc doctrinam S.Hieronymus: "Legimus in Levitico de leprosis... Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum vel immundum facit, sic et hic alligat vel solvit *episcopus et presbyter,* non eos qui insontes sunt vel noxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit quive solvendus" (R 1386).

196. Scholion 1. *De diaconis.* Contra illa, quae nuper exposuimus, pauca proferuntur facta historica, quorum momentum nunc perpendendum est.

a) Primum, obiciuntur *verba S.Cypriani,* praecipientis quod "si [fratres] incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectata praesentia nostra, apud presbyterum quemcumque praesentem, vel, si presbyter repertus non fuerit et urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint, ut manu iis in paenitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace"... (R 570). Exi quibus videtur concludendum, saltem in casu necessitatis, etiam diaconos evadere ministros paenitentiae.

Respondeo rem esse obscuram. Contextus enim suadet ibi sermonem fieri de exomologesi sacramentali, nec facile intelligitur diaconum nihil aliud agere quam internuntium, vel solam communionem eucharisticam administrare. Ideo, videtur concedendum quod S.Cyprianus existimaverit diaconum, in casu extremae necessitatis, posse devenire ministrum absolutionis. Exceptio autem una alterave, contra praxim et doctrinam universalem et constantem Ecclesiae, argumentum traditionis evertere non valet. Quae quidem solutio si accipiatur, fatendum est S.Cyprianum materialiter errasse [8].

b) *Concilium Illiberitanum* cn.32, premens absque dubio vestigia S.Cypriani, eandem disciplinam tradit: "Apud près-

3,842ss; Batiffol, *Etudes d'histoire et de théologie positive* 329-335; I/ECLERcy. *Pénitence:* DACL 14,21 Iss.

«*Epistula* 18,1; 19,2; 16,3 (R 570 569).

' Cf Eusebium, *Historia Eclesiastica·* 6,44: MG 20.630s; G.dei. Ton, *L'episodio cucaristico di Serapione, narrato da Dionigi Alcssandrino:* ScuoCatt 70 (1942) 37-47.

" Alias solutiones praebent Petavius, *Diatriba dc paenitentia* ç.2 çt 4 (c<|. 8,445 et 452); GaltiSR, 531·

byterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere paenitentiam non debere, sed potius apud episcopum ; cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem praestare debere, et diaconum, si ei iusserit sacerdos".

Responsio eadem danda videtur ac illa quam dedimus S.Cypriano, cum in hac re pendeant Patres illiberitani ab episcopo carthaginensi ®.

c) *Medio aevo,* a saeculo IX ad XIII, invaluit mos confitendi apud diaconum in casu necessitatis, ut testantur nonnullae collectiones canonum, necnon et concilia quaedam particularia 10. Ergo diaconi censebantur ministri, saltem extraordinarii, paenitentiae.

Respondeo aliud esse hunc morem exstitisse in nonnullis ecclesiis, et aliud, longe diversum, quam doctrinam tenerent eaedem illae ecclesiae circa ministrum paenitentiae. Nam in iisdem documentis, in quibus agnoscitur ille mos, explicite declaratur diaconos non posse absolvere. Ita v.gr. Tipeodorus: "Ut nullus alius praesumat paenitentiam dare vel confessionem audire, quam episcopus vel presbyter. Sicut enim sacrificium offerre non debent nisi episcopi vel presbyteri, quibus claves regni caelestis traditae sunt, sic nec paenitentium iudicia alii usurpare debent. Si autem necessitas evenerit, et presbyter non fuerit praesens, diaconus suscipiat paenitentem ad communionem sanctam"11. Et *Constitutio S.Odonis:* "Item prohibetur districte ne diaconi ullo modo audiant confessiones, nisi in arctissima necessitate ; claves enim non habent nec possunt absolvere"12. Unde, factum quod diaconi audirent confessiones, non probat eos absolutionem dedisse, sed tantum ostendit quam necessaria censeretur tunc temporis confessio paenitentis ; qui, cum sacerdotem non haberet, peccata sua confitebatur diacono, ut ex sua parte praestaret, quantum praestare poterat.

197. Scholion 2. *Dc martyribus.* Sunt nonnulli textus, in quibus etiam videntur assignari martyres tanquam ministri absolutionis. En praecipuos.

a) *Saeculo secundo* in *epistula ecclesiae Lugdunensis* le-

° Cf. S.Gonzalez, *Los castigos penitcnciales dei concilio' de Elvira:* Greg 22 (1941) 194; *La pcnitencia en la primitiva Iglesia cspanola* 43.

10 Textus exhibet Laürain. *De l'intervention des laïques, des diacres et des abbesses dans l'administration de la pénitence* (Paris 1897) 78s.

11 Theodorus, c.31: ML 99,946.

13 *Constitutio S.Odonis Parisiensis* en.56: Msi 22,676. De hac diaconorum quaestione adeas G.Gromer, *Zur Geschichte der Diakonenbeicht im Mittelalter:* Festschr. Knëpfler (1917) 159-176; P.Bernard, *Confession:* DTC 3.898s.

gimus : Martyres, "cunctos absolvebant, neminem ligabant" [13]. Ergo eo tempore martyres censebantur gaudere potestate absolvendi.

Respondeo sensum huius loci patere ex contextu, ubi dicitur: "Omnium defensionem [martyres] suscipiebant, neminem accusabant, cunctos absolvebant, neminem ligabant". Quibus verbis hoc tantum significatur, martyres excusasse omnes, praesertim illos qui tormentorum metu lapsi essent, minime vero eosdem sacramentaliter absolvisse a peccatis.

b) S.Cyprianus pluries asseruit in suis epistulis 15-23, quod martyres remitterent peccata.

Respondeo, ex harum epistularum lectione satis constare S.Cyprianum non asserere quod martyres auctoritative remitterent peccata, sed quod illi exorarent episcopum ut ipse remitteret peccata iis, pro quibus intercedebant et quibus communicabant suas satisfactiones. Et quidem hic mos erat antiquus, ut testatur ipse S.Cyprianus: "Sicut in praeteritis semper sub antecessoribus nostris factum est" [14]. Hanc eandem consuetudinem exorandi pro peccatoribus laudaverat Tertullianus catholicus in martyribus; etsi deinde, iam montanista factus, eandem exprobrat catholicis [15].

c) Origenes fatetur martyres "remissionem peccatorum ministrare" [16].

Respondeo Origencm loqui.de animabus martyrum, quae in caelo pro invocantibus ipsos deprecantur. Ita enim ibidem loquitur: "Eorum animae, qui propter testimonium lesu securi percussi sunt..., precantibus remissionem peccatorum ministrant..."

198. Scholion 3. *De laicis. A saeculo XI ad XVI* invaluit consuetudo confitendi laicis, in casu extremae necessitatis, seu in periculo mortis, cum sacerdos adiri non posset [17]. Quam consuetudinem roboravit, medio saeculo XI, Pseudo-Augustinus, *Dc vera et falsa poenitentia* [18], cuius innixi aucto-

13 Apud Eusebium, *Historia Ecclesiastica* 5,2: MG 20,433.

14 *Epistula* 15,1.

15 *Ad Martyres* 1: ML 1,693ss; *De pudicitia* 22: ML 2,1081ss. Cf. S.Charrier. *Tertullicn et les martyrs pénitentiers:* RevAug 10 (1907) 582; *Le pouvoir péndentiel des martyrs:* RevAug 10 (1907) 692; B.Capelle, *L'absolution sacerdotale chez S.Cypricn:* RechThAncMéd 7 (1935) 221-234.

16 *Exhortatio ad martyrium '30:* MG 11,602. Eundem conceptum exhibet *In Numeros* horn 102: MG 12,638.

17 Cf. A.Teetaert, *La confession aux laïques dans l'Eglise Latine depuis le VIII jusqu'au XIV siècle* (Paris 1926) (cf. H.Weisweiler: Schol 3 [1928] 574-580).

18 Ps.Augustinus, *De vera ct falsa paenitentia* 10,25: ML 40,1122.

ritate, hanc confessionem dixere necessariam Petrus Lombardus, S.Albertus Magnus, S.Thomas...[19]

Respondeo huiusmodi confessionem non esse stricte sacramentalem, ut fatetur ipse S.Thomas, *Suppi,* q.8 a.2 ad 1: "Quando necessitas imminet, debet facere paenitens, quod ex parte sua est, scilicet conteri et confiteri cui potest; qui, quamvis sacramentum perficere non possit, ut faciat id quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet, defectum tamen sacerdotis summus sacerdos supplet. Nihilominus confessio laico ex defectu sacerdotis facta sacramentalis est quodammodo. quamvis non sit sacramentum perfectum, quia deest ei id, quod est ex parte sacerdotis".

Igitur laicus, ex testimonio ipsorum, qui hanc praxim commendabant, nequibat paenitentem absolvere. Haec autem praxis, ab his doctoribus commendata, probat quam necessaria aestimaretur ab illis confessio, et quanta vis tribueretur in sacramento paenitentiae actibus ipsius paenitentis. Accedit quod verecundia illa, inhaerens confessioni, haberetur tanquam aliqua satisfactio peccatorum, ut testantur Pseudo-Augustinus et S.Albertus Magnus, locis citatis.

Attamen, S.Bonaventura et Scotus[30], quos iam ab eo tempore sequuntur theologi fere omnes, distinctione facta inter confessionem humilitatis et confessionem sacramentalem, rectius docuere confessionem sacramentalem non esse faciendam nisi solis sacerdotibus. Ideoque, praxis haec confitendi laicis paulatim derelicta est, praesertim postquam Novatores sparserunt errorem quod laici possent remittere peccata.

10 Petrus Lombardus. *Sententiae* 4 d 17 c.4; S.Albertus M.. *In 4* d.17 a.58s; S.Thomas. *In* 4 d 17 q.3 a.3 sol. 3 ad 1; *Suppi.* q8 a.2 ad 1. Cf. Laurain, *De l'intervention des laïques...* 15$; Gromer. *Dic Laienbeicht im Mïttçlalter* (München 1909); F Gillmann. *Zur Frago der Laienbeicht:* Kath 88 (1009 1) 435-451 ; *Die Laienbeicht tiach Stephan Langton:* Katli 93 (1913 2) 59-62; A.Teetaert, *La confession aux laïques chez Albert le Grand:* EphThLov 2 (1925) 530-542; *La confession aux laïques dans l'Eglise Latine...* 38-476; B Poschmann. *Die abcndlandische Kirchcnbusse im frühen M'.ttclaïter* 183-187. Dc eadem laicali confess'one apud Graecos legi possunt: E.Vacandard. *Les moines confesseurs en Orient du au XIII siècle:* PevClerFr 44 (1905) 236-260; A Palmieri, *I Padri spirituali nei monasteri d'Orientc c la storia della confessione sacramentale:* RivScTeol 3 (1907) 121-133; J.Hormann, *Untcrsuchungcn sur grichischen Laienbeicht* (1913).

30 S.Bonaventura. *In* 4 d.17 p.3 a.1 q.1; Scotus, *In* 4 d.14 q.4. Cf. SuârEz, *De paenitentia* disp.24 s.1 n.11s.

ARTICULUS II

De potestate iurisdictionis

199. Ex dictis, necessario requiritur in ministro paenitentiae potestas ordinis, sive sacerdotium. Sed iam quaeritur num id sufficiat, an aliquid amplius exigatur.

Ratio dubitandi haec est. Cum sacramentum paenitentiae essentialiter sit iudicium, quod proinde non nisi in subditos exerceri valet, merito dubitatur num omnes fideles constituantur subditi cuiuslibet sacerdotis, eo ipso quod ille acceperit potestatem ordinis, necne.

Tridentinum respondet requiri utramque potestatem, ordinis et iurisdictionis, ut valide conferatur sacramentum paenitentiae. Ergo haec duplex potestas, per se separabilis, in hoc sacramento separari nequit.

Thesis 21. Ut sacerdos valide absolvat, ornari debet, nori sola potestate ordinis, sed etiam potestate iurisdictionis.

S.Th., *Suppl,* q.8 a 4; Galtier. 534-539; LerchEr-Lakner. 607-610; Puio. 900-907.

200. Notiones. Iurtsdictio est potestas regendi subditos in finem supernaturalem, sive sacramentaliter (in foro interno seu conscientiae), sive extrasacramentaliter (in foro externo). Sed alia est *iurisdictio ordinaria,* illa, scilicet, quae vi muneris habetur; alia, *iurisdictio delegata,* quae habetur ex commissione illius, qui ordinaria gaudet potestate. Prior ipso iure adnexa est officio; alia vero committitur personae (CIC 196-210).

201. Adversarii. 1. Ioannes de Poi.liaco, saec.XIV, adeo urgebat necessitatem confessionis apud proprium sacerdotem, ut practice negaret sufficientiam iurisdictionis delegatae (D 491ss).

2. *Pistorienses,* saeculo XVIII, iuxta quos, potestas absolvendi convenienter tantum, non necessario, exercetur in subditos, nimirum, ad vitandam confusionem. Negant ergo necessitatem iurisdictionis (D 1537).

202. Doctrina Ecclesiae. *Florentinum* (D 699) haec docet: “Minister huius sacramenti est sacerdos habens aucto-

ritatem absolvendi vel ordinariam vel ex commissione superioris". *Tridentinum* s.14 c.7 (D 903) exigit ad validam absolutionem sacerdotis ut hic habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam, idque petit ex natura iudiciali sacramenti paenitentiae. Vide praeterea damnationes adversariorum, modo citatas.

Valor dogmaticus. *Saltem doctrina catholica1,* ex damnationibus adversariorum ; sed. spectato concilio Tridentino, potest etiam dici *doctrina definita* (D 903).

203. Argumentum. 1. Haec est persuasio constans Ecclesiae, teste Tridentino *[persuasum semper in Ecclesia Dei fuit...),* eiusque praxis, absolutionem sacerdotalem, absque iurisdictione, esse invalidam. Atqui in hac re Ecclesia falli non potest. Ergo requiritur iurisdictio ad validitatem.

2. *Dationem theologicam* huius persuasionis et praxis, reponunt Patres Tridentini in natura iudiciali sacramenti paenitentiae. Etenim, sententia iudicialis, ait Tridentinum, nequit ferri nisi in subditos. Ergo sacerdos, cum sit iudex in hoc sacramento conficiendo, nequit absolvere nisi sibi subditos. Atqui sacerdos non habet subditos nisi per iurisdictionem. Ergo requiritur iurisdictio, seu assignatio subditorum.

Mai. Quia est actus superioris, qui auctoritative rem controversam solvit. Tn hoc differt iudex ab arbitro; arbiter enim rem solvit ex aequitate, ita ut aequalem vel etiam superiorem attingere valeat.

Min. Sacerdos enim non obtinet subditos ullos per solam ordinationem, sed tantum accedente iurisdictione ordinaria vel delegata, ut aperte docuit Tridentinum (D 903). Verum, quaenam relatio intercedit inter potestatem ordinis et potestatem iurisdictionis? Quandonam et quomodo confertur iurisdictio? De hac re in *scholio.*

204. Obiectiones. 1. In ordinatione presbyterali pronuntiat episcopus: *otiorum remiseris peccata, remittuntur eis...* Atone haec significant, in hac ordinatione conferri plenam notestarem ad remittenda peccata. Ergo in ordinatione presbyterali confertur simul et potestas ordinis et potestas iurisdictionis.

Conc. mai. Dist. min. Significat ibi conferri plenam potestatem ordinis, ita ut, si aliquando sacerdoti assignentur subditi, eos possit

1 Nota *censuram,* qua damnantur ab Ecclesia tum errores I.de Polliaco. tum propositio Pistoriensium. Nimirum de erroribus I.de Polliaco haec dicuntur: *Omnes praedictos articulos ct quemlibet eorundem tanquam fatsos ct erroneos et a doctrina sana devios auctoritate apostoliea damnamus ct reprobamus..., doctrinam ipsis contrariam veram esse et catholicam asserentes...* (D 4931. Propositio vero Pistoriensium reprobatur tanquam *falsa, temeraria, perniciosa Tridentino contraria et iniuriosa, erronea* (D 1537).

absolvere sacramentaliter, *conc. min.;* significat' ibi iam assignari subditos, vel conferri jurisdictionem, *nego min.* Responsionis sensus magis patebit ex dicendis in scholio.

2. In ordinatione confertur potestas remittendi peccata, quae est vere iudicialis. Atqui potestas iudicialis necessario includit potestatem iurisdictionis. Ergo in ordinatione confertur etiam potestas jurisdictionis.

Dist. mai. In ordinatione confertur potestas iudicialis, seu potestas quae non nisi per modum iudicii exerceri va'et, *conc. mai.;* confertur potestas, quae absque potestate iurisdictionis sufficiat ad exercendum hoc indicium, *nego mai. Contradist. min.* Si accedat potestas iuridictionis. *conc. min.;* .al'ter, *nego min.* Merito scripsit Suarez: "Ex ut'raque potes'ate [ordinis et iurisdictionis] completur integra facultas ad perfectum actum huius iudicii, qui et prolationem et exsecutionem sententiae includit"

3. De facto, in periculo mortis, omnes sacerdotes gaudent facultate absolvendi a quibuslibet peccatis. Ergo, haec potestas accipitur in ipsa ordinatione.

Dist. antec. Hanc facultatem obtinent omnes sacerdotes' ex concessione Ecclesiae, testibus Tridenfino (D 903) et CIC 882, *conc. antec.;* vi solius ordinationis, *nego antec.*

4. Eatenus caret' sacerdos iurisdictione, quatenus vi solius ordinationis non habet subditos. Atqui ipse paenitens potest se subdere sacerdoti, ut accipiat absolutionem. Ergo, praeter hanc paenitentis subiectionem, non requiritur nova collatio iurisdictionis.

Con. mai. Neoo min. Nam. cum peccatum sit offensa in Deum, nemo potest conferre iurisdictionem ad illud remittendum nisi ipse Deus per se vel per suos ministros; paenitens autem non est minister electus a Deo ad hanc iurisdictionem concedendam. Nec urget paritas cum elcc'ionc arbitri ; quia, qui arbitrum eligit gaudet proprio iure, quo cedere pofest; quod non convenit paenitenti.

205. Scholion 1. *De collatione potestatis iurisdictionis.* Circa tempus, quo conferatur iurisdictio, seu de relatione huius potestatis ad potestatem ordinis sacerdotalis, tres profert sententias Suarez'.

Prima sententia, propugnata ab Armacano, in quam inclinat Almainus. et quam dicit probabilem Durandus, tenet iurisdictionem conferri in ipsa ordinatione sacerdotali, ac proinde eam realiter non distingui a potestate ordinis, nec esse separabilem ab illa. Attamen haec sententia falsa est, eique adversantur reliqui theologi. Nam vi solius ordinationis non suscipitur ullum munus, ctii necessario adnexa sit iurisdictio ordinaria nec in eadem ordinatione intendit episcopus aut Romanus Pontifex conferre ullam iurisdictionem delegatam.

Altera sententia docet' in ordinatione conferri iurisdictionem inchoatam et incompletam, complendam deinde ab Ecclesia, cum tali sacerdoti assignantur subditi. Sed etiam videtur reicienda huiusmodi sententia. Etenim a) adversatur modo communi loquendi, iuxta quem tantum datur duplex species iurisdictionis, *ordinaria* et *delegata.* nullibi vero memoratur haec tertia species iurisdictionis *in-*

5 SvârEz. *De poenitentia* disp.16 s.3 n.32.

• *De poenitentia* disp.16 s.3 n.5-29. Cf F.CkarrierE. *Le pouvoir d'ordre et le pouvoir de iurisdiction dans le sacrenient dc la pénitence:* DivTliom(Fr) 23 (1945) 191-213.

choatae; b) praeterea supponit adesse iurisdictionem, absque ullis subditis, quod mirum videtur; c) nec distinguit adeo perfecte potestatem ordinis et' potestatem iurisdictionis, cum utramque ex eodem fonte derivatam censeat4.

Tertia sententia, magis probanda, asserit' in sacra ordinatione non conferri ullam iurisdictionem, sed hanc accipi aliunde ab Ecclesia. Nam, praeterquam videatur haec fuisse mens S.Ihomae et S.Bonaventurae\ hac ratione medus servatur distinctio essentialis inter potestatem ordinis et potestatem iurisdictionis.

206. Scholion 2. *Num quilibet sacerdos, vi potestatis ordinis, habeat saltem iurisdictionem ad remittenda peccata venialia.* Nonnulli theologi respondent affirmative, v.gr. S.Thomas, Scotus, Suarez, Vazquez, Lugo*'. Quorum alii putabant ad remissionem venialium non requiri iurisdictionem ; alii vero censebant iurisdictionem requisitiam concedi ab Ecclesia ex consuetudine immemorial!.

Attamen, prima explicatio certo teneri nequit ; nam ratio iudicii, in argumento exposita, valet pro omni peccato. Altera explicatio, ex se valere posset ; sed de facto nunc non datur talis consuetudo ve) tacita'approbatio ab Ecclesia. Immo C1C 879 exigit expressam iurisdictionem pro audiendis quibuslibet confessionibus; idque consonat cum prohibitione Innocentii XI (D 1150).

207. Scholion 3. *De reservations casuum.* Potestatem reservandi casus denegarunt Ecclesiae Protestantes, atque circa hoc etiam errarunt Pistorienses (L) 1544s). Concilium vero Tridentinum s.14 c.7 et cn.ll (U 903 921) docuit et definivit episcopos habere ius reservandi sibi casus. Et quidem, cum iurisdictio conferatur iuxta voluntatem concedentis, haec potest concedi limitata, sive quoad personas vel locum, sive quoad tempus vel speciem peccatorum. Quod quidem magnopere iuvare, ad Christiani populi disciplinam, asseruit Tridentinum. Hoc enim modo, vel deterrentur fideles a peccatis gravioribus, vel ipsa peccata semel commissa vindicantur, vel quaedam pericula removentur.

CAPUT V

De effectibus sacramenti paenitentiae

208. Effectus sacramenti paenitentiae profert Tridentinum s.14 c.3 (D 896) his verbis: *Res et effectus huius sacramenti, quantum ad eius vim et efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis et cum devotione hoc sacramentum percipientibus conscientiae pax ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet.*

♦ GaltiEr, 535-538. Has diversas sententias recenset etiam SassE, *Dc sacramentis Ecclesiae* 2,83-5.

' S.Th., *In 4* d.18 q.l a.l; S.Bonaventura, *In 4* d.19 a.2 q.2.

e S.Th., *In 4* d.18 q.2 a.3; *Suppi,* q.8 a.3; Scotus, *In 4* d.18 q.4 a.2; VÂZQUEz, *In tertiam partem* q.93 a.l dub.6; SuXrEz. *De poenitentia* disp.26 s.5; Lugo, *Dc poenitentia* disp.18 s.3 n.41-44.

Unde effectus, qui semper consequitur sacramentum paenitentiae, rite susceptum, est *reconciliatio cum Deo* I. Cui interdum etiam accedit, in illis qui devote percipiunt hoc sacramentum, conscientiae pax ac spiritualis consolatio.

Illum autem effectum reconciliationis cum Deo ita explicat S.Thomas ut primum agat de remissione peccatorum mortalium, deinde de remissione peccatorum venialium, tertio de reditu peccatorum dimissorum, quarto de recuperatione virtutum et de reviviscentia meritorum (3 q.86-89).

Iam vero, *circa remissionem peccatorum mortalium,* iam demonstravimus per sacramentum paenitentiae remitti omnia prorsus peccata post baptjsmum commissa, et ita quidem ut simul cum reatu culpae semper deleatur reatus poenae aeternae, etsi non semper auferatur reatus poenae temporalis (th.l et 17).

Circa remissionem peccatorum venialium, etiam diximus illa non posse remitti sine aliquali contritione, aut illi qui versetur in statu peccati mortalis. Praeterea, etiam ostendimus confessionem peccatorum venialium, etsi peccata haec efficiant materiam sufficientem sacramenti paenitentiae, non tamen esse necessariam, eo quod ipsa, pluribus aliis modis, diversis a sacramento paenitentiae, valeant deleri (n.157).

Circa reviviscentium meritorum iam satis etiam disseruimus in tractatu *De Gratia23*

Igitur, unum remanet declarandum, scilicet, *num peccata semel remissa per sacramentum paenitentiae, redeant per subsequenlia peccata.* His autem respondet sequens propositio, in qua defenditur remissionem peccatorum esse tam definitivam et absolutam, ut illa iam amplius non redeant. Quae tamen propositio, potius quam novum effectum sacramenti paenitentiae, exhibet perpetuitatem et immutabilitatem remissionis peccatorum.

1 Idem effectus *reconciliationis cum Deo,* aliis etiam formulis exprimitur a magisterio ecclesiastico Dicitur enim ab Innoccntio III (D 424) et a Lugdunensi II (D 464) *venia peccatorum;* a Tridentino (D 894-898 911 839) *remissio peccatorum, reconciliatio fidelium post baptismum lapsorum, liberatio ab admissis peccatis, recuperatio anfissae iustitiae, resurrectio:* a Florentino (D 695 699) *spiritualis sanatio, absolutio a peccatis;* a Lateranensi IV (D 430) *reparatio lapsi.*

3 SThS 32,III,347-351.

Thesis 22. Peccata, semel remissa per sacramentum paenitentiae, proprie et simpliciter, iam aitaplius non redeunt.

S.Th., 3 q.88 a.1-4; GaltiER, 570-576; LERChEr-LaknEr, 620s; Puig, 640-659.

209. Notiones. Peccata, intellige mortalia. Sed per se patet ea, quae de peccatis gravibus dicantur, valere a fortiori de peccatis venialibus.

Remissa, nimirum, a Deo in sacramento paenitentiae, sive re, sive voto tantum suscepto.

Non redeunt, id est, iam amplius non imputantur a Deo quoad reatum tum culpae, tum poenae aeternae vel etiam temporalis, quae iam fuerit remissa.

Proprie ET simpliciter. Huiusmodi reditus, alius concipitur *proprius,* alius *improprius.* Nam rediret *proprie* peccatum si, propter subsequens peccatum, illud numerice peccatum, quod iam fuerat remissum, denuo, imputaretur, perinde ac si nunquam fuisset remissum. Redit autem *improprie* peccatum, vel *secundum quid,* quatenus vel per sequens peccatum redit privatio gratiae seu status peccati, vel gravius est subsequens peccatum propter maiorem ingratitudinem, qua arguitur ille cui peccata iam fuerant remissa; quae tamen ingratitudo generatim non constituit speciale peccatum, sed tantum circumstantiam aggravantem. Itaque, hunc reditum improprium concedimus; negamus autem reditum proprie dictum.

210. Sentientiae. 1. *Nonnulli veteres scholastici,* inter quos computatur Hugo a S.Victore, reditum proprie dictum peccatorum posuerunt[3].

2. Petrus Lombardus anceps haerebat: “Utrique parti quaestionis, probati favent doctores. Ideoque'alicui parti non praeiudicamus, studioso lectori iudicium relinquens’’[4].

3. S.Thomas adeo perlucide rem exposuit, ac sententiam negativam tam efficaciter defendit, ut ipsa iamdiu facta fuerit communis inter theologos[5][6]

Valor theologicus. Doctrina *certa.*

3 Cf. De Ghellinck, *La réviviscence des péchés pardonnés:* NouvRevTh 41 (1909) 400-408; Hugo a S.Victore, *De sacramentis* 1.2 p.14 c.9: ML 176,570s.

* P.Lombardus, *Sententiae* 4 d.22. Cf A.Landgraf, *Die friihscholastische Streitfragc von Wicdcrauflebcn der Sünden:* ZkathTh 61 (1937) 509-599; J.SchEi.ler, *Das Nichturiederaufleben der schwercn Sündc:* ZkathTh 14 (1891) 241-267.

6 S.Th., 3 q.88; SuârEz, *De pacnitentia* disp.13 s.Iss; Vaz.quelz, *In 3* q.88; Valencia, *De pacnitentia.* q.5 p.l; Lugo, *De pacnitentia* disp.10.

211. Probatur ex sacra Scriptura. Sacrae Litterae perspicue significant in iustificatione qualibet (proinde etiam in iustificatione per sacramentum paenitentiae), peccata remitti sive deleri perfecte et absolute. Ergo haec amplius redire non valent. *Antec.* declaratur percurrendo varias formulas, quibus utitur sacra Scriptura:

a) Peccata *auferuntur, removentur* ab homine (Io 1,29; 2 Reg 12,13).

b) Peccata *emundantur, lavantur, dealbantur* (Ps 50,4.9; 1 Cor 6,11).

c) Peccata *delentur,* ad eum modum quo deletur scriptura facta in tabula cerata (Is 43,25; Act 3,19).

d) Peccata *elongantur* a peccatore, *sepeliuntur* in mare (Ps 102,12; Mich 7,19).

e) Peccata sunt ad modum vulneris, quod *sanatur* (Is 30,26; Mt 9,12; Lc 10,30).

212. Probatur ex traditione. Patres duplici ratione negant reditum peccatorum:

a) Quatenus docent peccata *vere et absolute remitti,* cum homo iustificatur. Audi Origenem: "Peccati litteras nos scribimus... cum semel accessisti ad crucem Christi et ad gratiam baptismi, chirographum tuum cruci affixum et in fonte baptismi deletum est. Non rescribas ultra quae deleta sunt, nec repares quae abolita sunt" [6]. Et Theodoretum: "Hoc enim certe admirabile [est], quod non solum ignoscat, sed etiam memoria sua expellat peccata, et tanquam in profundum in oblivionem tradat. Hoc enim explicans beatus etiam Michaeas dixit: Demerget peccata nostra et proicientur in profundum maris omnia peccata nostra. Quemadmodum enim id quod in profundum maris abicitur, penitus non exstat; sic, inquit, peccata nostra oblivione funditus obruet"[7].

V) Quatenus explicite tradunt peccata *non redire* per subsequentia peccata. Ita S.Ambrosius: "Bonum Dominum habemus, qui velit donare omnibus, qui te per prophetam vocavit dicens: *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero; tu autem memor esto...* Hoc est: Non revoco illa quaecumque delicta donavi tibi, velut quadam oblivione tecta sint; tu autem memor esto. Ego, inquit, memor non ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem; memor esto ut scias donatum esse peccatum" [8]. Et S.Prosper: "Qui...

[6] *In Genesim* hom.13,4: MG 12,235.
[7] *In Michaeam* 7,19: MG 81,1786.
[8] *De paenitentia* 2,6,40: ML 16,528.

recedit a Christo, et alienus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed non in id quod remissum est recidit, nec in originali peccato damnabitur, qui tamen, propter postrema crimina, ea morte afficietur quae ei propter illa quae remissa sunt debebatur" '. Et S.Gelasius: Dei clementia "dimissa peccata in ultionem redire non patitur" [10].

213. Ratio theologica. Ut valeant redire peccata, iam dimissa, causa assignanda est. Atqui nulla assignari potest. Ergo peccata semel remissa iam amplius non redeunt.

Min. a) *Non Deus,* cum ex una parte Deus absolute dimiserit peccata, et ex alia repugnet Deum efficere reditum peccatorum.

b) *Nec ipse homo, rationie subsequentis peccati.* Nam, etsi per nova peccata homo constituatur aversus a Deo, hoc novum peccatum non est numerica reproductio peccati iam remissi, sed illud habet suum reatum, diversum a reatu prioris peccati[11][12]

214. Obiectiones. 1. In parabola servi, cui rex omne debitum dimiserat, quia servus noluit misereri sui conservi, rex *tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.* Unde debitum iam remissum redit, et de novo exigitur a rege. Hinc concludit Christus Dominus: *Sic et Pater meus caelestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* (Mt 18,23-35). Ergo, saltem propter peccata immisericordiae, redeunt peccata iam dimissa.

Resp. doctrinam, quam Christus intendit tradere in hac parabola, non esse de reditu peccatorum, sed de condonatione fraterna. Hunc enim esse unum scopum huius parabolae patet ex eo quod ipsa inducitur ut respondeatur Petri quaestioni: *Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei?...* (Mt 18,21-22). Atque idéô concludit Christus, urgens eandem prorsus rem: *Sic et Pater meus caelestis faciet vobis, si 'non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* (ib. 35). Igitur, bene scripsit Knabenbauer: "Omnia in parabola dimetienda sunt ex scopo eius. Scopus autem eius est, uti v.21.22.35 indicatur, docere semper veniam esse concedendam, et graves pro hac rc rationes suggerere. Quare ex narratione nullo modo sequitur, Deum etiam peccata quae semel condonavit iterum alicui, alio peccato commisso, in poenam et supplicium reputare" ".

• *Pro Augustino responsiones ad capitula- obiectionum Gallonent* 1,2: ML 81.158.

10 A TniKL. *Ep'stolae Romanorum Pontificum...* 1.507.

u Cf. S.Tn.. 3 q.88 a.l. Vide etiam F.Carpino, *II reditus peccatorum* (Roma 1937); N.G.Rus. *De munere sacramenti paenitentiae in aedificando corpore Christi mystico* (Romae 1947).

12 Knafenbauer, *In Matthaeum* 141. Plura alia loca Scripturae contra hanc thesim colligit Puic, 645-650 Sed vel illa non faciunt ad rem, vel agitur de peccato nondum remisso, vel verba intelligenda sunt de reatu poenae temporalis, qui, cum plerumque remaneat etiam remissa culpa, merito ille exigitur a Deo post remissa peccata, etsi peccatum, nullatenus redeat. Cf. SuXrez, *De paenitentia* disp.13 s.1 n.7ss.

2. S.Ioannes Chrysostomus, dutn interpretatur parabolam, de qua nuper diximus, haec profert verba: "Quid igitur est peius iniuriac recordatione, cum benignitatem Dei iam depromptam revocet...? Quamobrem non erraverit quis, si hoc peccatum omni peccato gravius pronuntiet; alia enim omnia veniam impetrare potuerunt; istud solum adeo non potuit veniam impetrare, ut iam deleta et iam exstincta iterum renovarit" ", Ergo, iuxta Chrysostomum, redeunt peccata olim iam remissa, saltem si quis nolit condonare iniurias proximorum.

Cone, antec. Dist. eons. Censet Chrysostomus peccata iam remissa redire *proprie,* quatenus iterum imputentur eadem peccata, quae iam fuerant dimissa, *nego cons.;* censet redire *improprie,* quatenus propter hoc peccatum immisericordiae homo incidit in eandem materialiter poenam, quam incurrerat antea per peccata iam remissa, *cone. cons.*

Explico. Scopus Chrysostomi in hac homilia non est investigare num peccata iam dimissa redeant, necne, propter subsequentia peccata; sed mens illius est inculcare quanta sit gravitas peccati immisericordiae. Quod quidem constat ex ipso contextu; nam paulo post verba, quae obiciebantur, pergit Chrysostomus: "Nec meus sermo est iste, sed illius qui nos indicaturus est, Dei. Quemadmodum hoc in loco pronuntiavit: *Ita,* inquiens, *faciet Pater meus, si non remiseritis unusquisque ex cordibus* ■*vestris.* Et rursum alibi: *Si remiseritis hominibus delicta sua. remittet et vobis Pater vester caelestis.* Ut igitur veniam et remissionem obtineamus, studendum ac satagendum est ut quotquot Jiabemus inimicos, cos nobis reconciliemus."

Ceterum alibi tradit Chrysostomus parabolas interpretandas esse iuxta earum scopum; "Nec oportet in parabolis omnia ad litteram explorare, sed cum scopum parabolae didicimus, hunc decerpere, nec cetera curiosius examinare"

3. S.Augustinus, agens de eadem parabola, haec asserit: "Redire dimissa peccata, ubi fraterna caritas non est, apertissime Dominus in Evangelio docet de illo servo"...15 Ergo S.Augustinus tradit, tanquam Christi doctrinam apertam, quod propter peccata immisericordiae, redeant peccata iam dimissa.

Cone, antec. Nego cons.

Explico. S.Augustinus non agitat in genere quaestionem de reditu peccatorum propter sequens peccatum, sed tantum propter peccatum, cuius affectus permaneat in animo, cum aliquis suscipit baptismum. Quin etiam, hunc peccatorum reditum tantum hypothetice apponit S.Augustinus. Nam dato, non concesso, quod baptismus illius, qui actu odit fratrem, remittat eius peccata, hoc unice perficit in ipso instanti baptismi, cum statim post baptismum, *propter odiorum perseverantiam,* eadem peccata redeant. Igitur, hoc modo arguendi. urgebat S.Augustinus donatistas ut redirent ad Ecclesiam Catholicam, si vellent accinere remissionem peccatorum. En verba S.Augustini, statim post illa quae obiciebantur: "Nec l'amen illud, quod nondum conservo dimiserat, impedivit domino eius quominus

13 *Homilia in parabolam decem millium talentorum debitoris...* 7: MG 51,20. Eaden fere ratione loquitur *In Matthaeum* hom. 61,4: MG 58,594.

M *In Matthaeum* hom. 64.3: MG 58.613.

w *De baptismo* 1,12.20: ML 43.120; CV 51.164. Cf. K.Adam, *Dic kirchliche Sundcnvergcbung nach dem hl.Augustin* 39; StufflEr: ZkathTh 42 (1918) 633. Poschmann: ZkathTh 45 (921) 225s,

in illo tempore accipiendae rationis dimitteret ei omnia quae debebat; sed quid profuit quandoquidem in caput eius propter odiorum perseverantiam rursus omnia continuo replicata sunt'? Sic non impeditur baptismi gratia quominus omnia peccata dimittat, etiamsi odium fraternum in cius cui dimittuntur animo perseverat; solvitur enim hesternus dies et quidquid supra est' solvitur, etiam ipsa hora momentumque ante baptismum et in baptismo; deinceps autem continuo reus esse incipit non solum consequentium sed etiam praeteritorum dierum, herarum, momentorum, redeuntibus omnibus quae dimissa sunt."

4. Rursus ipse S.Augustinus, alibi eanden attingens parabolam, haec docet: "Nemo contra se teneat non ignoscendo, ne contra illum teneatur, quando orat. Dicit enim Deus: *dimitte et dimittentur tibi;* sed ego prior dimisi; dimitte vel postea; nam si non dimiseris, revocabo te. et quidquid tibi dimiseram, replicabo tibi. Non enim mentitur Veritas, non enim fallit aut fallitur Christus, qui subiecit dicens: *sic et vobis faciet Pater vester qui in caelis est" ",* Ergo, iuxta S.Augustinum. saltem propter peccata immisericordiae, redeunt peccata iam dimissa.

Cone, antec. Dist. cons. Redeunt *proprie,* ita ut iterum imputentur eadem peCcata, olim iam remissa, *nego cons.;* redeunt *improprie,* ita ut peccata eandem materialiter poenam subeant, propter novum peccatum, *ccfnc. cons.* Tum pro solvenda hac difficultate, tum pro priori, animadvertatur S.Prosperum, disciptdum S.Augustini, ciusque defensorem contra obiectiones Gallorum, negare simpliciter reditum peccatorum iam dimissorum: "Sed non in id quod remissum est recidit"... "

5. S.Gregorius Magnus eruit, quae sequuntur, ex parabola servi debitoris: "Ex quibus videlicet dictis constat quia si hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, et illud rursus a nobis exigitur quod nobis iam per paenitentiam dimissum fuisse gaudebamus" ", Ergo iuxta S.Gregorium, redeunt' peccata iam remissa, propter peccatum immisericordiae.

Cone, antec. Dist. cons. Redeunt *proprie, nego cons.; improprie, cone. cons.* Scopus S.Gregorii Magni in hac parabola explicanda non est inquirere num redeant peccata, propter peccata subsequentia, sed id unum intendit declarare, quam grave sit peccatum immisericordiae. Ceterum, haec solutio roboratur ex eo quod ille doceat' omnimodam et absolutam remissionem peccatorum: "Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus non dimitti, dicat in Mari Rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori, quia nimirum olus valet absolutione nostra veritas quam umbra veritatis" (R 2298).

« *Sermo* 83.6: ML 38.518.

,T *Pro Augustino responsiones ad capitula obicctionum Gallorum* 1,2: ML 51.15*.

18 *Dialogi* 4,60: ML 77.428. Solutionem huic difficultati praebet S.Th., 3 q.88 a.2 bis verbis: "Propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem."

CONCLUSIO

215. Rite iam perpensis, duce concilio Tridentino, praecipuis quaestionibus de sacramento paenitentiae, opus est ut accuratam eiusdem definitionem tradamus, cum initio tractatus eam consulto praetermiserimus, eo quod ibi non facile intelligeretur.

Nunc vero, tanquam conclusio eorum omnium de quibus disputavimus, ac simul tanquam summarium totius tractatus de paenitentia, sacramentum paenitentiae definiri potest:

a) Definitione metaphysica: *Sacramentum reconciliationis collatum peccatori baptizato.* Vel etiam paulo aliter: *Sacramentum quo peccator baptizatus iudicialiter absolvitur.*

b) Definitione physica: *Sacramentum, coalescens ex tribus paenitentis actibus, nimirum, ex contritione, confessione et satisfactione, tanquam materia, est absolutione sacerdotis, tanquam forma, cuius effectus est remissio peccatorum post baptismum commissorum.*

c) Definitione descriptiva: *Sacramentum quo "per iudicialem absolutionem, a legitimo ministro impertitam, fideli rite disposito remittuntur peccata post baptismum commissa"* (CIC 870).

APPENDIX

De indulgentiis

S.Th.. *Sttppl.* q.25ss; Galtier. 597-629; Lercher-Lakner. 626-641; SuÂREz. *Dc paenitentia* disp.48-57; B.Poschmann, *Der Ablass im Liehte der Bussgeschichtc* (1948).

216. Quoniam indulgentiae ordinantur ad plenam peccatorum remissionem, ideo earum doctrina intime cohaeret cum doctrina de sacramento paenitentiae. Nam plena peccatorum remissio dicit, non, solüm deletionem culpae et poenae aeternae, sed etiam poenae temporalis. Iam vero, poena temporalis non semper remittitur tota cum ipsa culpae remissione, immo nec accedente satisfactione sacramentali (cf. th. 17-19). Hac igitur de causa, voluit Deus ope indulgentiarum medium quoddam nobis conferre, quo possimus obtinere, dum adhuc in terris versamur, plenam et perfectam poenarum remissionem.

Tridentinum s.25 edidit decretum de indulgentiis, in quo,

praemissa assertione de exsistentia et utilitate indulgentiarum, immoratur vel maxime in explicando recto illarum usu, tum quoad moderationem qua indulgentiae concedendae sunt, tum quoad eradicandum pravum earum abusum, tum quoad vitandam superstitionem, ignorantiam et irreverentiam, quae cum vera indulgentiarum doctrina, facile immiscentur *.

Igitur, nos, his praetermissis de quibus sermo fit in Theologia Morali et in Iure Canonico, tantum attingimus illa fundamenta dogmatica, quibus pius indulgentiarum usus innititur. Dicemus ergo *de conceptu indulgentiarum, de exsistentia in Ecclesia thesauri satisfactionum Christi et Sanctorum, de potestate qua- gaudet eadem Ecclesia ad dispensandum hunc thesaurum, de utititate ac de condicionibus indulgentiarum.*

I. De conceptu indulgentiarum

217. Descriptionem indulgentiarum profert Codex luris Canonici cn.911 his verbis: *Omnes magni faciant indulgentias, seu, remissionem coram Deo poenae temporalis debitae pro peccatis, ad culpam quod attinet iam deletis, quam ecclesiastica auctoritas ex thesauro Ecclesiae concedit pro vivis per modum absolutionis, pro defunctis per modum suffragii.* Singula paucis explicanda sunt.

Demissio poenae temporalis. Non enim agitur de remissione ipsius culpae, quae, si mortalis sit, remittitur per sacramentum paenitentiae re vel voto susceptum ; si vero venialis, per quemlibet etiam motum contritionis. Ideo additur: *pro peccatis ad culpam quod attinet iam deletis.* Neque agitur de remissione poenae aeternae, quia haec remittitur semper simul cum ipsa culpa.

Hac ergo ratione, et non aliter, intelligendae sunt nonnullae formulae, quae, spectato sono verborum, aliud significare viderentur. Sunt autem hae: a) *Indulgentia in remissionem peccatorum* (D 467 676) : ubi peccatum sumitur pro reatu poenae, ut constat ex eo quod ibidem praerequiratur tanquam condicio status gratiae, b) *Indulgentia a culpa et a poena:* haec erat formula vulgaris, cuius sensus patet ex historia. Scilicet cum prima indulgentia plenaria concessa est cruce signatis ab Urbano II anno 1095, per modum unius permissum est ut illi possent absolvi a peccatis per quemlibet sacerdotem *{indulgentia a culpa},* et ut possent lucrari remissionem poenae

3 Cf. F.Cereceda, *Un proyccto tridentino sobre las indulgentias:* EstEcl 20 (1946) 245-255.

temporalis {*indulgentia a poena*). Hinc quod vulgo diceretur *indulgentia a culpa et poena.* Qui modus loquendi translatus est deinde ad quamlibet indulgentiam plenariam, et diu usurpatus fuit.

Remissio coram Deo. Nimirum obiectum huius remissionis est poena, quae debetur coram Deo, non solum coram Ecclesia. Quod quidem, magisterium ecclesiasticum saepe declaravit (D 729 758-762 1060 154C). Poenae autem temporales, quae per indulgentias remittuntur, sunt praesertim poenae in purgatorio persolvendae.

Scilicet, prioribus Ecclesiae saeculis, indulgentia erat etiam de poenis ab Ecclesia iniunctis ; id est de poenis, quae pro diversitate peccatorum imponebantur a ministris paenitentiae. Inde exortus est ille dicendi modus, qui etiam nunc retinetur. Cum enim dicimus indulgentiam 40 dierum, 7 annorum et cetera sensus hic est : per indulgentias remittitur poena illa Deo debita, quae solveretur per poenam antiquitus impositam 40 dierum, 7 annorum, etc., si etiam nunc huiusnrodi poenae ab Ecclesia imponerentur.

Ecclesiastica auctoritas concedit. Ideo ex una parte indulgentia exercet suam efficaciam non ex opere operantis, sed ex opere operato; ex alia vero, indulgentia non est sacramentum.

Hoc alterum patet ex eo quod indulgentia non fuerit a Christo instituta, sed ab Ecclesia.

Indulgentiam autem habere vim ex opere operato significat eius efficaciam non esse attribuendam merito aut satisfactioni ipsius fidelis, lucrantis indulgentiam, sed ipsi Ecclesiae, indulgentias concedente ex potestate clavium. Opus vero praescriptum agit tanquam *condicio sine qua non.* Ideo indulgentia non pendet a fervore lucrantis, dummodo condiciones ponantur. In hoc ergo differt indulgentia a satisfactione sacramentali, quae proportionatur dispositionibusi paenitentis, tum quoad opus operatum, tum quoad opus operantis.

Ex thesauro Ecclesiae. Nimirum poena illa non deletur absque ulla pretii solutione, sed quatenus Ecclesia dispensat de suo thesauro illam satisfactionem, quae requiritur ad compensandam poenam. Iam vero *thesaurus* ille coalescit ex cumulo satisfactionum Christi et Sanctorum. Sed diversimode solvit Ecclesia pro vivis et pro defunctis. Nam pro vivis solvit per modum absolutionis; pro defunctis vero per modum, suffragii.

Per modum absolutionis. Disputant theologi de sensu

huius formulae. Attamen videtur involvere haec duo: *a)* lucrans indulgentias absolvitur ab Ecclesia, id est vi potestatis! clavium ipsi remittitur poena temporalis ; *b)* sed simul solvitur ab Ecclesia totum illud quod requiritur ad satisfaciendum.

Per modum suffragii, seu auxilii satisfactorii ; id est, eo modo quo prosunt defunctis suffragia fidelium. Quod quidem fit inclinando Deum ut velit acceptare satisfactiones, quae offeruntur, in compensationem poenarum, quae a defunctis in .purgatorio luendae sunt.

Quantum vero applicetur de facto, nequit definiri. Cum ergo offertur indulgentia plenaria, id significat Ecclesiam ex sua parte, concedere quidquid requiritur ut, si tota applicetur, anima illa statim a poenis purgatorii liberetur. Tamen mensura huius applicationis reservatur voluntati divinae. Sed declaravit Sixtus IV indulgentias plus valere apud Deum quam suffragia privata[2].

II. De exsistentia thesauri satisfactionum in Ecclesia

218. Exsistentiam thesauri, coalescentis ex satisfactionibus Christi et Sanctorum, negant quotquot indulgentias abiciunt aut non recte intelligunt. Hac de causa, quia indulgentias respuebat, haec asseruit Lutherus: “Thesauri Ecclesiae, unde Papa dat indulgentias, non'sunt merita Christi et Sanctorum” (D 757. Cf. 740 a.b)[a]. *Pistorienses* vero, cum tenerent “indulgentiam secundum suam praecisam notionem aliud non esse quam remissionem partis eius paenitentiae, quae per canones statuta erat peccanti”, docuerunt “scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum meritorum Christi et Sanctorum” (D 1540s).

Attamen exsistentia huius thesauri habenda est, ut minimum, tanquam *doctrina catholica,* non solum ex damnationibus iam commemoratis Lutheri et Pistoriensium, sed ex bullis Clementis IV et praesertim Leonis X, in quibus aperte traditur exsistentia thesauri Ecclesiae (D 550s 740 a.b) *.

3 Cf. Galtier, 602-619. Haec germana indulgentiarum notio iam habebatur ante Lutherum in Ecclesia, nec dici potest occasione impugnationis lutheranae creata. Cf. A.Kurz, *Die katholischc Lchre vom Ablass vor und itach dem Auflreten Luthers* (Paderborn 1900); E.Goller, *Der Ausbrusch der Reformation und die spatmittélalterliche Ablasspraxis* (Ereiburg 1917).

3 De quaestione historica indulgentiarum tempore Reformationis, praeter opera modo citata, cf. W.KôniJER. *Dokumentc sum Ablasstrcit von 1517* (1912).

4 SuXrez, *Dc paenitentia.* disp.51 s.1 n.2, exsistentiam huius thesauri dicit de fide eiusque negationem haberi theologis tanquam erroneam. Imtno dubitari potest, num bulla Leonis X Contineat veram definitionem ex çathedra

Fundamenta, quibus nititur exsistentia huius thesauri, sunt duo: a) *Superabundantia satisfactionum Christi,* qui infinite satisfecit; *B.M.Virginis,* quae plurimum satisfecit, cum ipsa pro se non indigeret satisfacere; *Sanctorum,* saltem plurium, qui plus satisfecerunt quam egebant satisfacere pro se ipsis [5]. b) *Dogma de communione sanctorum,* vi cuius omnes fideles coadunantur in unum corpus cum Christo capite, non solum tanquam participes eiusdem fidei, sacramentorum, gratiarum, sed etiam quatenus inter omnes, sive in terris adhuc commorentur, sive in purgatorio, sive in caelis, communio quaedam bonorum intercedit, quibus alii aliorum satisfactionibus iuvari valent.

III. De potestate Ecclesiae ad dispensandum hunc thesaurum

219. Hanc Ecclesiae potestatem exprobrarunt Wicleff (D 622), Lutherus (D 758-762) ac *Pistorienses* (D 1542s).

Sed tum ex duabus bullis iam citatis, tum vel maxime ex Tridentino in decreto de indulgentiis et in professione fidei (D 989 998), haec Ecclesiae potestas admittenda est tanquam *doctrina de fide definita.*

Argumenta petuntur ex duplici capite:

a) *Ex praxi Ecclesiae,* quae a pluribus saeculis, ut patet ex historia [6], dispensat *de facto* thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum ; ergo *potest* haec dispensare.

b) *Ex ratione theologica.* Ecclesia, ut constat ex Mt 16,19 et 18,18, gaudet potestate solvendi quodvis vinculum, quo fideles impediantur ab ingrediendo regno caelorum. Atqui talis est poena temporalis. Ergo Ecclesia eam solvere valet ope indulgentiarum.

Et quidem, id fieri posse *pro vivis,* utpote subditis Ecclesiae, est manifestum. Sed nec est difficultas *pro defunctis,* (cum hi, etsi non sint Ecclesiae subditi, vere tamen pertineant ad corpus Christi mysticum, ita ut etiam cum illis vigeat communio sanctorum.

De hac bulla, cf. N.Paulus, *Die Ablassdckretale Leos X von Jahrc 1513:* ZkathTh 37 (1913) 394-400.

5 Affirmat N Paulus (in opere mox citando 1.338 354) Franciscum de Mayronis negasse Ecclesiae thesaurum: Durandum dubitasse an satisfactiones et merita Sanctorum ad illum concurrant.

6 De historia indulgentiarum, praeter citata opera, cf. N.Paulus, *Geschichte des Ablasscs ini Mittelalter vom Ursprung bis sur Mittei des 14. Jahrhunderts Vol.l-III* (Paderborn 1922-1923); F.Gillmann, *Dei Ablasslehre der Friihscholastik:* Kath 93 (1913.1) 365-376; 95 (1915,2) 465^473; breviter Galtier. 623, $?9; Lercher-Lakner,

IV. De utilitate indulgentiarum

220. Utilitatem indulgentiarum, in genere, tuetur *Tridentinum* (D 989 998) contra *Novatores,* eandemque vindicat Pius VI contra *Pistorienses* (D 1543).

In specie autem variae computantur utilitates indulgentiarum :

a) Utilis est *remissio poenae temporalis,* partialis vel totalis, prout indulgentia partialis sit vel plenaria.

b~) Utilis est *illustratio doctrinae catholicae,* quae per indulgentias habetur. Nam per earum usum illustratur doctrina de communione sanctorum, de purgatorio, de necessitate satisfactionis, de iustitia et misericordia Dei, de potestate Ecclesiae.

c) Utile est *studium virtutum,* orationis ac devotionum, bonorum operum, sacramentorum, quod per indulgentias fovetur, cum generatim adnectatur huiusmodi operibus lucratio indujgentiarum.

V. De condicionibus indulgentiarum

221. *Ad validam concessionem indulgentiarum* requiritur tum legitima auctoritas concedentis, eo quod sit dispensatio thesauri ecclesiastici, tum etiam causa pia et iusta, eo quod concedens non sit dominus, sed tantum dispensator (CIC 913 ; D 676). Bene autem S.Thomas, *Suppi,* q.25 a.2: “Quaecumque causa adsit, quae in utilitatem Ecclesiae et honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi”.

Ad lucrandas indulgentias opus est: a) adimpletione operis praescripti, ea ratione et modo, quo praescriptum est; Z?) intentione, saltem habituali semel elicita, lucrandi indulgentias; c) statu gratiae in eo cui indulgentia applicatur; immo et in eo qui illam lucratur, si concedatur pro corde contritis.

LIBER II

De Extrema Unctione

222. Doctrinae de Sacramento Paenitentiae adiungenda est cum Concilio Tridentino illa quae refertur ad Sacramentum Extremae Unctionis, “quod non modo paenitentiae, sed et totius christianae vitae, consummativum existimatum est a Patribus” (D 907). Cum tamen multa in hac tractatione ad Theologiam Moralem pertineant, ea solummodo pertingemus, quae ad Theologiam Dogmaticam spectare videbuntur.

BIBLIOGRAPHIA GENERALIS

Bardenhewer, O., *Der Brief des hl.Jakoben* (1928).

Bellarmino, R. (S.), *Controversia de Extrema Unctione* (Roma 1832).

Bord, J. B., *L'Extreme Onction d'après l'Epitre de Sain Jacques* (ÏΛ, *14-15) examinée dans la Tradition* (Bruges 1923).

Boyer, C., S.I., *Tractatus de Paenitentia et Extrema Unctione* (Roma 1942).

Doronzo, E., *De Extrema Unctione.* T. I. De Causis intrinsecis (Milwaukee 1954) ; T. IL De causis extrinsecis (1955).

Chaîne, *L'Epitre de Saint Jacques* (Paris 1927).

Gaetanis, B.de, *De Suprema Unctione* (1947).

Heimbucher, *Die Heilige Oelung* (Ratisbona 1888).

Jorio, D., *La Sacra Unsione degli infermi* (Roma 1935),

Kern, J., S.I., *De Sacramento Extremae Unctionis tractatus dogmaticus* (Ratisbona 1907).

Launoy, *De Sacramento Unctionis Infirmorum* (Coloniae Allobr. 1721).

Lepicier, A.H., O.S.M., *Tfactatus de Sacramento Extremae Unctionis et de Sacramento Ordinis* (Roma 1928).

Martene, E., *De Antiquis Ecclesiae ritibus* 4 vol. (1736-1738).

Quinn, A., *Some aspects of the dogma of Extreme Onction* (Dublin 1920).

Spach,, Th., *Doctrinae Theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* (Roma 1931). .

Copiosam bibliographiam invenies apud Capei.i.o, F., S.I., *De Extrema Unctione* in tractatu *de Sacramentis* (Taurini 1943).

CAPUT I

Exsistentia Extremae Unctionis

Thesis 1. Extrema Unctio est verum novae Legis Sacramentum.

S.Th.. *Suppi,* q.29 a.1-3; Otten, n.260; Puic oε i.a B , n.973; Kern, p.1-80; Huartel, p.271 ; Lercher-Umberc, n.644-649; Ruch-Godefroy, *Extreme Unction:* DTC 5,1897-2014; Doronzo, 1,31-98.

223. Nexus. Sicut in aliis Sacramentis, primum investigandum est utrum ritus qui ab Ecclesia Extrema Unctio appellatur, verum sit Novae Legis Sacramentum eo intellect tum sensu pleno, qui in superioribus tractationibus explicatus est.

224. Notiones. Extrema Unctio definiri potest: Ritus Ecclesiae quo, per unctiones et orationem Sacerdotis, infirmi graviter decumbentes sublevantur.

Hoc sacramentum ideo *Extrema Unctio* appellatur, “quod haec omnium sacrarum unctionum, quas Dominus Salvator noster Ecclesiae suae commendavit, ultima administranda sit” [2].

Aliis tamen etiam nominibus [3] designatur hoc Sacramentum, prout diversa officia, sive effectus, sive ritus, aspiciantur. Sic:

a) *a materia remota* vocatur: oleum sanctum, officium olei sancti ;

b) *a materia proxima:* Sacra Unctio, Sacramentum sacrae unctionis, sacrati olei unctio, benedictio sacri olei, ἁγιον £λαιον, θειον μύρον, χρίσμα δ'.'ïλα'.ον;

c) *a materia cum forma deprecativa:* oratio fidei εὐχέλαιον;

d) *ab effectu* : medicina animae et corporis, sacramentum alleviationis, liquor sanitatis, oleum sacrae reconciliationis χαθέρωσι δι'έλαιον;

1 Huarte, *Tractatus de Ordine et Matrinionio* (cum Appendice dc Extrema Unctione) (Roma 1922) pag.272-284.

2 *Cat. Rom.* 2,6,2.

8 Circa diversa nomina quibus hoc Sacramentum designatum est, cf. Kern, pag.2-4. De nomine huius Sacramenti apud Orientales, v.Spacil: OrCh (1931) 55-58.118; Gordillo, *Comp. Theologiae Orient.* (1939) pag.163 nota 4.

e) *a subiecto:* Sacramentum exeuntium, unctio infirmorum, Extrema Unctio;

f) *ex relatione ad paenitentiam*: consummatio paenitentiae, complementum' paenitentiae, perfectio paenitentiae.

Sub his aliisve similibus nominibus designabatur hoc Sacramentum in Ecclesia Occidentali ante s.XII, ex quo tempore iam increbrescere coepit nomen Extremae Unctionis. Apud Orientales etiam nostris diebus solet appellari *Sanctum Oleum.*

Verum Novae Legis Sacramentum. Est, igitur, signum sensibile ac symbolicum, efficax gratiae, perenniter institutum a Christo *.

225. Adversarii. Primi adversarii huius Sacramenti videntur fuisse *Waldenses* et *Albigenses,* quibus postea adhaeserunt *Wicleffitae* et *Hussitae s,* qui tamen potius aspernabantur quam negabant Sacramentum (D 424 669).

Novatores uno ore negant sacramentalitatem Extremae Unctionis, diversis tamen de causis; Lutherus, quia ea sola esse Sacramenta contendit quae in Evangelio expresse continentur; de Extrema autem Unctione mentionem non invenit'°. Calvinus interpretatur textum S.Iacobi de curatione charismatica, et notionem sacramenti dicit esse introductam irt Ecclesia s.V ab Innocentio I; quare vocat Extremam Unctionem "histrionicam hypocrisim" 7.

Historici Protestantes diversis modis explicare contendunt originem huius Sacramenti, et generaliter admittunt non nisi

4 Uberius in scholio 2.

5 Bossuet *(Histoire des variations,* 1.11, 108s.180), contendit nihil ab his haereticis circa septenarium numerum Sacramentorum innovatum esse.

4 Lutherus Extremam Unctionem primum inter Sacramenta numerabat *(Sernt. de novo Test,* n.24) postea vero negavit, ut apparet in *Confessione Augustana:* "Confirmatio et Extrema Unctio sunt ritus accepti a Patribus, quod ne Ecclesia quidem tamquam necessarios ad salutem requirit, quia non habent mandatum L>ei. Propterea non est inutile hos ritus discernere a superioribus [id est.' veris sacramentis] qui habent expressum mandatum Dei et claram permissionem gratiae" (Hasse, *Libri syrrfbolici* pag201). Et expressius in *Captivitate Babylonica:* "Ego dico: si uspiam deliratum est. hoc loco [lacobi] praecipue deliratum est. Omitto enim hanc epistolam non esse Apostoli lacobi nec apostolico spiritu dignam, licet consuetudine auctoritatem cuiuscumquc sit obtinuerit. Tamen si etiam esset Apostoli dicerem non licere Apostolo sua auctoritate Sacramentum instituere. Hoc enim ad Christum solum pertinebat. Nusquam autem legitur in Evangelio Unctionis istius Extremae Sacramentum."

7 "Fatemur Apostolos unxisse aegrotos oleo, quo et corporalem sanitatem consecuti sunt; fatemur etiam lacobi epistolam inhere presbyteros Ecclesiae ad aegrotos vocari, ut eos oleo ungant et pro iis orent ad sanitatem consequendam; officium etiam hodie ministrorum ecclesiae exigere ut aegrotos visitent, tam praedicatione Evangelii quam dispensatione Coenae consolentur, ac una cum Ecclesia pro eorum salute orent. Negamus autem: 1, cum desierit donum miraculose sanandi, ritum hunc unctionis amplius in Ecclesia esse utilem: 2. esse Sacramentum Novae Legis a Christo institutum, vere ac proprie dictum. et pro tali sub anathemate habendum" (Augusti, *Corpus librorum symbolicorum,* qui in ecclesia reformatorum auctoritatem publicam obtinuerunt, pag.425).

a s.XII in usu communi fuisse. *Ritualistae* et *anglocatholici* sacramentalitatem quidem Extremae Unctionis admittunt, ea tamen ratione qua ipsi Sacramenti notionem explicant[8]* Moderniores non audent ad s.XII Extremam Unctionem referre, sed aiunt iam s.VIII in usu fuisse at solummodo ad remedium aegritudinis corporalis; s.IX iam relata est ad aegritudines spirituales, scilicet, ad delenda peccata; cum tandem s.XII theologi eam inter Sacramenta annumeravere [8].

Modernistae applicant huic Sacramento suam theoriam de evolutione dogmatico-ritualista, et volunt originem huius ritus invenire in paganismo, in Avesta (S.Reinach), in ritibus gnosticorum (Renan), vel ludaeorum [10.11] Alii derivant eam ex opinione, quam falso tribuunt iudaeis et Christianis tempore S.Iacobi, iuxta quam omnes morbi provenirent ex peccato; propter quod S.Iacobus instituisset Unctionem ad remittenda peccata et sic sanare morbosu. Loysi affirmat S.Iacobum noluisse promulgare Sacramentum Christi, sed dumtaxat commendare pium aliquem moremia. Tandem Gibson ait unctio-, nem, quae prius vocabatur extrema, eo quod ultima post baptismum et confirmationem dabatur, postea ita appellatam esse quia aegrotantibus *in extremis* constitutis administrata est. Transitum autem hunc explicat per simplicem evolutionem ritualem

226. Doctrina Ecclesiae. Innocentius I, agens de ministro Extremae Unctionis, postquam dixit non modo presbyterum verum etiam episcopum posse extremam unctionem administrare, transit ad quaestionem de subiecto; et ab extrema unctione excludit paenitentiam publice agentes, ob hanc potissimam rationem : “quia genus est sacramenti. Nam quibus

8 Recensetur inter illa Sacramenta “improprie dicta” quae in art.25 referuntur "derived from the corrupt following of the Apostles”. In primo *Prayer Book* adhuc legebatur formula pro eius administratione, sed in posterioribus editionibus expuncta est. donec Ritualistae moderni eam innovarunt

® F.W.Puller, *The Ainintintf of the sick in Scripture and Tradition-* (London 1904) 13-40; GorE, *Religion of the Church* c.4.

’» Cf. DTC 5,1924.

11 Cf. DTC 5,1916.

12 *Autour d'un petit iivre* (Paris 1903) 251. Damnatus in *Lanicntabili:* D 2048.

13 Edgar Gibson: "Whereas the original intention of the unction had been primarily for the saving of the sick person’s life, by degrees this dropped out of sight, and the rite came to be regarded as part of the preparation for death and was only administered when all hope of recovery seemed to have passed away; and thus which had been originally simply the last unction (extrema unctio), as being (presumably) applied after the unctions of Baptism and Confirmation, came to be looked upon as nothing but unctio in extremis and was deferred until death seemcl inminent” *{The thirty nine articles of the Church of England* (London 1902] 607s).

reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?" (D 99).

Haec eadem verba repetit *Concilium Ticiense* postquam commendavit hoc "salutare sacramentum... solerti praedicatione populis innotescendum" esse (D 315).

In professione fidei praescripta Waldensibus, Innocentius III recenset etiam inter sacramenta, post paenitentiam qt ante coniugium, "unctionem infirmorum cum oleo consecrato" (D 424).

Eodem modo Innocentius IV, circa errores Graecorum, praescribit: "Infirmis vero, iuxta verbum lacobi unctio exhibeatur extrema" (D 3042; ed. 28,451).

Professio fidei Michaelis Palaeologi docet "septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma..., aliud extrema unctio, quae, secundum doctrinam beati lacobi, infirmantibus adhibetur" (D 465).

Item, ut sacramentum admittendum, proponitur Wicleffitis et Hussitis (D 669) ; et accuratius describitur, sicut singula septem sacramenta, in instructione ad Armenos (D 700).

Concilium Tridentinum iam posuerat extremam unctionem inter septem Novae Legis sacramenta (D 844) ; postea vero speciali ratione quatuor canonibus doctrinam huius sacramenti complexum est, directe ad Novatorum errores respiciens. Cn.1: "Si quis dixerit, extremam unctionem non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino nostro institutum et a beato lacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum, A.S." (D 926).

Cn.2: "Si quis dixerit, sacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, A.S." (D 927). Duo alii canones respiciunt ad ritum et ad ministrum extremae unctionis (D 928-29, cf. etiam in capite, D 907-910).

S.Pius X damnavit modernistas asserentes: "lacobus in sua epistola non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi, sed commendare pium aliquem morem, et si in hoc more forte cernit medium aliquod gratiae, id non accipit in eo rigore, quo acceperunt theologi, qui notionem et numerum sacramentorum statuerunt ('Ω 2048).

Valor theologicus. *De fide divina et catholica definita.* Et "nota quod *de fide definita* est in hoc textu promulgari Sacramentum Extremae Unctionis" 14.

227. Probatur ex sacra Scriptura. In V.T. hoc Sacramentum praefiguratum non erat aliquo sacramento; et huius rei rationem S.Thomas dicit esse 15 quia est quaedam immediata praeparatio ad introitum gloriae, cui aditus nondum patebat in V.L., pretio nondum soluto1".

In N.T. Iuxta Concilium Tridentinum, Sacramentum Extremae Unctionis promulgatum est a S.Iacobo. Ixicus classicus Epistolae Catholicae habetur his verbis: *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oteo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et allcviabit eum Dominus, et si in 'peccatis sit, remittentur ei* (lac 5,14s).

228. *Exegesis textus.* Negarunt authentiam huius Epistolae Protestantes et Rationalistae17; sed perperam, etenim continetur in canone Scripturae, et quamvis perierunt commentaria patristica in hanc Epistolam, constat tamen huiusmodi commentaria a Clemente Alex., Dydimo, Cyrillo Alex., et Augustino edita fuisse.

Epistola lacobi habetur iam in fragmento Muratoriano, apud Origenem et Hieronymum18;* et directe respicit ad Christianos ex' iudaismo conversos ("ad duodecim tribus quae sunt in dispersione"), attamen ea quae dicit omnibus omnino Christianis .conveniunt. Quamvis non una sit interpretum sententia de temporel quo scripta epistola fuit10, non tamen potest anno 61 postponi neque ante annum 40 collocari. Auctor legerat, ut videtur, Epistolam S.Pauli ad Romanos20 in qua

34 Cf. C.Boyer, S.I.. *Tractatus dc Sacramento Paenitentiae et de· Extrema Unctione* (Romae 1942) 394.

35 1.2 q.102 a.5 ad 3.

'· Lercher, n.492.

" Vide supra, nota 6. In prioribus editionibus Novi Testamenti protestanticis solebat omitti utpote dcuterocanonica; recentiores autem vix non omnes admittunt.

" Multa sunt moderna et antiqua commentaria in hanc Epistolam. Ampliorem bibliographiam de hac re invenitur in QuEra, S.I : *Diccionario Enciclopédico Esfiasa,* sub nemine "Unciôn"; et .1 B.Bord. *L'Extrtmc Onction,* pâg. 29s. Singularis fuit opinio *Caictani* negantis hac Epistola probari Sacramentum Extremae Unctionis (quod aliunde admittebat); eius verba in editione Romana, iussu Pii V, expuncta sunt. (Cf. LiriciER, *Dc Extrema Unctione* pag.20 n.21.)

,B Alii, ut Liagre, Comely. Pelten, Bartmann. Fillion... assignant annum 61; dum aliis cum Zahn. Ritschl. Schegg, B. Weiss Belser... magis arridet ititer ann.40-41 tempus epistolae determinare.

30 Possunt conferri: lac 6,1-Rom 7,23; lac 4,4-Rom 14,4; et spcciatim lac 4.14.20sqq-Rom 3,28sqq.4,lsqq. Si admittitur haec connexio irter Epistolam lacobi et illam Pauli ad Romanos, cum haec scripta fuerit Corinthi c· a. 56 vel 57, deberet retineri annus c.61 pro Epistola lacobi.

Apostolus Gentium necessitatem et excellentiam fidei in ordine ad iustificationem extollit et totus est in demonstranda inutilitate operum legis ex inefficacitate operum legalium ad iustificationem obtinendam. Cum vero aliqui christiani male epistolam paulinam intellexissent, interpretantes fidem solam sine operibus iustificare, S.Iacobus contra hos ostendere vult fidem sine operibus esse mortuam. Tandem hortatur fideles ut persecutionem sustineant, caritatem, misericordiam, eleemosynam exerceant [21].

Textum c.5 vv.14-15 praecedunt immediate praecepta generaliora: quid agendum sit in gaudio, quid in tristitia... Ex quo casu generaliori transit Apostolus ad particularem de tristitia ex aegritudine ; et sicut contra tristitiam generalem commendavit orationem *(tristatur aliquis vestrum? Oret),* nunc contra aegritudinem commendat iterum orationem sed cum unctione : *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini...*

Infirmatur, ασθενεί solet opponi ὑγιαίνει®2, sed in hoc loco opponitur κακοπαθεῖν et in omnibus locis N.T. ubi adhibetur significat aegritudinem gravem, non levem[23]. Postea in v.15 utitur Apostolus verbo κάμνοντα (salvabit *infirmum),* quod significat "aegritudine laborare", quasi cum morte luctare [24].

Quis in vobis, scilicet aliquis ex discipulis Domini, sive Christianis ad quos dirigitur Epistola.

229. *Inducat presbyteros Ecclesia.* Προσκαλεσάσθω (mande llamar) confirmat interpretationem superius datam de aegritudine gravi, etenim non est ipse aegrotus qui venit ad34

31 Brevem synopsim seu commentarium in hunc locum lacobi. praeter citatos commentatores in nota 19, invenies in Cori.uy, *Spccilcgium dogmatico-biblicum* 2,452-459; Umb&rg. *Dc Sacramentis tractatus dogmatico-moralis* 2,300 n.693sqq; J.B.Bord, *o.c.,* 25-28.

32 ZorEll, *Lexicon graecum Novi Testamenti* sub voce ἀσθενεῖν.

33 Hac significatione saepe invenitur in N.T. : Lc 7,2-10 (de filio centurionis), Io 4,46 (filius reguli infirmabatur «ἠσθένε!.» et v.47 *incipiebat mori),* Io 11,1 (de Lazaro, qui et mortuus est), Act 9,37 (Tabhita in loppe *factum est... ut infirmata* «ἀσθενήσασα» *moreretur),* Phil 2,26 (Epaphroditus, cuius infirmitate moestus erat S.Paulus).

34 Leopold *(Lexicon graeco-latinum)* ita vertit: fatigor, lassus sum. laborando fatigor, aegroto, morbo laboro. In forma perfecti κάμοντε (κάμνοντε) κεκαμεκότε designat "mortuos". Hoc verbum bis tantum in N.T. invenitur, hoc loco et in Hebr 12,3 ubi exprimit gravem infirmitatem spiritualem. Vox Sodex asserit κάμνοντα significare aegrotum iam iam moriturum, unde sic argumentatur: Toto hoc loco agitur de reddenda secura salute aeterna per orationem Sacerdotis. Nam cuin aegrotus iam moriturus sit non valet actus fidei vel contritionis elicere. Presbyteri vero vocantur qui pro aegroto orantes ei obtineant quod ipse per se consequi non valet. Quam falsum sit fundamentum huius argumenti, nimis patet.

presbyteros, sed illi qui ad aegrotum accedere debent ab ipso vocati[25]. *Presbyteri* in Evangeliis intelliguntur populi ludaici magistratus, sed in Act et Epist. N.T. sunt "Sacerdotes sive primi sive secundi ordinis" [2e], quod magis apparet in nostro textu cum additur "Ecclesiae", nam in Ecclesia catholica presbyteri sunt illi qui munere sacerdotali funguntur. Ita omnes interpretantur Act 20,17 [2T].

Et orent\super eum. Voces εὐχή, προσεύχομαι [28] iuxta hellenistas significant orationem liturgicam, vel ipsas aedes ubi liturgicae preces funduntur; et προσεύχομαι ἐπ'αὐτὑν adhibetur ad significandam effusionem gratiae super eum pro quo oratur. *Super eum* potest vel simpliciter significare *pro ipso,* vel *inclinatus in ipsum;* qui ultimus sensus melius intelligitur in sensu sacramentali, cum imponuntur manus super aegrotum dum deprecatio fit.

Ungentes eum oleo. Non determinatur modus ungendi, quia hoc non pertinebat ad finem Epistolae, quae non dirigitur praecise ad Presbyteros. Tempus aoriston in participio videtur indicare orationem et unctionem eodem tempore peragi [29] [30]

In nomine Domini. Hanc pericopem aliqui[80] exegetae coniungunt cum verbo "orent super eum", in quo casu significat: "orent super eum interposito nomine Domini", sive ad modum quo orationes liturgicae solent perfici "per Christum Dominum nostrum". Alii vero coniungere eam malunt cum voce "ungentes", ut sit: "ungentes eum in nomine Domini", id est "iussu et auctoritate Domini" [31].

230. *Et oratio fidei.* Εὐχή respondet voci προσκαλεσάσ

35 Cf. PuiG de la B., n.976 nota 6.

™ Ita e.g. Act 11.30; 14.23; 20,17; Tim 5,17-19; 1 Petr 5,1... Cf. quae postea dicenda sunt in tr. de Ordine. Recte etiam, notat Puig de la B , /.c., nota 7: "Thesis non pendet a modo quo quis intelligat vocem "presbyteros", hic enim non agimus de ministro Extremae Unctionis; sed si quis existimaret hac voce significari provectiores aetate (quo sensu adhibetur aliquando in N.T). nequiret explicare cur praecise vocentur ad salvandos et alleviandos aegrotos et speciatim ad orandum super eos atque ad eorum peccata remittenda, quae aliunde constat esse munera sacerdotalia haberetque etiam contra se Traditionem et Magisterium Ecclesiae" (D 908 910 229).

27 Multa de hoc textu scripta et disputata sunt, sed ad rem nostram quod attinet omnes unanimiter admittunt agi de presbyteris saltem sacerdotibus (disputatur utrum etiam sint Episcopi). Summam sententiarum vide apud F.Puzo, S.I.. *Los Obispos presbîteros en cl N.Testamento:* EstBibl 5 (1945) 41sq.

28 Zorell, *o.c.,* sub vocibus προσεύχομαι, προσευχή.

20 Ex gratia Lc 2,16; Act 10.33.

30 Cf. J.TrEpat, *Lletrcs catài.qucs* (Fundaciô biblica catalâna. La Santa Biblia, Nou Testament, vol.15) (Barcelona 1936) 25.

31 Quod κύριο significat lesum Christum patet ex toto N.T.. iam speciatim ex ipso lac 1.1; 2,1; 5,7.8; et quamvis apud eundem aliquando significat *Dctcnf,* nihilominus in hoc loco sensus ct contextus (v.11) significationem allatam postulant.

0ωσαν v.14; est, igitur, oratio deprecativa liturgiae. Vocatur *oratio fidei* non quod sit oratio cuius efficacia debeatur fidei aegroti (ut contendunt protestantes), nam non agitur de oratione aegroti 32, sed presbyteri ; at vero potius "oratio fidei" respondet ad obiectum sive fundamentum orationis sacramentalis. Hoc sensu Baptismus solet appellari a S.Augustino "verbum fidei"33, et Eucharistia vocatur etiam "mysterium fidei".

Salvabit infirmum'· Quamvis verbum σώζειν multis locis N.T. adhibetur agendo de sanatione corporali, non tamen perpetuo. Imo S.Tacobus quater hoc vocabulo utitur (1,21 ; 2,14; 4,12; 5,20) ac semper in sensu spirituali; ergo videtur etiam hoc loco significare sanationem spiritualem. Quod eo magis confirmatur, quod paulo post (v.16) loquendo de sanatione corporali adhibet ἰαθῆτε. Itaque sensus est de liberatione a molestiis omnibus aegritudinis, quae non solum materiales sunt, sed etiam, et quidem frequenter, spirituales, quales sunt angustiae, timor divini iudicii imminente morte, etc. Nullo tamen modo excluditur sanatio corporalis.

231. *Et alleviabil eum Dominus.* Diversas significationes habet verbum ἐγείρειν in N.T. :

a) e somno excitare (Mt 8,25 ; Lc 8,24) ;

b) e morbo liberare (Mt 1,31 ; 9,27 ; Act 3,7) ;

c) a morte revocare (Mt 10,8; Io 5,21; 12,lss; Rom 4,24·; 8,11; 1 Cor 5,12; Hebr 11,9).

Habet etiam sensum spiritualem: Rom' 13,11; Eph 5,14 *(tempus est de somno surgere... surge qui dormis...').*

Haec verba parallelismum habent cum illis "oratio fidei salvabit infirmum". Sunt tamen' exegetae catholici qui in hoc verbo solent videre expressum effectum materialem Extremae Unctionis. Quomodocumque sit, nisi positive contrarium probetur, non potest sumi sensu exclusive.

Et si in peccatis sit remittentur ei. Ἀφιέναι ἁμαρτ'α significat remittere proprie peccata, ut iam probatum est in tractatu de Paenitentia 3435Αμαρτία per se dicitur de peccato gravi. Estius et pauci putant agi de venialibus83 et necessario tollunt formam condicionatam a S.Iacobo adhibitam, ad hoc ut effectus semper obtineatur. Magna habetur controversia

32 Nihil dicitur de fide sive oratione aegroti et adstantium. Fides aegroti supponitur evidenter (ipse debet vocare presbyteros), sed ut condicio vel dispositio non ut causa effectus describendi.

33 *In Ioann. Evang.* tr.80 n.3: MI< 35,1840.

31 Est vox quasi technics.

35 *In 4* dist.23,4 (Parisiis 1662) 4.E. Cf. PuiG de la B., n.978. Hi auctores ita loquuntur quia putant effectum Extremae Unctionis esse peccatorum venialium remissionem.

circa dispositionem, syntacticam huius locutionis; alii, enim, illam coniungunt cum praecedentibus, alii vero consequentibus. Sed multo certius videtur acceptanda prima coniunctio, quam ipse sensus et structura grammaticalis postulant; sunt, enim tres propositiones principales coniunctae per coniunctionem "et": "*et* oratio fidei... *et* alleviabit eum Dominus... *et* si in peccatis sit..."[30]

232. *Argumentum.* Sacramentum est signum sensibile et. symbolicum efficax gratiae, perenniter institutum. Atqui talis est ritus de quo agit S.Iacobus, quemque Extremam Unctionem vocamus. Ergo Extrema Unctio est verum Novae Legis Sacramentum.

Maior patet ex tractatu de Sacramentis in genere.

Prob. min. Ritum, de quo agimus, esse Extremam Unctionem, patet; siquidem agitur de unctione aegroti, qui graviter vel laetaliter decumbit. Est:

a) *Signum sensibile et symbolicum* fit enim oratione et unctione sensibili; quae quidem similitudinem aliquam habet cum confortatione et sanatione spirituali, quam producit (ut mox dicemus); siquidem athletae ungebant membra ante pugnam ad flexibilitatem et robur musculorum sibi procurandam.

b) *Efficax gratiae',* quod exprimitur illis verbis "alleviabit eum Dominus..."; remittentur ei [peccata]...; oratio fidei salvabit infirmum", quae iam supra indicavimus intelligenda esse praecipue in sensu spirituali. Praeterea, remissio peccatorum (utique mortalium) de quibus sermo est in hoc loco, non fit nisi per gratiam sanctificantem. Quod si peccata mortalia non fuerint, etiam gratia dabitur; nam efficacia unctionis ponitur tanquam ratione sui valens dimittere peccata, seu gratiam infundere. Ergo etiam ubi peccata mortalia non sint gratiam conferet, sicut paenitentia sanctificantem gratiam producit etiam illis qui ad eam, peccatis per contritionem deletis, accedunt. Ilie vero effectus producitur *ex opere operato;* quia: tribuitur ipsi ritui, minime vero alicui dispositioni (quae utique supponitur in recipiente hanc unctionem; sicut ad baptismum et ad cetera sacramenta, quamvis effectus producatur vi ipsius sacramenti, requiritur tamen in suscipiente illud dispositio sive remotio impedimentorum ad gratiam).

c) *Perenniter institutum:* nulla enim indicatur temporis limitatio, sed e contrario, commendatur ritus generaliter ad-

30 Locutiones similes inveniuntur in N.T. v.gr. Act 8.17: *imponebant manus super illos* ET *accipiebant Spiritum Sanctum;* ubi particula "ct" habet valorem causalem, sive conjunctionis causalis.

hibendus in similibus casibus[37]. Tam vero, semper erunt aegroti graviter decumbentes. Quod vero haec *institutio sit a Christo,* constat ex eo quod nequit ulla potestas humana ritum aliquem instituere qui efficaciam habeat remittendi peccata et conferendi gratiam ex opere operato. Insuper ipse Apostolus insinuavit fortasse institutionem a Christo cum dixit: "ungentes eum *in nomine Domini",* quae locutio significare potest (ut supra notavimus) "iuxta mandatum Domini".

233. Probatur ex traditione. I. *Indirecte* argui potest *ex praescriptione theologica33;* etenim iam inde a s.V iri; universali Ecclesia Extrema Unctio numerabatur inter Sacramenta. Quod apud Nestorianos et Armenos dissidentes in desuetudinem abierit, nihil probat; cum constet initio post schisma (s.V) hoc Sacramento ipsos usos fuisse[38].

234. II. *Directe. Nota.* Protestantes asserunt Extremam Unctionem' non exstitisse ut Sacramentum ante s.XII (etiamsi Calvinus admiserit ipsam fuisse introductam seu' inventam s.V ab Innocentio I); quare sufficeret probare iam multo ante hoc tempus in Ecclesia Universali huiusmodi aegrotantium unctionem ut Sacramentum adhibitam fuisse. Cum vero testimonia non eiusdem sint valoris, argumentum conficiemus afferentes diversos textus ordine chronologico

A) *Ante s.VIII.* S.I-II. Fatendum est non haberi hoc tempore testimonia explicita de Extrema Unctione[41]; cuius facti haec explicatio dari potest:

1. Si pauca et minima fragmenta excipiuntur, non exstant commentaria SS.Patrum in Epistolam S.Iacobi; de quorum exsistentia aliqua habentur indicia.

2. Neque in more erat Patribus systematice de omnibus quae ad christianam vitam spectant texere sermonem, sed secundum. occasionem diversas doctrinas et dogmata tradere. Non tanta occasio erat loquendi de Extrema Unctione (quod etiam nostris temporibus parum fit): cumque sit complemen-

37 Calvinus ct multi Protestantes contendunt agere S.Iacobum de sanatione charismatica quae non in perpetuum erat duratura in Ecclesia; sed gratis id asseritur Cf. infra.

38 Cf. supra, de Sacram, in genere, ubi de septenario numero agitur.

M Denzinger, *Rit. Orient.* 1.184.

40 Longiorem explanationem habet KERN, ex quo desumunt omnes fere recentiores. Consuli etiam utiliter potest Bord, *Lc.,* et DTC c.11, et Doronzo. *Lc.* 90-191.

41 Non desunt auctores qui inveniunt iam aliquam allusionem ad Extremam Unctionem in *Didaché* (R 7), ubi post orationes occasione communionis recitandas in loco ubi postea in aliquibus libris liturgicis invenitur *oratio dc oleo infirmorum,* legitur in vcwione coptica: "Quoad unguentum sic. gratias agite: Gratias tibi agimus, Pater noster, pro unguento quod indicasti nobis per lesum puerum tuum. Gloria tibi in saecula. Arnen."

tum paenitentiae, et in fine vitae detur, magis insistendum erat in ipso Sacramento Paenitentiae, et in Sacramentis quae per totum vitae curriculum necessaria sunt.

3. Probabiliter, ob diversas difficultates, praesertim tempore persecutionum, primis temporibus non tam frequens fuit usus huius Sacramenti 42, cum praesertim deberet administrari coram paganis ; et saepe christiani baptizabantur in fine vitae.

4. Aliqui auctores recurrunt etiam ad disciplinam arcani ut ostendant silentium in hac re43.

235. *S.III-V.* Plures inveniuntur *allusiones* maiori minorive claritate, quae, si in unum complexive colliguntur, ostendunt in usu fuisse unctionem aegrotantium tanquam ritum ecclesiasticum ad sanationem animae et corporis obtinendam. Ita Tertullianus 44, S.Athanasius 45,* Dydimus 4G, S.Hilarius 47, S.Gregorius Naz. 48,* S.Ambrosius 40, S.Augustinus 50, Possidius 51, Cassianus 52, S.Optatus 53,* Theodoretus94, Victor Antioch.55,* Arnobius Iunior 5β, Arator 57. Nec desunt clariora et aperta testimonia quorum sint in exemplum :

Origenes, agens de diversis modis, quibus peccata remitti possunt, scribit: "Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa per paenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrimis stratum suum, et fiunt ei lacrimae suae panes die ac nocte, cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum et quaerere medicinam, secundum eum qui dicit : *Dixi : pronuntiabo adversum me iustitiam meam*

*- Launoy (*Opera omnia* 1 p.2 pag.455) asserit Extremam Unctionem non datam esse publice paenitentibus neque martyribus, neque sanctis. Huic consentit Chardon (DTC 5,1929s) ct addit motivum disciplinae arcani. Has vero affirmationes Kern nimis exaggeratas existimat (/.<*., 17-20).

43 Scheeben-Atzbercer, *Handbuch der Kat. Dogtn.* 4 p.3 pag.743. At cf. Kern, pag.20, qui temperate de hac disciplina arcani in materia de qua agimus indicandum docet.

44 *Dc praescriptione* 1.1 c.41: ML 2,262. Fortasse etiam posset adduci testimonium S.Hippolyti, *in Daniclem* 1,33: GChS 1.1.45; *in Dan.* 1,16: GChS 1,1.26s.

45 *In Ps* 22: MG 27.139; cf. etiam 25.234.402.

« *De Trinitate* 1.2 t.1: MG 39,454.

47 *In Ps* 121 : ML 9,665.

48 *Carmina:* MG 37.1392sqq (KERN, 44 nota 2).

40 *De Paenitentia* 1.1 c.4: MI, 16,477.

60 *Speculum dc Scrip. Sacr.:* ML 34.887.

51 *Pita S.Augustini* c.27 : ML 32,56.

Ba *Collationes* 20 c.8: ML 49,1161.

ra *Dc Schismate Donati* 1.2 c.19: ML 11,972.

w *In Ps* 22: MG 80,1027; *in Lev. Intcrr.* 8: MG 80.311.

w Cramer, *Catenae gracoorum Patrum* 1 324. Cf. De Saint Beuve apud MignE, *Cursus Tkeol. compl.* 24,50. Cf. infra, nota 63.

"» *In Ps* 22: ML 53,354.

57 *In Act:* ML 68,89.

Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei. In quo impletur et illud quod laoobus Apostolus dicit: *Si quis autem infirmatur vocet presbyteros Ecclesiae et imponent ei manus ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et si in peccatis fuerit remittentur ei"* 5S. Origenes non excludit hoc loco Paenitentiam, sed neque ad eam solam refertur, ut contendunt Protestantes. Cum enim Extrema Unctio sit complementum Paenitentiae, et velit ostendere Origenes "quantae sint remissiones peccatorum", mirum non est utrumque Sacramentum eodem loco coniungere.

Aphraates disserit de variis usibus sacri olei, et ait: "Fructus geminarunt olivae splendidae, in qua signum est sacramenti vitae, quo perficiuntur christiahi et sacerdotes et reges et prophetae: tenebras illuminat, ungit infirmos et per arcanum suum sacramentum paenitentes reducit" °9. Sapiens Persa recenset hanc unctionem infirmorum inter unctiones Sacramentales (sive stricto sive lato sensu), quales sunt Baptismus, Confirmatio, et Paenitentia. Ergo etiam intelligit unctionem infirmorum ut! ritum aliquem specialem, non devotionis causa a quolibet christiano peractum, sed ad modum ritualem sive sacramentalem<!0.

S.Ioannes Chrysostomus bis de unctione aegrotantium loquitur: In *De Sacerdotio* 3,6 comparat Sacerdotes cum parentibus, et ut extollat et auctoritatem et potestatem Sacerdotum, ait: "Tanta est inter utrosque differentia, quanta inter praesentem et futuram vitam. Nam illi quidem in hanc vitam, hi in futuram gignunt; atque illi ne corporalem quidem interitum a liberis amoliri possunt, non ingruentem morbum depellere, hi vero aegrum et mox interituram animam saepe servarunt, aliis remissiorem poenam reddentes, alios prorsus labi non sinentes; idque non docendo solum et admonendo, sed etiam orationibus auxiliando. Neque enim tantum cum nos regenerant, sed etiam post regenerationem admissa peccata condonare possunt. Nam: *infirmatur,* inquit, *quis in vobis? Advocet presbyteros Ecclesiae, et orent super eo, ungentes eum oleo nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum, et excitabit eum Dominus, et si peccata fecerit remittentur ei"e*
Etiam ad Extremam Unctionem, quam graeci servabant in

68 *In Lev Hom.* 2,4; MG 13,419 (R 486). Huius loci uberiorem expositionem invenies apud Kern, 53sqq; Bord, o.c., 86sqq.

°® *Demonstrationes* 23,3: PS 2,6 (R 698). Cf. Grappins: PS' 1.55.

65 Hunc textum interpretatur Kern, *o.c.,* 51. Cf. etiam Otten, n.265.

A De see. 1.3,6: MG 48,64! (R 1320). Alios textus ex eodem Chrysostomo adducit Kern, 29-31.

lampade, refertur Sanctus Doctor cum comparat Ecclesiam cum domo privata: "Quid, enim hic non magnum, non tremendum est? Si quidem haec mensa [altaris] longe honorabilior et suavior est quam tua, et lucerna quam lucerna tua. Id vero sciunt quotquot cum fide tempestive oleo uncti a morbis liberati sunt" ®2.

Innocentius I scribens ad Decentium, postquam de Confirmatione agit, adducit textum S.Iacobi, et pergit: "Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis113 perungi possunt, quod ab Episcopo confectum, non solum Sacerdotibus, sed et omnibus uti Christianis licet' in sua aut in suorum necessitate ungendum. Ceterum illud superfluum esse videmus adiectum, ut de Episcopis ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco presbyteris dictum; est, quia Episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut potest aut dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere et tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est chrisma conficere. Nam paenitentibus istud infundi non potest, quia genus est Sacramenti: Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?" (D 99). Ex quibus verbis clare apparet unctionem de qua sermo est in Ep. ad Decentium, et quae adhibetur in Ecclesia secundum illa verba lacobi, esse mictionem sacramentalem ("Sacramenti genus"), cuius materia est oleum ab Episcopo benedictum, potest tamen etiam a presbyteris administrari, subiectum huius Sacramenti sunt languidi, et negari debet paenitentibus quia illis etiam alia negantur Sacramenta.

His testimoniis addi possent: Eusebius Cars. °4, S.Cyrii,-Lus Alex — Isaac Antioch. 60653 auctor operis *De promissionibus et praedicationibus Dei*1, Evangelium Nicodemi***, Caesarius Arel. 60

® *Hom. in Mt* 32 n.6: MG 57,384. Cf. Bord, *o.c.,* 89sqq.

'° Nomine *Chrismatis* intclligit Summus Pontifex in genere *unctionem,* nondum enim co tempore erat fixus usus huius vocis. Cf. Bernard, *Chrême:* DTC 2,2395.

* *In Is* 25: MG 24,267.1111.

63 *Dc adoratione in sfir. et verit* 1.6: MG 68.472 (R 2092): *In Mc* 6.13; Cramer, *Catenae Grace. Patr.* 1,340. Hoc Commentarium in Mc probabiliter Victori Antiochaeno tribuendum est (R 2102 et n.1).

oe BiCKElX, *S.Isaaci Antiochacni opera omnia* 1,187sqq.

67 Coaevus Augustini: MI,, 51.805.

® P.2 c.3 TischEndorf, *Evang. Apochry.* pag.393. Kern comparat textum graecum cum versions latina *(o.c..* 57-59).

°» *Scrm.* 265.3: ML 39,2238 (R 2234).

236. *S.VI-VIII.* Praeter textus particulares iam abundantiores, ab hoc saeculo magis magisque apparet usus historicus[70]. Sint in exemplum:

Cassiôdorus: "Post omnes admonitiones salutarem regulam fidelibus praestat [lacobus] dicens: nullatenus esse iurandum, sed debere dicere christianum esse quod est, et non esse quod non est; nam si quis alterius praegravatur iniuria, vel corporis imbecillitate quassatur, *presbyterum* dicit *adhibendum, qui oratione fideli ei olei sancti per tinctionem concessa salvet eum, qui videtur afflictus:* peccata quoque illis dimittenda promittens, qui alterutra fuerint oratione visitati"[71.72]

Primasius interpretatus verba Apocalypsis "vinum et oleum ne lessens" (Apoc 6,6) ait: "In vino itaque et oleo vim sacramentorum prohibet violari, utpote *unctionem* preciosumque cruorem. Hinc legimus in Psalmo: *Vinum laetificat cor hominis ut exhilaret faciem in oleo*" (Ps 103,15).

Narrationes autem de *administratione* Extremae Unctionis habentur: in *vita S.Mauri*[73.74] *S.Launomari*[734], *S.Eutychii*[7"], *S.Laobani*[7a], *Tressani*[77,78] *S.Eugenii Ep.Ardarsthensis* [73].

B) *Post s.VUI.* Multi iam possunt afferri textus tum ex decretis Conciliorum tum ex praxi quae iam habetur frequentissima, tum denique ex testimoniis explicitis. Huius temporis exstant commentaria in Ep. S.Iacobi, quae de Extrema Unctione intelligunt textum 5,14s.

237. Ex *Conciliis* sufficit memorari: *Cabillonense II* (a.813): "Secundum beati lacobi apostoli documentum, cui etiam decreta Patrum consonant, infirmi oleo, quod ab Episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait: *infirmatur quis...* Non est itaque parvipendenda'huiuscemodi medicina, quae animi corporisque medetur languoribus".

Aquisgranense (a.836): "Ut secundum definitionem sanctorum Patrum, si quis infirmatur, a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter ungatur".

"Statutum etiam est, ut vel semel in anno, id est in quinta

70 Iam erat exemplum narratum a Possidio (supra nota 51). Tum etiam de S.Hypatio, coaevo S.Chrysostonii, narrat eius discipulus! Collinicus fuisse ei hoc sacramentum administratum *(Act. Sanet. 17* iun. pag.251).

71 *Compl. in .Epist. Apost.:* ML 70,1380.

72 *In Apoc:* ML 68,837.

73 Dynamius, *Vita S.Mauri:* ML 80,27.

74 *Act. Sanet.* 19 ian. pag.598.

75 Eustathius, *Vita S.Eutychii: Act.Sanet.* 6 april. pag.558.

78 *Act. Sanet.* 14 mart. pag.34S.

77 *Act. Sanet.* 7 febr. pag.55.

78 *Act. Sanet.* 23 aug. pag.627.

feria, quae est in Coena Domini, unctio sancti olei, in quo salvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab episcopis non negligatur sicut nunc usque neglectum est, sed omni devotione iuxta traditionem apostolicam ac statuta decretalium, in quo de eadem re praecipitur, peragatur".

"Si autem [subditus] infirmitate depressus fuerit, ne confessione atque oratione sacerdotali necnon unctione sacrificati [al. — saçrati] olei per eius [presbyteri] negligentiam. careat. Denique si finem urgentem perspexerit, commendet animam christianam Domino Deo suo more sacerdotali, cum ac-* ceptione s.Communionis".

Moguntimim ! (a.847): "... secundum canonicam auctoritatem, ne illis [paenitentibus] ianua pietatis clausa videatur orationibus et consolationibus ecclesiasticis sacra cum unctione olei [al. — Dei] animati secundum statuta sanctorum Patrum communione viatici reficiantur".

Ticiense (a.850) : "Illud quoque salutare sacramentum, quod commendat lacobus apostolus dicens: *infirmatur quis...* solerti praedicatione populis innotescendum est : magnum sane et valde appetendum mysterium, per quod, si fideliter poscitur, et [peccata] remittuntur et consequenter corporalis salus restituitur. Sed quia frequenter contingit, ut aegrotus aliquis aut sacramenti vim nesciat, aut minus periculosam reputans infirmitatem, salutem suam operari dissimulet, aut certe morbi violentia obliviscatur: debet eum loci presbyter congruenter admonere, quatenus ad hanc spiritualem curam secundum propriae! possibilitatis vires vicinos quoque presbyteros invitet. Hoc tamen sciendum, quod si is, qui infirmatur, publicae paenitentiae mancipatus est, non potest huius mysterii consequi medicinam, nisi prius reconciliatione percepta communionem corporis et sanguinis Christi meruerit. Cui enim reliqua sacramenta interdicta sunt, hoc nulla ratione uti conceditur si autem infirmi qualitas talis est, ut per se ipsum tangendum et ungendum dignum existimet episcopus, ab ipso quam plurimum competenter fieri valet, a quo ipsum chrisma conficitur et cui peccata remittendi officio privilegii potestas concessa est".

Simili modo loquuntur *Concilium Papiense* (c.85O), et *IVormatiense*70 (a.868).

» Cabhaosexse cn.48, MGh LL (s3) IU 283: Msi 14.104: Aquiscranense c.2 de doctrin.episc. cn.8 (20), MGh 1,1, (s 3) III. 710: Msi 14,678: c.2 de vita et doct infer, ordin. capitulum 5 (29), MGh I.L (s.3) III. 712: Msi 14,681; Mocuntinum cn.26, MGh LI, (s.II) Capit.Reg.Franc. I.I. 182: Msi 14.910; Ticiense cn.8, Hrd 5,27: Msi (sub nomine *Synodi Rcffioticinac)* 14,932-933;

238. *Breviter argumentum ex* Patribus potest proponi sub his conclusionibus:

1. A s.VII testimonia sunt iam plene evidentia.

2. Quoad priora saecula:

a) Non desunt textus obscuriores in quibus tamen elucet mens Patrum circa hoc Sacramentum, vel saltem possunt innuere exsistentiam unctionis ad remittenda peccata vel sanandos morbos. Ita *Didachc,* Hilarius, Theodoretus, Arnobius, Ambrosius, Possidius:

b) Citant clare unctionem infirmorum, et quidem invocato textu S.Iacobi. Sic Origenes, Cassiodorus, Augustinus, Iosephus Nestorianus, etc.

c) Citantes textum S.Iacobi concedunt unctioni remissionem peccatorum: Origenes, Caesarius Arel., Chrysostomus, Haesychius, Cassiodorus...

rf) Eidem ritui tribuunt efficaciam sanandi morbos: Procopius Gazaeus, Isaac Antioch., Chrysostomus, Cyrillus Alex.

239. Probatur ex libris liturgicis. Antiquiora solummodo afferemus documenta [80].

Canones Hippolyti (ante s.IV) bis saltem loquuntur de Extrema Unctione: Can.219: "Ceterum quoad infirmos pertinet, medicina ipsis in eo posita est, ut frequentent Ecclesiam, ut fruantur oratione, excepto eo qui morbo periculoso laborat: talis a clero visitetur quotidie, qui certiorem reddent eum" [81]. Quae verba clarius interpretantur in ed. a Riedel et Sarrazy: "Aegroti curationem habent si Ecclesiam frequentant, ut aqua orationis et oleo orationis [εὐχέλαιον] participent, excepto eo qui morbo periculoso laborat; is debet a clero visitari, qui eum novit" [82]. Ubi sensus evidenter est: "Aegroti possunt curationem sibi procurare per εὐχέλαιον sed si quis morbo periculoso sive gravi laborat, cum non possit accedere per se ad Ecclesiam, a Sacerdotibus visitabitur, qui eum ungent" [83]. Item in can.199 huiusmodi aegroti commendantur

Pamense cn.8. MGh LL (s.II) 1,1,119; AVormaTiensb. cn.72 (ex Epist Innot. I ad Decenc . D 99): Msi 15.881.

· Longum esset recensere textus vel praecipuos cx auctoribus aliatis. Hac enim aetate explicita sunt iam exempla et testimonia de sacramental tate Extremae Unctionis. In Kern et DTC colliguntur textus et nomina multorum auctorum

81 Ed. II.AchEi.lis (Leipzig 1801): TU 6 fasc.4 pag.123

82 Cabrol, *Introduction aux études liturgiques* (Paris 1907; Us. Plures textus in DTC *l.c.,* 1945. Λ t

» Cf. UmbErC. 2,306; A.Mlm.vy. *L'Onction des malades dans les Canones d'Hippolytc et les documents apparantes:* RechSçRçl 10 (1919) 222-229.

speciali curae Diaconi qui cum Episcopo ad aegrotos accedere debet

Vetustissima formula benedictionis olei infirmorum invenitur in *Constitutione Aegyptiaca:* "Ut oleum hoc sanctificans das, Deus, sanitatem utentibus et percipientibus, unde unxisti reges, sacerdotes et prophetas, sic et omnibus gustantibus confortationem et sanitatem utentibus illud praebeat" 83.

Sacramentarium sive Euchologium Serapionis (s.IV) duas praebet orationes pro benedictione olei infirmorum: "Invocamus Te qui habes omnem potestatem et virtutem, salvatorem omnium hominum... et oramus ut emittas vim sanationis e caelis Unigeniti super hoc oleum, ut iis, qui his tuis creaturis unguntur, vel eas percipiunt, fiat in depulsione omnis languoris et omnis infirmitatis, in medium adversus omne daemonium, in expulsionem omnis spiritus immundi, in aggregationem omnis spiritus nequam, in .extirpationcm omnis febris et frigoris et omnis imbecillitatis, in gratiam bonam et remissionem peccatorum, in remedium vitae et salutis, in sanitatem et integritatem animae et corporis et spiritus, in valetudinem perfectam"8®. "Benedicimus per nomen Unigeniti tui lesu Christi has creaturas, nomen nominamus eius, qui passus est, crucifixus est et resurrexit et sedet in dexteram Increati, super hanc aquam et hoc oleum: largire virtutem curationis in. has creaturas, ut omnis febris et omne daemoniacum et omnis morbus per potum et unctionem removeatur, et fiat remedium curationis et remedium integritatis perceptio harum creaturarum in nomine Unigeniti tui lesu Christi, per quem tibi gloria et imperium in Sancto Spiritu in omnia saecula saeculorum. Arnen" 8T.

De his aliisque documentis liturgicis88 recte animadvertit cl. Umberg: "Antiquissima documenta liturgica plerumque non nisi formulas benedictionis olei exhibent et in his etiam exprimunt effectus per unctionem obtinendos. Verum est sanctionem animae et remissionem peccatorum saepe nullo

M Ed. Acheli.is, p 117.

M E.Huler, *Didascaliae Apostolorum Fragmenta Veronensia;* accedunt Canonum qui dicuntur Apostolorum et Aegyptiorum reliquiae 1,108. Cf. Tu. Schermann, *Ein Weiherituale der r'âniïschcn Kirchc am Schlusse des crsten Jahrhunderts* (München 1914).

** Oratio) in oleum aegrotorum vel in panem vel in aquam. Ed.FlWK, *Didascaliae et Constitutiones Apostolorum* 2.190 (R 1241). Ad difficultatem quae posset oriri ex: usu panis et aquae, v. DTC *Lc.,* 1949.

w In., pag.l79sqq. Cf. Adolk Franz, *Dic kirchlichen Bcnedictioncn in Mittclalter* 1,337.

** Inter alia possent adduci: *Const. Apost.* 8.29 (Funk, 1,533); *Testam. D.Pi.I.C.* (ed.RAHMANi, 24.48); M.Férotin, *Lc liber Ordinum en usage dans l'Églisc tvisigoihiquc et mozarabe d'Espagne du cinquième au onzième siècle (Afon. Eccl litt.,* cd.CABROL-l<^Cl«£RCQ, SJlsqq).

modo, saepe eodem modo exhiberi ut in aliarum rerum benedictionibus, quae pertinent ad mere sacramentalia. At etiamsi effectus spiritualis nullo modo expressus, imo (ponatur hypothesis) nullo modo cognitus fuisset, nihilo secius obiective unctio tali oleo facta debita forma et legitimo ministro suppositis verum fuisset novae legis sacramentum, modo minister habuerit intentionem peragendi illam unctionem de qua S.Iacobus 5,14, nam eo ipso egisset reductive nomine Christi. Ergo ex difficultate invicte probandi ex formulis liturgicis (et dictis Patrum) Unctionem infirmorum fuisse habitam efficacem sanationis ex opere operato nullo modo sequitur *sacramentum* Unctionis non fuisse primis temporibus administratum" 89.

240. Obiectiones. 1. In textu S.Iacobi agitur de dono curationis, non de unctione sacramentaria ".

Nego antec. Nam charisma curationum neque restringitur ad solos presbyteros (1 Cor 12,28-30), neque solummodo pro graviter aegrotantibus, neque ad usum olei.

2. In textu S.Iacobi remissio peccatorum dumtaxat condicionata promittitur. Atqui Sacramenta effectum absolute sortiuntur. Ergo.

Dist. mai. Remissio peccatorum condicionate promittitur ratione ritus, *nego mai.;* ratione subiecti, *conc. niai. Contradist. min. Nego cons.* Omnia Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato suppositis dispositionibus subiecti, et hoc sensu potest dici etiam omnia Sacramenta effectum semper condicionate sortiri. Sacramenta autem quae instituta sunt primario ad remittenda peccata, sed quae praeter gratiam primam conferunt etiam gratiam secundam, possunt etiam recipi ab illis qui gratia prima non indigent; et sic huiusmodi Sacramenta primam gratiam conferre dicuntur condicionate, id est, si recipiens illa sacramenta in peccato mortali sit, quod deleri intenditur.

3. Allevatio animi potest obtineri gratiis actualibus. Atqui sacramenta conferunt gratiam habitualem. Ergo non probatur Extremam Unctionem esse Sacramentum.

Haec obiectio supponit effectum Extremae Unctionis esse dumtaxat allevationem animae aegrotantis, quod falsum est, ut postea dicemus ; unde sic *dist. mai.* Allevatio animae est unicus effectus Extremae Unctionis, *nego mai.;* est aliquis effectus, qui potest obtineri separatim ab effectu totali, *conc. mai. Cone. min. Dist. cans.* Si allevatio animae esset effectus unicus vel completus Extremae Unctionis, *conc. cons.;* cum non ita sit, *nego cons.241*

241. Scholion 1. *De valore textus S.Marci* (6,13). Concilium Tridentinum agens de Extremae Unctionis institutione, affirmat:

Dc Sacramentis 2yW7s n.707.

00 V. supra nota 7. Calvinus, cuius est haec sententia, multis probare intendit magnum exsistere discrimen inter mentem S.Iacobi et interpretationem catholicam huius loci. Praecipuas differentias has notat: Ratione *effectus:* lacobus agit de sanatione corporali; Catholici de sanatione spirituali; ratione *materiae;* lac intelligit oleum vulgare, Catholici ponunt chrisma benedictum; ratione *ministri:* lac requirit senes Ecclesiae, Catholici presbyteros sacerdotes; ratione *subiecti:* lac refertur ad omnes aegrotos, Catholici non nisi ad graviter aegrotantes vel morientes, .

"Instituta est autem sacra haec unctio infirmorum tamquam *Arere* et proprie sacramentum Novi Testamenti a Christo Domino nostro, *apud Marcum quidem insinuatum,* per lacobum autem Apostolupi et Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum" (D ,908). Ideo non defuerunt theologi qui contenderunt ex allegato te^tu S.Marci posse probari exsistentiam Sacramenti Extremae Unctionis. Inter hos et contentione et nomine eminet Maldonado: "Vellem noc loco, ait, soli mihi essent haeretici refellendi; liberius in solos incurrerem. Nunc autem nonnullus ex nostris auctoribus in haereticorum castris recognoscens timeo, ne dum in haereticos tela conicio, aliquem forte catholicum feriam. Mitto illos paulo vetustiores, quos prohibet reverentia nominare, quosque aetas nondum nova experta haereses excusat. Quid attinebat vigente iam lutheranorum et calviniarum haeresi Catholicos doctosque viros dicere scriptisque mandare, oleum istud ab Apostolis non tamquam sacramentum ad sanandos animos, sed tanquam medicamentum ad curandum corpora adhibitum fuisse, neque hic de sacramento, quod nunc utitur Ecclesia, Extremae Unctionis agi? Quod idem Lutherani et Calviniani docent. At non negamus, inquiunt, non esse sacramentum. Ubi ergo sacramentum est, si hic non est? Enim vero qui hic de sacramento Extremae Unctionis agi negat, ad tollendum hoc omnino sacramentum aut maligne si haereticus, aut impudenter, si catholicus est, gradum facit" ".

At si perpendimus textus S.Marci, non apparet necessario de Sacramento, sive dc ritu sacramentali interpretandum illum esse. Aif enim Evangelista: *Iit exeuntes* [Apostoli] *praedicabant ut paenitentiam agerent: et daemonia multa eiciebant, et ungebant oleo multos aegrotos et sanabant.* Iam vero, ut recte animadvertit Suârez ", in memorato loco solummodo mentio fit dc unctione ad curandos morbos miraculose, et ad hoc tantum missi erant Apostoli (Mt 10,2; Lc 9,2); neque Apostoli poterant Sacramentum Extremae Unctionis administrare cum nondum essent Sacerdotes; tum etiam quod unctio ab Apostolis quibuslibet aegrotis fiebat, et sacramenta non nisi fidelibus administrari possunt.

Ideo recte concludit Knabenbauer: "Merito haec sententia est derelicta et cum Bellarmino, Estio, Lapide, Ians., Calm., et recentioribus omnibus tenendum est, illam unctionem fuisse solum quamdam figuram et adumbrationem sacramenti" ", seu ut dicit Tridentinum, ibi sacramentum *insinuatum esse.*

242. Scholion 2. *Dc Institutione Extremae Unctionis.* Constat ex tractatu de Sacramentis in genere "Sacramenta esse omnia instituta a Christo, et consentiunt omnes [theologi] post' definitionem illam Tridentinam (D 844), theologo iam fas non esse institutionem omnium Sacramentorum immediatam per Christum in dubium revocare" °*.

At non ita clare sentiebant Doctores antiquiores. Dionysius Carthusianus aiebat: "Aliqui dicunt quod Confirmatio et Extrema

l,l *Comm. in Evang. S.Marci.* in h.l. Sequuntur Maldonado, De Saint Beuvs, Berti et nostris temporibus Schell *(Kat. Dogmat.* t.3 p.2 pag.616sqq). Uberiorem expositionem huius quaestionis in Knabenbaubr, in h.l.

w *Dc Poenitentia* d.39 s.1 n.4-7.

Knabenbauer, in h.l.

w SassE, *Institutiones Theologicae dc Sacramentis Eccles'ac* 2.125. "Erudite et fere exhaustive agit de institutione Sacramenti Extremae Unctionis, Doronzo, *l.c.,* 1,198-316. cum amplissima bibliographia.

Unctio, quoniam plenitudinem gratiae continent, instituta non essent ante missionem Spiritus Sancti. Unde secundum eos, Christus per se non instituit ea, sed Apostolis eorum institutionem commisit. Sed quoniam Sacramenta ad fundamenta legis spectant, probabilius alii asserunt quod ipsemet legislator Christus Dominus ea instituit, quamvis Apostbli ea promulgarunt" ". Pro priori sententia referuntur Hugo a SATctore, Petrus Lombardus et S.Bonaventura; sequuntur autem Carthusianum S.Thomas, S.Albertus Magnus, Scotus Nunquam de hac re acriter disputatum est. Generatin theologi defenderunt institutionem a Christo, quamvis non adhibuerunt terminologiam concretam nisi post Tridentinum, ubi occasione errorum protestantium doctrina catholica clare definita ac propugnata est.

Cum in Evangelio non exstet locus ubi constet qua occasione Christus hoc Sacramentum instituerit, possumus eius institutionem referre ad tempus post resurrectionem ante ascensionem, cum Christus loquebatur cum Apostolis de his quae pertinebant ad regnum Dei (Act 1,3).

CAPUT II

De essentia Extremae Unctionis

Thesis 2. Materia Sacramenti Extremae Unctionis est unctio facta oleo benedicto; forma vero consistit in verbis· quibus deprecatio fit pro aegroto.

S.Th., *Suppi,* q.29 a.4-6; Otten, n.272-291; LERCHER, n.654-659; Kern. pag.l 15-166; Ruch-Godefroy, *Extreme Onction:* DTC 5,1897-2014; Boyer, 405-410; Doronzo, I, 317-588.

243. Nexus. Cum omnia Sacramenta ex materia et forma constent, postquam de exsistentia Sacramenti Extremae Unctionis egimus, de eius essentia seu intrinsecis constitutivis agendum est. Ex his vero quae ad materiam spectant, plura sunt quae ad Theologiam Moralem pertinent, uti de benedictione olei ab Episcopo facienda, de eius annuali renovatione, etc., a quibus est nobis supersedendum.

244. Notiones. Materiam et formam intelligimus eo sensu proprio supra declarato quo intrinseca constitutiva alicuius rei determinantur.

Materia *remota* est substantia illa materialis quae in usu

°® *Summa fidei orthodoxae* 1.4 a.146.

M Ita Kern, pag.71. De Sancto Bonaventura res in dubium vocatur, quia S.Doctor non fixam perpetuo terminologiam servat. Sed 'P.Thomas a Vilanova Gerster a Zeil, O.M.Cap., ultimam sententiam Doctoris Seraphici dicit esse Extr. Unctionem fuisse a Christo institutam *(Sacramentum Extremae Unctionis.* Trac. theol. praesertim ad mentem D.Bonaventurae [Taurini 1936] nag.7-12) Quoad Doctorcs medioaevales, vide HAVeiswEil i.Er, S.I., *Das sakrament der Letstcn Oelung in den svstematischcn Wcrken der ersten Erühscholastik:* Schol 7 (1932) 321-353.524-560.

venit pro hoc Sacramento. In Extrema Unctione non habetur materia *circa quam* sacramentalis actio instituitur, sed tantum *ex qua* Sacramentum confiqitur (sicut aqua in Baptismo et chrisma in Confirmatione). In Ecclesia Latina adhibetur oleum purum olivarum (can.937) ; cui apud Orientales diversas mixtiones adicere licet.

Iuxta eundem canonem 937 oleum pro Extrema Unctione *rite benedictum* esse debet, et quidem ad validitatem, ut postea dicemus (n.248) ; benedictio autem fieri debet "ab Episcopo vel a Presbytero, qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit" (can.945). In Ecclesia Orientali simplices presbyteri concessionem habent, sive expressam sive tacitam, a Romano Pontifice hoc oleum benedicendi\ Benedictio requisita, ut videtur debet esse specialis in ordine ad Extremam Unctionem; sed hoc probabilius non afficit ad validitatem sed ad liceitatem[1 bis].

Materia prôxima est ipsa unctio sive applicatio materiae remotae ; quae unctio debet fieri "ordine et modo in libris ritualibus praescripto..., in casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu, seu rectius in fronte cum praescripta formula breviore, salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo" (can.947,1). Antiquitus valde diversus fuit usus unctionis, ut in argumento videbimus; nunc autem pro Ecclesia Latina rituale Romanum praecipit singulas unctiones· ad singulos sensus, hoc ordine: ad oculos, ad aures, ad nares, ad os, ad manus, ad pedes[2].

Forma huius Sacramenti "sollemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet"[3]. Precatio sive oratio hic intelligitur sensu proprio, et in casibus ordinariis est : "Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiairt indulgeat tibi Deus, quidquid per visum, sive per auditum... deliquisti. Amen". Pro casu autem necessitatis: "Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen"[4].

Ut patet ex formula unctionis, forma videtur deprecativa esse debere.

Forma vocatur *formaliter deprecativa* aut *indicativo* (sive

1 Cf. Benedictum XIV *in Bulla "Etsi Pastoralis" 27* maii 1742; Clemens VII; *Instruet, de Ritibus. Italo-graccorum* 30 aug*. 1595.

1 b,e Cf. auctores moralistas, v.gr. Arrecui, *Summarium Theologiae Moralis* n.661a).

2 Tit.V c.2; in novissima ed. (1952) tit.VI c.1-2. Unctio ad renes nunc omittenda est. et "pedum nuctio ex qualibet rationabili causa omiti potest" *(Rit. Rom.* t.VI c.l n.15).

8 *Rit. Rom.* tit.V c.l n.20; in novissima ed. tit VI c.l n.19.

4 Id., n.21 (20). Cf. Decret. SS.Officii 25 apr. 1-906 (ASS 39.273; D 1996).

imperativa) prout verba exprimant formaliter orationem aut imperium ; sic, v.gr. : "Unge, Domine, hunc famulum tuum...", "Ego te ungo..." Possunt tamen verba *materialiter* quidem deprecationem sonare, sed formaliter (explicite vel implicite) sensum indicativum habere ; ut, exempli gratia, cum exprimunt effectum sacramentalem obtineri per mediationem ministri, auctoritate a Christo accepta, etc. Itaque haec forma: "Sanctifica, Domine, per meam unctionem hunc famulum tuum", vel "Domine, qui per beatum lacobum presbyteris tuis potestatem ungendi tradidisti..." vocatur materialiter deprccativa et formaliter explicite indicativa. Est etiam materialiter deprecativa et formaliter (implicite) indicativa forma benedicendi generaliter in usu: "Benedicat vos omnipotens Deus..." a sacerdote adhibita, nam ex consuetudine ecclesiastica pro vera benedictione sacerdotali adhibetur ; si vero a laico usurparetur, non esset nisi forma materialiter et formaliter deprecativa. Idem dicendum de forma materialiter indicativa et formaliter deprecativa sive implicite sive explicite.

245. Sententiae. I. *Circa- materiam:*

a) *remotam,* nemo unquam negavit esse debere oleum olivarum ; quaestiones fuerunt circa *necessitatem benedictionis* : alii, ut Victoria, Juenin, De Sainte-Beuve, Drouwen, negant simpliciter esse necessariam ullam benedictionem, nisi ex praecepto; alii, ut Suarez· et Estius 5 asserunt ita ab episcopo benedici debere oleum, ut ne quidem Summus Pontifex possit concedere presbyteris simplicibus facultatem'benedicendi illud ; ceteri theologi communiter censent benedictionem esse quidem necessariam, sed posse a simplici presbytero benedici, si potestatem apostolicam habeat. De qua re iam hodie dubitare nemo potest êx cn.945 CIC. Tandem benedictionem requiri saltem ad liceitatem, nemo est qui neget.

b) *proximam,* omnes admittunt esse unctiones in corpore aegroti ; discrepatio autem est circa locum et numerum unctionum :

1) requiritur unctio singulorum sensuum, ibi enim est origo omnium peccatorum. Sic *Instructio ad Armenos* ®,6

6 Victoria, *Summa Sacramen.* n.219; Juenin, *Comj>. Hist. Dotjm. dc Sacrament.* diss.7 q.3 c.1; De Sainte-Beuve, *De Extrem. Unet,* disp.3 a.J ; Drouwen. *De re sacramentaria contra haereticos* 1.7 q.2 c.1.2; Suarelz, disp.40 s.1 n Est lus, *In 4* d.23 s.9.

e D 700 Tantum praecipit Armenis; nec dicit utrum haec multiplex unctiq sit essentialis an tantum conveniens.

+-

S.Thomas', S./Xlbertus Magnus®, Scotus 9,* Richardus a Mediavilla 10, S.Bellarmino 11. Sed hi auctores non investigant in essentialitatem. Billot putat probabilem hanc· sententiam 1213 14

2) Sufficit una unctio. Ita Suarez m, Vazquez, Lugo, Umberg w, et *moderni omnes.*

II. *Circa formam* tot sunt sententiae quot species:

a) *Aliqui antiqui* 15 *negabant formam in Sacramento Extremae Unctionis "quia unctio tali oleo facta est sibi forma". Hoc ita tenebant quia magnam varietatem animadvertebant in formulis huius Sacramenti.

b) Forma debet esse *deprecativa.* Ita S.Albertus M.10, S.Bonventura 1T, S.Thomas 18,* Scotus 18, Suarez 20 et *moderni communiter.* Fundatur haec opinio in textu S.lacobi: orantes *super eum... et* oratio *fidei...*

c) Sufficit formula *indicativa* (valet tamen deprecativa), quia iam sufficienter exprimit effectum Extremae Unctionis. Ita Richardus a Mediavilla 21, Paludanus 22, Aureolus 128, etc.

Quaestio adhuc controvertitur. In Rituali Romano ponitur formula deprecativa, ad quam reduci posse videntur for-

7 *Suppi,* q.32 a.6.
8 *In 4* <1.23 a.16.
° *In 4* d.23 q.unic.
10 *In 4* d.23 a.5.
" Secundam sententiam "singularem ct minus tutam" appellat {*De Sacram. Extremae Unctionis* c.10: *Opera Omnia* 3,761). ,
12 Pag.253, nota 2: "Florentinum equidem nominat septem unctiones, sed aliunde constat unctionem in renibus ct in pedibus non esse necessariam. Hinc unctio quinque sensuum est certo sufficiens, sed et *probabilius* etiam essentialis; quamquam non improbaliter, speculative loquendo, aliqui dicant unctionem unaini cum generali forma corrcspondente, per se solam sufficere Vide auctores theologiae moralis."
13 Suarez defendit necessarias esse unctiones in singulis sensibus, saltem dc necessitate praecepti (d.40 s.2 n.4.6), sed non censet improbabilem sufficere unam unctionem in casu necessitatis, non tamen audet affirmare (ibid., n.8 d.41 s.3 n.6.8).
14 N.731: "certum est".
,B "Dixerunt quidam quod Sacramentum hoc non habet formam extra se ipsum: quia ipsa unctio tali oleo facta est sibi forma; et ad hoc inducunt rationes has..." (S.Albert. Macn., *In 4* d.23' q.1). Et paulo post hoc indicium profert: "Dicendum sine praciudicio, quod, ut puto, prima opinio inducta novitas praesumpta est contra observationem Ecclesiae et sententiam omnium antiquorum; et ideo puto illam esse incautam et sine periculo erroris non posse sustineri. Idem dicit S.Thomas. *Suppi,* q.29 a.7.
In 4 d.23 a 4 ad 1.
17 *In 4* d.23 a.1 q.4.
18 *Suppi,* q.29 a.8. Ubi ad 3 dicit: formulas indicativas esse dispositiones ad formam "inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba".
IV *In 4* d.23 q.unic.
20 D.40 s 3 n.7.
21 *In 4* d.23 a.1 q.4 ad 2.
22 *In 4* d.23 q.1 a.2 conci.3.
3 *In 4* d.23 q.1.

mulae indicativae, eo vel magis si moralis causalitas in Sacramentis admittitur.

246. Doctrina Ecclesiae. Cum argumentum praecise conficiatur ex documentis ecclesiasticis, hic sufficiat memorari:

Concilium^ Tridentinum ait: "Intellexit, enim, Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum...; formam deinde esse illa verba: per istam unctionem, etc." (D 908). Quae verba fere desumpta sunt ex illis quae *Conc.Florentinum* proposuit ad Armenos: "Quintum Sacramentum est Extrema Unctio, cuius materia est oleum olivae per episcopum benedictum... Forma huius sacramenti est haec: Per istam sanatam unctionem..." (D 700).

CIC: cn.937: "Extremae Unctionis sacramentum conferri debet per sacras unctiones, adhibita oleo olivarum rite benedicto, et per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta".

Cn.945: "Oleum olivarum, in sacramento Extremae Unctionis adhibendum, debet esse ad hoc benedictum ab Episcopo, vel a presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit".

Cn.947: "Unctionis verbis, ordine et modo in libris ritualibus praescripto, accurate peragantur; in casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte cum praescripta forma breviore, salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo"

247. Valor theologicus, a) *Prima pars* prout asserit *materiam remotam* Extremae, Unctionis esse oleum, et *materiam proximam* esse ipsam unctionem, est *de fide divina et catholica definita*[25]. In quantum affirmat ad validitatem sacramenti oleum debere esse *benedictum ab Episcopo* vel a sacerdote cum apostolica facultate, est *certa et communis*[26]; et ita exigitur in documentis; in quantum vero asserit debere *benedici cum precibus specialibus in ordine ad hoc sacramentum,* est doctrina *probabilior* et communiter admissa. Prout dicit *materiam proximam* esse unctionem in sensibus aegroti vel in uno sensu pro casu necessitatis, est *certa.*

34 Alia documenta vide in probatione thescos.

35 D 908 Conc.Tridentinum in can.l ct 3 (D 026 928) asseverat ritum Extremae Unctionis hodiernum eundem substantialiter esse atque ille qui a S.Iacobo praescribitur. Ideo quod in capite declaravit in canonibus includitur.

36 P1OI.ANTI, *Dc Sacramentis** pàg.392 ait: "Benedictionem autem episcopi plures et graves theologi, nonnullis tamen refragantibus, censent r.r *iure div'.nQ* require, quod ex traditione colligatur—"

b) *Secunda pars,* in quantum tenet *formam* esse orationem super aegrotum est etiam *de fide divina et definita*'27, quatenus vero non requirit necessario formulam deprecativam sed admittit indicativam ad deprecativam reduci, est *longe probabilior et communis M.*

248. *Probatur prima pars·.* I. *Materia remota est oleum benedictum. Nota.* Cum in S.Iacobo verbum "oleum" clare intelligatur ex baccis olivarum, idque aperte doceat *Cono.Florentinum* (D 700), *Tridentinum*29 et CIC 945; ideo sufficit ut probemus oleum debere esse *benedictum.*

1. Ex declarationibus Ecclesiae. Innocentius 1 ad Decentium relatis verbis S.lacobi, addit: "Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis30 perungi possunt, *quod ab Episcopo confectum,* non solum Sacerdotibus sed et omnibus uti Christianis licet in sua aut in suorum necessitate ungendum... Caeterum si Episcopus aut potest aut dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere et tangere chrismate sine cunctatione potest, *cuius est chrisma conficere"* (D 99)81.

Paulus V (13 ian.1611) declaravit temerariam et errori proximam esse hanc sententiam : "quod, nempe, Sacramentum Extremae Unctionis oleo episcopali benedictione non consecrato ministrari valide possit". Quod decretum Gregorius XVI confirmavit (D 1628)R2. Idem Summus Pontifex approbavit hanc resolutionem S.Officii: "Ad dubium: an in casu necessitatis parochus ad validitatem Sacramenti Extremae Unctionis uti possit *olea a se benedicto.* Respondit negative" 33.

Sanctum Officium iterum anno 1878 asseruit: "Oleum a

27 Quamvis in can. Conc.Trid. nihil dicat de forma, sed sufficienter intclligitur includi in can.3, ubi in genere de ritu loquitur.

a Cf. Boyer. 406. Otten restringit aliquantulum censuram.

'A Tridentinum (D 908) expresse non dicit agi de oleo *olivarum* sed nisi aliud notetur, semper haec olei species intelligitur. Ubi enim, non de puro olivarum oleo agitur, manifesto designatur, ut in Confirmatione cuius oleum vocatur *chrisma,* quia admiscentur aliae substantiae.

30 Chrisma, hoc loco, intelligitur pro oleo, iuxta morem illius temporis, ubi terminologia non erat adhuc stabilita. Cf. Puig de la B., n.980 nota 21.

31 Explicationem uberiorem huius textus habet Kern. Cf. totam Epist. in ME 20,551-561. Ad rem nostram faciunt specialiter nn.1-3.

33 Ex Decreto S.Officii sub Paulo V, 13 ian. 1611, ct Gregor. XVI, 14 sept. 1842.

33 Ex Decreto S.Officii 14 sept. 1842. Cum vero Summus Pontifex respondeat: "Negative ad formam decreti feriae V coram SS. dici 13 ian. 1611" et in memorato decreto propositio negetur sub qualificatione temeritatis et erroris proximitatis ("temerariam ct errori proximam") eandem qualificationem huic sententiae dare tenemur.

Presbytero benedictum est materia prorsus inepta Sacramento Extremae Unctionis" 3"*.

Concilium Aquisgranense (anno 836): "Statutum etiam est, ut vel semel in anno, id est, feria V in Coena Domini, unctio Sancti Olei, in quo salvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab episcopis non negligatur... sed omni devotione iuxta traditionem apostolicam et statuta decretalium, in quo de eadem re praecipitur, peragatur"3S.

Conc.Cabillonense II (anno 813) decrevit: "Secundum B.Apostoli lacobi documentum, cui etiam documenta Patrum consonant, infirmi oleo, quod ab Episcopo benedicitur, a Presbyteris ungi debent" 3<J.

Concilium Flôrentinum in Instr, ad Armenos recenset ut materia Extremae Unctionis "oleum olivae per Episcopum benedictum" (D 700), et *Concilium Tridentinum* hoc confirmans declarat: "Intellexit, enim, Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum" (D 908).

Posse tamen Summum Pontificem simplici presbytero facultatem concedere benedicendi oleum Extremae Unctionis, patet ex *Instructione Clementis VIII* super ritibus italo-graecorum: "Non sunt cogendi presbyteri graeci olea sancta, praetèr chrisma, ab Episcopis latinis dioecesanis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione, ex vetere ritu, conficiantur seu benedicantur" (D 1806). *Benedictus XIV,* anno 1742, hanc declarationem confirmavit3T. Tandem CIC hanc facultatem expresse propugnavit in can.945.

Ergo ex his documentis constat Ecclesiam docere oleum debere ab Episcopo benedici, et quidem ad validitatem; secus Congregatio Sancti Officii non posset affirmare oleum a simplici presbytero benedictum materiam prorsus ineptam esse; inde etiam cn.937, ubi dicit: "oleum... *debet* esse ad hoc benedictum ab Episcopo..." interpretandus est de validitate, non de liceitate.

249. 2. Ex consensu theologorum. Ante s.XVI magni nominisi theologi hanc doctrinam aperte professi sunt. Ita *Magister Sententiarum*98, S.Albertus M., S.Thomas39, Sco-

M *Collect. Decret. S.C. de Prop. Fide* 2 p.121 n.1494.
» Cap.2 can.8: Hrd 4.1395.
« Can 48: Hrd 4.1040.
37 In Const. 26 maii 1742 *Bullariuni Benedict. XIV* (ed. MRCHl in, l 352). *Magn. Bull. Rom.* (ed. CrtERATiNi) 16,96.
» 4. *Sent,* d.23 a.3 q.1s.
30 *Suppi,* q.29 a.5 c; ad 2 et ad 5.

Tus40,* S.Bonavbntura Saeculo XVI iam est doctrina omnino *communis*4243quod vero apud aliquos theologos ut doctrina probabilis defenderetur benedictionem episcopalem olei ad Extremam Unctionem esse tantum necessariam ex praecepto, non ad validitatem, id revera non obstat quominus consensus moraliter unanimis invocari possit; eo praesertim quod illi theologi nec pondere, nec numero, nec auctoritate magni faciendi sint, neque argumenta quibus suam fulciantur sententiam sint valida 4B.

250. II. *Materia proxima est unctio corporis aegroti.*

Ex sacra Scriptura et praxi Ecclesiae. S.Iacobus nihil aliud exigit nisi aegroti unctionem, attamen nihil prorsus determinat circa numerum et locum unctionum. Nec magis explicite loquuntur Sancti Patres antiquiores. Ecclesia vero diversos, pro diversis et temporum et locorum et personarum condicionibus, ritus adhibuit.

Inter diversa, quae exstant, ritualia antiquissimum esse videtur illud in Hispania adhibitum usque ad 's.XI, designatum nomine *Liber Ordinum.* Quae ad extremam unctionem spectant videntur pertinere ad s.V44.* De hoc, igitur, sacramento ita praescribit: *"Ingrediens sacerdos ad infirmum, facit ei signum crucis in capite, de oleo benedicto, dicens'.* In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, regnantis in saecula saeculorum. Arnen" 4δ. Et sequuntur antiphonae et orationes quibus animae corporisque sanatio a Deo impetratur.

Rituale mediolanense (s.XIII, sed in quo referuntur ritus antiquissimi, fortasse s.VI-VII vel etiam antiquiores) praecipit in rubrica: "Primum unge eum in pectore, postea manus, deinde pedes, de oleo benedicto" 40. Eadem fere ad litteram dicuntur in *Libro Monachorum S.Ambrosii,* s.XI47.

In vetustissimo *Libro Sacramentorum* Gregorio M. attributo, legitur: "Faciet; ei [aegroto] signum crucis in capite de

40 *In 4* d.23 q.unic n.5.
« *In 4* d.23 a.l q.3
42 Hanc qualificationem dat Suarez (d.40 s.l n 3).
43 "Traditione Ecclesiae neglecta, illi arguere solent sive ex eo quod S.Iacobus dc consecratione olei nihil dicat, sive ex paritate baptismi, ad cuius validitatem non requiritur aqua consecrata; quorum tamen argumentorum neutrum aliquid valere facile potest, cum hac in re ultimum veritatis critérium sit ipsius Ecclesiae sensus" (Otten. n.277sq).
44 *Le "Liber Ordinum" en usage dans ^'Eglise wisigothique et mozarabe d'Espagne du cinquième au onzième siècle:* Mon. Eccl. Eiturg., 5, ed M.Eérotin (Paris 1904).
43 *Liber Ordinum* col. 71-72.
44 M.Magistretti, *Manuale Ambrosianum:* Mon. Veter. Eiturg. Ambros. Mediolani 1905) 1,149.
4? *Ibid,* p.82. Eadem omnino recurrunt verba in *Cod. M.Bcroldo novo,* ab eodem MagistrETTi edito, *o.c.,* p.96.

oleo benedicto, dicens: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, sit tibi haec perunctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis" 48.*

Vetus *codex Ecclesiae Catalaunensis* indicat unctiones faciendas esse "in pectore et retro sive scapulas et in vertice, necnon et intus manibus et planta pedum" 4β.

In *Sacramentario Grcgoriano* (s.VIII) postquam praescripsit aliquas orationes additur: "Et sic perungat infirmum de oleo sanctificato, cruces faciendo in collo et gutture, et inter scapulas, et in pectore seu in loco ubi plus dolor immineat" 50. Et post caeremonias animadvertit: "Multi enim sacerdotum infirmos perungent [jic] insuper in quinque sensus corporis, id est, in superciliis oculorum, et in naribus deintus et in narium summitate sive exterius, id est, deforis, et in labiis exterius, et in manibus exterius, id est, deforis... Hoc enim faciant ut si in quinque sensus mentis et corporis aliqua macula inhaesit, iam medicina Dei sanetur" 51.

Haec rubrica plus minus immutata invenitur postea in multis *Ordinibus,* ut videre est apud Martène. Ex his *Ordo 11* (s.IX) praescribit: "Faciat de oleo super eum [aegrotum] duodecim signa crucis, hoc est, primum inter scapulas magnam crucem usque ad collum, et ex transverso usque super scapulas... Deindç in collo usque ad.cervicem. Tertiam super caput usque ad frontem in transverso ab aure usque ad aurem... Quartam et quintam in visu, hoc est, in superciliis oculorum. Sextam in olfactu, id est, in naso sive in naribus. Septimam in gustu... Octavam et nonam crucem in auditu, id est, in auribus deforis. Decimam in gutture. Undecimam in pectore. Duodecimam et decimamtertiam in tactu, id est, in unaquaque manu deforis. Reliquas duas in pedibus"

Theadolphus vero *Aurelianensis* animadvertit: "Hoc numero quindenario facimus cruces de Oleo sancto super infirmum hominem propter Trinitatis mysterium et quinque sensuum significationem. Terni enim quinquies quindecim perficiunt. Et quia per imparem numerum saepius sanctificare solitum est. Quidam *viginti* cruces facere super infirmum volunt. Quidam ex *quatuor,* id est, tres inter scapulas, tres in collo, in cervice et cerebro, tres in fronte, et superciliis, tres

48 *Ordo VIII.* Ed. E-Martène, *Dc antiquis Ecclesiae ritibus* (Antuerpiac 1763) 1311.
40 Apud Martène, *o.c.,* 1.1 c.7 a.3.8 p.301.
00 ME 78,235.
51 ME 78,236.
82 Martène, *o.c.,* 303.

in naribus, et labiis, duas in gutture et pectore, duas in manibus, et duas in pedibus. Quidam addunt duas in temporibus, duas in manibus interius faciunt. Quidam in fronte ullius, nec in manibus sacerdotis interius crucem de oleo facere oportere dicunt. Sed tamen nihil obest" 5S.

Ordo XIX (s.XII) unctiones assignat "in vertice, in fronte, in temporibus, in facie, ac postea ad oculos, ad aures, ad nares, ad labia, in gutture, et collo, inter scapulas, inter pectora, in manibus, in pedibus, in umbilico seu in loco ubi maior sit dolor" M.

Orda IV (s.IX) plures adhuc requirebat unctiones: "In collo, in gutture et inter scapulas, et in pectore, in quinque corporis sensibus, id est, in superciliis oculorum, etc... in genibus quoque, et in cruribus, suris, pedibus, ac plantis, et pene in omnibus membris, seu in loco ubi dolor plus immineat amplius perungatur" 55.

Ordines XXVIII et *XXXII* addunt unctionem in renibus 58 (quae etiam praescribebatur in Concilio Florentino D 700). Sed in *Ordine XXXII* commendatur ut huiusmodi unctio mulieribus propter decorem ne fiat. Eadem ratione relictae sunt unctiones in umbilico, in pectore et inter scapulas, quare paulatim non nisi ad quinque corporum sensus unctio fiebat.

In Orienti; nunquam ritus aliquis uniformis et universalis fuit. *Ordo XXXIII,* qui ex *Euchologio Graecorum* est desumptus et pertinet ad s.IX, non alias indicat unctiones quam in fronte, in manibus et in auribusB'. Sed eodem saeculo *Theodulphus* tres etiam unctiones memorans, eas diversimode describit: "Apostoli ungentes oleo infirmos non amplius quam tres cruces cum oleo super eos faciebant. Unde Graeci, qui ipsam Apostolorum traditionem imitantur, similiter tres tantum cruces cum oleo faciunt fundentes cum ampulla oleum infirmorum in crucis modum super caput et vestimenta et totum corpus infirmi, incipientes crucem a capite usque ad pedes, in transversu a manu dextera usque ad brachia et pectus usque ad sinistram manum" s8.

S.XV *Simeon Thessalonicensis* tres etiam unctiones r< -vocat, sed in fronte, in formam crucis in facie sensuum gratia, et in manibus5fl. Paulo post, *Arcudius* (s.XVII) dicit

M Ibidem.
Apud Martenk, *ex..* 331.
Kd. Martène, *ox..* 306.
" *O.c.,* 342-343 et 348
Ibidem. 355.
® Apud MartènE, *o.c.,* 1.1 c.7 a.3 pag.301.
® *Dc sacro ritu- sancti olei,* citatus ab Arcudio.

unctionem esse faciendam ad frontem, ad mentum et ad ambas genas 6°. Ceterum Denzinger notat: "Quaenam sint partes corporis, quae apud orientales unguntur, nullibi indicatum invenimus, nisi quod Bematus de Coptis tradit: unicam unctionem memorat, quae in fronte fiat. Sed et Vanslebius de unica unctione loquitur, quae a sacerdote seniore peragatur. Ex rituali autem Gabrielis Patriarchae apud Renaudotium et Euchologio Tukiano et Codice Vaticano 78 omnes sacerdotes ungunt, utrum in diversis partibus non est expressum et ideo neque videtur admittendum" ei. Secundum *Archangelski* graecum rituale de hac re nullas habet rubricas, sed sacerdotes unctionem perficiunt quomodo didicerint.

Inter *modernos orientales* unctiones fiunt tum in quinque sensibus, tum ad frontem, nares, genas, os, pectus, manus interius et exterius, tum ad frontem, genas, manus, mentum, aliave similia ,

Tandem, pro Ecclesia Romana, *Rituale Romanum* praecipit unctionem in quinque sensibus, et in casu necessitatis, ut supra diximus, concedit unicam unctionem *"in uno sensu seu rectius in fronte,* salva obligatione singulas unctiones supplendi cessante periculo" (CIC cn.947,1).

Ergo ex his omnibus constat ad validitatem sufficere unicam unctionem (secus nunquam permitteretur), ad liceitatem autem requiri in Ecclesia Romana unctionem in quinque sensibus, inter Orientales diversas unctiones secundum diversos ritus.

251. *Probatur pars altera.* I. *Forma Extremae Unctionis consistit in verbis quibus deprecatio fit pro infirmo.*

1. Ex sacra Scriptura. S.Iacobus agens de Extrema Unctione ait: *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae et* orent *super eum... et* oratio fidei *salvabit infirmum.* Iam vero, ut supra traditum est [n.229J *oratio* προσευξάσθωσαν, εὐχή est oratio proprie dicta, quae non fit ab aegroto, sed à presbyteris vocatis ad hoc ut ungentes aegrotum oleo et super eum orantes impetrent a Deo sanitatem

Quod autem haec oratio sit formula sacramentalis, patet ex nexu quem habet cum unctione (quae est materia) et cum effectu ("orent... ungentes: et oratio fidei salvabit infirmum").60

60 *Dc Concordia Ecclesiae occidentalis ct orientalis t»i administratione saptent sacramentorum libri VII* (Paris 1672) 1.5 c.7

ei H.Denzinger, *Kittis Orientalium* 1,186.

Inquisitio de evolutione historica benedictionis olei (1895) pag.!35sq.

03 Cf. G.Jaquemier, *L'Extreme Onction chez les Grecs:* ÊchOr (1899) 194.

2. Ex documentis et praxi Ecclesiae. In instructione ad Armenos (D 700), in Concilio Tridentino (D 908) et in aliis documentis supra memoratis, apparet formam reponi in verbis (utique deprecatoriis) seu orationibus, iuxta commendationem S.Iacobi: *orent super eum... et oratio fidei...* (5,14-15), quae comitantur unctionem, prout nunc invenitur in Rituali Romano.—Prout fecimus, agendo de materia proxima (11.250), possemus etiam hic afferre plures formulas ex libris ritualibus et Ordinibus depromptas. Hoc tamen in genere animadvertitur ritualia et Ordines legenti, quod scilicet non tanta est in formulis quam in materia varietas. Solet primo apponi aliqua generalis oratio ad unctionem alludens, quin semper exprimatur in rubrica unctionem tunc esse faciendam[64]; postea adduntur tot formulae sive orationes, quot sunt unctiones quae praescribuntur. Ut aliqua exempla adducamus, sufficiat antiquiora documenta citare:

Liber Ordinum (s.V): *"Ingrcdiens sacerdos ad infirmum facit ei signum crucis in capite, de oleo benedicto, dicens:* In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, regnantis in saecula saeculorum. Arnen. *Lt dicit tres antiphonas subter digestas, dcmumque orationem in ordine: Ant.*: Sana me, Domine, turbata sunt ossa mea et anima mea turbata est valde. Tu, Domine, convertere, et eripe animam meam.—*Vers.*: Domine ne in ira.

Ilacc antiphona dicitur, cum plures fuerint infirmi: Ant.: Sana, Domine, omnes languores nostros, alleluia: redime de interitu vitam nostram, alleluia, alleluia.—*Vers.*: Ut confiteamur.

Ant.: Dominus locutus est discipulis suis: Accipite Spiritum Sanctum: in nomine meo daemonia eicite, et super infirmos imponite manus vestras et bene habebunt.—*Vers.*: Deus Deorum Dominus.

[Ant.]: Dominus erigit.elisos, Dominus solvet compeditos. Dominus sanat infirmos.—*Vers.*: Qui sanat contritos Dominus.

Oremus Dei omnipotentis [misericordiam], ut vulnera famuli sui (famulorum suorum) propitius curare ac sanare dignetur.—*Oratio.* Iesu, salvator noster et Domine, qui es vera

[64] Probabiliter supponunt Ordines sive Ritualia primum fieri manus impositionem (quod aliquando expresse dicitur, ut; v.gT., in Ordine V) et postea unctionem. Sed illa manus impositio saepe coincidit cum unctione probabiliter in capite. Fortasse etiam posset dici hanc orationem esse illam quae antiquitus recitabatur cum una tantum fiebat unctio; postea vero additis aliis unctionibus cum suis propriis orationibus, haec permansit tanquam oratio generalis

salus et medicina, et a quo et cuius est vera salus et medicina, qui Apostoli tui voce nos instruis, ut morbidos olei liquore tangentes, tuam postulemus misericordiam pietatis; aspice propitius super hunc famulum tuum (hos famulos tuos). *III.* ab illa mirabili summitate caelorum; ut quem (quos) languor curvat ad exitum et virium defectio iam pertrahit ad occasum, medella tuae) gratiae restituat castigatum (castigatos)... etc.65

Rituale mediolanense, cum unctione habet hanc formulam: "Ungeo te oleo sanctificato, ut more'militis unctus et praeparatus ad luctam, aerias possis superare catervas. Operare .creatura olei, f In nomine Patris omnipotentis, f et Filii, f et Spiritus Sancti: ut non lateat hic spiritus immundus, nec in membris nec in medullis, nec in ulla compagine membrorum huius hominis (feminae); sed operetur in eo virtus Christi Filii Altissimi, qui cum aeterno Deo Patre...—*Quando tu unxisti in pectore,* dic: Quidquid peccasti per cogitationem cordis parcat tibi Deus. *Deinde quando unxisti in inanibus,* dic: Quidquid peccasti per operationem manuum tuarum parcat tibi Deus. *Tertio quanddunxisti in pedibus,* dic: Quidquid peccasti per ingressum *(sic)* pedum parcat tibi Deus.—*Alia oratio.* Dominus vobis *[Omnes sacerdotes'dicunt simul istam orationem].* Deus Angelorum, etc."**5

In triginta tribus *Ordinibus* a Martène transcriptis, forma invenitur plus minus sicut in actuali Rituali Romano, quamvis nonnullae variationes observantur, ut statim videbimus. Ergo forma Extremae Unctionis in his verbis consistit, quae semper unctionem comitantur vel immediate sequuntur, et quibus deprecatio fit pro infirmo.

252. II. *Forma Extremae Unctionis est formaliter deprecativa, potest tamen esse materialiter indicativa seu imperativa.*

Ex documentis et praxi Ecclesiae. Tum in Ecclesiis Orientalibus tum in Ecclesia Romana forma huius sacramenti deprecativa est, attamen in libris ritualibus inveniuntur aliquae formae mixtae (ex deprecativa et indicativa), atque etiam aliquae quae prima facie videntur simpliciter indicativae seu imperativae, et aliae optativae. En aliqua exempla:

a) *Formae deprecativae. Liber Sacramentorum* Gregorio Magno attributus, ait: *"Unges eum [aegrotum] oleo sancto, et dices:* Deus omnipotens, Pater Domini nostri lesu Christi,

05 Ed. MLFérotin, cal.71-72.

M.Magistretti, *Manuale Ambrosianum* I 149-150. Tum etiam in *Cod. M.Beroldo novo* 97; et in *Libro Monachorum S.A'ntbrosii* 83.

in virtute Spiritus Sancti, eius in Trinitate Deus, miserere huic famulo tuo, et tribue ei remissionem omnium peccatorum, et recuperationem ab imminente aegritudine per hanc sanctam unctionem et nostram supplicem deprecationem. Qui vivis" °7.

*Ordo XI*88. *"Mox ut sacerdos coeperit infirmum ungere, dicat hanc orationem...* : Deprecamur clementiam tuam, Onu nipotens Deus, ut huici famulo tuo, quem in tua fidentes misericordia sanctificati liquoris effusione praesumimus ungere, oleum doni caelestis prosit ad emendationem mentis et corporis salutarem, ut percepta divinae unctionis sospitate, cunctas insidiatoris mortiferi machinationum fraudes invicta virtutis tuae potentia valeat superare. Per". Postea, recitatis duabus aliis orationibus a duobus distinctis sacerdotibus, fit unctio in singulis sensibus vel membris cum singulis etiam orationibus. Sit una in exemplum : *"Ad pectus.* Penetralium cordis inspector Deus, qui lorica inexpugnabili pectora fidelium munire non desinis ; protege, quaesumus, unctione salvifica huius famuli tui pectoris interna, ut carnalium remotis curiositatum delectationibus, omniumque pestiferis immundorum spirituum commentis, incessanter meditationi divinae insistere valeat virtutis. Per".

In *Ordine XV,* antequam singula membra et sensus ungantur, dicit rubrica : *"Dum ergo sacerdos ungit infirmum, dicat hanc orationem morosius inungendo'.* Adesto, Domine, quaesumus, humilitatis nostrae obsequiis, eisque benignus cooperator assiste; ut qui excusationem mandatorum huic aegroto manus imponentes, olei sacri unctionem exhibemus, huiusmodi servituti nostrae te interesse sentiamus; quatenus Sancti Spiritus gratia nostrae actionis officia comitante, ab hoc famulo tuo N. omnis languor et debilitas abscedat, totius vigoris et sospitatis plenitudo succedat ; relictoque imbecillitatis grabbato, ad te, medicum supernum, vultum et mentem erigat, et pro sospitatis restitutione laudes nomini tuo competentes in aeternum persolvat. Per."®9

In *Euchologio Graecorum* forma est huiusmodi: "Pater sancte, animarum et corporum medice, qui Filium tuum unigenitum Dominum nostrum lesum Christum omnem morbum curantem, et ex morte nos liberantem misisti : sana quoque servum tuum N. a detinente illum corporis infirmitate, et vivifica illum per Christi tui gratiam, intercessionibus super

eT Martens, *o.c.* Ordo VIII, 311.
<* Martine. *o.c.,* 314.
w Ibidem, 324,

omnes sanctae Dominae nostrae Deiparae et semper Virginis Mariae *[sequuntur nomina- aliorum Sanctorum]...* et omnium sanctorum. Amen. Quia tu es fons sanitatum, Christe Deus noster, et tibi gloriam referimus, Patri et Filio et Sancto Spiritui : nunc et semper et in saecula saeculorum"[70].

b) *Indicativae sive imperativae.* Maior pars formarum sive formularum, quae in Ordinibus inveniuntur, pertinent ad formam indicativam ; itaj *Ordo I*: "Ungo te oleo sanctificato, in nomine Patris· et Filii et Spiritus Sancti... ut non lateat in te spiritus immundus..." *Ad oculos:* "Ungo oculos tuos de oleo sanctificato, ut quidquid inficito visu deliquisti, huius olei unctione expietur. Per..."[71] Eodem fere modo Ordines III, V, XII, XV, XVI, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, XXIII, etc. qui modo dicto vel hoc alio formam exprimunt: "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ungo te (manus, aures... tuas) sacrati olei liquore, ut quidquid peccati delectatione auditus (tactus, olfactus...) admissum est, medicina spiritualis evacuet". Et alia huiusmodi.

Sub forma *imperativa-* non est adeo frequens unctio, attamen dantur aliqua exempla, ut in *Ordine XIII:* "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, regnantis in saecula saeculorum. Accipe sanitatem corporis, et remissionem omnium peccatorum tuorum"[712]. In veteri rituali ecclesiae Suessionensis: "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, accipe sanitatem in nomine Domini. Amen". *Et ad pedes:* "Accipe sanitatem in nomine Domini nostri lesu Christi, surge et ambula. Arnen" [7S],

c) *Optativae.* Forma optativa adhibetur in Rituali Romano moderno: "Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum (auditum, olfactum, etc.) deliquisti. Amen" [74]. At iam antiquitus erat in usu similis forma. Talis apparet in Ordinibus III, X, XVIII, etc.: "Per istam sacri olei unctionem et Dei benedictionem, remittat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum. *Similiter per omnes sensus*" [75]. Aliquando forma

w Ibidem, 351.
11 Ibidem, 302.
72 Ibidem, 320.
73 De Saint-Beuve, *De Sacramento Unctionis infirmorum Extremae* d.4 a.2 Benedictus XIV *(De Synodo* 1.Ü c.2 n.2) dicit: "Nescimus quo pacto possit deprecatio inveniri in aliis formis, ex plurimis antiquis ritualibus a/ Menardc et Martène productis, in quibus* solum adhibetur verbum ungo absque alio ad· ditamento, e quo deprecatio colligi aut fingi queat." Revera huiusmodi formae nullibi inveniuntur apud Martène et Menardo, neque, quod sciamus, in ullo Ordine vel Rituali antiquo aut moderno. Fortasse cl. Auctor ex memoria re· citavit et confusionem aliquam passus fuit.
74 *Rituale Romanum* tit.V c.I 20-21; in recentissima ed. (1952) tit.VI, c.l n.19-20.
75 Ordo XVIII, ed. Martène, *o.c.,* 330

optativa exprimitur potius in oratione quam in ipsis verbis unctionis, ut accidit saepe in formis indicativis.

d) *Mixtae.* Forma mixta apparet aliquando in una eademque oratione, cuius pars est indicativa vel optativa, pars vero est deprecativa. Sic *Ordo I* ita completam habet unctionem ad oculos: "Ungo oculos tuos de oleo sanctificato, ut quidquid inlicito visu deliquisti, huius olei unctione expietur. Per Dominum nostrum. Succurre, Domine, infirmo huic et medica eum spirituali medicamine, ut in pristina sanitate a te restitutus, gratiarum tibi referat actionem" [76]. *Ordines V et VI* habent hanc formam: "Ungo te de oleo sancto, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: obsecrans misericordiam ipsius unius Domini ac Dei nostri, ut fugatis omnibus doloribus vel incommoditatibus corporis tui, recuperetur in te virtus et salus: quatenus per huius operationis mysterii et per hanc sacrati olei unctionem et nostram deprecationem, virtute sanctae Trinitatis medicatus sive fotus, pristinam et immelioratam recipere merearis sanitatem. Per. Domine Deus salvator noster, qui est vera salus..." [77]

Ordo vero *XI,* dum diversas orationes ad singulos sensus proponit, alias adducit optativas, alias deprecativas: "*Ad collum:* In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, sit tibi haec unctio sanctificationis purificatio sacrae nativitatis... *Ad pectus:* Penetralium cordis inspector Deus, qui lorica inexpugnabili pectora fidelium munire non desinis; protege, quaesumus, unctione salvifica huius famuli tui pectoris interna, ut..." [78] *Ordo XIV* coniungit formam indicativam et imperativam simul cum optativa: "Ungo te oleo sancto, invocata magni Creatoris maiestate, qui iussit Samuelem Prophetam ungere David in regem. Operare creatura olei, in nomine Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus Sancti; ut non lateat spiritus inmundus neque in membris neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum; sed inhabitet in eo virtus Christi altissimi et sanctificatio Spiritus Sancti. Per eundem" [79].

Ex his diversis formis, clare patet formulam indicativam et optativam facillime reduci posse ad deprecativam, eo vel magis, quod saepe coniunguntur cum aliis orationibus depreeativis, vel in illis adhibentur formulae: In nomine Patris, et cetera; vel: "Ungo te... *obsecrans* misericordiam ipsius...

[76] Ed. Martine, *o.c.,* 302.
[77] Ordo V, *o.c.,* 307; Ordo VI, *o.c.,* 310.
[78] Martene. *o.c.,* 314.
[79] Ibidem, 321.

Dei..." Quoad formas imperativas, notandum est in primis paucas omnino esse, ac praeterea, ut videtur, non pertinent nisi ad quandam quasi summam sive extractum ex libris liturgicis, et semper post formulam valde brevem venit aliqua oratio generalis in qua salus aegroti a Deo postulatur. Ergo revera, omnes formulae ad deprecativam reduci possunt.

253. Obiectiones. 1. In Instruet, ad Armenos dicitur infirmum ungendum esse in quinque sensibus et in renibus. Ergo una unctio non sufficit.

Dist. antec. Haec dicuntur praeceptive, *nego antec.;* ad modum instructionis, *conc. antec.* Neque ullus auctor admittit unctionem in renibus esse necessariam, quae tamen in Instructione citata proponitur facienda sicut aliae quinque unctiones, iuxta morem illius temporis.

2. Si necessitas cessat, unctiones reliquae faciendae sunt, et quidem absolute. Ergo ex Dccr. S.Officii nequit inferri unam unctionem sufficere.

Dist. antec. Supplendae sunt unctiones ,ad validitatem sacramenti, *nego antec.;* ad integritatem, *conc. antec.* Quod autem absolute suppleantur, patet : secus, enim, in tantum condicionate fierent in quamtum dubium esse posset de valore Sacramenti. Iam vero, quoad validitatem Sacramenti, dubium nullum est. Id etiam evenit in aliis Sacramentis, v.gr. in Baptismo cf Ordine, quae sunt Sacramenta initerabilia, et si ex necessitate vel negligentia (etiam voluntaria) aliquid ex ritibus accidentalibus omissum fuit, debet, quando opportunitas ferat, suppleri.

CAPUT III

De effectibus Extremae Unctionis

Thesis 3. Effectus primarius Extremae Unctionis est collatio gratiae habitualis cum gratiis actualibus necessariis ad salvandam animam alleviando aegrotum; effectus vero secundarii sunt abstersio peccatorum eorumque reliquiarum et condicionata salus corporis.

S.Tir., *Suppi.* q.30 a.Is; *In 4* d.23 q.l a.2 quaestione.Is; *C.Gcnt.* 1.4 c.73; SuÂREte. *Dc Pacnit.* <1.41 s.l a.4; Kern. p 167sqq; Pesch. 7 n.536sqq; Otten, n.292sqq; Lercher-Umeberg, n.655-664; Doronzo, 11,4-231.

254. Nexus. Essentiale sacramentis est ut gratiam conferant ex opere operato, et quidem 'gratiam habitualem cum aliis gratiis ad proprium effectum Sacramenti obtinendum. Cum igitur, Extrema Unctio inter Sacramenta numeretur, et iam probaverimus eius exsistentiam et essentiam, restat ut effectus declaremus. Hoc autem Sacramentum, ex verbis S.Iacobi, constat non modo gratiam causare, sed etiam plures alioe

effectus producere. Necesse est ergo ut horum effectuum naturam et gradationem sive principalitatem exponamus.

255. Notiones. Effectus Sacramentorum, alii sunt *communes,* alii *speciales.* Effectus communes sunt gratia in se spectata ; effectus vero particulares sive speciales sunt illa dona gratiae actualis, quae in unoquoque Sacramento conferuntur ad finem peculiarem Sacramenti obtinendum.

Apprime notandum est, non esse identificandum "primano, per se, proprie" "secundario, per accidens, improprie". Fieri, enim, potest ut aliquid intendatur *per se,* sed *non primario.* Sic in nostro casu, Extrema Unctio proprie, *primario et per se* confert gratiam secundam ; est, enim, Sacramentum vivorum : *secundario* tamen, sed etiam *per se,* aliquando confert gratiam primam, quando, scilicet, aegrotus, impeditus ad Sacramentum confessionis suscipiendum, actum retractationis peccatorum elicuerit, et sic dispositus recipit Extremam Unctionem.

Cum gratiis actualibus necessariis... Gratiae actuales solent adiungi gratiae habituali, et pro unoquoque sacramento specialiter conferuntur. In Extrema Unctione, auxilia illa specialia dantur quae aegroto necessaria sunt ad vitam aeternam consequendam. Huiusmodi auxilia ita describit Tridentinum: "Unctio delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, et aegroti animam alleviat, et confirmat, magnam in eo divinae misericordiae fiduciam excitando, qua infirmus sublevatur, et morbi incommoda et labores levius fert, et tentationibus daemonis calcaneo insidiantis. facilius resistit" (D 909).

Effectus secundarius ille est qui intenditur ab ipso Sacramento, sed non ea principalitate ut necessario obtineri debeat. Non tamen est effectus *per accidens* (hic, enim, non intenditur per se, sicut habetur in illis sacramentis vivorum, ut Eucharistia, quae *per accidens,* possunt remittere peccata).

Abstersio peccatorum eorumque reliquiarum. Extrema Uuctio remittit peccata sive mortalia sive venialia, si quae sint, et praeterea ea omnia, quae aliquo modo impediunt quominus homo gratia donatus non plane cum Deo coniungatur. "Huiusmodi sunt peccata venialia per paenitentiam non sublata, reatus poenae temporalis, imbecillitas moralis qua homo facile passionibus cedit, indignitas specialis illius providentiae divinae, qua Dominus servos suos gubernat, uno verbo: quid-

quid obstat quominus offensa Dei possit dici penitus extincta" \

Et condicionata salus corporis. Extrema Unctio sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur (D 909), ita Tridentinum affirmat explanans effectus huius Sacramenti. Salus, igitur, corporalis proponitur etiam ut effectus intentus *per se* a Sacramento, non tamen *absolute et necessario* obtinendus, sed solummodo *condicionate* ad salutem animae. Haec sanatio corporalis, quae aliquando obtinetur, ratione sacramenti, non est necessario charismatica seu miraculosa : Deus, enim, sinit causas naturales agere ad valetudinem recuperandam; quapropter non est infallibiliter expectandus effectus sanitatis, quando nimis intempestive hoc Sacramentum administratur. Si vero Extrema Unctio opportune recipitur, effectus sanitatis corporalis (si expedit saluti animae) obtineri potest per causas naturales ex providentia speciali Dei motas, ut illuminando medicos qui medicinas aptas seligant, arcendo anxietates in aegroto, quae veletudini nocent, et cetera.

256. Sententiae. Saepe discrepantiae inter auctores catholicos pendent a modo loquendi; identificant, enim, aliquando (saltem de facto) notiones "primario" et "per se", "secundario" et "per accidens"; quod, ut notavimus, perperam iit. Unde discussio versatur tantum circa principalitatem effectus, seu in determinando effectu primario et secundario.

1. *Scotistae,* sequentes S.Bonaventuram et Scotum, aiunt effectum primarium esse remissionem peccatorum venialium; hoc autem ideo tenent ut possit anima citius consequi beatitudinem a qua detineretur per peccata venialiae.

2. *Alii auctores* cum S.Thoma et Suarez propugnant plus minus nostram thesim3.

3. *Orientales* negant sanationem corporalem esse effectum secundarium, sed volunt sit principalis 4.

4. Quoad remissionem mortalium peccatorum, S.Bonaventura, Scotus, Durandus pluresque alii ante Tridentinum,

3 Kern, p.104.

2 Circa doctrmam Scotistarum, cf Lercher-Umberg, n.659,2; AVeisweii.Er, *Das Sakrament der Lctsten Oclung in dem systcmatischen IVcrken der ersten Friihscholastik:* Schol 7 (1932) 336s.

2 *Supplcin.* q.84 a.1 ad 1; SuârElz, d.41. Doronzo'defendit principalem effectum Extremae Unctionis consistere in "abstersione reliquiarum peccati, seu sanatione debilitatis ct ineptitudinis, quae in nobis relinquitur, ex peccato et in ipsa mente exsistit, quaeque nihil aliud est quam quaedam animi prontitas ad malum et difficultas ad bonum ab ipso praeterito peccato generata" (l.c. 11,98-110); ct adducit pro hac sententia S.Thomam.

4 Cf. M.Gordillo, *Cotnpcnd. Theol. Orient.*2 (1939) 164.

aiebant non esse effectum *per se* Sacramenti Extremae Unctionis; sed tantum *per accidens* [8].

5. *Protestantes* antiqui et moderni vel non admittunt hoc Sacramentum, vel tantum concedunt sanationem corporalem ut eius effectum, quae quidem tempore apostolico charismatica fuisset, nunc autem a Deo iam non conceditur.

257. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Tridentinum* sessione XIV, cap.2 de Extrema Unctione declaravit: "Res porro et effectus huius Sacramenti *illis verbis explicatur: Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Res etenim haec gratia est Spiritus Sancti, cuius unctio delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, et aegroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinae misericordiae fiduciam ex4 citando, qua infirmus sublevatus et morbi incommoda ac labores levius fert, et tentationibus daemonis *calcaneo insidiantis* facilius resistit, et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur" (D 909).

Concilium Florentinum: "Effectus vero huius Sacramenti est mentis sanatio, et, in quantum autem expedierit, ipsius etiam corporis" (D 700).

Valor theologicus. Est *de fide definitum* Extremam Unctionem abstergere reliquias peccatorum, alleviare infirmum, et concedere condicionatam sanitatem corporis [10]. Remissionem peccatorum mortalium esse effectum *per se* Extremae Unctionis est doctrina *certa et communis:* esse effectum secundarium, est *commune.*

258. Probatur. 1. *Effectus primarius Extremae Unctionis est collatio gratiae habitualis cum gratiis necessariis ad salvandam animam alleviando aegrotum.* Ille est effectus primarius alicuius Sacramenti qui semper oblineri potest (nisi obex impediat) et a Sacramento intendatur. Atqui talis est collatio gratiae habitualis cum gratiis actualibus necessariis ad alleviationem animae. Ergo talis est effectus primarius Extremae Unctionis.

Maior est evidens ex definitione effectus primarii.

Minor probatur. S.Iacobus clare docet: *et alleviabit cum Dominus.* Haec autem alleviatio (utique spiritualis, ut supra ostensum est) semper obtineri potest, alii autem effectus non

[8] Multae aliae exstant discrepantiae, circa restitutionem sanitatis, remissionem mediatam vel immediatam peccatorum venialium, etc. De his fusius Kern. pag.167sqq; Van Noort, *De Sacrantcntis 2* n.178; Lercher-Umberg. n.657-659.
[10] Ita Conc.Tridentinum: D 909 927; cf. Conc.Florent. D 700.

semper erunt possibiles, ut mox dicetur. Ad alleviationem vero spiritualem gratia actualis necessaria est, et quidem talis gratia seu auxilium spirituale quod respondeat necessitatibus spiritualibus aegroti : huiusmodi gratiae actuales semper sunt pro unoquoque Sacramento quasi specificae et ad eius effectum primarium pertinere solent. Praeterea si effectus primarius E.Unctionis esset alleviatio vel sanatio corporis, tunc administranda etiam esset parvulis baptizatis, perpetuo amentibus, etc. Atqui hoc prohibitum est[7]. Ergo.

259. II. *Abstersio peccatorum eorumque reliquiarum est effectus secundarius Extremae Unctionis.* S.Iacobus clare etianl docet Extremam Unctionem remittere peccata *{et si in peccatis sit remittentur ei).* Peccata autem de quibus agit Apostolus sunt "delicta", sive peccata etiam mortalia, non solum venialia. Atqui saepe peccata non erunt quae remittantur, et ad peccata delenda instituta sunt necessitate medii Baptismus et Paenitentia. Ergo remissio peccatorum est quidem effectus Extremae Unctionis, non autem effectus primarius. Secus, enim, Paenitentia saltem non esset necessaria necessitate medii, si iam Extrema Unctio haberet ut finem primarium remissionem peccatorum mortalium.

Reliquiae vero peccatorum sunt non modo poenae temporales pro peccatis debitae, verum etiam debilitas sive infirmitas animi consequens peccata et producens timorem, diffidentiam, anxietatem salvationis, etc. Ad has peccatorum reliquias abstergendas confert Deus auxilia specialia vel etiam gratias actuales. Iam vero abstersio harum reliquiarum peccatorum partim possunt referri ad alleviationem animi, et includuntur in illis auxiliis specialibus gratiarum actualium quae Deus concedit in singulis sacramentis et de quibus locuti sumus agendo de effectu primario Extremae Unctionis; et sic etiam, abstersio reliquiarum peccatorum quodammodo pertinent ad effectum primarium huius Sacramenti. Sed partim etiam spectant ad ipsam quasi remissionem peccatorum et poenarum temporalium pro peccatis; et sub hoc respectu debent reponi interl effectus secundarios Extremae Unctionis.

260. III. *Condicionata salus corporis.* Salus corporis indicatur a S.Iacobo cum dicit: *Et oratio fidei salvabit infirmum* [8]. Atqui huiusmodi salus corporalis de facto non semper

7 CIC can. 940s.
8 Vide supra, ubi diximus *salvabit infirmum* etiam ad sanitatem corporalem referri.

obtinetur, nec saepe naturaliter obtineri potest (v.gr. in casu in quo quis laetali morbo in loco inhospite corripitur) ; nec apparet ex S.lacobo curationem debere esse charismaticam. Ergo talis effectus non potest esse primarius.

Praeterea Patres et Theologi unanimiter ut rem apertam tradunt huiusmodi non posse esse effectum primarium Extremae Unctionis; statutum est, enim, hominibus semel mori (Gen 3,19; Is 53,12; Hebr 9,27), Recte, igitur, S.Thomas: "Extrema Unctio non facit corporalem «anationem ex proprietate naturali materiae, sed ex virtute divina, quae rationabiliter operatur. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum nisi secundum quod expedit ad principalem, ideo ex hoc Sacramento, non semper sequitur corporalis sanatio, sed quando expedit ad spiritualem sanationem; et tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis" ®.

261. Obiectiones. 1. In forma Extremae Unctionis non exprimitur nisi remissio peccatorum. Ergo remissio peccavi est effectus primarius huius Sacramenti.

Dist. antec. In omnibus formulis Extremae Unctionis non exprimitur nisi remissio peccatorum, *nego antec.;* in forma quam habemus in Rituali Romano, *subdist.:* explicite, *conc.;* implicite, *nego.* Revera in formula actuali non exprimitur *explicite* nisi remissio peccatorum sed magna fuit' varietas formularum. Praeterea non est necessarium ut in forma Sacramenti exprimatur praecise eius effectus formalis primarius *explicite;* cum forma debeat proferri secundum mentem Ecclesiae quae intendit omnes effectus Sacramenti. In forma exprimitur gratia quam sacramenta significant '°, et si quidem per remissionem peccatorum conceditur gratia, ideo haec collatio gratiae, quae est effectus primarius Sacramenti Extremae Unctionis exprimitur in hoc Sacramento per remissionem peccatorum (quae remissio etiam habetur, si peccata sunt).

2. Alleviatio animi praesupponit remissionem peccatorum. Ergo prior debet haec esse. Ergo remissio peccatorum est effectus primarius.

Dist. antec. Et remissio peccatorum in Sacramento Extremae Unctionis *ordinatur* ad alleviationem animi, *conc. antec.;* est independens ab illa, *nego antec. Dist. cons.* Debet esse prior in inten-

• *Suppi,* q.30 a.2. Nota cum Boyer reliquias peccati hoc loco non sumi omnino eodem sensu ac supra; etenim hoc nomine "non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictae, quae sunt quidam habitus inchoati, sed quaedam spiritualis debilitas in ipsa mente exsistens, qua sublata, etiam eisdem habitibus vel dispositionibus manentibus, non ita potest inclinari mens ad peccandum" *(.Suppi,* q.20 a.1 ad 2). Unde reliquiae peccati, quae tolluntur per Extremam Unctionem, sunt oppositae bonae operationi contra tentationes, magis quam bonis inclinationibus, quae remanere possunt, sed fortius devincuntur *(De Poenitentia et Extr. Unet,* p.415).

30 "Constat inter omnes Sacramenta Novae Eegis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt, et efficere quam significant" (Pius XII, *Consi. Apost. "Sacramentum Ordinis":* AAS 40 [1948] 6).

tione, *nego cons.;* in exsecutione, *conc. cons. Data distinctione, nego secundum cons.*

3. Post susceptam Extremam Unctionem non semper apparet in aegroto alleviatio spiritualis animi. Ergo alleviatio animi non esi effectus primarius.

Dist. antec. Aliquando non *apparent aegroti* spiritualiter alleviati, *trans, antec.;* non *sunt* spiritualiter allcviati, *subdist.:* quia fortasse non susceperunt digne Sacramentum, *trans.;* aliter, *nego.* Defatigatio externa et anxietas interna possunt crescere cum febri et debilitate corporali ; ideo non est necessarium ut alleviatio *spiritualis appareat.* Praeterea alleviatio non est necessarium ut sit penitus completa ita ut anxietas animi extinguatur ; quapropter semper potest obtineri effectus Sacramenti cum tamen defatigatio et anxietas maneant, quae maiores essent nisi Sacramentum interfuisset.

4. Baptismus et Paenitentia iam sunt instituta ad remittenda peccata. Ergo Extrema Unctio non est instituta *per se* ad peccata remittenda.

Conc antec. Dist. cons. Extrema Unctio non est instituta per se *et primario* ad remittenda peccata, *conc. ctfiir.; secundario,* sed etiam per se, *nego cons.* Sacramenta effectus producunt ex intentione Christi, qui ea instituit prout voluit. Ad remittenda peccata primario et per se posuit Sacramenta Baptismi et Paenitentiae, et quidem necessitate medii, et his addidit, ut suppletorium pro casu extremae necessitatis. Sacramentum Extremae Unctionis, cuius finis primarius est alleviate animum aegroti praesertim in ordine spirituali, et secundario, sed etiam ex intentione Christi, supplere Sacramentum Paenitentiae in casu necessitatis. Hinc sequitur Sacramentum Extremae Unctionis differre ab aliis Sacramentis vivorum (in ordine ad remissionem peccatorum) in quantum alia Sacramenta possunt etiam in quibusdam adiunctis remittere peccata, sed tantum *per accidens;* Extrema Unctio id exequitur *per se.* Commune vero cum illis habet (etiam in hoc ordine 'remissionis peccatorum) quod haec remissio peccatorum non liberat ab obligatione submittendi peccata potestati clavium quando opportunitas habeatur.

262. Scholion 1. *Condiciones ad remissionem peccatorum mortalium* m *Extrema Unctione.* Cum Sacramentum Extremae Unctionis sit Sacramentum vivorum, per se et primario deberet recipi in statu gratiae ; attamen, ut dictum est, etiam per se, sed secundario, institutum est' ad remittenda peccata mortalia. Et haec est sententia communis et certa ".

Controvertitur vero quaenam sint condiciones necessariae ad peccatorum mortalium remissionem in hoc Sacramento obtinendam. Van Noort 13 docet aegrotum qui confiteri non pot'est, non teneri ad actum contritionis perfectae eliciendum, sed sufficere ut actum attritionis ponat. ScHEE ne attritionem quidem postulat, cum Extremam Unctionem appellet Sacramentum naturae, quod peccata mortalia delet, nisi peccatum contra Spiritum Sanctum obstet ". Communis tamen auctorum sententia requirit per se contritionem cum aegrotus hunc actum elicere valeat et sciat se peccata mortalia ha-

'ı Cf. *Suppi,* q.30.
" Van Noort, *De Sacramentis* 2 n.177; citat in suum favorem Billot, sed hic auctor agit tantum de aegroto sensibus destituto.
" Kw, p.171.1.

here nec confiteri possit. Si vero nescit se peccata mortalia habere (quia v.gr. putat se ea iam confessum fuisse), vel facit actum attritionis volens facere actum contritionis perfectae, vel in aliis similibus casibus, in quibus bona fide actum dumtaxat attritionis elicit, sufficit attritio. Iam vero, si aegrotus sensibus iam destitutus, nequit elicere ullum actum, ne quidem attritionis, sufficit ut sit habitualiter attritus, ita ut actum quem elicuit post mortale peccatum commissum, et non confessum, aliquo actu vel dicto non retractaverit'.

263. Scholion 2. *De momento in quo confertur gratia in hoc Sacramento.* Ratio quaestionis pendet a natura Sacramenti Extremae Unctionis, quod solet administrari per plures unctiones, quarum unaquaeque suam formulam habet exprimens remissionem diversorum peccatorum et collationem gratiae sanctificantis. Evidens est peccata mortalia non posse remitti nisi omnia simul, ac consequenter unctio oculorum non potest, conferre gratiam sanctificantem si nondum remissa sunt peccata mortalia commissa v.gr. per linguam. Unde ncccssc est ut Sacramentum effectum consequatur, cum totum perfectum sit; si enim plures unctiones fiunt, non tot sunt Sacramenta quod unctiones, sed unum tantum conficitur Sacramentum quadam unitate morali completum. Haec est communis auctorum opinio[14]. Attamen non est confundenda haec quaestio cum alia postea proponenda (n.272,2.“) de valore sacramenti a pluribus sacerdotibus administrati. Ibi dicetur validum esse sacramentum si unus sacerdos ungat et pronuntiet formam in uno sensu et postea alii sacerdotes ungant et dicant formam in aliis sensibus. Notetur non esse idem validitatem sacramenti et effectum sacramenti. In casu postea afferendo, in tantum dicitur sacramentum esse validum, in quantum supponitur (et verum est) per se sufficere ad validitatem unctionem in uno sensu (n.250) ; sed inde non sequitur gratiam sacramentalem statim debere infundi post primam unctionem.

CAPUT IV

De subiecto et ministro Extremae Unctionis

Thesis 4. Subiectum Extremae Unctionis est baptizatus adultus graviter aegrotans, qui aliquando saltem rationis usum habuerit ; minister vero est omnis et solus Sacerdos.

S.Th.. q 31 «τα.1-3; q *32* aa.1-4; SuarEÎz, *De Pacnit.* d.42 s.1.2; <143 s.1.2; Bf.11.. *De Extr. Unet,* c.9; Kern. 241: Pesch, n.549sq; Otten, 262-269; Lercher-Umberg, 665-679; Doronzo, 11.447-812.

264. Nexus. Praecipuas quaestiones dogmaticas examinavimus circa Extremam Unctionem, non restat nisi ut de subiecto et ministro ipsius agamus. Eo vel magis quod in

« SiMwte. d.41 s.2 n.11. Cf. Dokonzo, l.c. ΓI.231-250.

Theologia Morali casus proponuntur qui solvi non possunt nisi clare habita notione de subiecto huius Sacramenti. Sic, v.gr. interrogatur aliquando an huius Sacramenti participes esse possint homines ad mortem damnati.

265. Notiones. Subiectum alicuius Sacramenti est persona cui Sacramentum valide administrari potest. In Extrema Unctione, praeter illa quae in omnibus Sacramentis necessaria sunt, tria requiruntur ut quis possit eius subiectum idoneum esse: 1) ut sit baptizatus; 2) ut graviter laboret; et 3) ut sit adultus qui saltem aliquando rationis usum habuerit.

Infirmitas gravis tunc intelligitur, quando secundum peritorum opinionem, potest ducere in extremum agonem, quamvis non hic et nunc aegrotus moriturus iam existimetur 1B. Nequit, igitur, Extrema Unctio administrari militibus qui ad proelium veniunt, quamvis probabilissimum sit mortis periculum ; non enim infirmitate laborant. Eadem de causa non est validum sacramentum administratum his qui capite damnati sunt, nisi aliquis morbus gravis intercedatie.

Adultus intelligitur ille qui septem saltem annos habet. Unde Extrema Unctio nequit administrari pueris ante septennium, nisi malitia superet aetatem ; neque perpetuo amentibus (nisi aliquando usum rationis habuerint) qui pueris aequiparantur. Attamen Rituale Romanum praecipit ut Extrema Unctio "impaenitentibus et qui manifesto mortali peccato contumaciter perseverant" non conferatur1T. Contra, vero, sacra Congregatio de Propaganda Fide docuit posse etiam hoc Sacramentum administrari paganis adultis graviter decumbentibus, statim post baptismum acceptum18, quia reliquiae

15 Sufficit periculum satis proximum, quamvis non sit imminens aut certum. Cf. Decret. S.C. de Propaganda Fide, 20 febr. 1801.

,e Benedictus XIV ut abusivam damnavit praxim graccorum et orientalium administrandi Extremam Unctionem etiam in infirmitatibus levibus. Fortasse tamen non adhibent hanc unctionem tanquam Sacramentum sed tanquam sacramentale quoddam. Ceterum Orientales putant Unctionem esse institutam tantam (vel saltem praecipue) ad morbos curandos. Circa praxim administrandi Extremam Unctionem et normas speciales de qualitate et gravitate morbi, praeter theologos moralistas, utiliter consuli potest Kern, pag.296sqq, cuius summa invenies in Otten, n.317. Et nota *Rit. Rom.* tit.V c.l n.8 (cd.1952, t.6 c.l n.8) includere inter aegritudines senectutem.

17 Tit.V c.l in cd. 1952. tit.VI c l n.10. Idem tenet CIC can.942. Ratio est quia vel his praesupponitur deesse intentionem, vel quia indigni sunt. Cf. Aertnys-DamEn, *Theologia Moralis 2* n.544.

18 26 sept. 1821 *(Collect. S.C. dc Prop. Fide* 1 p.445 n.768). S.Thomas *(Suppi,* q.32 a.4 ad 2) docebat Extremam Unctionem supponere adultum commisisse peccata actualia, ac proinde immediate post baptismum administrari non posse. At haec sententia iam a pluribus theologis impugnata (cf. Suarelz, d.42 s.2 n.8) hodie non sustinetur. Imo P.Suârez opinatus est B.Virginem probabilius accepisse Extremam Unctionem (d.42 s.2 n.ll). De B.Virgine discussio est apud Theologos, quorum multi negant eam recepisse hoc sacramentum, ut Boyer (p.415) et Éercher (n.666 corol.l), quia non habere potuit reli-

peccatorum actualium revera possunt in aliquibus habitibus parmanere; potuit insuper aliquod peccatum veniale subterfuisse, etc.

Minister Extremae Unctionis ille est qui *valide* hoc Sacramentum conficere potest. Talis est Sacerdos (sive Episcopus sive Presbyter) rite ordinatus. Potestas circa Extremam Unctionem datur unice in Ordinatione Sacerdotali, quapropJ ter neque laici, neque clerici Presbytero inferiores, capaces sunt Extremam Unctionem conficiendi. Presbyteri vero per solam ordinationem sacerdotalem idonei sunt ad valide administrandum hoc Sacramentum et nihil aliud requiritur.

Ad *licitam* autem Extremae Unctionis confectionem Ecclesia praecipit: "Salvo praescripto can.397, minister ordinarius est parochus loci in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel de licentia saltem rationabiliter praesumpta, eiusdem parochi vel Ordinarii loci, alius quilibet Sacerdos hoc Sacramentum ministrare potest"[19].

266. Adversarii. Contra primam partem citandi sunt *Orientales* et *Graeci,* qui hanc unctionem etiam leviter aegrotis administrare solent. Per defectum possunt etiam considerari quodammodo quasi adversarii, hi qui in Ecclesia latina retinuerunt praxim non administrandi Extremam Unctionem nisi semimortuis[20].

Alteri parti adversantur *Protestantes,* qui nomine "presbyteri" intelligunt seniores seu maiores natu in communitate, quamvis laici sint. Launoy[21] ex mala interpretatione quorundam documentorum arbitratus est diaconum posse conficere Extremam Unctionem[22]. »

267. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Florentinum:* "Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet... Minister huius Sacramenti est Sacerdos" (D 700).

Concilium Tridentinum: "Iam vero quod attinet ad praescriptionem eorum, qui et suscipere et ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis praedictis traditum. Nam et ostenditur illic proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiae presbyteros, quo nomine eo

quias peccatorum neque ullam infirmitatem spiritualem. Quaestio pendet a modo concipiendi effectus necessarios Extremae Unctionis.

"» CIC can 938,2.

20 Kern, 282s ubi invenies plures declarationes auctoritatis ecclesiasticae reprobantis hunc abusum.

21 Kern, 242.

22 Singularis est sententia clEricati qui ait sacerdotem, praesertim parochum, deficiente alio sacerdote, posse sibimetipsi E.Unctionem administrare.

loco non aetate seniores aut primores in populo intelligi veniunt, sed aut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyterii. Declaratur etiam çsse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constituti videantur, unde et sacramentum exeuntium nuncupatur" (D 910. Cf. etiam can.4, D 929; CIC 938,1).

"Si quis dixerit Presbyteros Ecclesiae, quos B.Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos, sed aetate' seniores in quavis communitate, ob idque proprium Extremae Unctionis ministrum non esse solum Sacerdotem: A.S." (D 929).

Valor theologicus. Prima pars est *certa.* Altera pars est de *fide divina et catholica definita.*

268. Probatur prima pars. *Subiectum Extremae Unctionis est*: a) *baptizatus,* b) *adultus qui aliquando saltem rationis usum habuerit, et* c): *graviter laborans.*

a) *Baptizatus.* Etenim S.Iacobus scribit ad fideles et de his loquitur "infirmatur aliquis in vobis". Praeterea Sacramenta non nisi baptizatis administrari licet, qui soli sunt subditi Ecclesiae.

b) *Adultus.* Nam S.Tacobus supponit posse habere peccata mortalia ("si in peccatis sit...") et effectus sacramenti est alleviare animam auferendo reliquias peccatorum. Atqui tantum adultis usum rationis habentes (vel qui aliquando habuerunt) possunt esse subiectum peccatorum. Ergo non nisi illis potest administrari hoc Sacramentum.

c) *Graviter aegrotantes.* Apostolus adhibet verba ἀσθενεῖν, κάμνοντα, qua denotant infirmitatem gravem (n.228). Et Concilium Florentinum expresse ait: "Hoc Sacramentum non nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet" (D 700). Et Tridentinum: "Declaratur etiam esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constituti videantur, unde et sacramentum exeuntium nuncupatur" (D 910). Ubi particula "praesertim" non vult significare etiam leviter aegrotantibus administrandam esse Extremam Unctionem, sed *inter graviter laborantes, his praecipue sive praesertim* conferendam esse, qui in periculo vitae fuerintM.

S.Thomas affert etiam hanc rationem congruentiae: "Hoc

* V.gr, Βαιοτ, 3,263; Boyer, p.lg.416.

Sacramentum est quaedam spiritualis curatio... quae quidem per quendam corporalis curationis modum significatur. Et ideo illis, quibus corporalis curatio non competit, scilicet sanis, non debet hoc sacramentum conferri... Quamvis spiritualis sanitas sit principalis effectus huius Sacramenti, tamen oportet quod per curationem corporalem significetur curatio spiritualis huius Sacramenti, etiamsi corporalis sanatio non sequatur. Et ideo solum illis hoc Sacramento sanitas spiritualis dari potest, quibus corporalis curatio competit, scilicet infirmis; sicut ille solus potest baptismum suscipere, qui potest corporalis ablutionis esse particeps... Hoc Sacramentum est ultimum remedium, quod Ecclesia potest conferre, quasi immediate disponens ad gloriam. Et ideo illis tantum infirmantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntium propter hoc, quod aegritudo nata est inducere mortem et de periculo timetur" 24.

269. Probatur altera pars. *Minister Extremae Unctionis est omnis et solus Sacerdos.* 1. Ex sacra Scriptura. S.Iacobus ait: *Inducat Presbyteros Ecclesiae.* Atqui πρεσβύτεροι in N.T. est vox technica ad designandos hierarchas ordine sacro constitutos25 praesertim addito τῄ 'Εκκλησία. Ergo.

Min. constat ex supra dictis (n.229), tum etiam ex tractatu de Ordine (n.18s).

270. 2. Ex Traditione. Constans ex traditio ecclesiastica in hac re, quae patet ex textibus supra allatis (n.233s), ex liturgia, ex declarationibus Ecclesiae (cf. D 99) et Conciliorum; tum denique ex theologorum consensu contra *Protestantes* 20.

271. Obiectiones. 1. Effectus primarius Extremae Unctionis est' alleviatio animi. Atqui hunc effectum etiam obtinere possunt leviter aegrotantes, vel capite damnati; imo etiam indigent hac animi alleviatione. Ergo, etiam hi sunt subiectum Extremae Unctionis.

Dist. mai. Effectus primarius E.Unctionis est alleviatio animi graviter laborantis, *conc. mai.;* quomodocumque laborantis vel indigentis alleviatione, *nego mai.* Patet ex argumentis. Neque dici potest huiusmodi homines destitui auxiliis Ecclesiae, nam cum sanae vel non adeo aegrotae valetudinis sint, possunt bona dispositione accipere cetera Ecclesiae Sacramenta, Paenitentiam scilicet' et Eucha-

84 *Suppi,* q.32 a.1-2.

» Inter alia. Act 14.22; 15.21; 1 Tim 5.17-22; 2 Tim 1.5; Tit 1.5. Nec de hac rc disputatio est inter catholicos qui solum discrepant circa aliquos textus in determinando utrum sub nomine πρεσβύτεροι intelligantur Episcopi, an simpli, ces sacerdotes. Vide supra nota 28.

* Plura de his videri possunt in K«rn. lOsqq.

ristiam ; imo, statim post exsecutionem capitalem, potest eis Extrema Unctio administrari propter probabilissimam opinionem, quae tenet animam remanere adhuc in corpore aliquo Temporis intervallo post apparentem mortem, et tunc certe iam versantur in statu gravissimi aegrotantis.

2. Conc Tridentinum dicit Extremam Unctionem esse Sacramentum *exeuntium.* Atqui morte damnatis, vel etiam ii qui in gravissimo vitae periculo constituuntur, sunt *exeuntes.* Ergo his administrari 1'cet hoc Sacramentum.

Dist. mai. Tridentinum vocat Extremam Unctionen; sacramentum exeuntium sensu quo ipsa Synodus explicat', *conc. mai.;* sensu obiecto, *nego mai.* Re quidem vera, ibi Tridentinum asserit E. Unctionem debere dari non modo graviter aegrotis, sed etiam illis "infirmis" qui tam periculose *decumbunt* ut in exitu vitae constituti videantur, unde et Sacramenfum exeuntium nuncupatur. Ubi apparet agere solummodo de aegrotis, non de quibuslibet in exitu vitae constitutis.

3. Innocentius I in Ep. ad Decentium, ait: "Oleo chrismatis ab Episcopo confecto non solum sacerdotibus, sed et omnibus uti Christianis licet' in sua aut suorum necessitate inungendo" (D 99). Ergo omnes christiani sunt ministri E. Unctionis.

Conc textum et nego cons. Tη eodem textu allato S.Innocentjus dicit Extremam Unctionem a solis Episcopis et presbyteris administrari posse. Sensus, igitur, loci obiecti ex-contextu eruitur; quaesierat enim. Decentius de unctione a S.Tacobo indicta; et Innocentius, postquam recitavit textum Apostoli explicat unctionem hanc convenire etiam omnibus Christianis, non solum sacerdotibus. ita ut omnes possint ea ungi. De ministro autem respondet postea ad interrogationem utrum, vi verborum S.Iacobi, solummodo *presbvteri* et non *Episcopi,* possint administrare hoc Sacramentum. Resnonsio autem est. efiam Episcopos posse esse ministros Extremae Unctionis. Hoc autem loco, ubi de ministro agit. nihil de omnibus fidelibus dicit. Unde, ubi ait licitum esse omnibus Christianis aegrotantibus uti hac Unctione "in sua aut suorum necessitate inungendo", non significat laicis licere ut se ipsos ungant, sed ut ungi faciant. Non desunt tamen auctores qui hunc Innocentii locum interpretentur intelligendo usum chrismatis ad modum alicuius sacramentalis. sicut possunt aqua benedicta se aspergere". Priori modo etiam interpretandus est textus S.Caesarii Arelatensis: "Ouoties aliqua infirmitas supervenerit. Corpus et Sanguinem Christi ille qui aegrotat accipiat: et inde corpusculum stmm ungat, ut illud quod scriptum est impleatur in eo: Infirmatur aliquis..."”

4. Diaconi aliquando Extremam Unctionem administrabant. Ergo et ipsi possunt esse ministri huius Sacramenti.

Resp. Conficiebant verum Sacramentum E. Unctionis, *nego;* ungebant unctione aliqua ad modum alicuius sacramentalis, *conc.* Sicut afferebant Eucharistiam aegrotis fnon tamen conficiebant Eucharistiam), et reconciliabant publice paenitentibus (non tamen absolvebant a peccatis); s;c efiam assistebant aegrotis ungentes unctione olei benedicti, sicut Orientales adhuc faciunt. Etiam nostris tempo-

37 Tta iam fere communiter, ut ostendit F.LuhEr: *Die sakramente der Krankenolung rnt ausgehenden Altcrtum und im Frühmittelalter, mit besonderer Berücksichtigung der attesten romischen Sakramcntarien* (1934) 8-11.

• 39,2238 inter *Opera* S.Agustini spuria.

ribus servatur adhuc multis in locis mos ungendi aegrotos (etiam leviter), oleo lampadis ante venerandam quandam imaginem ardentis. Ex textibus ab adversariis adductis non potest demonstrari Diaconos aliquando Extremam Unctionem confecisse, ita ut Perrone potuerit affirmare: "Singula documenta expendi; nullum inveni quid non spectet unctionem caeremonialem" * id est, alicuius sacramentalis.

272. Scholion 1. *De numero sacerdotum in Extrema Unctione conficienda.* S.Iacobus loquitur dc presbyteris plurali numero; in Ecclesia orientali ad Extremam Unctionem administrandam re.quiruntur septem sacerdotes, aut saltem tres; in Ecclesia latina olim etiam plurcs sacerdotes hoc Sacramentum conficiebant simul. Sed iam a multo tempore hic mos derelictus est apud latinos. Quod ad *validitatem* attinet indubium est Extremam Unctionem ab uno dumtaxat sacerdote posse administrari, tum etiam a pluribus; sed haec animadvertantur oportet:

1.° Suarez", S.Alphonsus ", et communiter theologi docent Sacramentum invalidum futurum si unus minister materiam applicet et alius formam pronuntiet.

2.° Validum erit Sacramentum si unus minister materiam et formam in uno sensu perficiat, et alius vel alii respective in aliis sensibus. Ita opinantur S.Thomas ", Suarez ", et communiter omnes. Sacramentum, enim, videtur iam adesse per unam unctionem et completur aliis unctionibus.

3.° Etiam validum erit Sacramentum si plurcs sacerdotes integram materiam et formam applicent, sive simul haec faciunt, sive 'successive. In postremo tamen casu, Sacramentum conficietur a primo ministro ungente, ceteri vero non exsequentur nisi aliquod sacramentalc. Aliqui tamen, putant posse sacerdotes suspendere intentionem exsequendi Sacramentum usque ad unctionem a postremo sacerdote peractam. Hoc vero non videtur probabile M.

273. Scholion 2. *De Extrema Unctione apparenter mortuis.* Codex luris Canonici, can.941, ait: "quando dubitatur utrum infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis reipsa versetur, vel num mortuus sit, hoc Sacramentum ministretur sub condicione". Ex quo evidenter apparet nullo modo posse hoc sacramentum (sicut nec cetera) certo mortuis administrari. Si autem de morte serio dubitatur, sub condicione administrandum est. Sed secundum solidas medicorum et moralistarum opiniones, generatim post mortem apparentem anima in corpore perseverat per aliquod tempus ", quod potest per aliquas horas protrahi, secundum diversas causas mortis. Si, igitur, sacerdos inungit aegrotum recenter mortuum, notest absolute hoc facere; si vero iam aliquod intercesserit temporis intervallum, poterit ungere sub condicione, non enim cum certitudine de morte reali illi constat, nisi cum signa corruptionis appareant, vel cum mors provocata fuerit modo qui omne dubium avoçet, v.gr. amputatione capitis, ctc.

28 PErronB. *Praelectiones Dogmaticae* 8,80 nota 1 (Romae 1941),
» D.43 s.2 n.3.
« L.6 n.724.
a *Suppt.* q.29 a.2 ad 3.
a D.43 s.2 n.6.
14 Cf. de hac re, v.gr. Pzsch. n.56O; Bord, pag.26 nota S.
" Ferrbrss, *La muertç real y la muerte aparente** (Barcelona 1930).

CAPUT V

De necessitate, iterabilitate, reviviscentia Extremae Unctionis

274. Haec quae sequuntur, non nisi ad modum complementi totius tractationis exponenda videntur[350].

I. *Necessitas Extremae Unctionis.* Omnes graves theologi[35] asserunt Extremam Unctionem non esse Sacramentum necessario suscipiendum, neque necessitate medii (per se enim debet recipi in statu gratiae, et sunt iam alia Sacramenta instituta ad primam iustitiam acquirendam), neque praecepti (de quo non constat; nam S.Iacobus non praecipit, sed ad modum consilii proponit); Sic, v.gr., tempore interdicti olim non permittebatur hoc Sacramentum administrari, cum tamen alia Sacramenta necessaria non negabantur. CIC, can.944, commendat: "Quamvis hoc Sacramentum per se non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet illud negligere".

Attamen per accidens potest esse necessarium in illo casu, verbi gratia in quo aegrotus in peccato mortali sit, et perma-' nens habitualiter attritus, non possit hic et nunc (v.gr. propter defectum rationis) alia media salutaria adhibere.

Plures etiam theologi docent aegrotum teneri sub gravi Extremam Unctionem accipere, eo quod sit medium ordinarium a Deo institutum ad speciales gratias pro supremQ agone obtinendas. Sed huiusmodi necessitas sub gravi, videtur non afficere nisi ad non contemptionem Sacramenti. Obligatio sub gravi respicit ad illos quibus competit aegrotum de gravitate periculi monere, et ad sacerdotem, cuius est hoc Sacramentum administrare.

275. II. *Itcrabilitas Extremae Unctionis.* Duplex esse potest casus: 1, quod pluries in vita possit recipi Extrema Unctio, si quis in variis et tempote diversis vitae discriminibus ob infirmitates versetur (et in hoc casu indubia est iterabilitas); et 2, quod in eadem aegritudine hoc Sacramentum repeti valeat. Documenta Ecclesiae utrumque casum solvunt.

Concilium Florentinum, in Instr, ad Armenos: "Reliqua vero quattuor [sacramenta, sc. Paenitentia, Extrema Unctio, Eucharistia, Matrimonium] characterem non imprimunt, et

Cum fructu legi: potest Doronzo, *l.c.,* 11,250-261.281-445.

·* S.Th., *In 4* d.23 q.1 a.1 sol.3 ad 1; Suârez, d.44.

reiterationem admittunt" (D 695). *Tridentinum* expressius: "quod si infirmi, post susceptam hanc unctionem convaluerint, iterum huius Sacramenti subsidio iuvari poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint" (D 910). Et *Rituale Romanum* animadvertit: "In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit; ut si, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidat"[37]. Quod fere ad litteram repetit CIC in can.940,2 omisso tamen illud "nisi diuturna sit" [infirmitas]. Convalescentia autem non requiritur perfecta, sed sufficit ut aegrotus e periculo *proximo* mortis liberatus sic. Tunc, si manet in periculo *remoto per diuturnum tempus,* cum incidat in novum periculum *proximum,* certo iterare poterit Extremam Unctionem, imo et oportet; si vero periculum *remotum breve* fuerit, vix dici potest aegrotum convaluisse, ac proinde non omnes theologi et moralistae concedent iterationem Sacramenti[3S].

276. 'III. *Reviviscentia Extremae Unctionis.* Generatim auctores admittunt ea saltem Sacramenta reviviscere, quae initerabilia sunt ; quia secus homo ea cum obice recipiens, perpetuo privaretur auxilio per Sacramentum intento. Iam vero Extrema Unctio est secundum quid initerabile, in quantum, scilicet, permanente eodem mortis periculo non potest repeti hoc Sacramentum.

Non tamen omnes conveniunt in explicanda ratione intrinseca reviviscentiae Extremae Unctionis, cum nihil physicum maneat ex Sacramento, siquidem characterem non imprimit. Difficultas potest augeri pro his qui propugnant causalitatem physicam Sacramentorum ; pro his vero qui indolem et causalitatem moralem defendunt, solutio facilior esse poterit. Revera, posito Sacramento, quod est totum aliquod morale et actio vicaria Christi, habetur in recipiente ius ex opere operato concessum, ad gratias sacramentales suo tempore recipiendas ; obex autem impedit quominus hoc ius urgeri possit apud Deum. Remoto* vero obice, ius expeditum manet,[38]

r Tit.V c.l n.14.

38 Ex citatis documentis Ecclesiae, hodie sustineri nequit opinio P. Kern dicentis: "Extremam Unctionem, spectato eius valore in eadem infirm tate *etiam manente eodem mortis periculo,* saepius conferri posse (pag.338sqq). Ipse revera multum insistit in efficacia Extremae Unctionis relate ad alleviationem spiritualem et corporalem.

In *Libr. Sacram.* S.Gregorii Magni, legimus per septem dies continuos Extremam Unctionem aegrotis administrari; at hic casus neque universalis fuit, nec constat Extremam Unctionem in singulis illis diebus tamquam iterationem Sacramenti administrari, sed vel considerabatur ut unum solum Sacramentum, vel uno die ut Sacramentum et aliis diebus ut sacramentalc.

quod perdurat durante periculo mortis. Billot [39] et qui causalitatem intentionalem dispositivam defendunt, explicant per titulum exigitivum gratiae remanentem, et, obice remoto, reviviscentem [40].

Hoc Sacramentum potest pluries reviviscere, toties scilicet, quoties obex removeatur, manente eodem mortis periculo; fieri, enim, potest ut accepta Extrema Unctione aegrotus pluries peccet et toties commissa peccata confiteatur; tunc semper cum justificatione Extrema Unctio reviviscet.

“ 2,267sq.

40 Titulum hunc ita explicat Van Noort: “Titulus, quem ritus dcprecativus Sacramenti, aptissime significat, est commendatio infirmi in manus divinae misericordiae facta propter ipsam suam aegritudinem. Ergo tandiu manet titulus, quandiu perdurat infirmitas. Hinc sequitur hoc Sacramentum toties reviviscere, quoties in eodem mortis periculo obex removetur” *{Dc Sacrament. 2* n.183).

TRACTATUS V

De sacramentis vitae socialis christianae

SEU

De sacramentis ordinis et matrimonii

Auctokb

P.Francisco a P.SolA, **S.I.**

LIBER I

De sacramento ordinis

INTRODUCTIO

1. Ex lege naturae homines suam a Deo dependentiam recognoscere debent, Eique supremum latriae cultum tribuere. Id iam ab exordio generis humani et publice et privatim fiebat[1]. Ad cultum publicum exercendum seniores vel principaliores communitatis deputabantur, et societate crescente etiam classis sive *ordo* specialis hominum ad hoc institutus est, qui *sacerdotes* sunt nuncupati. Imo, in Vetere Testamento, in populo iudaico, segregavit Deus tribuni Levi, quae sacerdotalis tribus fuit, ex eaque, consecrabantur sacerdotes (Ex 28,1 ; Num 3,5).

Verus Sacerdos in aeternum constitutus a Deo, fuit Christus (Hebr 5,6; Ps 110,5), qui in ara crucis perfectissimum sacrificium Deo Patri obtulit. Munus, igitur, sacerdotale vocatur *sacerdotium*[2]; sed sacerdotio Christi iam omne aliud sacerdotium abolitum est quod Deo placere possit. Deus enim, potest determinare quisnam cultus et quinam eius ministri esse debeant; neque alius cultus neque aliud sacerdotium, praeter illud ab ipso statutum, Ei placere valet. Itaque stabilito sacerdotio Christi, nullum aliud Deo iam placet. Attamen, quamvis Christus sit sacerdos in aeternum, et propterea sempiternum habeat sacerdotium (Hebr 7,24), nihilominus cum Ipse iam non visibiliter in terris cum hominibus degat, Eius sacerdotium hominibus visibile non esset nisi aliud institueret visibile sacerdotium, scilicet, potestatem aliquam a Deo vel ab ipso Christo manantem, qua homines aliqui donati exercere possent munera et officia sacerdotalia.

[1] Cf. v gr. Vicovroox, *Sacrifice:* DB 5,1311-1315. Multa etiam dicta sunt in tr. de Eucharistia in quaestione de Sacrificio Missae.

[2] De Sacerdotio vide bibliographiatn in tr. de Eucharistia.

2. Tam vero, in Lege Christi, seu in Novo Testamento, concipitur et exsistit duplex sacerdotium: visibile et invisibile, sive etiam internum et externum. *Invisibile* exercetur a Christo, qui adhuc est sacerdos principalis in Sacrificio Missae; visibile conficitur ab hominibus, qui Christum in Missa repraesentant. *Internum* est ipsa potestas, quae per consecrationem habetur et charactere interno distinguit sacerdotes a laicis; *externum* est exercitium huius potestatis modo sensibili et patenti.

"Hoc autem [sacerdotium visibile et externum] ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi et ministrandi corpus et sanguinem eius necnon et peccata remittendi et retinendi, sacrae litterae ostendunt, et catholicae Ecclesiae traditio semper docuit" (D 967), ut docet Concilium Tridentinum.

"Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius et maiore cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ornatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum *ordines,* qui sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent. Nam non solum de sacerdotibus, sed et de diaconis sacrae litterae apertam mentionem faciunt, et, quae maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; et ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistae, Lectoris, et Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu. Nam subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus" (D 958).

3. Multa quidem de Sacramento Ordinis enucleare liceret, sed cum iam plura ad theologiam moralem spectent, alia ad sacramenta in communi referantur, alia denique in aliis tractationibus (ut in tract, de Eucharistia et de Paenitentia) proponantur, nostrum erit exsistentiam sacramenti eiusque essentiam spcciatim determinare, eaque omnia quae ad hoc sacramentum in particulari referantur.

BIBL1OGRAPNIA GENERALIS

Huarte, G., S.I., *Tractatus de Ordine et de Matrimonio'* (Roma 1931).

Lennerz, H., S.I., *De Sacramento Ordinis2* (Roma 1953).

Lepicier, O.S.M., *Tractatus de Sacramento Extremae Unctionis et de Sacramento, Ordinis* (Roma 1928).

Many, S., *Praelectiones de Sacra Ordinatione* (Paris 1905).

Molitor, R., *Vom Sakrament der IVeihe* (1938).

Morinus, J., *Commentarius de Sacris Ecclesiae Ordinationibus* (1665).

Puzik, E.-Kuss, O., *Sacramentum Ordinis* (1942).

Tixeront, J., *L'ordre et les ordinations* (1925).

Tymczak, A., *Quaestiones disputatae de Ordine. Historico-dogmatrca disquisitio* (Prenisliae [Polonia] 1936).

Van Rossum, G.M., *De essentia Sacramenti Ordinis disquisitio his·torico-theologica* (Freiburg. Br. 1914; ed. 2.·, Roma s.a.).

Witasse, C., *De Ordine* (1717).

CAPUT I

De Sacramenti Ordinis exsistentia

ARTICULUS I

De exsistentia Sacramenti Ordinis in communi

Thesis 1. Ordo est verum Novae legis Sacramentum.

S.Tn., *Suppi.* q.34 a.3; S.Bellarmlno, c.1-4; Ottsk, p.276; SaSSE, th.3; Puig de la B., p.660; Lennerz, p.77; Lercher-Umberg, n.685-692; Michel. *Ordre:* DTC 11,1193-1405.

4. Nexus. Christus instituit Sacerdotium visibile et externum, ad quod non omnes christiani, sed aliqui dumtaxat ad id specialiter constituti, deputantur. Deputatio haec fit in Ecclesia per ritum sacrum aliquem externum, cuius naturam investigare incipimus. Et primo quidem affirmamus agi de vero Novae Legis sacramento.

5. Notiones. Ordo secundum S.Augustinum, definitur: "parium dispariumque rerum sua cuique tribuens loca dispositio"[3]. Per metonymiam autem *ordo* appellantur status vel gradus in rebus vel personis, qui ex rerum personarurnve dispositione oriuntur.

Ecclesia, utpote societas, constat diversis membris seu personis, inter quas relatio sive *ordo* aliquis intercedere debet. Ideo *ordo ecclesiasticus sive hierarchia,* amplissimo sensu intellectus, idem est atque ecclesia, seu societas ecclesiastica. At "ex divina institutione sunt in ecclesia clerici a laicis distincti" (CIC 107), unde duo sunt *ordines* sive gradus sociales in ecclesia: ordo clericalis et ordo laicalis.

Ordo *clericalis* ita appellatur (a κλήρο = sors; κληρόω = sorte eligo; κλητό = vocatus, invitatus, electus; κληρονομ'α = haereditas[4]; etc.) quia electione aliqua a societate fidelium

• *Dc Civitate Dei* 1.19 c.13 n.1: ML 41,640.
* Circa has voces cf. Zorell, *Lexicon graeexeni N.T?* (Paris 1931); AV.Bauer, *Grieschich-Deutschcs Wortebuch su den schriflcn des N.Testament4* (1952); G.Kittel, *Thcologische Wôrtcrbuch sum N.Testament^* (Stuttgart 1949).

segregantur illi qui ad hunc ordinem sive gradum determinantur. Hi, in diversos ordines seu gradus subdividuntur: in ordinem sacerdotalem, diaconatus, subdiaconatus, etc., quibus *hierarchia sacra* proprie dicta constituitur *ratione ordinis.*

Attenta autem *iurisdictione,* quam ordines sive gradus superiores habent, haec sacra hierarchia constat, ex institutione divina, "Pontificatu supremo et episcopatu subordinate; ex ecclesiae autem institutione, alii quoque gradus accessere" (CIC 108,3).

6. Nos agimus in hac thesi de hierarchia *ratidne ordinis.* Et *ordines* per antonomasiam vocantur huiusmodi gradus in statu clericali ; cumque homines in his gradibus per ritus aliquos externos constituantur, hi ritus *ordines* sive *ordinationes* appellantur. Quare vox "ordo" diversimode sumi potest:

a) pro ipsa hierarchia ecclesiastica; *b) active* (= ordinatio) pro actione sive ritu qua aliquis in determinato gradu ecclesiastico constituitur ; c) *passive,* pro potestate in tali ordinatione collata.

Ordo active sumptus (de quo solo nos hic agimus), ita definitur a S.Thoma: "Signaculum quoddam Ecclesiae, quo spiritualis potestas traditur ordinato"[5], vel etiam dici potest, sacer ritus quo potestas spiritualis confertur ad sacra munera exercenda.

Gradus sive *ordines* in Ecclesia distincti sunt: Episcopatus, Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolythatus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostiariatus, quibus ascenditur per primam tonsuram, quae tamen ordo non est. Ad hoc autem ut *ordo,* ut talis, sit sacramentum, non requiritur ut omnes omnino gradus sive ordines sacramentum sint; sufficit ut aliqua ex his ordinationibus sit verum sacramentum ut defendere possimus exsistentiam Sacramenti Ordinis. Ita procedimus in thesi : probamus aliquam ordinationem esse sacramentum ; postea vero de peculiaribus ordinationibus disseremus.

7. Adversarii. Maior *Protestantium* pars reicit tum sacram et veram hierarchiam tum in specie Sacramentum Ordinis [°]. Lutherus solum sacerdotium spirituale omnibus christifidelibus commune admittebat, et expresse negabat sacerdotium externum : "Certus esto, nec ulla persuasione falli te sinas, quisquis esse voles pure Christianus, nullum esse in

6 *$uppl.* q.3.4 a.2.
• Çf, v.tfr. C.Cr îv Ru j, *Protestantes e* ki Àsnérie^*

Novo Testamento sacerdotium visibile et externum, nisi quod humanis mendaciis est per Satanam erectum. Unum vero et solum est nobis sacerdotium Christi, quo ipse obtulit sese pro nobis et nos omnes secum"T. "Hoc sacramentum Ecclesia Christi ignorat inventumque est ab ecclesia Papae ; non enim solum nullam habet promissionem gratiae ullibi positam, sed ne verbo quidem eius meminit Novum Testamentum. Ridiculum est autem asserere pro sacramento Dei, quod a Deo institutum nunquam potest demonstrari. Non quod damnandum censeam eum ritum per tanta saecula celebratum, sed quod in rebus sacris nolim humana commenta fingi, nec liceat adstruere aliquid (divinitus ordinatum, quod divinitus ordinatum non est, ne ridiculi simus adversario" s.

Calvinus quamvis non invitus passus est Ordinem vocari sacramentum, attamen noluit illum inter sacramenta numerari, quia "non ordinarium neque commune [aliquid] est apud omnes fideles, sed ad certam functionem specialis ritus" ®.

Simili modo Melanchthon non sibi constans fuit, et tum admisit, tum negavit sacramentalitatem Ordinis10. Nec una est modernorum *Protestantium sententia*™.

Modemistge doctrinam catholicam de sacramento Ordinis derivare volunt ex praxi antiqua iuxta quam aliquis praeerat coetibus religiosis sive liturgicis; praeses ille paulatim munera sacerdotalia exercuit, dum ad ideam sacramenti ordinis perventum sit (D 2049).

8. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Lateranense II* simul cum sacramentis baptismi, Eucharistiae et Matrimonii, memorat "sacerdotium et ceteros ecclesiasticos ordines" (D 367).

Lugdunense II sollemniter docet: "Tenet etiam et docet eadem sancta Romana Ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptismum... aliud sacramentum ordinis..." (D 465).

Florentinum, in instructione ad Armenos, recenset pariter septem sacramenta, quorum unumquodque speciatim citat et breviter explicat (D 701).

Concilium Tridentinum contra Novatores, postquam definivit exsistentiam Sacerdotii visibilis et externi.· (cn.l) et alios

7 Luther. *De abroganda Missa privata,* Opera omnia, ed. Weimar, 8,411-412.
s *De Captivitate babylonica. De Ordine.* Plures textus v. in LEnnKRz, *o.c.,* n.171
u Calvinus. *Institutionum* 1.4 c.19 n.28; cf. c.14 n.20.
10 *Realeneyklopedie fiir Prot. Theol. IX\76.*
υ Ç.Çr ivr ijj, *Protestantes η la America Patina* paççim.

ordines, maiores et minores, per quos ad sacerdotium ascenditur (cn.2); declarat Ordinem esse Sacramentum: "Si quis dixerit, ordinem sive sacram ordinationem non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei et sacramentorum: A.S." (D 963). Quae doctrina exponitur in capite 3 sessionis XIII, iamque definita erat in cn.1 (D 844) sessionis VII de Sacramentis in genere.

S.Pius X, in Decreto *Lamentabili,* damnavit propositionem Modernistarum: "Coena Christiana paulatim indolem actionis liturgicae assumente, hi, qui coenae praeesse consueverant, characterem sacerdotalem acquisiverunt" (D 2049).

Pius XII in Encyclica *Mystici Corporis,* ait: "Ac peculiari modo Christus socialibus Ecclesiae necessitatibus per duo instituta ab se sacramenta consuluit. Matrimonio enim... Sacro autem Ordine ii Deo mancipantur ac consecrantur, qui Euqharisticam Hostiam immolent, qui fidelium gregem Angelorum Pane et doctrinae pabulo enutriant, qui divinis eum praeceptis consiliisque dirigant, qui ceteris denique supernis muneribus confirment"[12]. Et in Enc. *Mediator Dei:* "Quamobrem spectabile et externum Iesu Christi sacerdotium non universali vel generali ao communi ratione in Ecclesia traditur, sed delectis hominibus impertitur per spiritualem quendam illius Ordinis generationem, qui unum ex septem sacramentis est, quique non modo gratiam confert huic vitae condicioni ac muneri propriam, sed indelebilem etiam "characterem", qui sacrorum administros Iesu Christo sacerdoti conformatos, eosdemque aptos exhibet ad legitimos illos religionis actus eliciendos, quibus et homines sanctitudine imbuuntur ac debita Deo tribuitur gloria, secundum normas ac praescripta divinitus data"[13].

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita,* ut patet ex documentis allatis.

9. Probatur ex sacra Scriptura. 1. Tres praecipue textus adduci solent:

a) Ex 2 Tim 1,6: *Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te, per impositionem ma-*

[12] *Encycl. "Mystici Corporis"*. AAS 35 (1943) 202.
[13] *Encycl. "Mediator Dei";* AAS 39 (1947) 538-539.

num mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis.

*Exegesis textus*2'. Quoad *criticam textualem* notandum est: in aliquibus codicibus minoris momenti legitur gratia *Christi* pro gratia *Dei,* et ὑπομιμνήσκω loco ἀναμιμνήσκω, *admoneo.*

Relate ad sensum, haec notanda veniunt: Sanctus Paulus incipit epistolam ad suum carissimum Timotheum laudans eius fidem non fictam sed sinceram; hortatur eum ut conservet et suscitet gratiam Dei, quam habet, et ut annuntiet cum fiducia Evangelium, ab ipso Paulo acceptum, et sese gerat prout decet Episcopum, scilicet, ut bonus Pastor, vigilans et sanctus. Itaque, postquam de fide Timothei non ficta, sed firma et stabili, mentionem fecit, prosequitur: *Propter quam causam,* videlicet, "quia novi te non simulatam habere fidem, ideo *admoneo te*"15.

Admoneo te [ἀναμιμνήσκω al. ὑπομιμνήσκω] proprie significat in memoriam revocare. Illud vero quod S.Paulus vult ut Timotheo maneat alta mente repostum est convenientia resuscitandi gratiam quam habet.—Ut resuscites = excites, vel melius, ut *quasi vivifices* vel *revivere facias* [ἀναζωπυρεῖν dicitur de igne subtus cineribus pene extincto, et qui excutitur sufflando et vivificatur denuo] 16. Debet Timotheus excitare illam gratiam, quam habet, ad modum quo ignis pene extinctus accenditur iterum, remotis cineribus.—Gratiam Dei *quae est in te,* χάρισμα. Non adhibet S.Paulus vocem χάρι. Attamen χάρισμα17 non semper significat *charisma,* seu gratiam gratis datam, per oppositionem ad *gratiam gratificantem* seu gratum facientem. Nam *charisma* potest utrumque significare, et contextus exigit ut sit gratia habitualis, quae excitari possit ad voluntatem illam possidentis; quod non accidit cum *charisma* est gratia gratuita, ut donum prophetiae, quae datur a Deo quando, cui, et quomodo vult, independenter a voluntate recipientis. Cum dicat S.Paulus hanc gratiam excitari ad modum ignis videtur alludere ad *donum Spiritus Sancti* (Rom 12,11; Act 2,3; 18,25); et Christianis commendabat S.Paulus ut *Spiritum non extinguerent* (1 Thes 5,19). In Rom 5,13 vox χάρισμα vertitur in Vulgata *donum', sed non sicut delictum ita et donum,* ubi sine dubio *donum* est gratia

34 Cf. KnabEnbauEr, in h.l.
« Esrius, in h.l., ed. Vivès2 (Paris 1891) 2.733.
Je Prat, *La Théologie de S.Paui 2* c.11,4; J.Bover, *La Teojogia de S.Pablo* (BA.C.); LbnnErz, n.177.
" χάρισμα, χάρι cf. F. Zoxsix, W.Bavsr, *l.c.*

gratum faciens, sive habitualis, ut constat ex tractatu de Deo elevante et peccato originali. Bene, igitur, in nostro loco posset verti : *excita donum Dei, quod est in te;* sicut legit S.Ambrosius 18.*

Gratiam non transeuntem, sed permanentem esse, magis elucet ex sequentibus. Ait, enim, S.Paulus: *quae est in te per impositionem manuum mearum.* Talis gratia, quae manet in Timotheo, quasi ignis sub cineribus, non potest esse nisi gratia *interna; estque gratia Dei,* sive supernaturalisie. Ille habet hanc gratiam per impositionem manuum Pauli : διὰ τῆ ἐπιΘέσεω τῶν χειρῶν μου. Agitur evidenter de aliquo ritu, qui consistit in impositione manuum, quo gratia illa interna infusa est in animam Timothei. Nam διὰ significat veram causalitatem, sive medium illius infusionis gratiae. — Impositio manuum non est *elevatio manuum* (quae solet dici χειροτον'α) sed vera impositio (ἐπίθεσι)20. Saepe in scriptoribus posterioribus occurrunt voces χειροτον'α, χειροτονεῖν, χειροΘισία, χειροΘητεῖν, ἐπ.Θεσι τῶν χειρῶν, sed in N.T. tantum invenitur χειροτονεῖν et ἐπ.Θεσι τῶν χειρῶν, id est manus extendere et impositio manuum. Si colligimus loca quibus in Act et Epistolis paulinis invenitur *impositio manuum;* haec habebimus :

χειροτονεῖν invenitur bis: Act 14,23, *Et cum constituissent* [χειροτονήσαντε] *illis per singulas ecclesias presbyteros...,* ubi sermo potest esse de vera ordinatione sacerdotali, vel de electione eorum qui ecclesiis sive communitatibus praeesse deberent. Et 2 Cor 8,19: *Misimus fratrem...* [qui] *ordinatus est* [χειροτονηθεὶ] *ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae...;* item potest agi de ordinatione sacerdotali, ad hoc ut ille frater adiumento esset Paulo in ministerio, vel tantum designare electionem particularem eo quod Paulus postulassèt ab ecclesiis ut sibi comitem itineris darent.

Ἐπ.Θεσι vel ἐπιτ.θημι τὰ χέ ρα apparet saepius: Act 6,6 de electione [= ordinatione?] diaconorum; 8,17 de confirmatione Samaritanorum a Petro et loanne; 9,12.17 de Anania qui impositione manuum, Saulum caecum sanat; 19,6 de confirmatione a Paulo collata; 28,8 de sanatione patris Publii a

18 S.Ambrosius, *In Epist. 2 ad Tim:* ML 17.513.
In Concilio Tridentino aliqui Patres quaestionem moverunt circa gratiam, quae in hoc textu significatur: at Concilium retinuit citationem huius loci, quem intellexit de gratia gratificante.

30 Praeter lexica ZorEl1, Bauer supra citata, consuli potest J.Coppens, *Lfim· Position des mains et les rites connexes dans le N.T. et dans l'Eglise ancienne* (Paris 1925) 134-135.

Paulo patrata ; Hebr 6,2 probabiliter de confirmatione 21. His addi possunt! 1 Tim 4,14 et 5,22 de quibus agemus postea.

Comparatione instituta inter haec loca iam elucet distinctionem inter χειροτονέω et ἐπἰΟεσι non esse perfectam, ita ut possemus dicere vi vocis χειροτονέω non significare ordinationem sacerdotalem 2223nam potest etiam esse vera ordinatio sacerdotalis illa quae designatur sub hoc verbo (in Act 14,23 et 2 Cor 8,19). Et e converso επ.Οεσι τών χειρών adhibetur tum in locis, in quibus videtur agi de ordinatione (Act 6,6; 1 Tim. 4,14;'5,22 ; 2 Tim 1,6), tum etiam in illis in quibus certe non agitur de illa (Act 8,17 ; 19,6; Hebr 6,2) sed de Confirmatione atque etiam de mera sanatione corporali (Act 9,12.17; 28,8). Erga ex his concludi potest ratione verbi non posse excludi alium sensum praeter impositionem manus ad episcopatum.

At *ratione contextus,* certe de ordinatione intelligi debet. Etenim agitur hic de impositione manuum a S.Paulo, per quam infusa est gratia Dei interna, sive donum Spiritus Sancti supernaturale, quae manet in anima Timothei, et ratione cuius ille deputatus est ad munus episcopale (ad hoc enim hortatur Paulus Timotheum) et habet spiritum virtutis et dilectionis et sobrietatis, quae sunt illa quae S.Paulus requirit in Episcopo (1 Tim 3), potest testimonium Domino praebere (v.8), servare depositum fidei (v.14), laborare sicut bonus miles Christi (2,3) etc.

Nec potest 'hoc loco agi de *Confirmatione* M. Nam etsi verum) est posse prima facie referri ad confirmationem illud quod S.Paulus memorat: *non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis* (cf. Rom 8,15 : *non accepistis* [utique in confirmatione] *spiritum servitutis iterum in timore...'),* attamen etiam conveniunt ad ordinationem sacerdotalem vel episcopalem ; ac praeterea agendo de Timotheo, non possunt ad Confirmationem alludere, nam Timotheus non fuerat baptizatus a S.Paulo (Act 16,1), ac proin-

31 Ita, inter recentiores. Pibot. *La Sainte Bible3* 12 (Paris 1951) 314; J.Corpens, *o.c.,* 194-195; et communiter inter commentatores.

33 “Paulatim χειροτονεῖν apud Graecos evasit terminus technicus “ordinandi” per sacramentum Ordinis diaconos, sacerdotes, episcopos; unde... dicitur *[Const. Apost.* 8,28,2-3] : επὶσκοπο χειροθετεῖ, χειροτονεi; πρεσβὑτερο χειροθετεῖ, οὐ χεῖροτονεΓ‹(ΖθΒΕï.Ε, *Lexicon Graeco-latinutn N.T?* 1445). At si omnia loca, quae in *Constitutionibus Apostolorum continent verba* χειροτονέω, χείροθετέω, inter se conferuntur, apparebit non adeo fixam, hanc esse legem, quae in ipsis *Constitutionibus* statuitur.

23 Sic EerchEr, n.688; Estius, in h.l.; at alii, ut Pirot, *o.c.,* 12,234, putant virtutes, quae in v.7 numerantur non Ordinationi deberi sed virtutes esse omnibus Christianis communes.

de neque confirmatus, cum confirmatio statim cum baptismo tunc daretur.

Ergo sensus necessarius huius loci 2 Tim 1,6, est: Paulus hortatur Timotheum ut excitet gratiam illam quam in ordinatione! episcopali acceperat ad suum munus digne exercendum.

10. *b)* Ex 1 Tim 4,14: *Noli négligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.*

Exegesis textus. Hic; locus convenit cum anteriori 2 Tim 1,6, ut clare patet, hoc solo discrimine: quod in 2 Tim sermo es de impositione manuum Pauli, nunc autem sunt presbyteri plures, aut potius presbyterium[24], qui manus imponunt. Ast in hac re nulla est contradictio ; cum etiam nunc in ordinatione sacerdotali, non solum episcopus, sed etiam adstantes presbyteri manum imponant ordinando[25]. Neque officit quod agatur de ordinatione episcopali; nam *presbyterium* potest etiam includere episcopos, cum sit vox generica ad designandam collectionem eorum qui praesunt communitatibus. Sed etiam si ageretur de solis presbyteris, nulla est difficultas in eo quod (praesertim illis primis Ecclesiae temporibus) presbyteri imponant manus in consecratione episcopi ; nam huiusmodi impositio non est ad validitatem, sed ad sollemnitatem actus; et adhuc nostris diebus conceditur, ex induito apostolico, impositio manus presbyteralis in consecratione episcopi missionarii, ubi tres episcopi interesse non possunt[26].

Impositio manuum et *gratia* eodem modo intelligenda sunt sicut in textu supra allato; nam verba eadem recurrunt: ἐπίθεσι τών χειρών et χάρισμα[27]. Ergo agitur de impositione in ordine ad episcopatum, et de gratia interna. Quod vero dicat *cum* impositione, manuum, loco *per,* parum refert, nam sensus non mutatur, quamvis non adeo clare causalitas exprimatur. Ceterum, cum magis concreta sit particula *per* quam praepositio *cum,* haec per illam, non e converso, explicari debet.

Per prophetiam, διά προφητεία , difficultatem facit, et-

34 In Codice Synaitico legitur, prima manu πρεσβυτέρου, sed alia manus correxit πρεσβυτερίου. Omnes alii codices, praeter 69 got., legunt *presbyterii.*

35 Knabenbauer, in h.l.; J.Coppens, *L'imposition des mains...* 134.

M Pius IV, Brevi 11 aug. 1562, facultatem hanc concessit Indis *(.Collectanea S.Congr. dc Propag. Fide* [Romae 1839] p.408 nota 1; cf. n.1210); Alexander VII, Brevi *Onerosa,* 4 febr. 1664, apud Sinas (De Martinis, *Ius Pontificium de Propaganda Fide* 1,1341); Clemens XI. litt. 26 nov. 1718 apud Benedictum XIV, *De Synodo* 13,13 n.2-10.

” J.Cqkluy, *Specilegium docjnwtico-bibliçum* 2,462ι463.

enim iuxta textum graecum potest verti: *per prophetiam* (in genitivo singularis numeri) vel *secundum prophetias* (in accusativo pluralis numeri), utrumque enim forma grammaticalis patitur. Exegetae non plane inter se constant. Corluy ita opiniones colligit: "Alii... habent pro genitivo singularis numeri, alii pro accusativo plurali. Oui *genitivum* admittunt rursus in duas abeunt partes. Vel enim servant nativum sensum praepositionis διά *per,* et volunt *prophetiam* hic designare formulam sacram ordinationis quae *cum* impositione manuum gratiam in Timotheo produxerit (Bisping); ... Verum talis sensus vocis προφητε'a satis est insolens.—Vel putant δα cum genitivo sonare etiam posse *secundum,* adeoque hic sensum esse: *secundum divinum de te prolatum oraculum,* quo videlicet Paulus inductus fuerit ad Timotheum ordinandum... Qui *accusativum* admittunt, vertunt διά *propter;* unde sic: *propter divina de te prolata oracula.* Nulli ex his sententiis deest solida probabilitas" 28. Si hic textus confertur cum 1,18 huius eiusdem epistolae ad Tim: Hoc praeceptum commendo tibi, filii Timothee, *secundum praecedentes in te prophetias* κατὰ τὰ .,.ἐπἱ σὲ προφητε α , non improprium esset intelligere διά προφητεἱα accusativo pluralis numeri = secundum vel propter prophetias. Quomodocumque tamen intelligatur sensus satis clarus est: S.Paulus hortatur Timotheum ut custodiat gratiam illam supernaturalem et internam, quam accepit in ordinatione episcopali, ad quam ordinationem faciendam motus est Paulus per illuminationem charismaticam qua Timotheus designatus fuerat (fortasse per prophetas, cf. Act 13,1); secus, propter iuvenilem aetatem adolescentis, eum Paulus non ordinasset ad tam excellens munus. Ex his patet, Timotheum non accepisse gratiam *per* (causaliter) prophetiam, sed ex impositione manuum quae secuta est ad charisma propheticum electionis. Ratione ordinationis grammaticalis verborum, cum primum fuerit prophetia, sive prophetiae, et postea, tanquam consequens quid, impositio manuum, recte dicit S.Paulus: per prophetiam, sive propter prophetias cum impositione manuum; scilicet: *gratia tibi data fuit in illa impositione manuum, quae tibi facta est propter prophetias.* Difficultates, quae ex grammaticali forma possent fieri contra hunc textum, evanescunt si comparatur cum anteriori, 2 Tim 1,6. Unde agitur, etiam hoc loco, de ordinatione episcopali.

38 Neque generatim discrepant exegetae in h.l.; v. J.Coppf.ns. *I,'imposition (tes niains.,,* 133-1

11. c) Ex 1 Tim 5,22: *Manus cito nemini imposueris.* Pauci exegetae[29], cum Galtier[30], opinantur hanc manuum impositionem esse ad reconciliandum peccatores referendam. At maior pars auctorum catholicorum et protestantium de ritu ordinationis intelligunt. Nam contextus hoc exigit, quandoquidem versibus antecedentibus et consequentibus de presbyteris sermo sit. Praeterea, impositio manuum ad absolutionem nullo alio loco in N.T. apparet; neque constat tam cito in Ecclesia fuisse adhibita. Quod si ita fuisset, Ecclesia sine dubio non mutasset ritum apostolicum ad absolvendum in sacramento paenitentiae. Ergo videtur S.Paulus commendare, hoc loco[31], Timotheo ut caute procedat in electione et ordinatione presbyterorum et eorum qui communitatibus sive ecclesiis praeesse debent[32].

12. Argumentum. Ex his ergo textibus, arguimus: S.Paulus meminit ritum sensibilem et externum, quo gratia interna significatur et confertur et Timotheus deputatur ad ministeria sacra exercenda; et hic ritus a Christo est institutus. Atqui haec omnia conveniunt cum notione sacramenti (ut patet ex definitione). Ergo in his textibus designatur verum sacramentum (quod, ut patet, est sacramentum Ordinis).

Prob.. mai. Est *ritus sensibilis et externus,* scilicet impositio manuum non solius Pauli sed etiam Presbyterii (quamvis sufficit impositio manuum Apostoli). *Symbolicus gratiae,* nam iiff|positio manus fuerat iam; ritus adhibitus in Antiquo Testamento ad significandam collationem alicuius doni supernaturalis[33], et in genere significabat traditionem alicuius potestatis. Cum vero potestas tradita ad munus sacerdotale vel episcopale exercendum sit necessario potestas supernaturalis (cf. tract, de Euch. n.31s), impositio manuum significat hanc potestatem spiritualem, sive gratiam. Praeterea ipse Apostolus loquitur de hac gratia, quae manet in anima, et ut supra diximus non potest esse charisma transiens, sed gratia interna habitualis. Gratiam hanc conferri *ex opere*

[29] Çf. I.Behm, *Die Handauflegung im Urchristentum* (1911) 53-59, qui plures exegetas citat.

[30] P.Galtier, *La réconciliation des pécheurs dans Saint Paul:* RechScRel 3 (1912) 448-460; In., *Imposition des mains:* DTC 7.1306-313.

[31] Patres Concilii Tridentini in c.3 (D 958) omiserunt citationem huius textus. Neque nos contendimus eundem valorem habere atque textus anteriores, quos ex ordine valoris ponimus.

[32] Non desunt auctores, qui etiam includunt in argumento Act 13.2-3, ubi agitur dc impositione manuum super Paulum ct Barnabam, qua designati sunt ad munus apostolicum, postquam a Spiritu Sancto fuerant electi. Sed hic locus est difficilior; cf. LercHEr, n.688,4.

[33] I.Behm, *o.c.,* 121-140.

operato, constat etiam ex verbis Apostoli, qui gratiam tribuit ritui, non fidei vel alicui virtuti Timothei. Nec est sola gratia sive *donum muneris,* illud quod ritus confert ; nam hoc non potest excitari ad modum ignis ; et S.Paulus loquitur de illa gratia a ritu collata, quae potest excitari et tepescere seu quasi extingui. *Institutionem* huius ritus a Christo derivari evidens est; quia nullus homo potest ritum aliquem instituere, cui infallibiliter gratia interna connectatur, vel donum aliquod supernaturale. Tandem institutio est *ad perpetuum,* quia semper necessarii erunt sacerdotes vel hierarchae in Ecclesia qui munera· sacra exerceant.

Nota. Ex his apparet Christum instituisse in *genere* impositionem manuum tanquam ritum aptum ad designandam traditionem potestatis et gratiae ordinis; non vero inde sequitur *in specie* illum determinasse. At id evincitur ex his quae in tract, de Sacramentis in genere dicitur, et eo quod Apostoli appareant statim hoc facientes.

13. Probatur ex traditione. In genere Sancti Patres Ordinationem in eadem linea collocant atque baptismum : utrumque est sacramentum initerabile; utroque confertur Spiritus Sanctus. Etiam comparant cum Eucharistia; et ea omnia de Ordine praedicant quae de aliis asserunt sacramentis, praçsertim quae ad gratiae collationem pertinent. En aliqua exempla :

Firmimanus Caesar.: “...omnis potestas et gratia in ecclesia constituta sit, ubi praesident maiores natu, qui et baptizandi et manum imponendi et ordinandi possident potestatem. Haereticum, enim, sicut ordinare non licet nec manum imponere, ita nec baptizare” 34.

S.Basilius: “Qui primi recesserant, ordinationem a patribus habebant, et per manuum eorum impositionem habebant donum spirituale” (R 919).

S.Gregorius Nyss.: “Eadem item verbi vis quae inest in Eucharistiae et Sacri Olei consecratione etiam sacerdotem sanctum, augusturr. et honorandum facit, novitate benedictionis a communitate vulgi segregatum. Cum enim heri ac tempore superiori unus e multitudine ac plebe esset, repente redditur praeceptor, praeses, doctor pietatis et mysteriorum latentium praesul eaque contingunt ei cum nihil vel corpore vel forma mutatus, sed ad speciem externam quod attinet,

** *Epist.* 75 n.7 (inter opera S.Cypriani) cd. Hartel, 8Î4.

ille sit qui erat invisibili quadam vi et gratia invisibilem animam in melius transformatam gerens"[35].

S.Hieronymus: "Si in fide sua baptizatum baptizans nocere non potuit, et in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinavit"[36].

S.Augustinus: "Nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum baptisma amittere non potest, ius dandi potest amittere. Utrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur; illud cum baptizatur, istud cum ordinatur; ideoque in Ecclesia catholica utrumque non licet iterari... Sed si nos male fecimus, ipsi explicent quomodo sacramentum baptizati non possit amitti, et sacramentum ordinis possit amitti; quoniam ipsi dicunt 'recedens ab ecclesia baptismum quidem non amittit, ius dandi tamen amittit'. Si enim utrumque sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, et illud amittitur? Neutri sacramento iniuria facienda est"[37].

S.Gregorius M.: "Sacrorum ordinum sacramenta ab Ecclesiae doctoribus foris accipimus, sed sacramentorum virtute ab omnipotente Deo interius roboramur. Virtus vero sacramenti gratia est Spiritus septiformis. Quam certe gratiam, qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutantur, quia quos gratia sua Spiritus Sanctus roborat, eos facit esse protinus quod non erant"[38].

Confirmatur ex eo quod omnes sectae Orientales, quae s.V ab Ecclesia Catholica recesserunt, sacram ordinationem inter sacramenta enumerant[39]. Nec minus constans est perpetuus theologorum consensus.

14. Ratio theologica. Christus instituit societatem visibilem et externam (ut constat ex tract. de Ecclesia), cum hierarchia cui commisit munus regendi suam societatem et dispensandi sacramenta ab ipso instituta. Iam vero conveniens fuit ut dispensatores horum sacramentorum, conformarentur Christo Sacramentorum institutore, ac proinde etiam illi haberent potestatem spiritualem conficiendi huiusmodi sacramenta. Ad hoc autem etiam conveniens fuit, ut hi dispensatores mysteriorum Dei (1 Cor 4,1) signo aliquo externo potirentur necessaria auctoritate et constituerentur in illo ordine hierar-

35 *Orat. de Baptismate Christi:* MG 46.582.
36 *Dialog. contra Luciferianos* n.11: ML 23.166.
37 *Contra Epist. Parmen.* l.2 c.13 n.28-30: ML 43,70.
38 *In 1 Reg.* l.4 c.5: ML 79.299.
39 Denzinger, *Ritus Orientales* 1,129.

chico necessario iri Ecolesia. Ad hoc autem debebat institui sacramentum aliquod, quod effectus hos efficeret. Oportebat ergo ut institueretur sacramentum ordinis.

15. Obiectiones. Impositio mantis χειροτονεiν, significabat suffragium dare. Ergo non significat ordinationem.

Dist. antec. χειροτονεῖν significabat suffragium dare, *exclusive, nego antec.;* etiam adhibebatur àd hoc, *subdist,:* et in locis adductis in probatione significat suffagium ferre, *nego;* aliud significat, videlicet, ordinationem, *conc.* Iam explicavimus ante argumentum, quid vox χειροτνειν significaret. Neque in ipsa voce insistebamus, sed in contextu. Praeterea in textibus allatis non adhibetur vox χειροτονεῖν sed ἐπ.Θεσι των χειρῶν, quae iam non est vox technica ad significandum suffragium.

16. Scholion. *De Sacerdotio omnium Christianorum.* S.Petrus de omnibus fidelibus loquitur cum ait: *Et ipsi tanquam lapides vivi superaedificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceplabiles Deo per lesum Christum*[40] [41] *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei* (1 Petr 2,5.9-10). Et S.Ioannes: lesus Christus *fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo* (Apoc 1,6) *et fecit nos Deo nostro regnum et sacerdotes* (Apoc 5.10). Sancti quoque Patres multa habent, praesertim haec loca vel citantes vel commentantes, circa Christianorum sacerdotium.

Duo tamen errores circa hanc doctrinam irrepsere: 1. *Protestantium.* qui nullum aliud sacerdotium admittunt praeter hoc omnibus fidelibus commune, ac proinde reiciunt sacramentum Ordinis. 2 Aliquorum, *modernorum,* qui nimis exaltantes sacerdotium Christianorum. intendunt participationem fidelium necessariam esse ad validitatem Sacrificii Eucharistiae. Contra hunc postremum errorem, qui ad pietatem falso fovendam facillime allicere potest, cautos nos esse voluit Pius XII: "Sunt... qui hodie ad iam olim damnatos errores accedentes, doceant in Novo Testamento sacerdotii nomine id solummodo venire, quod ad omnes speciet, qui sacri fontis lavacro expiati fuerint... Quapropter populum autumant vera perfrui sacerdotali potestate, sacerdotem autem solum agere ex delegato a communitate munere. Qnamobrem Eucharisticum Sacrificium veri nominis "concelebrationem" existimant, ac reputant expedire potius ut sacerdotes una cum populo adstantes "concelebrent", quam ut privatim Sacrificium offerant absente populo. Quantopere captiosi huius generis errores iis contradicant veritatibus, quas iam supra asseveravimus, dc gradu tractantes quo sacerdos in Mystico lesu Christi Corpore pollet, explanare supervacaneum est"".

Itaque duplex est ratio sacerdotii in Ecclesia Catholica: sacerdotium externum quo tantum aliqui decorantur et quidem necessario mediante sacramento Ordinis; et aliud internum, morale, mysticum, resultans cx unione morali omnium fidelium (praesertim iustorum) cum Capite Christo. Recte S.Augustinus: "Erunt sacerdotes

40 Ad textum graecum versio accuratior esset: *Et ipsi tanquam lapides vivi aedificamini domus .spiritualis in sacerdotium sanctum.*

41 *Encycl. "Mediator Dcï"z* AAS 39 (1947) 553-557.

Dei et Christi, et regnabunt cum Eo mille annis: non utique de solis episcopis et' presbyteris dictum est, qui proprie iam vocantur in Ecclesia sacerdotes; sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sumus unius Sacerdotis. De quibus Apostolus Petrus, *plebs,* inquit, *sancta, regale sacerdotium" a.* Et quidem, Baptismo omnes fideles Christo aggregantur, et eius quasi corpus fiunt. Christus est vere Sacerdos et simul victima pro peccatis, victima semel in ara crucis cruento sacrificio oblata, et quotidie sacerdotum ministerio denuo incruente sacrificata". Itaque fideles, prout capiti Christo uniuntur, simul cum Ipso, Deo Patri divinam offerunt hostiam, seque ipsos mystice immolandos continuo sacrificio praebere debent, imo "fide, quae caritate inflammatur, in alitari mentis suae spirituales Deo hostias immolant. quo in genere bonae omnes et honestae actiones, quae ad Dei gloriam referunt, numerandae sunt"

ARTICULUS II

De ordinibus sacramentalieus

Thesis 2. Ordo Presbyteratus habet veram et propriam rationem Sacramenti.

S Th.. *StiPpl.* q 37 a.2; S.Bellarmino, c.5s; Sasse. 296-297; Pesch. 303-307; Otten. 285-294; PuiG DE la B.. n.1007-1012; Lercher-U.mberg. n.693-699; Michel, *Ordre:* DTC 11.1381-1385.

17. Nexus. In Itcclesia latina septem numerantur generatim ordines (et si episcopatus separatim a presbyteratu consideratur, octo) qui per sacros ritus conferuntur. Cum itaque constet Ordinem esse sacramentum, statim quaestio occurrit, scilicet an omnes ritus rationem sacramentalitatis habeant, an solummodo aliqui. Respondemus in hac thesi asserendo Presbyteratum habere quidem rationem sacramentalitatis; de aliis interdum praescindimus.

18. Notiones. Secundum S.Thomam in sacramento Ordinis est quaedam divisio "non totius integralis in partes neque totius universalis, sed totius potestativi; cuius haec est natura, quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem, est aliqua participatio ipsius''[1]. Itaque potestas completa, quam sacramentum Ordinis (ut unum potestative sumptum) confert, invenitur in episcopatu, qui est quasi culmen seu perfectio presbyteratus; in aliis autem ordinibus potestas partialis confertur. Unusquisque tamen ritus, qui

42 *Dc Civitate Dei* 1.20 c.10: ML 41,676.
43 *Concilium Tridentinum* ses.22 c.1s (D 938-940).
44 *Catechismus Romanus* p.2 c.7 n.23

1 *SuPpl.* q.37 a.1 ad 2.

rationem sacramentalitatis habet, est in suo ordine sacramentali aliquid completum, conferens, scilicet, totam potestatem unicuique ordini propriam.

Presbyteri (πρεσβύτεροι[2]) nomine designantur in N.T.: *d)* maiores natu sive senes: *Audientes autem unus post alium exibant incipientes a senioribus,* ἀπδ τῶν πρεσβυτέρων (Io 8,9); quibus opponuntur *iuvenes, adolescentes;*

b) antiqui, sive qui aliquo antiquiore tempore vixerint, praesertim doctores Legis veteris: *Pharisaei... nisi crebro laverint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum,* τῶν πρεσβυτέρων (Me 7,3);

c) qui *in aliquo munere constituti* erant quod nomine πρεσβύτερο distinguerentur. Huiusmodi erant aliqui ex Sinhedrio·;

d) tum etiam appellantur presbyteri, illi christiani qui *coetibus praeerant,* sacramenta administrabant, etc. (passim in Act.).

Hi ecclesiarum praesides non facile est discernere an episcopi an simplices presbyteri fuerint; nam sub nomine *presbyteri,* tunc etiam episcopi designabantur. Sed iam tempore S.Ignatii (f 107) apprime distinguitur inter episcopum et presbyterum (R 48 49 50 etc.); at commune erat utrique nomen Sacerdotis; et quamvis paulatim Sacerdotis nomine, presbyteri tantummodo intelliguntur, attamen usque ad s.X non raro etiam episcopi ita designantur. Itaque, fere usque ad s.X Sacerdos sine· addito dicebatur de episcopis, presbyteri vero appellabantur sacerdotes secundi ordinis[3], minoris ordinis[4], sacerdotes secundi[5]* presbyteri in secundo ordine constituti [6], secundi meriti munere donati[7]. Iam post s.X, Sacerdotis nomen sine addito, presbyteris reservatur.

19. Munus seu officium Presbyteri olim hoc erat: Consecrare sacram Eucharistiam, baptismum sollemniter conferre, absolvere a peccatis et a paenitentia, tum etiam paenitentiam imponere; Sacramentum Extremae Unctionis administrare, praedicare, benedicere et episcopo adiumento esse in regimine dioeceseos [8]. In *Constitutionibus Apostolorum* assig-

’ F.Zorell, *Lexicon greaco-latinum N.T.* πρεσβύτερο; W.BavKr, *Gricsch-Dcutsch. W'ôrtcrbuch.*

3 S.LEo M., *Serm.* 48,1: ML 54,298.

4 S.Gregorius M.. *In Ezech.* 1,2 hom.10,13: ML 76,1065.

e Innocentius I *ad Decentium* c.3 (D 98).

e Optatus Mii.ev., *Contra Schism!. Donat.* 1.1 c.13: ML 11,910.

7 *Pontificale Romanum,* Formula Ordinationis.

8 Cf. Many, *Praelectiones Canonicae de Sacra Ordinatione* 54-56.

natur presbytero docere, offerre, baptizare, populo benedicere [9]. Secundum *Can. Hippolyti,* "episcopus in omnibus rebus aequiparatur presbytero, excepto nomine cathedrae et ordinatione, quia potestas ordinandi ipsi non tribuitur" [10]. [11] *Didaschalia Apostolorum* orationem exhibet in ordinatione presbyterali recitandam in qua petitur "ut adiuvet et gubernet plebem tuam in corde mundo" [11].

Hodiernum *Pontificale Romanuni* ait: "Sacerdotem oportet offerre, benedicere, praeesse, praedicare et baptizare"; ac postea datur presbytero 'potestas "remittendi et retinendi peccata" [12]. Nomine *offerre* hic intelligitur quod postea clarius in traditione calicis cum vino et patenae cum hostia edicitur: "Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis"; et in oratione post instrumentorum traditionem: "in obsequium plebis tuae [Domine] panem et vinum in Corpus et Sanguinem Filii tui immaculata benedictione transforment".

Benedicere refertur non modo ad benedictiones, quae in confectione et applicatione sacramentalium fiunt, vel ad orationem officialem sacerdotis nomine Ecclesiae, sed etiam ad benedictionem matrimonialem, ad Extremae Unctionis administrationem et ad Paenitentiae sacramentum.

Praeesse est episcopum adiuvare eiusque vices in regimine paroeciali exercere. Nostris temporibus multo magis, quam in primaeva Ecclesia, presbyteri episcopos adiuvant.

Praedicare spectat ad munus quod presbyteri habent docendi fideles doctrinam christianam, tum in sollemni praedicatione, tum in homiliis, tum in expositione catechetica ad pueros et rudiores. Antiquitus, generatim presbyteri non poterant praedicare praesente Episcopo, nisi ex speciali ratione vel delegatione.

Tandem *baptizare* sollemniter per se presbyteris omnibus, ratione ordinis, convenit, "at eius collatio reservatur parocho vel alii sacerdoti de eiusdem parochi vel Ordinarii loci licentia, quae in casu necessitatis legitime praesumitur" (CIC 738,1; cf. 462,1). Simile quid dicitur de *Extrema Unctione:* "Minister ordinarius est parochus loci in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel de licentia saltem rationabili-

[9] *Const. Apostol.* 3,19,20; ed. Funk, 217.
[10] Cn.32. Duchesne, *Les Origines du Culte chrétien* 533. Cf. *Sacramentarium Serapionis;* ed. Funk, 189s.
[11] *Didascaliae Apostolorum fra<rmenta Veronensia* 71; ed. Hauler. 108-109.
[12] *Pontificale Romanum* p.1. *De Ordinatione Presbyteri,* in sermone episcopi ad ordinandos.

ter praesumpta eiusdem parochi vel Ordinarii loci, alius quilibet sacerdos hoc sacramentum ministrare potest (CIC 938,2). Respectu ad Sacramentum Confirmationis, iam dictum est in tract, de Confirm, (n. 135s).

20. Adversarii. Presbyteratum esse sacramentum nunquam aliquis catholicus negavit. Tantum *Protestantes* et *Modernistae* ausi sunt contrarium asserere, sed negant sacerdotium externum et visibile.

21. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Beneventanum*: Cn.l: "Nullus deinceps in episcopum eligatur, nisi qui in sacris ordinibus religiose vivens inventus est. Sacros autem ordines dicimus diaconatum ac presbyteratum. Pios siquidem solos primitiva legitur Ecclesia habuisse; super his solum praeceptum habemus Apostoli" (D 356).

Concilium Florentinum: "Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo: sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenae cum pane porrectionem" (D 701). Ut patet, Concilium volens proponere doctrinam sacramenti Ordinis, presbyteratum eligit.

Concilium Tridentinum asserit Christum instituisse sacerdotium visibile et externum cui tradidit potestatem consecrandi, offerendi et ministrandi corpus et sanguinem eius, necnon et peccata dimittendi et retinendi (D 957). Praeterea affirmat sacram ordinationem esse verum sacramentum (D 959), quod sicut baptismus et confirmatio characterem imprimit (D 960). Hanc ordinationem recipiunt *sacerdotes;* quo nomine non modo designat Concilium episcopos, sed speciali ratione presbyteros, cum ait: "Docet insuper Sancta Synodus, in ordinatione *episcoporum, sacerdotum* ct ceterorum ordinum" consensum populi vel magistratus civilis ad validitatem non requiri (D 960).

Pius XII in Constitutione *Sacramentum Ordinis,* presbyteratui sacramentalem rationem attribuit[13] (D2S 3001).

Tum etiam omnia documenta Ecclesiae, quae hierarchiam ecclesiasticam necessariam affirmant et illam per ordinationem sacramentalem haberi supponunt, pro hac thesi afferri possunt, ut sunt: *Epistola S.Clementis* (D 42), Cornelius I (D 45), S.Siricius occasione urgendi legem coelibatus (D 89), *Conc.Nicaenum II* (D 305), etc.

M *Constitutio Apostolica "Sacramentum Ordinis":* AAS 40 (1948) 5-7.

22. Valor dogmaticus. Thesis est *de fide divina et catholica definita* in Tridentino (saltem formaliter implicite); nam Concilium, ut videbimus in argumento, ad presbyteros praecipue refertur cum sacramentalitatem Ordinis definit.

23. Probatur ex sacra Scriptura. Cum in libris Novi Testamenti non clare appareat distinctio inter episcopos et presbyteros, quod attinet potestatem ordinis, ideo difficile est ex solis textibus argumentum conficere, quatenus sacramentalitas presbyteratus a sacramentalitate episcopatus secernitur. Attamen sufficienter probatur illis textibus presbyteratum esse sacramentum, si attenditur ad valorem praedictorum textuum, de quibus in thesi anteriori egimus (2 Tim 1,6; 1 Tim 4,14; 1 Tim 5,22), qui referuntur ad ordinationem Timothei. Nam, etsi ibi agatur de ordinatione episcopi, nihilominus (saltem prout ecclesiastica traditio intellexit) ea, quae ibi dicuntur, presbyteris conveniunt; qui simili manuum impositione ordinantur. Unde necesse est, ut recte notat P.LennerzM, admittere tum episcopatum, tum presbyteratum habere rationem sacramenti, vel nullum. Aut si unus tantum ex his duobus ritibus sacramentum esset, id de presbyteratu praedicari deberet.

24. Probatur ex traditione. *Patres* generatim loquuntur de *Sacerdotio,* nulla distinctione facta inter presbyteros et episcopos, unde argumentum) separatim dari vix potest. "Sed ex mente Patrum etiam presbyteri sunt vere et proprie sacerdotes, licet secundi ordinis, et propterea textus allati [a nobis in thesi anteriori] intelligendi sunt non de solis episcopis, sed de episcopis et presbyteris"[15] Imo Sancti Patres expresse animadvertunt inter episcopum et presbyterum nullam aliam rationem discriminis interesse (praeter rationem honoris et dignitatis) quam potestatem ordinandi quae solis episcopis reservatur (S.Hieronymus, R 1371 1386 1357). Idque asseritur etiam in *Can. Hippolyti:* "Episcopus in omnibus rebus aequiparatur presbytero excepto nomine cathedrae et ordinatione [id est, potestate ordinandi] quia potestas ordinandi ipsi non traditur" (cn.32). Propterea totum quod dictum est in thesi superior? de sacramentalitate Ordinis, siquidem de sacerdotio in genere dicendum est, et hoc sacerdotium ad presbyteratum extenditur, etiam de presbyteris affirmari debet. Ergo presbyteratus est verum et proprium Novae Legis Sacramentum.

14 n.IyENNKRZ, *De Sacramento Ordinis* n.179 p.UO.
,δ H.LennERÎz, *o.c.,* p.111.

25. *Ex Coneilio Tridentino.* Concilium Tridentinum definivit Ordinem esse verum Sacramentum, et agendo de ordinatione reponit sacramentalitatem in *sacerdotio,* eo quod in ordinatione sacerdotali character imprimitur, et ideo "damnat eorum sententiam, qui asserunt, Novi Testamenti *sacerdotes* temporariam tantummodo potestatem habere, et semel rite ordinatos iterum laicos effici posse" (D 960; cf. cn.4, D 964). Iam vero, hoc eodem loco (c.4 sess.XXIII) Concilium distinguit inter Episcopos et Sacerdotes, quod etiam alias facit ubi de hierarchia catholica disserit (D 958 966 967). Ex alia parte ad sacerdotium pertinere dicit quod habeat potestatem consecrandi, offerendi et ministrandi corpus et sanguinem Domini Nostri lesu Christi, necnon et peccata dimittendi et retinendi (D 957) ; quae quidem ad presbyteros quoque, non modo ad episcopos, pertinent. Ergo ex Concilio Tridentino presbyteratus est sacra ordinatio veram et propriam sacramenti rationem habens.'

26. *Unanimi theologorum consensu,* nunquam de hac re disputante, thesis aperte traditur. Quibus addi possent testimonia ex *sacra Liturgia* desumpta, quae in ritibus Ordinationis presbyteralis, eodem modo loquuntur atque de episcopali. Imo saepe eadem facienda dicuntur. Sic, v.gr., *Constitutiones Apostolorum,* postquam, perlonge de ordinatione Episcopi disseruerunt, haec de Presbyteri ordinatione habent: "Porro de ordinatione presbyterorum... constitue...: Cum presbyterum ordinas, episcope, manum super caput eius impone adstante tibi presbyterio necnon diaconis, et orans dic..."1'6 Quod expresius in *Constitutionibus Ecclesiae Aegyptiacae* determinatur : "Episcopus presbyterum ordinet ; manum suam, capiti eius imponat, omnibus presbyteris eum tangentibus. Et oret super eum secundum eum modum, quem diximus de episcopis"1T. Iam vero in his liturgicis ritibus, agitur de sacramento, quod eodem modo confertur atque in episcopatu. Tum in episcopatu, tum in presbyteratu, ritus adhibitus, cum oratione adiuncta, habet illa quae ad sacramentum requiruntur, scilicet, quod sit signum sensibile, efficax gratiae, et institutum perenniter a Christo.

27. Scholion. *De Presbyteratu ex martyrio et confessione.* Aliqua documenta antiqua videntur supponere martyrium seu confessionem, vices gerere sacramenti Ordinis. Sic:10

10 *Const. Apost.* 1,8.Is; ed. Funk, 521-523.
" 2(32); ed Funk, 2,102.

Canones Hippolyti: "cn.43. Quando quis dignus est, qui stet coram tribunali propter fidem et afficiatur poena propter Christum, postea autem indulgentia liber dimittitur, talis postea meretur gradum presbyteralem coram Deo, non secundum ordinationem, quae fit' ab episcopo; immo confessio est ordinatio eius.

Cn.44. Quod si vèro episcopus fit, ordinetur.

Cn.45. Si quis, confessione emissa, tormentis laesus non est, dignus est presbyteratu ; attamen ordinetur per episcopum.

Cn.46. Si talis, cum servus alicuius sit, propter Christum cruciatus pertulit, talis similiter est presbyter gregi.

Cn.47. Quamquam enim formam presbyteratus non acceperit, tamen spiritum presbyteratus adeptus est. Episcopus, igitur, omittat orationis partem, quae ad Spiritum Sanctum pertinet"[18].

Traditio Apostolica: "c.10,1. Si confessor in carcerem vinculis coniectus fuit propter nomen [Domini], non imponatur ei manus (χειροτονεῖν) ad diaconatum (διακον'α) aut presbyteri (πρεσβύτερο) munus. Quia confessione sua honorem (τιμή) presbyterii habet. 2. Si vero episcopus eligatur, imponatur ei manus.

3. Si confessor non fuit ad publicam auctoritatem ductus, neque vinculis pupitus, neque ulla poena damnatus, nihilominus, data occasione, derisus fuit propter nomen Domini ; si huiusmodi confessus est, manus ei imponatur ad quemcumque ordinem (κλήρο) quo est dignus"

Constitutiones Ecclesiae Aegyptiacae: "4(34)1. Confessori autem, si propter nomen Dei in vinculis fuit, manus non imponatur ad diaconatum vel presbyteratum ; namque dignitatem presbyteratus confessione sua habet. 2. Sin autem episcopus constituendus est, manus ei imponat.

3. Quod si confessor est, quem non ad potestatem duxerunt neque vinculis punierunt neque in carcerem iecerunt neque ad multam aliquam condemnaverunt, sed occasione data, modo propter nomen Domini nostri contumeliis affecerunt, et poena domestica punierunt, si vero confessus est', dignus est omni clero et ordinetur"[3]".

Similia habentur in Testamento Domini Nostri lesu Crhisti ",

Ad haec notandum est in primis, omnia huiusmodi testimonia ad idem reduci ; nam Canones Hippolyti, Traditio Apostolica, Constitut. Aegypt., Testamentum D.N.I.C., Didaschalia Apostolorum, canones que dicuntur Apostolorum, et alia similia, non sunt nisi versiones plus minus liberae et interpolatae sive accommodatae unius operis Hippolyti deperditi. *Fragmenta Veronensia* Didascaliae Apostolorum hos canones non habent, quia fragmenta incompleta sunt, suntque unica versio latina antiquior et ut videtur, fide dignior[32]. Aliae versiones copticae, arabicae, syriacae, aethiopicae, etc., non

18 *Dic Canones Hippolyti:* TU 6.4 p.67-68; ed. H.AchBl1is.

10 G.Dix, *The Apostolic Tradition of St.HiPpolytus of Rome* (1937) 18-19; B.Botte. *Hippolyte de Rome, La Tradition Apostolique* (Sources Chrétiennes, 11) 41.

» Ed. Funk, 2.104-105.

21 L.1 c.39; ed. Rahmani (1899) 98.

32 E.HaullER. *Didascaliae Apostodorum Fragmenta Veronensia latina* (Lipsiae 1900).

omnino inter se conveniunt. Jungklaus ex codice coptico et arabigo, collatis aliis versionibus, reconstructionem textus originalis intentavit, et hoc modo proposuit:. "Confessori, qui propter nomen Christi, in locum carceris in vinculis ductus fuit, non manus imponatur ad aliquod ministerium Ecclesiae, quia haec est gloria diaconi; sed relate ad aliquod presbyteri munus, etiamsi ille, eo quod confessus est, huius muneris honorem habet, nihilominus illum episcopus constituat imponendo illi manus. Si vero Confessor non fuit in indicium ductus, neque in vincula eiectus, neque in carcerem detrusus, nihilominus tristitiam passus est, et occasione data, propter nomen Domini multa pertulit, nec ad supplicia condemnatus est; quia confessus est, dignus est omni munere presbyteri, attamen illi manus imponatur et diaconus fiat" Haec versio vitat incommodum attribuendi Hippolyto doctrinam adeo miram de presbyteratu ex solo martyrio; et potest.certe optime explicare mentem Hippolyti. Eiusdem omnino temporis atque *Testamentum Domini* et aliorum documentorum, sunt *Constitutiones Apostolorum,* quae ex eodem fonte doctrinam hauserunt. Iam vero in libro VIII, agendo de Confessoribus, observatur: "Confessor non fit ordinatione; res enim est voluntatis ac tolerantiae; magno autem honore' dignus est, ut qui coram gentibus et regibus confessus sit nomen Dei et Christi eius. 3. Quodsi opus eo fuerit in episcopum aut presbyterum aut diaconum, ordinetur. 4. Si vero aliquis confessor non, ordinatus aliquam huiusmodi dignitatem, praetextu confessionis, sibi arripuerit, is deponatur et eiciatur; non enim est, quandoquidem negavit Christi constitutionem, et est infideli deterior"

Doctrina clara est: Confessor fidei, eo quod confessus fuerit, dignus est qualibet dignitate ecclesiastica, sive presbyterali, sive diaconali, ct ideo non sunt faciendae inquisitiones super eo, quia sufficit sua confessio; attamen si presbyteri vel episcopi munus (fortasse etiam diaconi) exercere velit, ordinandus est. Hoc etiam in usu fuisse, cognovimus ex Tertulliano, Hippolyti coaeVo, Cypriano, Eusebio25. Verba Constitutionum Apostolorum ostendunt non defuisse confessores, qui sibi presbyteri dignitatem arripiebant, fortasse -ex erronea interpretatione consuetudinis; attamen id ipsum de-

30 E.Jungklaus. *Dic Gcmeindc Hippolyts:* TU 46.2 p.129. k.Xa, Xb.
** L8.23; ed. Funk, 527-529; eadem verba recurrunt in *Epito-nfc Const. Apost.* 8,14(23); cd. Funk, 2,82.
25 Tertullianus. *Advers. Valent.* 4;· ed. OhElEr, 2,385. *Dc Fuga* 11: 1,480; S.Cyprianus, *Epist.* 38 et 39; cd. Hartel, 2,579-581; Êusehius, *H. E.* 6,43,6.20.

clarat doctrinan non fuisse Ecclesiae, sed fortasse unius alteriusve ecclesiae particularis.

Thesis 3. Episcopatus est verum Sacramentum Novae Degis.

S.Th., *Suppi.* '· 40 a.5; S.Bellarmino, c.5; Sasse, 298-300; Pesch, 307-311; Otten. 285-294; Puïg de la B., n.1013-1021; Lercher-Umberg, n 693-695.

28. Nexus. Quaestioni de sacramentalitate diversorum ordinum respondimus in thesi anteriori respectu ad Presbyteratum, nunc de Episcopatu agendum est. Iam vero, Episcopatum esse sacramentum, si ad sacerdotium reducitur, extra dubium est. Si vero prout a sacerdotio sive presbyteratu distinguitur, iam non una est theologorum sententia. Itaque in hac thesi Episcopatum ut a presbyteratu distinctum sumimus, et de eo affirmamus etiam verum esse sacramentum.

29. Notiones. Episcopus (ἐπ.σκοπο a verbo ἐπισκέπτομαι = inspicere 1) secundum etymon significat custodem, protectorem, inspectorem, et speciali ratione apud paganos de diis laribus et protectoribus dicebatur. Apud athenienses erat vox technica ad designandos Praefectus coloniarumB.

In N.T. non saepius haec vox occurrit3, ac'semper significat praesides in coetibus Christianorum, sive etiam rectores et pastores ecclesiarum. S.Petrus semel ad Christum applicat quem vocat pastorem et ἐπίσκοπον animarum (1 Petr 2.25). At ordinario confunditur cum voce *presbyter,* .quamvis id non exigat nec supponat identitatem muneris vel officii.

Ut supra (n.18) diximus, Episcopus designabatur etiam nomine *Sacerdotis* sine addito, dum postea (a saeculo X) contrarium evenit. Sed iam s.II S.Ignatius apprime distinguebat inter Episcopum et Presbyterum. Per oppositionem ad Presbyteros, Episcopi dicebantur sacerdotes primi, summi, maximi etc.

Episcopatus solet appellari summum sacerdotium, sacerdotii fastigium, plenitudo, complementum ®. Nam, iuxta communem theologorum opinionem, episcopatus tanquam presbyteratus complementum consideratur, ita ut illuni per se non

' E.Zorei.i.. *o c.,* 295-297; W.Baver, *o.c.,* 541-542; G Kittel, *o c,* 2,604-617 praesertim 611-615; 11.Haag, *Bichol BibcLLoxicon* (1952) 246-247.

• Aristophanes, cf Prat, *Evoque:* DTC 5,1658-1659.

3 In his tantum locis: Act 20,28; 1 Phil 1,1; 1 Tim 3 2; Tit 1 7; 1 Petr *2.25.* Ἐπ'.σζοπή tanquam officium etiam aliquando invenitur in N.T., ut Act 1,20; Le 19,44; sed ad nostra non adeo spectat.

Jn *Pontificali Romano* dicitur conferri episcopis *Summum Sacerdotium.*

0 Cf. v.gr. S.Isidor. Hispal., *Dc ccd. offic.* 2,7: ML 83,787; Innocentius III: D 98.

includat, sed compleat, ac proinde exigat ac praesupponat. Alii vero theologi (de quibus postea agemus) volunt' ut differentia non sit adaequata, sed talis, quae tamen permittat ut simplex diaconus vel laicus consecretur episcopus, quin per presbyteratum transierit. De hac quaestione nunc praescindimus [6], et quaerimus dumtaxat an revera episcopàtus sit ordo a presbyteratu distinctus cui sacramenti ratio conveniat.

30. *Munus* sive officium Episcopi idem est atque Presbyteri, sed insuper ei, ratione ordinis, competit (et quidem iure divino) *ordinare* [7]. Ordines omnes ipse tanquam minister ordinarius impertiri potest; sicque consecrare alios episcopos, ordinare presbyteros, diaconos; et clericos in aliis ordinibus constituere. Item, iure divino, Episcopus est ordinarius minister sacramenti *Confirmationis.*

Pontificale Romanum dicit: "Episcopum oportet iudicare, interpretari, consecra~e, ordinar ·, offerre, baptizare et confirmare" [8]; quae verba, praeter ea quae de iure divino ei competunt: ordinare et confirmare, atque cetera quae ad presbyterum spectant, illa etiam complectuntur, quae *de iure ecclesiastico* episcopo reservantur; videlicet, consecrationem ecclesiarum, altarium, vasorum sacrorum, etc.; sanctum chrisma conficere, et speciales benedictiones impertiri, quae in Rituali Romano describuntur [9]. *Iudicare,* prout significat indicium ferre in' foro interno in sacramento Paenitentiae, commune habet Episcopus cum presbyteris; prout autem dicitur de indicio in foro externo in propria dioecesi, sicut *interpretari* ius canonicum, ipsius proprium est.

31. Sententiae. 1. Aerius, s.IV, affirmabat episcopos et presbyteros, iure divino, esse aequales [10]; hunc errorem renovarunt in medio aevo Marsh,ius Patavinus et Ioannes de Ianduno (D 497), quorum propositiones Ioannes XXII damnavit tanquam sacrae* Scripturae contrarias, et fidei catholicae inimicas, haereticas seu haereticales, et erroneas (D 500). Item Wicleff (D 675).

2. Episcopatum non esse sacramentum distinctum a Presbyteratu tenuerunt plures scholastici antiqui (etsi non omnes), ut Petrus Lombardus, S.Aibertus M., S.Thomas,

6 Vide infra de necessitate singulorum ordinum, n.79.
7 S.Many, *De sacra Ordinatione* 6.
8 *Pontificale Rantanwn* p.I. De consecratione electi in episcopum.
9 *Rituale Romanum* tit.8 c.20-23; in recentissima editione (1952) tit.9 c.9.
10 Apud S.Agustinum *De haeres,* q.53: MT; 42,39,

S.Bonaventura, Scotos[11], alii[12]. Inter modernos, ut videtur, DaFEara et quodammodo P.Vermeer, Journet et Boularand[13].

3. Maipr tamen theologorum pars sacramentalitatem episcopatus sustinuerunt. Sic inter antiquos Durandus, Altissidorensis, Paludanus, Navarrus, aliique, quos memorat Pesch [14]. Inter modernos vix non omnes thesim nostram tenent[15].

32. Doctrina Ecclesiae. Documenta, quae de sacramentalitate Ordinis agunt, possunt fere ad episcopatum referri. Speciatim vero quae de hierarchia ecclesiastica loquuntur; v.gr. S.Clemens: "Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes [Apostoli] primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui credituri erant" (D 42). Huiusmodi constitutio ab Apostolis facta, non potest non esse nisi illa de qua sermo est in thesi de sacramentalitate Ordinis.

Conc.Nicaenum II, agens de sacris electionibus, loquitur de *ordinatione* episcopi ; quae ordinatio est sine dubio sacramentalis: "Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus, qui sunt in Provincia, episcopis ordinari" (D 305).

Concilium Tridentinum Sacerdotium dicit esse sacramen-

11 P.Lombardus, *4 Sent,* d.24; S.Albertus Magnus, *In 4* d.24 L ed. Vives 30.77; S.Thomas, *In 4* d.24 q.2 a.2; *Suppi.* q.40 a.5; S.Bonaventura, *In 4* d.24 p.2 a *2* q.3; Scotus, *In 4* d.24

12 Dc hac controversia scribit Perrone: "Cardinalis Rayniundus Capisucinus, O.P. (in Controv. theol. selectis, Romae 1670, controv.28 de episcopatu, 2) affert octoginta auctores, quos ipse profitetur fere omnes vidisse, qui negant episcopatum esse Ordinem, et singulorum loca distincte apponit. Hoc ipsum argumentum fuse prosequitur. Adeo verum est quod scripsit Canus: theologorum numerum obruere neminem debere. Adderem: et pondus, siquidem praeter Magistrum sententiarum, S.Thomas, S Bonaventura. Scotus. Innocentius V. Estius, etc., sententiam negativam tuentur" *{Dc Ordine* c.2 n.78 nota). At bene notandum est Lombardum non defendere sacramentalitatem episcopatus; e contra Estius.

13 M.Daffara, O.P., *Dc Sacramentis et Novissimis* (1944) 603. Dicimus *ut videtur;* quia ipse ex una parte asserit: "ordinatio episcopalis est vera ordinatio sacramentalis" (pag.605 n.868), at cx alia parte proponit hanc thesim: "Probabilius est episcopatum, per se et prout a presbyteratu distinguitur, non constituere specialem ordinem stricte sumptum" (n.867). Nec clare patet an admittat episcopatum esse vere quidem sacramentum, non autem ordinem, an cum ratione ordinis etiam ei veram rationem sacramenti negetur. P.Vermeer in Bijdragen 13 (1925) 262-275; Ch.Journet, *Pues récentes sur le Sacrement de l'Ordre:* RevThom 53 (1953) 81-108; E.Boularand, *La consécration episcopale est-elle sacrantentalle/:* BuIlLittEccl 54 (1953) 3-36.

M Durandus. *In 4* d.24 q.6 n«8; Altissiodorensis, *Summa* 1.4 tr.8; Paludanus. *In 4* d.24 q.6 a.3; Navarrus, *Manuale Confessorum* c.22 n.28; Pesch, n.614 citat Gabrielem Biel. Maiorem, Almainum, Caietanum, Gulielmum Parisiensem.

15 Nostris diebus discussio praesertim habetur inter I.BoneTTI, *II Potere di Ord ne cxtrasacramentale e la sua importansa nella Teologia di S.Tomasso:* DivTh(Pi) (1948) 136-145; (1949) 65-76.375-381 ; et A.Mancini, *I! potere di Ordine extrasacramcntadc...:* DivTh(Pi) (1949) 49-64.360-374, et *Palestra del Clero* (1950) n.13.

tum, et quidem refertur tum ad presbyteros, tum acz episcopos (D 958 959 960); eo vel maxime quod addgcit textus S.Pauli (2 Tim 1,6 et 1 Tim 4,14), qui referuntur ad episcopatum. /

Pius XII aeque dc episcopatu sicut de presbyteratu et diaconatu dicit esse verum sacramentum, in Cofistitutione *Sacramentum Ordinis* (D23 3001).

Valor theologicus. Thesis, prout intelligitur de episcopatu per oppositionem ad presbyteratum, *est certa et communis ie.*

33. Probatur ex sacra Scriptura. Textus quibus probavimus Ordinem esse sacramentum, scilicet 2 Tim 1,6 1 Tim 4,14, agunt de ordinatione Timothei qui factus est Episcopus per illam manuum impositionem. Atqui illa manuum impositio fuit, ut ostendimus, ritus vere sacramentalis. Ergo Episcopatus est verum Sacramentum.

34. Probatur ex traditione. Ut notavimus in thesi antecedenti, Sancti Patres, agendo de Ordinatione referuntur generatim ad *Sacerdotium,* in quo includunt expresse episcopatum et presbyteratum; et asserunt Sacerdotium esse sacramentum. Ergo pro illis episcopatus est verum sacramentum.

Quod aliquibus exemplis confirmari potest, S.Leo M. dicit: "Cum huius divini *sacerdotii sacramentum* etiam ad humanas pervenit functiones, non per generationum tramitem curritur, nec quod caro et sanguis creavit, eligitur, sed cessante privilegio patrum, et familiarum ordine praetermisso, eos *rectores* Ecclesia accipit, quos Spiritus Sanctus praeparavit, ut in populo adoptionis Dei, cuius universitas sacerdotalis atque regalis est, non praerogativa terrenae originis· obtineat unctionem, sed dignatio caelestis gratiae gignat *antistitem*" (R 2190).

S.Augustinus dicit episcopatum iterari non debere, sicut neC baptismum: "Utrumque [baptismus et ordo] safcramentum est et quadam consecratione utrumque homini datur, illud cum baptizatur, illud cum ordinatur, ideoque in Catholica utrumque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa, parte venientes etiam *praepositi,* bono pacis correcto schismatis er-

16 S.Belearmino tbesim nostram *certissimam* vocabat (l.c.), Petrus Soto *certa fide* tenendam dicit; Lennerz eam certam appellat, et quidem unice attendenda ad "auctoritatem externam illorum theologorum" quos recensuit (n.182); Bozzoi.a, *ccrtcssimam (Curs. Thcoiog.,* 4 *De Sacramentis* [1940]| n.482); TanquerEv, *de fide;* Gasparri, *firntiier tenendam (De Sacra Ordinatione* 1 n.21); Pesch, *theologice certam* (n.613).

rore, suscepti sunt, etiamsi visum est opus esse ut eadem officia gererent quae gerebant, non sunt rursus ordinati, sed sicut baptismus in iis, ita ordinatio mansit integra, quia in praecisione fuerat vitium quod unitatis pace correctum est, non in sacramentis, quae ubicumque sunt ipsa sunt. Et cum expedire hoc indicatur Ecclesia, ut *praepositi* eorum venientes ad catholicam, societatem *honores suos* ibi non administrent, non eius tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos" (R 1617 partim). Clare loquitur S.Augustinus de episcopatu, nam non solum memorat *praepositos* (quod non dicitur de presbyteris), sed expresse citat *honores,* utique episcopales; nam venientes ab haeresi episcopi, admittebantur in Ecclesia, sed non eis generatim concedebatur· regimen et honor in aliqua dioecesi ipsis assignata.

35. Probatur ex Liturgia. In libris liturgicis antiquioribus solet explanari fussius consecratio episcopalis quam presbyteralis, ita ut in hac ultima tantum fere exprimantur quae omitti, quam quae fieri debeant, ne cum episcopali confundatur. Ritus vero essentialis ordinationis consistit in impositione manuum cum oratione in qua invocatur Spiritus Sanctus ; scilicet est signum sensibile symbolicum et efficax gratiae (sicut diximus in thesi de Sacramento Ordinis).

36. Probatur ex Tridentino. In Concilio Tridentino, praecise cum declaratur sacramentalitas Ordinis adducuntur verba S.Pauli ad Timotheum : "Cum Scripturae testimonio, apostolica traditione et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quae verbis et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri : dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae sacramentis. Inquit enim Apostolus: *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei..."* (D 959).

Praeterea ipsum Concilium ait in ordinatione *dari Spiritum Sanctum* quia non frustra Episcopus dicit: *Accipe Spiritum Sanctum,* (cn.4) ; haec autem in consecratione episcopali proferuntur. Tum etiam asserit ordinationem (episcopalem, ut patet ex testibus, quos adducit, ad Timotheum) *signis exterioribus,* sive ritu sensibili, fieri (D 959) ; a *Christo Domino esse institutam* (D 957) ; et *perenniter,* siquidem ea constituitur ecclesiastica hierarchia (D 960 966) in Ecclesia necessaria. Atqui haec omnia constituunt elementa necessaria ad rationem sacramenti habendam. Ergo ordinatio episcopalis est verum sacramentum.

37. Ratio theologica. Diaconatus, ut videbimus, est sacramentum. Ergo etiam et multo magis debet es/e sacramentum episcopatus, cum excellentius sit munus, dt requirat maiorem gratiam.

Episcopus vi ordinationis sive consecrationi?' potestatem habet confirmandi et ordinandi, quae ab illo auferri non potest. Atqui si ordinatio episcopalis non esset sacramentum, haec potestas esset auferibilis seu revocabilis. Ergo ordinatio episcopalis est sacramentum.

Prob. mai. Ex historia constat nunquam ullum Summum Pontificem ausum fuisse ab ullo Episcopo talem potestatem revocare, etiamsi multoties id oportunum fuisset, v.gr. in casu haereseos, schismatis, etc. Ergo quod Ecclesia nunquam id fecerit, signum est illam ad hoc potestatem non habere. Et hoc magis patet in historia schismatum et in quaestione de reordinatione s.IV ; ubi Ecclesia nunquam dubitavit de inamissibilitate potestatis episcopalis, sed ut summum quaesivit de validitate consecrationis prius habitae. Ubi vero constabat de vera ordinatione alicuius episcopi, potestatem et valorem aliarum ordinationum ab ipso collatarum admittebat. In casibus suspensionis, degradationis, etc. Ecclesia admittit validitatem ordinationum, et tantum liceitatem negat.

Prob. min. Ratio propter quam inamissibilis est aliqua potestas, est quia illa non provenit ab extrinseco, seu ab auctoritate pontificis, sed ab intrinseco, ratione characteris vel sacramenti. Si enim ab extrinseco proveniret, auctoritas concedens potestatem aliquam posset ipsam revocare. Ergo signum est ordinationem episcopalem, quae potestatem ordinandi et confirmandi tribuit, illam conferre vi ipsius ordinationis sive propter characterem, sive propter efficaciam intrinsecam sacramenti.

38. Obiectiones. 1. Sacramentum Ordinis respicit ad Eucharistiam. Atqui episcopatus non respicit ad Eucharistiam. Ergo non est sacramentum.

Nego mai. Nam hoc principium gratis asseritur. Nihilominus, adhuc *transmissa maiore, disl. min.* Episcopatus non respicit ad Eucharistiam directe, *cone, min.;* indirecte, *nego min.* Nam ad episcopatum non spectat dumtaxat iurisdiefio, sed etiam *ordinare,* scilicet ministros Eucharistiae constituere.

2. Si episcopatus esset sacramentum, sacramenta essent octo et non septem. Atqui iuxta Concilium Tridentinum, sacramenta non sunt neque plura neque pauciora quam septem. Ergo, episcopatus non est sacramentum.

Dist. mai. Si episcopatus esset sacramentum independens a sacramento Ordinis, vel presbyteratus et diaconatus totum aliquod potes-

tativum non constituerent cum Episcopatu, ut supra dictum est (n.17), *cone. mai.;* cum ita non sit, *nego mai. Cone. min. et data distinctione nego cons.* In Episcopatu est plenitudo sacramenti Ordinis, seu in episcopo habetur tota potestas quam sacramentum Ordinis conferre potest; in presbyteratu et diaconatu, non potestas distincta, ac proinde sacramenta specifice diversa, sed pars illius potestatis Ordinis confertur. Ideo quamvis episcopatus, presbyteratus et diaconatus habeant in se rationem veram et propriam sacramenti (Ordinis) non ideo sunt tria sacramenta specifice diversa, sed unum.

39. Scholion 1. *De distinctione inter episcopatum et presbyteratum.* Nomine Sacerdotii intclliguntur saepe in scriptoribus antiquioribus duo illi gradus, qui labente tempore clare distincti sunt: episcopatus et presbyteratus.

S.Paulus in epistola ad Titum ipsum admonet ut constituat *per civitates presbyteros,* quos statim nomine episcoporum designat (Tit 1,5-7). Similiter de ipso Paulo legitur in Act 20,17: *A Mileto autem mittens Ephesum vocavit maiores natu Ecclesiae* (τοὐ πρεσ· βυτέρου τή ἐκκλεσ α) et ad eos statim dirigitur: *Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit* Episcopos *regere Ecclesiam Dei* (20,28) ", S.Petrus, eodem modo atque S.Paulus voeat episcopos eos quos paulo ante presbyteros nominabat (1 Petr 5,1-3). Etiam antiquissimi Patres[18] videntur pro eodem sumere episcopum et presbyterum. Quod iam posteriores Patres animadverterunt, praesertim in commentariis ad inscriptionem Epistolae ad Philippenses: *Paulus et Timotheus, servi lesu Christi, omnibus sanctis in Christo lesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis et Diaconibus.* Ad quae verba scribit S.ChrysoStomus: “Quid hoc? An unius civitatis plures erant episcopi? Nequaquam, sed presbyteros ita appellavit. Tunc enim nomina adhuc erant communia. Procedente vero tempore proprium cuique distributum est nomen episcopi et presbyteri” [10].

De his episcopis et presbyteris loquitur S.Hieronymus, vix etiam distinctionem admittens: "... apud veteres, eidem episcopi et presbyteri fuerint" Et in Ep.146 fotus est in ostendendo eundem esse episcopum atque presbyterum Similem loquendi modum habent aliqui Patres. Attamen in fine s.IT iam videtur discrimen practicum fuisse inter eos qui appellari solent sacerdotes primi et secundi ordinis, etc. Tmo, ut supra ostendimus, S ignatius in initio s.II (γ 107-115) iam clare admittit distinctionem exsistere inter episcopum et presbyterum respectu ad hierarclramK.

Imo vero, sicut S.Paulus ad Phil non nominabat nisi Episcopos et diaconos, eodem modo videtur ignorare presbyteratum *Didachë:* "Constituite igitur vobis episcopos et diaconos dignos Domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum” (R 9). S.ClEMENS Romanus scribens ad Corinthios (42,4) pari modo non

” De hac difficili quaestione, cf. F.Puzo, *Los Obispos Presbfteros en et Nuevo Testamento:* EstBibl 5 (1945) 41s; A Michels, *L'oriomc de l'Epieopat* (Louvain 1900) 118-218.

» Ut passim S Isesaeus. v.gr. *Advers. haeres.* 1.4 c.26 n.2: MG 7,1054.

'° *In Epist ad Philipp* bom.l c.1: MG 62,183: R 1205.

” *Epist.* 69.3: ML 22.656.

=› “Presbyter et episcopus aliud aetatis aliud dignitatis est nomen” (ML 22, 1198): et adducit locum S.Pauli ad Phil ct alios textus supra relatos.

23 Pro S.Icnatio. sine hicrarchia completa ex episcopo, presbytero et diacono Ecclesia dari non potest. Cf. Prat, *Evêque:* DTC 7.1665-1666.

cognoscit presbyteros: "Apostoli... per regiones igitur et urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassefil', constituerunt episcopos et diaconos eorum qui credituri erant" (R 20). Haec tamen testimonia negativa fortasse valorem plenum non habent; nam, praeter quam quod eodem tempore S.Ignatius hierarchiam completam cognoscebat', Pastor Hermae non njulto post scribens, in visione 3,5,1 videtur ignorare presbyteros; ait, enim: "Audi nunc de lapidibus qui vadunt in aedificationem. Lapides igitur quadrati ct albi et congruentes commissuris suis, hi sunt apostoli et episcopi, et doctores, et diaconi, qui ambulaverunt in sanctitate Dei, et episcopatum gesserunt et docuerunt et ministraverunt caste et sancte electis Dei..." (R 84). Sed revera Pastor presbyteros cognoscit, de. his enim locutus erat in visione 2,4,3 et alibi[23].

40. *Concilium Tridentinum* haec habet:

Cn.6: "S.q.d. in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam... quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris: A.S" (D 966).

Cn.7: "S.q.d. Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi ct ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem: A.S." (D 967).

Cn.3: "S.q.d. sanctae confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdoVcm: A.S." (D. 873).

Cap.4 de ordine: "episcopos... presbyteris superiores esse ac sacramentum confirmationis conferre, ministros Ecclesiae ordinare atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent" (D 960).

Iam, tota hac quaestione praescindimus a potestate iurisdictionis, quae non necessario sequitur episcopalem consecrationem, ut patet in episcopis non residentiaiibus. Agitur solummodo de distinctione inter episcopum ct presbyterum ratione potestatis ordinis; proinde quaestio clare ita proponi potest:

Ratione ordinis habet eandem potestatem (proinde etiam confirmandi ct ordinandi) *presbyter atque bpiscopus?; an, e contra, in consecratione episcopali datur potestas ordinis* (confirmandi et ordinandi) *quae non confertur in presbyteratu?* Quoad confirmationem spectat certo constat potestatem ordinis, saltem radicalem, conferri presbytero in ordinatione; ideo quaeritur praecipue de ordine, scilicet an in ordinatione presbyterali concedatur illa potestas ordinis necessaria ut presbyter, accedente concessione apostolica, sine ulla alia consecratione, possit presbyteratum conferre ",

Concilium Tridentinum certe statuit discrimen inter episcopos et presbyteros, et quidem in potestate ordinis; ad explicandam enim distinctionem et superioritatem episcoporum appellat ad potestateni confirmandi ct ordinandi "quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent, (D 960; et qttae nullo modo est episcopo cum presbyteris communis (cn.7). Praeterea in hierarchia ecclesiastica, quae fundatur in potestate ordinis, Concilium eandem

" Pastor Hermae. ed. Funk. 441; ed. B.A.C. *Padrcs Apostôlicos* 054.

D:cimus *presbyteratum* et non *maiores Ordines,* quia quoad subdiaconatum. cum non sit sacramentum non est difficu'tas; et quoad diaconatum fortasse non esset multum disputandum. Quaestio potius tota est in presbyteratu et a fortiori in episcopatu. Cf. F.SoiiA. *i Hasta, que pvnto t>ucdc d),'f'ud"r de la potestad de jurisdicciôn el valor de los SacramcntosT:* XV Scm. Esp. de Teologia (Madrid 1956) 15 sq.

distinctionem assignat inter episcopum et presbyterum, quam inter hunc et ministros (cn.6). Attamen Concilium non expresse affirmat aut docet, an huiusmodi potestas ordinandi, quam episcopus habet et presbyter non possidet intelligenda sit' dc potestate etiam radical! an tantum expeditiva. Nam idem dicitur de ordinatione atque de confirmatione, et dc confirmatione 'scimus presbyterum habere radicaliter, ratione ordinis, potestatem confirmandi.

41. Usque ad s.IV nulla fuit' discussio dc hac re. At Aerius voluit ostendere inter episcopum et presbyterum nullum intéressé discrimen. Ita S.Epiphanius eius haeresim exponit: “Est autem illius [Aërii] dogma supra hominis captum furiosum et immane. In primis, enim, Quanam, inquit, in re presbytero episcopus antecellit? Nullum inter utrumque discrimen est. Est' enim amborum unus ordo, par et idem honor ac dignitas. Manum imponit episcopus, imponit et presbyter; baptizat episcopus, idem facit ct presbyter; divinum omnem cultum administrat episcopus, non minus id facit et presbyter; episcopus in throno sedet, sedet et presbyter” Ad haec autem respondebat S.Epiphanius: “Totum illud stoliditatis esse plenissimum, prudentibus hoc est manifestum, dicere episcopum et' presbyterum aequales esse. Et quomodo hoc fieri poterit? Ille enim ordo ad gignendos patres pertinet, patres enim gignit Ecclesiae; hic vero cum patres non possit gignere, filios Ecclesiae regenerationis lavacro gignet; non tamen patres aut magistros. Et' quomodo fieri potest, ut is presbyterum constituat, ad quem creandum manuum imponendarum ius nullum habeat? Aut quomodo ille episcopo dici potest aequalis?” "

S.Ioannes Chrysostomus, quamvis tendentiam habet minuendi episcoporum potestatem, nihilominus admittit discrimen essentiale cum presbyteris, quatenus potestas ordinandi solius episcopi sit: "... Non multum spatii est inter presbyteros et episcopos: nam etiam presbyteri docenti munus acceperunt et Ecclesiae praesunt; ac quae ille [Paulus] dc episcopis dixit, etiam presbyteris competunt. *Sola, namque ordinatione* superiores sunt, et hinc tantum videntur presbyteris praestare””. Ut patet admittit S.Doctor verum discrimen ratione ordinis. Imo vero, agendo de ordinatione Timothei opinatur S.ChrysosVomus, nomine *presbyterii* debere intelligi collegium episcoporum (et ideo episcopos et diaconos, quos S.Pauhis numerat in titulo ad Phil esse omnes episcopos) "presbyteri vero episcopum non ordinassent” “.

Nec aliter dicendum erit de S.HiERONYMO. qui etiam multum minuit episcopi auctoritatem; ct postquam dixit' eosdem esse episcopos atque presbyteros addit: “Quod autem postea unus electus est, qui ceteris praeponeretur, in schismatis remedium factum est ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. Nam et Alcxandriae a Marco evangelista usque ad Heracleam et Dionysium episcopos, presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu

25 S.Epiphanius» *Hacr-cs.* 75,3: MG 42,505; S.Augustinus, *De haeres.* q.53: Mb 42,38-39.

« S.Epiphanius, *Haeres.* 75.4: MG 42,508 (R 1108).

w S.I.Chrysostomus, Zn *Epist. 1 ad Tiin* hom.11: MG 62.553.

28 S.I.Chrysostomus. *In Epist. ad Philipp,* hom.11: MG 62,183. Argumentum S.Toannis Chrysost. non fluit, nani episcopus consecrans esset S.Paulus, ceteris presbyteris ct' diaconibus assistentibus manibusque imponentibus At «stenditur quousqué ille requireret episcopum ad ordinandum.

collocatum episcopum nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligunt de se, quem industrium noverint, et Archidiaconum vocent. Quid enim facit *excepta ordinatione* episcopus, quod presbyter non faciat?"" Ut apparet S.IIieronymus non multum valoris dat potestati ordinandi, nam fere quasi nihil diceret, vel tanquam si ageretur de re nullius momenti, ait: "Quid enim facit, excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?" Mirum igitur non est, si in aliis locis" in quibus comparat episcopatum cum presbyteratu, non insistat in hac re. Fatetur tamen in ordinatione discrimen esse.

Recte, itaque, concludi potest: "Si Aerium excipias, quem S.Epiphanius insanae mentis appellat, nemo unquam in antiquitate aequalifatem inter episcopum et presbyterum docuit

42. Non tamen est' una Theologorum sententia. Inter antiquos scholasticos Gulielmus Altissiodorensis, Aureolus et paucissimi alii negaverunt distinctionem inter episcopum et presbyterum ratione ordinis, ceteris omnibus canonistis et theologis repugnantibus ®. Moderni communiter tenent distinctionem ita exsistere ut presbyter nullo modo possit ordinare, ne per indultum quidem apostolicum, cuius indulti possibilitatem reiciunt. Aliqui tamen pauci (Lennerz eiusque discipulus Baisi) contrarium defendunt

Prior sententia innititur in traditione et auctoritate theologorum, vident in suum favorem doctrinam Concilii Tridentini, et praesertim non convincuntur adversariorum argumentis.

Secunda sententia arguit ex tribus" documentis: Innocentii VIII, Bonifacii IX, et Martini V, in quibus ut certum habent' hi auctores agi de induito apostolico presbyteris concesso (abbatibus scilicet non episcopis) ordinandi m sacris etiam conferendo ordines maiores. De his agemus postea in thesi de ministro sacramenti Ordinis (n.114).

43. Quaestio haec connexionem habet cum illa de ministro sacramenti Ordinis, et cum quaestione de ordinatione per saltus. De utraque suo loco agemus. Interea dum res historice (ut mox dicemus) nondum certe soluta videatur, priori sententiae adhaerendum censemus. Notemus tamen:

1.° Concilium Tridentinum nihil expresse de hac re definire voluit, cum theologi et Patres tridentini non certam nec communem sententiam habuerint; ideo locutionibus caute usi sunt, quae quaestionem non decernerent.

2.° Theologi ut' theologice certum admittunt simplicem presbyterum non posse episcopatum conferre; nam, ut patet, non videtur habere potestatem ad ordinem superiorem.

3." Nec confundenda est quaestio praesens cum illa discussa in

20 S.HiEronymüs, *Epist.* 146,1: MIJ 22.1192.

" S Hieronymus loquitur de hac re in *Epist.* 52,7: MI. 22,534, et *Comment, in Epist. ad Titient* 1.5: ML 26,562s.

31 Prat. *Evêque, Origine de VEpiscopat:* DTC 5.1669.

32 Baisi, *II ministro straordinario degli ordini sacramcntali* 32-34. citat nraecipuos auctores canonistes qui sententiam non distinctionis tenent, numerat autem septem; plures sine dubio inveniri possent. Cf PuiG de la B.: EstEcl (1925) 113s.

33 Recenter huic sententiae adhaerent: P·Vermeer, E-Roularand, Ch.Journet. de quibus cf. n.108. S.Many, *De Sacra Ordinatione,* admittit facultatem quoad ordines minores, subdiaconatum, et diaconatum minime vero quoad presbyteratum, p.145-149.

34 Documentum Martini V non cognoverunt Many nec Baisi; illud citat Lennerz.

Tridentino circa originem divinam an ecclesiasticam episcopatus, quamvis etiam cum hac intime connectitur[35].

44. Scholion 2. *De origine divina episcopatus.* Quaestio de origine divina an ecclesiastica episcopatus haec est:

Est de fide divina Christum instituisse *Sacerdotium,* sed quaeritur: Ipse Christus instituit distincte episcopatum et presbyterafum, an, e contra, Ipse reliquit Ecclesiae ut distinctionem faceret inter episcopum et presbyterum. In hoc alfero casu adhuc posset esse Christus institutor sicut pro diaconatu; quatenus, scilicet, docuisset apostolos ut suo tempore illam distinctionem facerent. Sed fieri potuit uf Ecclesia ipsa per se, labente tempore, opportunum indicaverit in duos gradus Sacerdotium separare. Ex his suppositionibus tres casus occurrere possunt:

1. Christus instituit directe et immediate episcopatum et presbyteratum.
2. Christus instifuit Sacerdotium, et commisit Ecclesiae ut suo tempore illud divideret in episcopatum et presbyteratum.
3. Christus instituit tantum Sacerdotium, et Ecclesia illud divisit in episcopatum et presbyferatum.

Si haec quaestio connectitur cum aliis, quae ad illam referuntur, casus proponi possunt hoc modo:

1. In casibus 1 et 2. Christus instituit immediate vel mediate episcopatum et presbyteratum, ita ut: a) episcopus possit ordinare, presbyter non possit; 6) presbyter possit, sed ex induito apostolico,
2. In casu 3 Ecclesia instituit episcopatum et presbyteratum, sed: a) episcopatus non est sacramentum; vel *b)* episcopatus est sacramentum, sed non distinctum a presbyteratu; vel c) episcopatus est sacramentum distinctum. Pro *a)* et *b)* non est difficultas, quia Ecclesia non uteretur illa potestate in sacramenta; pro c) supponeretur Ecclesiam habere potestatem in sacramenta.

Ex his opinionibus multo probabilior videtur prima, scilicet, Christum immediate instituisse et episcopatum et presbyferatum (sive haec distinctio est adaequata, sive inadaequata); nec tamen decernitur distinctio inter utrosque ordines, quia potuit Christus instituere eos ita ut distinguerentur, vel non, ratione ordinis. Neque soluta est hoc modo quaestio disputata de distinctione episcopatus et presbyteratus tempore apostolorum, quia potuit Christus docere Apostolos *institutionem* horum ordinum, quam tempore opportuno debebant illi constituere[36].

35 De Ilis quaestionibus invenies tract, in LbnnBRZ (n.t4ts); Baisi. *I.C.;* Many, 16-29, pro sententia secunda; in favorem distinctionis totalis Gasrarri et omnes fere alios auctores

36 Passim in historia huius sess. Concilii Tridentini. et LsnnEkz (n.143s) quem secuti sumus in modo proponendi quaestionem, etsi sententiam diversam sustinemus. Cf. A.MichBls, *I.'origine de l'Efiscopat* 231-301.

Thesis 4. Diaconatus est verum sacramentum Novae Legis.

S.Th., *Suppi.* <|.37 a.2; S.Bellarmino. c.6; Sasse, 298-302; Pesch, 298-303; Otten, 285-292; Puic de la B., n.1013-1025; Lercher-Umberg, n.696; F.Prat, *Evêques:* DTC 5,1656-1726.

45. Nexus. Investigata sacramentalitate Episcopatus et Presbyteratus, cum etiam Diaconatus ingrediatur in triade illa hierarchica a S.Ignatio determinata, *sine qua Ecclesia non vocatur* (R 49), necesse est ut investigemus an etiam in diaconi officio inveniatur ratio sacramenti Novae Legis.

46. Notiones. Diaconus (διάκονο a verbo διακονέω = ministrare) dicitur ille qui sub aliqua ratione minister dici potest, ut qui mensae ministrat (Lc 4,39), vel alicuius necessitati succurrit (Mt 25,44)[1].

Strictiori sensu, in N.T. dicitur diaconus ille qui in ministerio divino partes habet, vel ad animarum salutem cooperatur; et dicitur tum de ipso Christo (Rom 15,8), tum de Apostolis (Eph 3,7), tum de Episcopis (1 Tim 4,6).

Sensu vero strictissimo diaconi vocantur clerici qui episcopo vel presbytero immediate inserviunt et constituunt gradum specialem in/ hierarchia ecclesiastica. Huiusmodi gradus est Diaconatus, proxime ad sacerdotium accedens.

47. Munus Diaconi in antiquitate maioris momenti erat atque nostris diebus. In Act 6,6 eliguntur ab Apostolis ut eis adiumento sint in ministratione mensarum. Mensae autem non intelliguntur tantum quoad ministrationem temporalem bonorum et pauperum, sed etiam quoad officia spiritualia. Statim enim apparent Philippus (Act 8,5s) et Stephanus (Act 6,8s) evangelizantes, praedicantes, baptizantes[2].

S.Iustinus exhibet diaconos ministrantes in altari et ferentes eucharistiam ad carceres et ad ecclesias longinquas[3]. *Constitutiones Apostolorum* proponunt diaconum omnino subditum Episcopo etiam in administratione ecclesiae ; volunt enim ut unanimes sint et concordes: "Unanimes, igitur, estote, episcopi et diaconi, et cum diligentia pascite populum unanimiter, quia vos ambo unum corpus esse debetis, pater et filius, quia secundum imaginem domini estis. Et omnia

1 Zorel. *Lexicon Grace. Lat.* 295-297; W.BavEr, 333-335; G .Kittel, 2,81-93; H.Haag, *Diakon:* Bibel-Lexicon 327-328.
3 S.Ignatius (R 48) dicit diaconos non esse ciborum et potuum, sed Ecclesiae Dei ministros.
3 R 128. Cf. etiam S.Cyprianum, *De Lapsis* 25: ed. Hartel: CSEL 3,255.

diaconus ad episcopum referat, sicut Christus ad Patrem: quaecumque autemi potest, ordinet, cetera vero episcopus indicet. Attamen diaconus sit episcopi aures, et os, et cor et anima, quoniam si vos ambo unanimes estis, per concordiam vestram etiam in Ecclesia pax erit"[4]. Et paulo post: "... diaconus, quoniam vir est, et circa viros et ad peregrinationem et ministerium et servitium ad iussionem episcopi paratissimus et mobilis sit"[s]. 'Oportet ergo vos, diaconi, visitare omnes qui egent... Et debetis anima eius [episcopi] esse et mens ad omnia excussiores et obedientes ei" ®. Itaque officium diaconorum erat, prout in *Const. Apost.* apparet, ministrare altari, servire episcopo in omnibus quae ad administrationem temporalem et materialem spectabant; et eadem ratione in officiis liturgicis diaconus stabat iuxta episcopum, dirigebat caeremonias, ordinabat populum, legebat evangelium, etc.[7] Eodem modo *Traditio Apostolica* Hippolyti dicit diaconum ordinari "in ministerium episcopi, ut faciat ea, quae ab ipso iubentur; non est enim particeps consilii] in clero, sed curas agens et indicans episcopo, >quae oportet" [8].

Ostendens ea quae diaconus facere non debet, praescribitur: "Diaconus non benedicit, non dat benedictionem, non baptizat, non offert, dat populo non tanquam sacerdos sed tanquam ministrans sacerdotibus. Diaconus excommunicat subdiaconum, lectorem, cantorem, diaconissam, si absente presbytero res id' postulat" °. In baptismo diaconus parabat baptizandos, imo, saepe ipse baptizabat dum episcopus ungebat (confirmabat) egredientes ab aqua. Diaconissae idem munus cum mulieribus agebant. Attameii integra actio baptizandi, scilicet, cum omnibus caeremoniis, unctionibus, etc., non ad diaconos pertinebat, sed ad presbyterum vel episcopum.

Pontificale Romanum munera diaconi his verbis amplectitur: "Diaconum enim oportet ministrare ad altare, baptizare, et praedicare"[10]. Ipsi ergo competit ad altare ministrare

* 2,44,1-4; ed. Fukk. 138.
' 3.13(19)1; ed. Funk, 214.
« 3,13(19)6-7; ed. Funk, 216.
7 *Const. Apost.* 8,4-14 35-41 ; ed.J'uNK, 473-521.543-551. S.Isidorus Hispalensis, ita diaconorum officia describit: "Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus quae aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrismate, in patena et calice; oblationes inferre et disponere in altario, componere mensam Domini atque vestire, crucem ferre, praedicare Evangelium et Apostolum... Ad ipsum quoque pertinet officium precum, recitatio nominum; ipse praemonet aures ad Dominum habere, ipse hortatur clamore, pacem ipse annuntiat" *(Epist. ad Leudcfrcd.* n.8: ML 83,895).
s *Didascaliac Apostolorum Fragmenta Veronensia 72;* ed. Hauler, 109.
" *Const. Apost.* 8,28,4-7; ed. Funk. 531.
10 *Pontificale Romanum* p.1.a, De Ordinatione Diaconi.

Sacerdoti tanquam minister principalis, ad cuius dexteram sistit, instrumenta porrigit, etc.; ipse Evangelium canit et fidelibus valedicit ope consuetae formulae *Ite Missa est.* Etiam ipse *praedicare* valet (CIC 1342,1); praedicatio autem non modo refertur ad explicationem Evangelii, sed ad quamlibet praedicationem. Est *minister extraordinarius baptismi sollemnis,* tamen sua potestate uti non potest sine loci Ordinarii, vel parochi licentia, iusta de causa concedenda, quae ubi necessitas urgeat, legitime praesumitur (CIC 741). Tanquam minister etiam extraordinarius potest diaconus sacram communionem fidelibus distribuere; sed tantum de Ordinarii loci vel parochi licentia, gravi de causa concedenda, quae in casu necessitatis legitime praesumitur (CIC 845,2). Potest similiter Sanctissimum Sacramentum sollemniter exponere et in tabernaculum recondere, non autem benedictionem cum Sanctissimo Sacramento impertiri, nisi in casu quo Viaticum ad infirmum detulerit (CIC 1274,2) Tandem diacono conceditur "de Ordinarii loci vel parochi licentia, gravi de causa concedenda, quae in casu necessitatis legitime praesumitur"[12], facultas praesidendi in sepelio non modo parvulorum sed etiam adultorum eodem servato ritu, qui pro sacerdote describitur.

48. Adversarii. Diaconatum esse sacramentum, inter catholicos negaverunt dumtaxat Durandus et Caietanus[13] et paucissimi alii, innixi in affirmatione generali, quod una tantum ordinatio erat sacramentum, scilicet, presbyteratus; ordines autem inferiores se habere ad modum sacramentalium sive diversorum graduum.

49. Doctrina Ecclesiae. Documenta quae explicite sacramentalitatem diaconatus exponant, non inveniuntur (si forte excipias Const. Apost. *Sacramentum Ordinis)*; at diaconos cum episcopis et presbyteris recensent plura decreta, quae quandam quasi paritatem supponunt, quae paritas non potest esse nisi in ratione sacramenti. Huiusmodi sunt:

S.Ceemens I: "Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes [Apostoli] primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum, qui credituri erant" (D 42).

S.Siricius: "Plurimos enim sacerdotes Christi atque Le-

11 Cf. *S.R.C. Decreta* n.3074.
33 *Rituale Romanum* tit.6 c.7 n.5. In novissima editione, tit.7 c.7 n.5; at vide novain concessionem diacono factam pro sepultura adultorum (tit.7 c 3 n.19).
33 Durandus, *In 4* d.24 q.2; Caietanus, *Tractatus* 11, *Dc modo tradendi vel suscipiendi sacros Ordines.*

vitas, post longa consecrationis suae tempora..." (D 89). *Levitas* posset habere significationem genericam, pro quolibet gradu in ordinibus inferioribus, sed non videtuc referri nisi ad Diaconos.

Conc.Nicaenum II: "Omnis electio a principibus facta episcopi, aut presbyteri, aut diaconi irrita manet secundum regulam quae dicit: Si quis..." (D 305).

Conc.Tridentinum: Cn.4: "Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: *Accipe Spiritum Sanctum; ...* A.S." (D 964).

Cn.6: "Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse hierarchiam, divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris, A.S." (D 966).

Pius XII: "Constat autem inter omnes sacramenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant. Iam vero effectus, qui sacra Diaconatus, presbyteratus et Episcopatus ordinatione produci ideoque significare debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diyersorum temporum et regionum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus" (D 3001,3). "Ne vero dubitandi praebeatur occasio, praecipimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput ordinandi physice tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat" (D 3001,6). Iam apparet quomodo Summus Pontifex eodem modo loquatur de Diaconatu atque de aliis duobus Ordinibus, quos sacramentum appellat.

50. Valor theologicus. Quamvis omnes communiter theologi admittunt diaconatum esse sacramentum, non tamen una est eorum sententia circa valorem theologicum theseos. Attamen potest dici hodie doctrinam theseos esse *certam et communeml4.*

51. Probatur ex sacra Scriptura. Act 6,1-6: *Factum est autem murmur Graecorum adversus Hebraeos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimo-*

M LknnKr!z, n.185; Otten, n.334; VâzquEz eam habuit *dc fide* (<1.23 c.2 n.12).

nii septem, plenos Spiritu Sancto, et sapientia, quos constituar mus super hoc opus. Nos verO orationi et ministerio verbi instantes erimus. Et elegerunt Stephanum... Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: et orantes imposuerunt eis manus. Ex hoc textu constat Apostolos constituisse illos septem viros ut administration! rerum temporalium Graecorum sive Hellenistarum praeessent. At non modo ad res temporales designabantur; nam voluerunt ut essent viri sapientes, sancti, et boni testimonii ; ac praeterea statim apparent officium et ministerium exercentes non modo temporale sed etiam spirituale, ut Stephaniis (Act 7)' et Philippus (Act 8). Neque constat ex textu, hac occasione institutum esse ordinem diaconorum, nam probabiliter erant iam constituti aliqui diaconi pro Hebraeis, qui, crescente numero fidelium, non poterant omnibus attendere et negligebant viduas Hellenistarum 10 ; ideo Apostoli, cum viderent opportunum non esse relinquere ministeria, in quibus incumbebant, ut attenderent ad res temporales Graecorum, voluerunt ut ipsi Hellenistae sibi eiigerent diaconos. Itaque, hoc loco, neque de natura sacramentali diaconatus, neque de ipsa institutione, qua tali, argumentum sumere possumus. Attamen, attenta *Traditione,* nullus alius locus invenitur qui possit ad diaconorum institutionem referri, et tota Traditio ita intellexit. Iam vero, posita interpretatione Traditionis, hic apparent Apostoli imponentes manus et orantes super illos diaconos. Atqui in Act talis impositio manuum cum oratione est signum gratiae (Act 8,17.19; 13,3; 19,6) et ex opere operato illam conferens. Ergo habet illam rationem Sacramenti quae requiritur.

52. Probatur ex traditione. Sancti Patres affirmant : *d)* Apostolos, ex voluntate Christi, instituisse diaconatum ; *b)* diaconos pertinere ad hierarchiam. ecclesiasticam, idque vel expresse asserunt, vel implicite quatenus distinguunt Episcr pos, Presbyteros, Diaconos ab aliis clericis et laicis; c) diaconos ministeria spiritualia exercere; imo aliquando diaconi dicuntur in tertio sacerdotio constituti : *d)* diaconatum fieri per ordinationem sacram. Atqui haec omnia supponunt diaconatum esse verum Novae Legis sacramentum. Ergo secundum Traditionem diaconatus est verum Sacramentum.

Prob. mai. a) *Apostoli ex voluntate Christi instituerunt diaconatum.* Ita dicunt:

S.Clemens Rom.: “Apostoli nobis evangelii praedicatores

16 Knabenbau£r, in h.l., p 111.

facti sunt a Domino lesu Christo, lesus Christus missus est a Deo. Christus igitur a Deoi et Apostoli a Christo... Itaque acceptis mandatis... plena certitudine imbuti, Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus Sancti fiducia egressi sunt annuntiantes regni Dei adventum. Per regiones, igitur, et urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos, eorum qui credituri erant" (R 20, D 42).

S.Ignatius (R 49 50 65) ; S.Irenaeus m, qui de ordinatione diaconorum interpretatur Act 6,6: *Didascalia Apostolorum* 17; S.Cyprianus: "Meminisse autem diaconi debent, quoniam Apostolos, idest episcopos et praepositos Dominus elegit, diaconos autem post ascensum Domini in caelos, Apostoli sibi constituerunt episcopatus sui et ecclesiae ministros". "Quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe praesente ab omnium oculis eligatur et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur... Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus de quo et ipso in Actis eorum scriptum est (Act 6,6)... Propter quod diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum..."[18] Concilium Neocaesar.: "Diaconi septem esse debent ex canone, etiam si sit magna civitas. Eius autem rei fidem faciet liber actuum". S.Augustinus etiam ad Apostolos alludit cum de diaconatus institutione agit[19].

b) *Diaconi pertinent ad hierarchiam ecclesiasticam;* quod expressis verbis affirmant vel implicite determinant. Documenta plura sunt. En aliqua:

Didaché: "Constituite igitur vobis episcopos et diaconos... vobis enim ministrant et ipsi ministerium'prophetarum et doctorum" (R 9). S.Ignatius inter multa alia, hoc habet celeberrimum testimonium : "Cuncti similiter revereantur diaconos ut lesum Christum, sicut et episcopum, qui est typus Patris, presbyteros autem ut senatum Dei et concilium Apostolorum : sine his ecclesia non vocatur" (R 49 ; cf. R 44 48 50). S.Poi.ycakpus: "Simili modo et iuvenes in omnibus inculpabiles sint... Quare oportet ab his omnibus abstinere, subici autem presbyteris et diaconis tanquam Deo et Christo". Pas-

« S.Irenaeus, *Advers Haeres.* 1,26.3; 3,12.10; 4,15.1; MG 7,687.904.1013.
,T *DidascaEa Apvstol.* 2 26,3; ed. Funk. 1.102.
,s S.Cyprianus. *Epist.* 3.Λ et *Epist.* 67,4; ed. HartEl: CSEL 3.471 et 738
lU *Concilium Ncocacsar.:* Msi 2,544; S.Augustinus, *In Ioann. Evang.* tr. 109,5: ML 35.1919.

tor Hermae[20]; Tertullianus: "Dandi quidem [baptismum] habet ius summus sacerdos, qui est episcopus; deinde presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est"[21]. Clemens Alexand.: "Hic quoque in Ecclesia progressiones episcoporum, presbyterorum, diaconorum sunt, ut arbitror imitationes gloriae angelicae..." [22] Similiter S.Cyprianus, Didascalia Apostolorum, Conc.Nicaenum, Conc.Sardicense in quo Osius exposuit convenientiam ascendendi per gradus ad episcopatum "neque enim convenit, neque scientia et bona conversatio hoc recipit, ut temere et leviter ad id accedatur, ut episcopus vel presbyter vel diaconus prompte ac facile constituatur"[23]. Optatus Milevitanus: "Certa membra sua habet ecclesia episcopos, presbyteros, diaconos, ministros et turbam fidelium... Cum sint sicut supra dixi, quatuor genera capitum in ecclesia: episcoporum, presbyterorum, diaconorum et fidelium, nec uni parcere voluistis, evertistis animas hominum" [24]. Tandem S.Augustinus distinguit diaconos ab aliis clericis minoribus: "Neque enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis cleris, sed de collegis agebatur" [25].

c) *Diaconi ministeria exercent spiritualia, non modo materialia.* Imo tam presbyteris aequales facti paulatim sunt, ut debuerint episcopi et alii scriptores eorum infe-rioritatem extollere. Ex multis textibus, qui adduci possent, aliqua tantum afferemus:

Didaché (R 9; S.Ignatius: "Oportet autem et diaconos, qui sunt ministri mysteriorum Iesu Christi, omni modo omnibus placere; non enim ciborum et potuum diaconi sunt, sed ecclesiae Dei ministri" (R 48; cf. R 44). S.Polycarpus: "Similiter diaconi in conspectu iustitiae eius inculpati esse debent, sicut ministri Dei et Christi, non hominum" [26]. S.Iustinus (R 128). Tertullianus dicit inter alia diaconis competere baptismum administrare[27]. S.Cyprianus: "Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum esse et iam aestatem coepisse... si incommodo aliquo et infirmitatis pe-

[20] S.Polycarpus, *Epist. ad Philip. 2;* ed.Funk. 1,303; Pastor Hermae vis, 3,5; ed Funk, 1,441; ed. B.A.C. *Padres Apostolicos* 954

[21] Tertulianus, *De Baptismo* 17: CSEL 20,214. Cf. *De praescr. haeret.* 41: ML 2,56.

[22] Clemens Alex., *Stromata* 6,13,107.2: MG 9.328

[23] S.Cyprianus, *Epist.* 15 et 18: CSEL 3,513 et 523. ac passim; *Didascalia Apost.* 2,26,3 et passim; ed.FuNK, 102; *Conc. Nicaenum* cn.18: Msi 2,675; *Conc. Sardic,* cn.10: Msi 3,14.

[24] Optatus Milevitanus, *Contra Parmen, donatistam* 1.2 c.14: CSEL 26,48.

[25] S.Augustinus, *Epist.* 43,7: ML 33,163.

[26] S.Polycarpus. *Epist. ad Philip.* 5; ed.FuNK, 1,301.

[27] *De Baptismo* 17: CSEL 20,214

riculo occupati fuerint, non exspectata praesentia nostra apud presbyterum quemcumque praesentem, vel si presbyter repertus non fuerit et urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint, ut manu eis in paenitentiam imposita veniant ad dominum cum pace, quam dare martyres litteris ad nos factis desideraverunt"[28]. Optatus Milevitanus: "Quid commemorem laicos, qui tunc [persecutionis tempore] in ecclesia nulla fuerant) dignitate suffulti? quid ministros plurimos? quid diaconos in tertio, quid presbyteros in secundo, sacerdotio constitutos? ipsi apices et principes omnium, aliqui episcopi illius temporis... instrumenta divinae legis impie tradiderunt" [29].

d) *Tandem diaconi per sacram ordinationem constituuntur,* et ut videbimus in argumento sequenti, desumpto ex liturgia, saepe Patres insistunt in eo quod diaconorum et presbyterorum ordinatio fiat per manuum impositionem. S.Ireneus videt in manuum impositione (Act 6,6) ordinationem diaconorum, idque explicite de S.Stephano asserit[30]. Hippolytus in *Traditione Apostolica* exponit diaconi ordinationem: "Diaconus vero cum ordinatur, eligatur secundum ea quae praedicta sunt [agendo de ordinatione presbyteri], similiter imponens manus episcopus solus, sicut et praecepimus. In diacono ordinando solus episcopus imponat manus propterea, quia non in sacerdotio ordinatur, sed in ministerio episcopi, ut faciat ea quae ab ipso iubentur; non est enim particeps consilii in clero, sed curas agens et indicans episcopo quae oportet; non accipiens communem presbyteri spiritum eum, cuius participes presbyteri sunt, sed id quod sub potestate episcopi est creditum. Qua de re episcopus solus diaconum faciat, super presbyterum autem etiam presbyteri super imponant manus propter communem et similem cleri spiritum"[31]. Concilium Antiochenum permittit ut chorepiscopi (scilicet, episcopi in vicis vel pagis) ordinent lectores, hypodiaconos et exorcistas, minime vero presbyteros vel diaconos[32]. S.Ambrosius: "Non mediocre officium levitarum, de quibus dicit Dominus: *Ecce elegi levitas...* Cognovimus quia non inter ceteros levitae com-

28 S.Cyprianus, *Epist.* 18: CSEL 3.523. An hoc loco supponat S.Cyprianus diaconos posse a peccatis absolvere in casu extraordinario, disputatur in tr. de Paenitentia. Si' ita esset ageretur de opinione singulari et falsa, quae tamen, ut putamus, non est tanti viro: imputanda nisi certo probetur.

29 Optatus Milevitanus, *Contra Parmen. donatistam* 1.1 c.13: CSEL -26,15.

30 S.Irenaeus, ut supra, nota 16.

31 S.Hippolytus. *Traditio Apostolica;* ed.Hauler (*Didascaliae... fragmenta veron.)* 109.

32 *Concilium Antiochenum:* Msi 2,1311.

putantur sed omnibus praeferuntur qui eliguntur ex omnibus et sanctificantur"[33]. Ambrosiaster contra diaconorum superbiam scribit: "Quid est enim episcopus nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos? Denique non aliter quam compresbyteros hic vocat et consacerdotes suos. Numquid et ministros condiaconos suos dicit episcopus? Non utique, quia multo inferiores sunt"[34]. Et celebris est locus S.Hieronymi: "Audio quemdam in tantam erupisse vecordiam, ut diaconos presbyteris, id est episcopis, anteferret. Nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros quos episcopos, quid patitur mensarum et viduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguinisque conficitur?" (R 1357). Socrates, referens decretum Conc. Nicaeni, ait: "Visum erat episcopis novam legem in ecclesiam inducere, ut quicumque sacrum ordinem allecti essent, id est, episcopi, presbyteri et diaconi, ab uxorum... concubitu abstinerent"[35].

Prob. min. Nam si diaconatus institutus est a Christo, si pertinet ad hierarchiam ecclesiasticam, quae semper duratura est, si munus eius est spirituale, si denique hoc habet cum episcopatu et presbyteratu commune, quod ordinatur per manuum impositionem; habet omnes illas proprietates quae requiruntur ad notionem Sacramenti Novae Legis: signum externum et sensibile (manuum impositio), symbolicum gratiae (ut dictum est in duabus thesibus anterioribus), institutum perenniter a Christo. Ergo est revera verum Sacramentum Novae Legis.

53. Probatur ex ritu Ordinationis. Omnes omnino libri Ordinum, omniaque documenta liturgica, quae de diaconatus ordinatione agunt, praescribunt electionem, impositionem manuum et specialem ordinationis orationem[36]; imo vero, impositio manus a solo episcopo fieri debet, nullo modo a presbytero neque ab alio diacono perfici valet. Habet, igitur, iuxta ritualia, eandem sacramentalem rationem atque episcopatus et presbyteratus. Ergo est Sacramentum.

Quod omnes libri liturgici agentes de diaconatu exponant ritum per manuum impositionem, nimis patet legenti documenta liturgica, sint tamen aliqua in exemplum:

c S.Ambrosius. *Dc Officiis* 1,249: ML 16,99. *
3' Ambroslaster, *Liber Quaestionum* c.101, inter opera S.Augustini: ML 35,2502.
w Socrates, *Hist. Eccles.* 1,11,4: MG 67,102.
x CoppEns, *L'imposition des mains...* 148-149.

Iam prima ordinatio diaconalis facta est per mannum impositionem: *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: et orantes imposuerunt eis manus* (Act 6,6).

S. Hippolytus: "Diaconus vero cum ordinatur, eligatur secundum ea quae praedicta sunt [sc. agendo de presbytero], similiter imponens manus episcopus solus, sicuti et praecepimus... Super diaconum autem ita dicat: Deus, qui omnia creasti et verbo perordinasti, Pater Domini Nostri Iesu Christi, quem misisti ministrare tuam voluntatem et manifestare nobis tuum desiderium, da spiritum sanctum gratiae et sollicitudinis et industriae in hunc servum tuum, quem elegisti ministrare ecclesiae tuae et offerre" [37] quae tibi (Deo) offeruntur per suum sacerdotem [38]. In Can. Hippolyti aliquantulum immutata haec inveniuntur: "*Cn.33.* Si ordinatur diaconus observentur canones singulares et dicatur oratio super eum, neque tamen ad presbyteratum pertinet sed ad diaconatum, sicut famulum Dei. *Cn.38.* Episcopus autem manum imponat ei et hanc orationem dicat super eum, loquens: *Cn.,39.* O Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, rogamus te enixe ut effundas Spiritum tuum sanctum super servum tuum N. eumque praepares cum illis, qui tibi serviunt secundum tuum beneplacitum, sicut Stephanus. *Cn.40.* Utque illi concedas vim vincendi omnem potestatem dolosi signo crucis tuae, quo ipse signatur. *Cn.41.* Utque concedas mores sine peccato coram omnibus hominibus, doctrinamque pro multis, qua gentem copiosam in ecclesia sacra ad salutem perducat sine ullo scandalo. *Cn.42.* Accipe omne servitium eius per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem tibi cum Spiritu sancto sit gloria in saecula saeculorum. Amen" [39].

Liber Ordinum (s.V): *Praefatio ad ordinandum diaconem.* Mox venerit ut ordinetur, imponit ei episcopus orarium [= stolam] in sinistro humero, et sic dicit super eum has tres orationes: Commune votum communis oratio prosequatur, ut Ecclesiae prece is qui in diaconatus ministerium praeparatur, adiutus a Domino, leviticae benedictionis clarescat officio: atque inter venerantia sacri altaris lilia spiritali cum benedictione praefulgens, gratia sanctificationis eluceat, *item alia benedictio.* Deus universitatis auctor, vitae indultor, scrutator mentium, sanctificator animarum, respice super hunc famulum tuum N. et adesse dignare, quem tibi in sacrosancto

37 *Canonum reliquiae,* ed. Hauler. 109-110.
38 Similiter in *Const. Apost.* 8.17,18; ed. Funk. 523; et *Testamentum D.N.I.Ch* 11-38; ed. Rahmani, 91s; qui ab Hippolyto pendet.
39 *Canones Hippolyti,* ed. Achelis: TU 6.4 p.64-67.*

altario tuo suppliciter offerentes, in officium diaconi dedicamus... Tu adhibere in hoc potes caeleste iudicium, tu Paraclito Spiritu permanere... Adsit paratus altaribus tuis..., ut Sancti Spiritus gratia comitante, devotus in iudicio Filii tui Domini nostri, integram sibi rationem gaudeat constitisse. Rogamus gloriam tuam, piissime Pater, qui in Trinitate unus Deus gloriaris in saecula saeculorum. Amen. *Item alia oratio...* Habeat virtutem Spiritus Sancti, ut dignus gratiae effectus, calicem tuum sitientibus porrigat semper idoneus. Arnen" 40 41 Sequitur *Complcturia eiusdem* et *Confirmatio post ordinatum diaconem.* In ritu mozarabigo dabatur liber Euangeliorum et, stola sive orarium (quo, in Hispania, solum episcopi, presbyteri et diaconi uti licebat ") ; nec quidquam dicitur de manuum impositione. At hunc ritum non defuisse, nimis evidens est, ex communi praxi, et utiab omnibus liturgistis admittitur ; nec de illo menticinein facit in ordinatione presbyterali, ubi certissime non omittebatur. Manus imponebatur probabiliter dum prima oratio recitabatur.

Sacramentarium S.Gregorii (s.VII) : "Diaconus cum ordinatur solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat... Et sequitur oratio: Adesto, quaesumus, omnipotens Deus... Emitte in eum, Domine, quaesumus, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur" '2.

Pontificale Mediolanense (s.IX): *"Oratio ad ordinandum diaconum.* Et quia non ad sacerdotium sed ad ministrationem consecratur, solus episcopus qui eum benedicit manus ponat super caput illius, dicens ad plebem : Oremus, dilectissimi, Deum Patrem Omnipotentem ; ut super hunc famulum suum, quem in sacrum ordinem dignatur açsumere, benedictionis suae gratiam clementer infundat, eique donum consecrationis indulgeat, per quod eum ad praemia aeterna perducat...—Oremus. *Et diaconus ut supra.* Exaudi, Domine, preces nostras; et super hunc famulum tuum Spiritum tuae benedictionis emitte; ut caelesti munere ditatus, et tuae gratiam possit maiestatis acquirere, et bene vivendi aliis exemplum praebere, per Dominum..." Sequitur *Consecratio* sive praefatio, prout est in *Libro Ordinum,* et fere ut in *Pontifi-*

40 *Liber Ordinum,* ed. Férotin, 48.

41 Sic praescribitur a *Conc.Bracarensi* («a.563) cp.9; *Conc.Toletano VI* (a.633) cn 40: Msi 9,777 ct 10,629. Cf. Duchhsnb, *Origines du culte chrétien 376.*

« ML 78,221s.

43 M.MacistrKTTï, *Pontificale in usum Ecclesiae Mediolanensis...* (1897) 40-43 (Monumenta Vet. IJturg. Ambrosian. 1).

cali Remano. Postea rubrica, expleto ritu ordinationis, addit: "Dum vero consecratus fuerit, induitur stola et dalmatica, et dat osculum episcopo et sacerdotibus: et stat ad dexteram episcoporum" [4S].

Euchologium Graecorum: "Pontifex tenens dexteram precatur hoc modo: Domine Deus noster... gratiam Stephano protomartyri tuo in opus ministerii huius a te primum vocato concessam largire... Ipse, Domine, servum tuum hunc, quem diaconi ministerium subire voluisti, sancti et vivifici Spiritus Sancti tui adventu omni fide et caritate et sanctificatione adimple..." [44]

Hodiernum Pontificale Romanum ritum servat antiquissimum, cui adiuncta est instrumentorum traditio, quae in diversis temporibus diversimode fiebat; orationes vero et manus impositio antiquissimum ritum manifestant: *"Solus Pontifex' manum dexteram extendens ponit super caput cuilibet ordinandi; et nullus alius, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur, dicens singulis*: Accipe Spiritum Sanctum ad robur et ad, resistendum diabolo, et tentationibus eius. In nomine Domini. *Postea prosequitur... extensam tenens manum dexteram, usque ad finem praefationis*: Emitte in eos, quaesumus Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae munere roborentur...[45]

54. Probatur ex Concilio Tridentino: Concilium Tridentinum loquens in genere de Ordinatione, et quidem quatenus Ordinatio est Sacramentum, ait: "S.q.d. per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum... : A.S." (D 964). Tum etiam affirmat Concilium hierarchiam ecclesiasticam constitui, ex institutione divina, episcopis, presbyteris et ministris (sub quo nomine diaconi designantur). Iam vero haec supponunt in diaconatu dari gratiam (nam. etiam ad diaconatum dicit Episcopus: Accipe Spiritum Sanctum), esse diaconatum institutum a Christo (mediate vel immediate), effectum interiorem gratiae esse ex opere operato; quae omnia ad sacramenti essentiam spectant[48].

55. Obiectiones. 1. Diaconatus non est institutus a Christo. Erjgo non est Sacramentum. *Prob. antec.* Etenim non constat in40

44 *Euchologium,* ed. Goar, 250.
4fl *Pontificale Romanum,* p.l." De ordinatione Diaconi.
40 Cf. Michel, *l.c.,* 1381s; LerchEr-Umberc, n.696,1.

Act 6,6 agi de institutione diaconatus, ac praeterea, si ibi de illis agitur, illi diaconi constituti sunt ad ministrandum mensis.

Nego antec. et dist. cius probat. In Act 6,6 non constat agi de institutione diaconatus, *trans.;* ideo Christus vel zXpostoli non instituerunt diaconatum, *nego. Dist. aterum membr.* Diaconi sunt constituti ad ministrandum mensis *tantum, nego; etiam* ad hoc, *conc.*

Ex textu Act 6,6 revera non potest erui absolute agi ibi de institutione diaconorum et multo minus diaconatus. Nam nullibi dicitur illos viros fuisse diaconos. At *traditio antiqussima,* illos diaconos appellat, speciatim de S.Stephano vix est qui non ita eum vocet. Praeterea, etiamsi ibi non ageretur de institutione diaconorum, non inde sequeretur diaconos non esse ab Apostolis institutos, cum tempore Apostolorum certo fuerint iam diaconi, ut patet ex textibus citatis Èph 3,7, I Tim 4,6. Iam vero, tunc revelatio nondum erat clausa, ac proinde Apostoli poterant diaconatum instituere per se vel ex mandato et revelatione Christi. Cum vero de hoc non constet ex solis Scripturae verbis, attendere debemus ad Traditionem, quae est unanimis in hac re. Quod vero diaconi non fuerint constituti *solummodo* ad ministrandum mensis, iam supra etiam diximus.

2. Atqui Traditio non est uniformis. Nam plures Patres, ut S.Cyprianus, S.Hieronymus, et alii dicunt episcopos ct presbyteros constitutos esse a Deo, sed diaconos ab Apostolis. Ergo diaconatus non est institutionis Christi.

Dist. prob. min. subsumptae. Hi Patres negant simpliciter diaconatum esse a Christo institutum, *nego;* statuunt quandam distinctionem inter diaconos et presbyteros ac episcopos, etiam ratione ipsius electionis, *conc.* S.Cyprianus ait: “Meminisse autem diaconi debent quoniam Apostolos, id est, episcopos et praepositos Dominus elegit, diaconos autem post ascensionem Domini in caelos Apostoli sibi constituerunt apostolatus sui et ecclesiae ministros.” Hic contraponit *electionem,* non vero institutionem ordinis; quod quidem ipse facit ut reprimat arrogantiam cuiusdam diaconi. Haec arrogantia aliquando ita percrebuit, ut necesse fuerit poenas ecclesiasticae statuere, et ansam dedit' aliquibus Patribus, ut S.Hieronymo, acriter contra diaconos scribendi.—Praeterea, etiamsi verum esset hos Patres velle referri ad ipsam institutionem diaconatus, nondum posset obiciens deducere non id Apostolos fecisse ex Christi mandato.

3. S.Hieronymus dicit diaconos non esse nisi “mensarum et viduarum” ministros. Atqui ad hoc munus non est necessaria gratia, neque ut sacramentum constituatur. Ergo.

Dist. mai. Haec dicit S.Hieronymus exclusive, *nego mai.;* praecisive, *conc. mai.* Ut in solutione ad superiorem obiectioncra diximus, S.Hieronymus intendit reprimere arrogantiam diaconorum, qui supra ipsos episcopos se extollere volebant. Ceterum Signatius, Vestis authenticus traditionis, scribebat: “Oportet autem et diaconos, qui sunt ministri mysteriorum lesu Christi, omni modo omnibus placere; *non enim ciborum* et potuum diaconi sunt, sed ecclesiae Dei ministri” (R 48).

56. Scholion. *De Diaconissis et Presbytcrissis.* S.Paulus ad Rom 16,1 ait: *Commendo autem vobis'ct Phoeben sororem nostram, quae est in ministerio* |*diaconissa* οδσαν διάκονον] *Ecclesiae quae est in Cenchris:* et certo constat fuisse iti primaeva ecclesia diaconissas. Non tamen adeo clarum est an diaconissae huiusmodi antiquiores

distinguendae sint a *viduis* an cum ipsis confundendae. De facto *Testamentum Domini nostri lesu Christi"* refert probabiliter, in hac re, disciplinam sacculi secundi vel tertii, et ea assignantur viduis, quae postea diaconissis commendata sunt'. At etiam ibi diaconissae nominantur, quae tamen non accipiunt benedictionem et sub viduis degunt. Paulatim diaconissarum auctoritas crevit, et *Constitutiones Apostolorum* iam ita de illis decernunt: "Propterea, episcope, constituas tibi operarios iustitiae... Qui tibi placent ex populo universo, eos eligas ac diaconos constituas, virum, ut curet res multas necessarias, mulierem ad ministerium feminarum. Sunt enim domus, in quas diaconum ad mulieres pon potes mittere propter gentiles, mittes autem diaconissas. Nam et in multis aliis rebus necessarius est locus mulieris diaconissae. Primo cum mulieres in aquam descendunt, a diaconissa oleo unctionis ungendae sunt in aquam descendentes. Et ubi mulier ac praesertim diaconissa non invenitur baptizantem oportet ungere eam, quae baptizatur. Ubi vero mulier est ac praesertim diaconissa, mulieres non decet conspici a viris; praeterquam in manus impositione ungas caput solum... ac postea... diaconissa ungat mulieres, vir autem pronuntiet super eas nomina invocationis Deitatis in aqua... Tu ergo in aliis rebus diaconissam necessariam habebis, et ut eas gentilium domos ingrediatur, ubi vos accedere non potestis, propter fideles mulieres, ct ut eis, quae infirmantur, ministret, quae necessantur, et in balneis iterum eas, quae meliorant, ut lavet"*. Diaconissarum etiam erat custodire in ecclesia ianuas mulierum, illis sedes assignare, dormitantes excitare, eas comitari cum ad diaconum vel episcopum accederent, docere mulieres rudiores ea quae ad baptismum requirebantur, et alia huiusmodi ".

Diaconissae non debebant necessario virgines esse, poterant enim eligi etiam ex viduis monogamis, vel ex uxoribus episcoporum, vel (in ecclesia Latina) ex uxoribus presbyterorum aut diaconorum "°.
Aetas requisita pro diaconissis pendebat generatim ab eo quod viduae vel virgines essent. Viduas annos sexaginta debebant habere iuxta S.Paulum : *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum* (1 Tim 5.9). Et ita in genere pro diaconissis exigebat Theodosius51. At postea *Conc.Chalcedonense,* cn.5, aetatem ad quadraginta annos reduxit. Virtutes seu mores iam indicaverat ipse S.Paulus loquens de viduis: *Quae fuerit unius viri uxor in operibus bonis testimonium habens, si filios educaverit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si amne opus bonum subsecuta est* (1 Tim 5,9-10). Plures aliae qualitates requirebantur in lege Theodosiana

57. *Ritus* quo diaconissae in suo munere constituebantur erat aliquantulum similis ritui ordinationis diaconorum, scilicet, impositio manus episcopi,et quaedam oratio. Ita describitur in *Const. Apostal.*: "De diaconissa... Episcope, impones ei manus adstante presbyterio una cum diaconis et diaconissis et dices: Deus aeterne, Pater Domini N.I.Ch, creator viri ac mulieris... ipse nunc quoque

« Ed. Rahmani, 1,23,40 etc.; 2.8,20 etc. p.37.97.129.141.
" *Didascalia Apostolorum* 3.17(16); ed. Funk. 208-210.
40 *Didascalia Apostolorum* 1,2 passim. Cf. S.Maky. 180.2.
Çf. *Concit, in Trtillo* (an.692) cn.48: Msi 11,966; cf. 12.47; Morin, *De sacris ÈcctesîaP Ordinationibus* p.3.n. exerc.10 c.2 n.4.
61 *Codex Theodosianus,* ed. Ritter, 6.S9.
03 *Codex Theodosianus,* ed. Ritter, 6,60-63.

respice in famulam tuam hanc, electam ad ministerium, et da ei Spiritum Sanctum, et munda eam ab omni inquinamento carnis et spiritus, ut opus sibi commissum perficiat condigne in gloriam tuam et laudem Christi tui, cum quo tibi gloria atque adoratio et sancto spiritui in saecula, amen"'1. Inter Orientales non raro fuit etiam stolam tradere diaconissae, ad presbyterium venire ut communionem reciperet, et quidem eodem prorsus modo atque in ordinatione diaconorumM. At non ubique idem ritus vigebat. In *Constitutionibus Ecclesiae Aegyliacae* non apparent diaconissae, at illorum loco sunt viduae, de quibus expresse dicitur: "Si vidua constituitur, non ordinetur, sed nominarim eligatur" " ; hae viduae sunt illae quae ad "ministerium baptizandarum mulierum eligun- tur" «.

In Occidente non apparet ordinatio diaconissarum in antiquioribus libris liturgicis, ut in Libro Ordinum mozarabigo, in Can. Hippolyti, etc. ; at postea, in *Ordine Romano IX* mentio fit de diaconissis quae tantum dicuntur *benedici:* "Similiter etiam [ingrediuntur in ecclesiam] feminae diaconissae et presbyferissae, quae eodem die *benedicuntur"* ", Sed s.IX, *Ordo Romanus vulgatus* ordinationem diaconissarum refert cum iisdem fere caeremoniis quae in diaconatu fiunt, excepta tamen manuum impositione et iis quae diaconi specifica sunt. Diaconissae imponitur stola, recitantur litaniae, invocatur Spiritus Sanctus, etc.M

Quamvis manus impositio aliquando fuerit facta et Spiritus Sanctus invocaretur super diaconissam, nihilominus nunquam habita fuit illa consecratio tanquam verum sacramentum ; neque diaconissae inter clerum proprie numeratae sunt ; quamvis aliquando id prima fronte videatur. Ideo *Constitutiones Apostolorum* notant: "Diaconissa non benedicit, sed nec peragit quidquam eorum, quae presbyteri aut diaconi faciunt, dumtaxat ianuas custodit et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat propter decorum" ", Attamen gaudebant diaconissae aliquibus privilegiis, quibus cum clero aliquantulum comparabantur. Qua praeferentia inter diversos gradus ministerii ecclesiastici haberentur, non plane constat; nam in diversis recensionibus, aliquando statim post diaconos ante reliquum clerum, aliquando post viros ante mulieres, tum etiam post viduas, tum ante eas, inveniuntur. Quod sine dubio signum est non fuisse legem aliquam fixam, sed diversam pro diversis locis consuetudinem viguisse.

58. Sicut fuerunt diversae disciplinae ecclesiasticae pro distinctis regionibus, sic etiam exsistentia diaconissarum neque eodem tempore ubique incepit neque simul diaconissae desierunt. In Galliis vix unquam exstiterunt ; neque in Hispania per multum tempus inventae sunt. Saeculo XII iam nullibi reperiuntur in Occidente, dum in

63 *Const. Apostol.* 8,19-20. cd. Funk. 525.

r"* Cf Morin. *De sacris Ecclesiae ordinationibus* p.2." p.56-80. AssEmani, *Bibliotheca Orientalis* 3 p.2.a. Dc Synodis Nestorianis, 10.

M *Const. Eccl. Acgyp.* 7(37); cd. Funk, 2,105.

Statuta Ecclesiae Antiqua c.12.

r'· ML 78.1003.

08 Hittorpius, *Dc divinis officiis* (1568) 144.

00 *Const. Apost.* 8,28,6; cd. Funk, 531. Cf. S.Epiphanius. *Haeres.* 79.3: MG 42,473, qui diaconissatura appellat *ordinem,* sed ex contextu sufficienter apparet hac vocc eum designare *gradum* sive *munus.*

Oriente adhuc in aliquibus ecclesiis servabantur. Imo etiam nunc conservantur apud Maronitas, sed cum magna restrictione.

Cum officium praecipuum diaconissarum fuisset mulierem adiuvare in baptismo, propter decorum ; quando baptismus adultorum minuit et baptismus per immersionem penibus cxtinctus est, iam sensim sine sensu diaconissarum gradus cessavit. Sic, flulla universali data lege, saeculo XII iam nullibi invenitur ritus ordinandi vel benedicendi diaconissas.

59. Occurrunt etiam aliquando voces *Presbytera, presbyterissa* et *Episcopa,* sed nullo modo designant munus aliquod speciale ad sacerdotium spectans. *Presbytera* sive *presbylerissa* vocabantur in primis mulieres maiores natu, id est' anus : “His iterum qui agapam desiderant facere et petunt anniculas (καλεῖν πρεσβυτέρα), hanc, quam scit tribulari, frequenter etiam mittat” Saepe idem erat *presbytera* atque *vidua,* quia generatim viduae grandiores esse solent ; attamen efiam distinguuntur aliquando : “Virgines et αἵ χήραι καί al πρεσβύτιδε omnium primae sint in surgendo vel in sedendo”e'.

Aliquando nomine *presbyterae* designata est Abbatissa, quae in Hispania appellabatur etiam virginum mater”; vel mulier quae diaconissarum curam habebat”; vel frequentius sponsa presbyteri. Hoc tertio sensu intelligit S.Gregorius M.“, ct *Conc.Turonense II:* “Si inventus fuerit' presbyter cum sua *presbytera,* aut diaconus cum sua *diaconissa,* aut subdiaconus cum sua *subdiaconissa*” excommunicetur®. Idem dicitur de voce *Episcopa:* “Episcopum, *Episcopam* non habentem, nulla sequatur turba mulierum” “. *Episcopae* nomine apparet illa celebris Theodora, *mater* Paschalis I, quae cum Paschale filio et aliis summis Pontificibus sepulfa fuit in ecclesia Stae.Praxedis in Urbe in sacello ei a filio in sepulcrum erecto. Igitur Episcopa, sicut etiam presbytera designare pofest matrem Episcopi vel presbyteri

•° *Didascalia Apostolorum, Const. Apost.* 2,28,1-3; ed. Funk, 108.
41 *Const. Apostol.* 2,57,12; ed. Funk, 165.
82 Cf. Férotin, *Liber Ordinum 60-67* nota 2.
83 Ita occurrit in S.Epiphanio. *Haeres.* 79 4: MG 42,476.
" S.Gregorius M.. *Dialog.* 4,11: ML 77,336; *Epist.* 1.9,7: ML 77.946.
e' Concilium Turoncnsc II (a.567) cn.19: Msi 9,796.
Ibid en 13: Msi 9 795.
87 Dc *episcopa·, presbytera, diaconissa,* consuli *possunt)* DACL, DTC. sub respcctivis vocibus; tum etiam W.Bauer. sub *voce* πρεσβύτερα, πρεσβi . Morinus, *De sacris Ecclesiae Ordinationibus* exercitatio 10 de Diaconissis; HalliER, *Dc sacris electionibus* in' Migne. *Theologiae Cursus Completus* 24,830$; AJCalsbach, *Dic altkirchlichc Einrichlung der Diakonissen bis eu ihrem Erloschen* (1926).

ARTICULUS III

DE ORDINIBUS NON SACRAMENTALIBUS

Thesis 5. Ordines Diaconatu inferiores non sunt Sacramentum.

S.Th., *Suppl*, q.35 a.2; q 37 a.2-3; S.Bellarmino, c.7-8; Sasse, 302-306; Pesch, 289-295; Otten, 300-308; Puig de la B., nn.1028-1039; Many, 29-44; Gasparri. 1,6-9.20-25; Lercher-Umberg, n.697.

60. Nexus. Asseruimus articulo anteriori tres ordines episcopatus, presbyteratus et diaconatus esse sacramentum; nunc de ordinibus diaconatu inferioribus quaerimus. Et quidem inquisitionis ratio ex eo potissimum provenit quod per se non videntur ad sacerdotium referri, in quo praecipue ratio sacramenti consistit. At ex alia parte ritus ordinationis specialis est, vocantur ordines, et magna semper in Ecclesia aestimatione habiti sunt.

61. Notiones. In Ecclesia latina, praeter ordines sacramentales, de quibus iam egimus, exsistunt alii ordines: *subdiaconatus, acolythatus, exorcistatus, lectoratus* et *ostiariatus,* ad quos *tonsura* praerequiritur. *Tonsura* non computatur inter ordines, quare de illa supersedemus, et pauca postea dicemus. De tempore quo hi ordines in Ecclesia instituti fuerunt, agemus in scholio 1, nunc breviter de muneribus tractemus.

Subdiaconatus (ὑποδιάκονο) inter ordines minores numerabatur usque ad saeculum XI-XII; ab hoc vero tempore iam diaconatui adiunctus est inter ordines maiores; at in ecclesia Orientali adhuc inter minores ordines reputatur (cf. n.71). Subdiaconi *munus* ita a S.Isidoro describitur: "oblationes in templo Domini suscipiunt a populis, isti (subdiaconi) obediunt officiis Levitarum [= diaconorum], isti quoque vasa corporis et sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt... Ili igitur, cum ordinantur, sicut Sacerdotes et Levitae, manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum, et calicem de manu episcopi, et ab archidiaconb scyphum aquae cum aquaemanili et manutergium accipiunt" [1]. In *Pontificali Romano* munus subdiaconi assignatur his verbis: "Subdiaconum enim oportet aquam ad ministerium altaris praeparare;

[1] S.Isidorus Hispal. . *De Ecclesiasticis Officiis* 1.2 c.10: ML 83 790-791; cf. *Etymol.* 1.7 c.12,23: ML 82,292; cf. *Epist. ad Leudefr.* n.7: ML 83 895

Diacono ministrare, pallas altaris et corporalia abluere; calicem et patenam in usum sacrificii eidem offerre" 2.

Leges ecclesiasticae praecipiunt ut "subdiaconatus ne conferatur ante annum vicesimum primum completum" (CIC 975), et "nisi exeunte tertio cursus theologici anno" (cn.976, 2) postquam ab uno saltem anno acolythatum receperit (cn.978,2) ac professionem fidei emiserit (cn.1406,1.7). Ordinatione contrahit subdiaconus obligationem recitandi quotidie officium divinum et observandi legem coelibatus.

62. Acolythatus (ἀκόλουθο a verbo ἀκολουΟέω = sequor, sector, comitor 3) idem est ac comes, seu qui ministros altaris comitatur. "Acolythi graece, latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut sacrificium offerendum ; tunc enim accenduntur luminaria ab eis et deportantur..."4 luxta *Pontificale Romanum* "Acolythum oportet cerofcrarium ferre; lutninaria ecclesiae accendere ; vinum et aquam ad Eucharistiam ministrare" 5. In ordinatione acolytho traduntur candelabrum cum cereo extincto et urceolum. Olim tamen acolythorum officium fuit deferre sacram Eucharistiam in sacculo speciali depositam: "Sacculos in Missa pontificia tunc gestare solebant acolythi ad excipiendas oblationes consecratas, tum quae in Missa confrigebantur ad fidelium communionem, tum quae, fermenti nomine, ad titulos [templa titularia urbis Romae] mittebantur" e. Ideo in ordinatione eis dabatur sacculus, ut constat in Ordine Romano VIII.

Exorcistae fuerunt iam in primis ecclesiae temporibus, sed non habebantur tanquam olerici, sed tanquam; viri charismatic! ; quare ratione charismatis poterant ordinari ici aliquem gradum ecclesiasticum: "Exorcista non ordinatur; haec enim certaminis laus pendet a libera et bona voluntate et a gratia Dei per Christum adventu Spiritus sancti ; qui enim accipit charisma sanationum, per revelationem a Deo declaratur cunctisque manifesta est gratia quae est in ipso. Si autem opus eo fuerit in episcopum vel presbyterum vel diaconum, ordinetur" '. Itaque in Oriente non habebatur tanquam ordo

2 *Pontificale Romanum* p.1.·, Dc ordinatione Subdiaconi.

• Ἀκόλουθ , F.ZorEl 1, *Lexicon Graeco-Latin ;* W.Bauer, 56.

4 S.Isidorus Hispal., *Dc cedes, offic.* 1.2 c.14: ML 85,793; *Etymologicerum* 1.7 c.12,29: ML 82,293; in *Epist. ad Lcudefr.* n.3 addit: "ipse cereum portat, ipse suggesta, pro Eucharistia subdiaconis calicem praeparat" (ML 83,895).

δ *Pontificale Romanum* p.1.a In ordinatione Acolythi.

e Mabillon. *In Ordinent Romanum commentarius praevius* c.16: ML 78,911,

' *Const. Apost.* 8,26; ed. Funk, 529.

sacer, quamvis exorcistas inter ordines sive gradus *ecclesiasticos* cum diaconissis, viduis, etc., collocabant. *Munus* exorcistae semper fuit energumenos a maligno spiritu liberare, quod per manuum impositionem et recitationem diversarum orationum (quae exorcismi vocabantur) obtinebant. In *Pontificali Romano* adhuc hoc officium exorcistis commendatur: "Exorcistam oportet abicere daemones; et dicere populo, ut qui non communicant, dent locum; et aquam in ministerio fundere". Haec aquae effusio refertur ad fontem baptismalem, quem exorcistae adimplere debent. Exorcismos tamen nisi de expressa Ordinarii licentia nemo, etiamsi sit: exorcizandi potestate praeditus, proferre potest; haec autem licentia non nisi sacerdoti probato concedenda est (CIC 1151).

63. Lectores recensentur inter primos ordines minores saltem in Occidente. In Oriente non raro fuit ut etiam impositione manuum ordinarentur; at eadem documenta quae impositionem manuum pro subdiaconatu prohibent, etiam pro lectoratu interdicunt[8]; et solet eius ordinatio inveniri post ordinationem subdiaconi ante ordinationem aliorum ministrorum. *Munus* lectoris magni momenti erat in antiquitate ubi pauci legere sciebant et difficile erat lectio ex continuitate verborum. Unde recte notabat S.Isidorus: "Qui autem ad huiusmodi provehitur gradum, iste erit doctrina in libris imbutus, sensuumque ac verborum scientia perornatus, ita ut in distinctionibus sententiarum intelligat ubi finiatur iunctura, ubi adhuc pendet oratio, ubi sententia extrema claudatur. Sicque expeditus vim pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum omnium mentes sensusque promoveat, discernendo genera pronuntiationum, atque exprimendo sententiarum proprios affectus, modo indicantis voce, modo dolentis, modo increpantis, modo exhottantis, sive| his similia secundum genera propriae pronuntiationis" °. *Officium* lectorum semper fuit legere in coetibus: Scripturas Sacras, non vero Evangelium, quod Diaconis reservabatur. Postea lectoribus etiam cantus commissi sunt, et una eademque erat *schola lectorum* et *schola cantorum. Pontificale Romanum* concedit lectori "legere ea quae (vel ei qui) praedicat, et lectionem cantare; et benedicere panem et omnes fructus novos". Relate ad hanc benedictionem panis et fructuum CIC statuit: "Diaconi et Lectores illas tan-

* Huiusmodi sunt *Canones Hippolyti, Const. Aegypt., Epitome Const. Apost.,* et cetera.

° S.Isidorus Hispal.. *Dc Eccles, offic* 1.2 c.11: ML 83,791; *Etvmolog.* 1.7 c.12,24: ML 82,292.

tum valide et licite benedictiones dare possunt, quae ipsis expresse a iure permittuntur" (cn.1147,4). –

Ostiarii, appellati etiam ianitores, praeerant "ostiis templi. Ipsi enim tenentes elavem, omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes indicium, fideles recipiunt, respuunt infideles" 10. His verbis indicat S.Isidorus *officium* ostiarii, quod potioris necessitatis erat tempore persecutionis; tunc enim ostiarii vigilabant monebantque si quid periculi apprehenderent. In *Constitutionibus Apostolorum* inveniuntur ostiarii qui custodiunt portas ecclesiae quibus homines ingrediuntur, dum diaconissae custodiunt portas mulierum ; portae vero invigilantur ne quis infidelis aut non baptizatus ingredi audeat ". Hoc vero munus in *Didascalia Apostolorum* diaconis committitur. Iuxta *Pontificale Romanum* "Ostiarium oportet percutere cymbalum, et campanam, aperire ecclesiam, et sacrarium, et librum aperire ei qui praedicat" 1E. Sacrarium, apellabatur etiam thesaurum, estque sacristia, sive locus ubi vasa sacra et paramenta ad usus liturgicos servantur.

64. Sentientiae. 1. Hos ordines esse sacramentum aiebant fere omnes scholastici antiquiores, ut S.Thomas, S.Bonaventura, Scotus 13, etc., qui tamen non semper sententiam ut certam, sed disputationibus obnoxiam proponebant. *Probabiliorem* vel *probabilem* vocant hanc opinionem, S.Bel-Larmino, Billuart, etc., et inter modernos Wirceburgenses, Billot, Tanquerey, Van Noort, Hervé, Galtier, Tymczak ".

2. Pauci auctores distinguunt inter subdiaconatum, quem sacramentum putant, et reliquos ordines minores, quorum sacramentalitatem negant ; ita Medina, Navarrus, Vazquez 15.

3. Sententia negans sacramentalitatem horum ordinum est *frequentior,* et interi modernos *communior.* Hanc sequuntur sententiam, inter alios: Morinus, BENEDICTUS XIV, S.Alphonsus, Perrone, Wernz, Gasparri, Pesch, Die-

» Id., *Dc Ecd. offic.* 1.2 c.15: MI, 83,794; *Ety/nol.* 1.7 c.12,32: ML 82.293.

11 *Const. Apost.* 2,57,10s (textu graeco); ed. Funk, 163; *Didascalia Apost. 2,S7,6s* (textu latino); ed. Funk. 62.

12 *Pontificale Romanum* p.l De ordinibus minoribus, Ordinatio Ostiarii.

13 S.Thomas, *l.c.,* et *In 4* d.24 q.2 a.7 q.a3; S.Bonaventura. *In 4* d.24 .2 a.l q.1-4; Scotus, *In 4* d.24 q.l.

11 S.Bei.larmino. *Dc Ordine* c.S; Billuart, *De Ordine* d.l a.3; Wircebvr-CENSES3. 10,335-344; Billot. *Dc Sacramentis Ecclesiae 2* th.29; Tanquerey *Synopsis Theol. dogmat.* 3,565-566; Van Noort, *Dc Sacramentis 2* n.216-217; Hervé. *Manuale theol. dogtn.* 4 n.401-402; Galtier, *Imposition des mains:* DTC 7,14-18-19; Tymczak, *Quaestiones disputatae dc ordine* 84-85.

15 Medina, cf. Benedictum XIV, *Dc Synodo* 1.8 c.9 n.4; Navarro, *Manuale* .22.18; Vazquez, *In 3 D.Th.* d.237 c.2; d.238 c.2.13.

Kamp, Puig de la B., Otten, Lennerz, Bozzola, multique alii[16]; quibus iam praeierant Hugo Victorinus, Lombardus, Durandus, Gratianus [17].

65. Doctrina Ecclesiae. Documenta quibus explicite declaretur ordines diaconatu inferiores non esse sacramentum, non exstant. Attamen ea possumus hic adducere ecclesiastica documenta quae de his ordinibus agunt.

S.Cornelius I: "Ille [Novatianus]... ignorabat, unum episcopum esse oportere in Ecclesia catholica. In qua non ei latebat... presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos duos et quadraginta, exorcistas autem et lectores cum ostiariis quinquaginta duos, viduas cuni thlibomenis plus mille quingentas" (D 45).

Statuta Ecclesiae antiqua postquam docuerunt ordinationem Episcopi, diaconi et subdiaconi fieri debere per manuum impositionem, addunt: Cn.5. "Subdiaconus cum ordinatur, quia manus! impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipit vacuam..." Postea enumerat ordinationem Acolythi, Exorcistae, Lectoris, Ostiarii, Psalmistae, et tandem virginum et viduarum (D 150-158).

Conc.Lugdunense I: "Ad haec volumus et expresse praecipimus, quod episcopi Graeci septem ordines secundum morem Ecclesiae romanae de cetero conferant, cum hucusque tres de minoribus circa ordinandos neglexisse, vel praetermisisse dicantur. Illi tamen, qui iam sunt taliter ordinati per eos, propter nimiam ipsorum multitudinem, in sic susceptis ordinibus tolerentur" (D 454).

Conc.Tridentinum postquam, agendo de septem ordinibus, locutus est! de presbyteratu, diaconatu et episcopatu, haec dicit: "ab ipso Ecclesiae initio[18] sequentium ordinum nomina atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, stibdiaconi, scilicet, acolythi, exorcistae, lectoris et ostiarii in uso fuisse cognoscuntur, quamvis non par- gradu. Nam subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus e'c sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus" (D 895). Praeterea c.4, de ecclesiastica hierarchia et ordina-

[16] Morinos, *De sacris Dccl. Ordinat.* 3.11,1 p.152; Benedictus XIV. *Dc Synodo* 8,9; S.Alphonsus Lig.. *Thcol. Moral.* 3 1.6 tr 5 c2 n.736-737; Perrone, *Dc Ordine* n.81; 'Wernz-Vidal, *Ius Can* 4.206-216; Gasparri, *D· Sacr. Ordin.* n.41; Pesch, *o.c*, n.577s; Diekamp. *Thcol. dogm. manuale* 4.401; Pute de la B., *De Sacramentis* n.1028; Otten, *o.c.*, n.350s; Lennerz, η.18Γ-20 * Bozzola, *De Sacramentis* n.474s

[17] Hugo Victor., *De Sacramentis* 1.2 p.3.n c.12; Lombardus, *4 Sent* d 24; DiRANDUS. *In 4* d.24 q.l n.2 ct q.2 n.6; Gratianus, d.21.

[18] Quomodo haec Concilii verba intelligenda sint, dicitur in schc·' Λ n 73.

tione, distinguit inter episcopos, sacerdotes et ceteros ordines" (D 960); et in cn.2 sub anathemate damnat eum qui dicat "praeter sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios ordines et maiores et minores" (D 962).

Pius VI damnavit errores Synodi Pistoriensis, quae in derisum assumebat, quae a Concilio Tridentino de ordinibus minoribus statuta erant (D 1555).

Valor theologicus. Thesim defendimus ut *communiorem et lange probabiliorem*[19].

66. Probatur ex notione Sacramenti. Sacramenta sunt instituta a Christo. Atqui hi ordines non sunt a Christo instituti. Ergo non sunt sacramentum.

Maior constat ex tractatu de Sacramentis in communi.

Minor constat sufficienter ex historia, nam non semper hi ordines in Ecclesia exstiterunt (cf. scholion 3 n.73s), sed in distinctis ecclesiis et temporibus aliter officia singula distribuebantur. Ut unum tantum exemplum ponamus, si confertur textus graecus *Constitutionum Apostolorum* cum textu latino (qui vocatur *Didascalia Apostolorum)* apparebit officium ostiarii (quod in *Const,* videtur pertinere ad ordinem distinctum) exerceri a Diaconis et diaconissis (neque in *Didascalia* mentio unquam Ht de ostiario) [20]. In Ecclesia Orientali nunquam omnes minores ordines, quos habemus in Ecclesia latina, in usu fuerunt neque sunt.

Neque dici potest ordines minores institutos esse ab Apostolis vel de mandato Apostolorum; quia de hoc mandato nullibi constat, neque ulla traditio habetur. Quod vero Apostoli non instituerint hos ordines patet eo quod ante s.III non apparent.

Tum etiam SS.Patres clare distinguunt inter tres ordines sacramentales et alios, quos vel non enumerant, vel ut aliquid prorsus diversum citant[21].

67. Probatur ex ritu ordinationis. Hi ritus sacramentum non sunt si eis materia vel forma sacramenti ordinis

[19] Gasparri vocat hanc sententiam longe probabiliorem, ne dicamus certam, et apud recentiores passim receptam *(De Sacra Ordinatione* 1 n.41). Ex eo quod Pius XII, in Const. Apost. *Sacramentum Ordinis,* non enumeret sacramentum nisi episcopatum, presbyteratum et diaconatum, non sequitur, ut v-detur. thesis nostra; quia Summus Pontifex non videtur agere *exclusive,* sed *praecisivc.* Cf. Hürth: PerMorCanL't (1948) lis.

[20] *Const. Apost.* 2,57.10s; *DidascaJia Apost.* 2,57,6s; ed. Funk. 163.162.

[21] In his ordinationibus sive ritibus non habetur nisi adhortatio ad munera obeunda et traditio instrumentorum; quae quidem traditio non significat potestatem aliquam spiritualem sicut in aliis ordinationibus, ut patet ex verb s quibus traditio peragitur.

deest. Atqui ita accidit in his ordinationibus. Ergo non sunt sacramentum.

Maior patet. Probatur minor: Ritus, quem Apostoli (evidenter ex mandato Christi) adhibuerunt ad sacramentum ordinis conferendum, fuit semper impositio manuum, neque alius ritus apparet in primis saeculis, ante apparitionem ordinum diaconatu inferiorum. Huic manus impositioni adiungebatur oratio sive invocatio Spiritus Sancti exprimens collationem gratiae sanctificantis. Iam vero nihil huiusmodi invenitur in his ordinibus conferendis. Nam :

Antiquissimus! *Liber Ordinum* (qui non cognoscit nisi Episcopum, Presbyterum, Diaconum, Subdiaconum, sacristain et eum cui cura librorum et scribarum committitur), v' ' agit de "benedictione ad ordinandum subdiaconem" ait: "In primis datur ei ab archidiacono ministerium ad manus lavandas, et patena et calix. Deinde dicitur ei haec oratio: [sequitur oratio in qua habetur, certe, invocatio Spiritus Sancti]. Qua finita, dat ei episcopus codicem Pauli apostoli et dicit ei hanc confirmationem : Accipe documenta apostolica et annuntia in Ecclesia Dei. Vide quoque ut quod ore annuntias corde credas: ut quod> ore credes operibus expleas. Arnen" [22].

Statuta Ecclesiae antiqua [23] indicant impositionem manuum pro diaconatu, presbyteratu et episcopatu, sed pro subdiaconatu aiunt : "Subdiaconus. cum ordinatur, quiai manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam et vacuum calicem" (D 153).

Canones Hippolyti: "Cn 7,48. υποδιάκονο secundum hunc ordinem"2*. Ordo autem habetur in *Constitutionibus Ecclesiae Aegyptiacae :* "Subdiacono manus non imponatur, sed nominetur ut sequatur diaconos" 2S.

Hic ordinandi subdiaconum modus servatus est usque ad saeculum ; sed etiam post hoc saeculum invenitur saepe ordinatio sine manuum impositione, ut in citatis *Statutis Ecclesiae Antiquis,* in *Testamento D.N. lesu Christi,* in *Synodo Acliisgrancnsi* (a.817), in *Pontificali ad usum Eccl.Mediolanensis s.JX,* et in pluribus Ordinibus a Martène editis 2e. Ex

22 Férotin, *Liber Ord'num* col.4(-47.

23 Hoc antiquum documentum credebatur pertinere ad *Concilium CarthafT-nense II7* (a.398), sed de exsistentia Imius Concilii multum dubitant eruditi. Recentius fortasse melius tribuitur S.CaEsareo ArEi.atensi <f 542). Sed non plane constat Ceterum quod in hoc documento dicitur, refert praxim multo antiquiorem. Cf. I> 150 nota I (ed. 28).

21 Ed. AchEl l is. p.71.

M 6(36); cd. Funk. 2,105.

-I« *Testamentum D.NÎ.Ch.* I 44; cd. Rahmani, 105; *Synodus Aehisyrancitsis*

23 Ordinibus quos edidit Martène, quinque postremi ad ritum orientalem pertinent, et hi quidem manuum impositionem habent in ordinatione subdiaconi; ceteri omnes 18 referunt ritus Ecclesiae latinae. Iam vero, ex his: *Ordo 19* tantum agit de Episcopatu: *Ordo 1* non notat rubricas; *Ordo 12* non agit de subdiaconatu; *Ordo 9* directe agit tantum de Presbyteratu, sed respectu ad alias ordinationes dicit: "... quando et ubi libitum fuerit domno episcopo, usque in subdiaconatus officium ordinantur; diaconi vero atque presbyteri, nunquam nisi in publica ordinatione·" 27; *Ordo 16,* quamvis expresse non dicat manuum impositionem non fieri, tamen omnes affert rubricas pro ordinatione Subdiaconi et eam tacet, dum statim in ordinatione diaconi illam opponit. Ceteri *14 Ordines* omnes habent plus minus immutatam hanc rubricam: "Subdiaconi cum ordinantur, quia manus impositionem non acceperunt, patenam de manu episcopi accipiant vacuam, etc."®8. Ex his, igitur, clare evincitur subdiaconatum cum ordinibus inferioribus locum occupare valde diversum ab ordinibus sacramentalibus. Et quamvis Subdiaconatus recenseatur inter ordines maiores, sed plane distinguitur a diaconatu; nec semper inter maiores ordines computatur, ut postea dicemus.

Recte, igitur, animadvertit Férotin: "Absentia sollemnitatis in collatione Subdiaconati, causa fuit gravissimorum incommodorum. Subdiaconi putabant nullam legem ecclesiasticam infringere si nuptias ducerent, "asserentes, ait Concilium Toletanum VIII (a.653) cn.6, hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt percepisse". Ideo Concilium indicavit oportunum esse hoc decernere: "Proinde, omni excusationum discisso velamine, id praecipimus observari, ut cum iidem subdiacones ordinantur, cum vasis ministerii benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua". Sine dubio post hoc Nationalis Concilii decretum formulae nostri ritualis wisigothici *[Libri Ordinum]* redactae sunt" 2B.

Quoad reliquas ordinationes, seu respectu ad *acolythos, exorcistas, lectores* et *ostiarias* multo magis universalis est praxis non imponendi manum ad ordinationem, si unicum fortasse casum excipias in *Const. Apost.* ubi de ordinatione lectoris tractat: "Lectorem crea imponens ei manum, et Deum

(a.817) 'cn.6: Msi 14 347; *Pontificale Mediolanense.* cd.MAGiSTRF.TTi. 3'; MarténE, *Dc antiquis Ecclesiae r:tibus* 2 50s

77 Ordo IX. Martène, *Dc antiquis Ecclesiae ritibus* 2 54.

38 Id., p.30-95. postea usque ad p.120 sequuntur r.tus cr entnks

Λ Férotin, *Le Liber Ordinum* col.46-47 nota 4.

orans dicito: Deus aeterne..."[80] Sed valde notandum est, quod *Epitome Const. Apost.* (ubi semper eadem doctrina, sed abbreviata, continetur) in hac unica parte a *Const. Apost.* recedit, sicut etiam omnia alia scripta quae eundem fontem habent [81].

65. Confirmatur haec thesis ex consideratione munerum, quibus clerici illis ordinibus insigniti fungi debent; haec enim munera non ea sunt, quae specialem gratiam sacramentalem postulare videantur, ideoque deficit ratio ob quam Christus illos ordines instituisse dicendus sit. Imo ad ordines minores quod attinet Ecclesia per multa iam saecula permisit, ut laici quibusdam eorum muneribus fungerentur [82]; et Concilium Tridentinum desiderans urgere usus horum ordinum, at intelligens non semper integrum fore ut inveniantur clerici coelibes ad haec ministeria exercenda, ait: "suffici possint etiam coniugati, vitae probatae, dummodo non bigami, ad ea munera obeunda idonei, et qui tonsuram et habitum clericalem in ecclesia gestent"[83].

69. Obiectiones. 1. In primaeva ecclesia munera ordinum inferiorum, propter inopiam ministrorum, committebantur diaconis, "nihilominus erant omnes praedictae potestates, sed implicite et in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus divinus, et ecclesia quod implicite habebat in uno ordine, explicite tradidit in diversis" Ergo iuxta S.Thomam et plures scholasticos, nihil officit sacramentalitati ordinum minorum, quod non fuerint explicite in primaeva ecclesia.

Resp.1.° Dc opinione definitiva S.Thomae disputatur'1.

Resp.2.° *Nego antec. donec probetur.* scilicet, in diaconatu fuisse olim inclusos omnes ordines minores.

Resp.3.° *Dist. antec.* Ordines minores includebantur in diaconatu' institutione Christi sive mediata sive immediata, *nego antec.;* includebantur in diaconatu ex voluntate Ecclesiae, *subdist.:* quatenus Ecclesia instituit postea diversos ordines, quibus exercerentur ea quorum aliqua a diaconis fiebant, *conc. antec.;* quatenus diaconis iam ab initio commissum fuisset quidquid postea diversis ordinibus commendaretur, *nego antec.* Re quidem vera diaconis aliqua munera in initio commissa sunt quae postea subdiaconis et acolythis commendata fuerunt; sed inde non eruitur *potes'ateni* diaconi quasi explicatam esse in alios ordines, quatenus ex voluntate Christi diaconatus omnes alios ordines minores includeret. In hoc tantum casu Christus directe vel indirecte minores ordines instituisset ". Sed ex

30 *Const. Apost.* 8.22,2; ed. Funk. 527.
31 *Epitome Const. Apost.* 3(23); ed. Funk, 2,82; *Const. Acypt.* 5(35); ed. Funk, 2,105; *Canones Hippolyti,* cn.7,48; ed. AchElis. 70.
33 qTTKNt OCt n.356; cf. Pesch, *o.c.,* n.588
33 *Conc. Trident,* sess.23 c.17, Decretum de Reformatione.
31 *Suppi,* q.37 a.2 ad 2.
35 Cf. Pesch, *o.c.,* 589.
** Lennerz, *Dc sacramento Ordinis* n.206-207.

historia potius contrarium ostenditur, scilicet, diaconos non exercuisse munera, v.gr., exorcistarum vel acolythorum in ferendis cereis, etc.; imo, videtur certum haec munera commissa fuisse primitus laicis, et non nisi paulatim institutos esse ritus speciales, quibus haec munera fidelibus, qui eis ex officio fungerentur, commissa essem'.

2. Ordines minores iterari non possunt. Ergo imprimunt characterem et consequenter sunt sacramentum.

Resp.1." *Retorqueo argum.* Tonsura, consecratio virginum, benedictio abbatissae, pluraque alia huiusmodi non iterantur. Ergo imprimunt characterem.

Resp.2.° *Dist. antec.* Non iterantur ex natura sua, *nego antec ;* ex voluntate Ecclesiae, *conc. antec.* Et *nego cons,* nam ex eo quod non iterentur non sequitur imprimere characterem. Certum est impressionem characteris impedire iterationem, sed non e converso.

3. Decretum pro Armenis ait: "Sextum sacramentum est' ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo; sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino... porrectionem. Diaconatus vero per libri evangeliorurp donationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem, et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem" (D 701). Ergo supponit subdiaconatum et alios ordines minores esse eiusdem rationis cum ordinibus maioribus sacramcntalibus.

Conc. antec. Trans, cons. et nego suppositum, scilicet, decretum pro Armenis habere valorem definitionis ex cathedra. In nostra re sufficit' notare Patres Concilii Tridentini cognovisse et citasse hoc decretum, et nihilominus voluisse relinquere liberae disputationi quaestionem de materia et forma sacramenti Ordinis. Ergo signum est Patres Tridentinos non iudicasse definitivam sententiam decreti pro Armenis. Ceterum, concedere possumus decretum illud satis clare innuere ordines minores esse sacramentum, in qua re nihil aliud facit' nisi reproducit opinionem tunc temporis sat communem inter scholasticos. De hoc decreto agemus ubi de materia et forma sacramenti Ordinis tractabimus.''.

4. Concilium Tridentinum docet ordines minores esse sacramentum, quia ait: "Ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, subdiaconi, scilicet, acolythi... in usu fuisse cognoscuntur" (D 958). Ergo supponit' esse institutionis divinae.

Conc. textum. Nego cons. Etsi verba Tridentini videntur favere doctrinae obicientis, attamen Patres conciliares ita mutarunt diversas redactiones loci obiecti, ut clare appareat eos nihil de hac re definire voluisse ".

70. Scholion 1. *De numero Ordinum.* Concilium Tridentinum docet hierarchiam ecclesiasticam constare ex "episcopis, presbyteris et ministris" (D 966), esse gradus in hierarchia (D 960), et praeter

31 PuiG de la B.. n.1033, cum notis, ubi totam hanc quaestionem summatim sed erudite tractat; et praesertim M.Quf.ra: EstEcl 1925,1926.1927.1947 Aliqui tamen adhuc volunt ut hoc decretum valorem habeat plus quam simplicis in structionis, eo quod, aiunt, fuerit sollemniter promulgatum: ita F.Hürth: PerMorCanLit (1948) 17s. At valor est diversus secundum diversitatem rerum in eo documento contentarum.

38 M.Quera. *El Concilie de Trento y las Ordcncs -inferiores al diaconado:* EstEcl (1925) 337-358; v. etiam schol.3 n.73.

sacerdotes et diaconos exsistere "ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, subdiaconi, scilicet, acolythi, exorcistae, lectoris et ostiarii" (D 958). Ex hac recensione Chiffletius capiti secundo sessionis XXITT praeposuit titulum *De septem ordinibus;* sed revera Synodus tridentina nihil de numero disceptaverat.

Antiqui scholastici servare curabant *septenarium* numerum, ideoque neque tonsuram neque episcopatum inter ordines recensebant. Moderni auctores communius *octo* enumerant ordines; includunt enim episcopatum, excludunt tonsuram. Qui vero etiam tonsuram aliis ordinibus adiungere volunt, noz'cwi ordines inveniunt; si vero neque episcopatum neque tonsuram ordinem vocant, ad *septenarium numerum* revertuntur.

71. Scholion 2. *De divisione Ordinum in maiores et minores.* Definitum est in Concilio Tridentino: "Cn.2. Si quis dixerit', praeter sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios ordines, et maiores et minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur; A.S." (D 962). Et in capite 2 docet eadem sancta Synodus: "Subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus et sacris conciliis refertur, in quibus et' de aliis inferioribus frequentissime legimus" (D 958). Ex quo concluditur nunc Ecclesiam latinam habere tanquam *ordines maiores* episcopatum, presbyteratum diaconatum et subdiaconatum; reliquos vero ordines habere tanquam *minores.* Quam etiam terminologiam adhibet *Pontificale Romanum* in prima parte, in qua de ritibus ordinationis tracfat.

Itaque, nunc ecclesia latina subdiaconatum inter maiores ordines, ab acolythatu vero ceteros inter minores ordines computat. Ecclesia autem Orientalis subdiaconatum adhuc inter ordines minores retinet.

Sed etiam in ecclesia latina subdiaconatus olim ordo minor erat. Quomodo ad maiorem transierit, res non omnino definite constat. Attamen, si ad terminologiam attendatur, res sine dubio clarescet. Divisio namque inter ordines *maiores* et *minores* recens est; olim dicebantur ordines *sacri* et *non sacri* ". Saeculo XI, Alexander II, subdiaconatum sacrum ordinem appellat: "Erubescant impii et apeite intelligant, iudicio Spiritus Sancti eos qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu, sunt positi, nisi mulieres abiecerint, et caste vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate"". At paulo post, eodem s.XI, Urbanus II, in Concilio Beneventano, nullos alios ordines sacros agnoscebat praeter presbyteratum ct diaconatum, "hos siquidem solos primitiva legitur ecclesia habuisse; super his solum praeceptum habemus Apostoli" (D 356); et addebat: "Subdiaconos vero, quia et ipsi altaribus administrant, opportunitate exigente, concedimus (in episcopos eligi), sed rarissime...""

Incertifudinem adhuc perdurasse s.XII apparet ex eo quod Hugo

® *Pontificale Romanum* coniungit utramque terminologiam ubi dicit: "De sacris Ordinationibus in genere Sacri ct maiores Ordines sunt, subdiaconatus..." Paulo ante vero dixerat: "De minoribus Ordinibus. Quatuor minores Ordines..." (pars I).

«· Msi 19,76.

♦ *Concil. Benevent.:* Msi 20.738.

a S.Victorc et Petrus Lombardus "j videntur subdiaconatum ordinem non sacrum reputare. Ideo Petrus Cantor (t 1197) observabat: "*De novo* enim institutum est subdiaconatum esse sacrum ordi nem""; eiusque coaevus Innocentius III, eodem fere anno scribebat: "Licet subdiaconatus sacer ordo non reputaretur in ecclesia primitiva, tamen a consuetudine Grcgorii atque Urbani, secundum moderna tempora, sacer gradus esse minime dubitatur"". Cumque ex decissione Conc.Beneventam, rarissime concedentis ut subdiaconus in episcopum eligeretur, disceptationes non paucae obortae essent, Innocentius III decrevit: "Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuimus ut subdiaconus in episcopum valeat libere eligi, sicut diàconus vel sacerdos" ".

72. Multum sine dubio ad firmandam hanc opinionem contulit scholasticorum doctrina; qui distinguebant inter ordines sacros et non sacros per suam relationem ad Eucharistiam. Pro subdiaconatu dubium erat; sed paulatiin relationem ad Eucharistiam viderunt in eo quo.d subdiacono cura vasorum sacrorum committatur".

Itaque sine dubio duo fuerunt, quae subdiaconatum ad ordinem maiorem evexerunt: 1) Lex coelibatus, quae ad suhdiaconos extendebatur, ac proinde a clericis minoribus segregans ad maiores ccniungebat. 2) Distinctio inter ordines sacros'et non sacros; cumque subdiaconatus ordo sacer reputaretur, cum diaconatu et presbyteratu enumeratus est. Aliam tertiam rationem addere licet, videlicet, decissionem Concilii Beneventani et Innocentii III permittendi ut episcopus ex subdiaconis eligi posset, quod antea non nisi ex diaconis et presbyteris licebat. Concilium Tridentinum maluit ordines *maiores* et *minores* appellare fortasse ut vitaretur quaestio de sacramentalitate subdiaconatus si sacer ordo aopellaretur; ac praeterea iam ex dictis intelligitur. Concilium modeste loqui cum a;t: "Subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus et sacris conciliis refertur" (D 958), non enim definire intendit ordines ex apostolica traditione dividi in maiores et minores, sed dumtaxat venerandam antiquitatem minorum ordinum contra protestantes extollere.

73. Scholion 3. *De origine ordinum diaconatu inferiorum.* Usque ad saeculum III hierarchia ecclesiastica tribus gradibus consistebat: episcopatu, presbyteratu, diaconatu. De hac re, ne dubium quidem esse potest Si vero ad ordines inferiores gressus fit, non sine iure monet Benedictus XIV: "Horum ordinum originem indagare est operosum, assequi vero fere impossibile" ".

Concilium Tridentinum omnes ordines et maiores et minores "ab ipso Ecclesiae initio" (D 958) originem ducere, affirmare vide-

43 Hugo Victoris., *Dc Sacramentis* 1.2 p.3." c.13: Lombardus, *4 Seni* d.24 n.9.

43 Petrus Castor. *l'crbum abbreviatum* 60: MI, 205.184.

41 Innocentius III. apud *Decretales* 1.1 tit.18 c.7; ed. Friedberg, 2,143.

48 Id apud *Decretales* 1.1 tit.14 c.9; ed. Friedberg, 2.128.

*.' Ita ex.gr. S.Thomas, *In 4* d.24 q.2 a.1 sol.3; S.Bonavestura, *In 4* d 24 p.2 a.2 q.2.

47 CI. Michel, *Ordre:* DTC 11,1207-1231 ubi concluditur: "Ex hucusque diotis concludi potest, evolutionem sacerdotii in hierarchiam tribus gradbus constitutam, episcopis, presbyteris, diaconibus, esse factum omnino admissum in Ecclesia universali ab initio s.II, saltem in Oriente, et paulo post in Occidente. Hi tres gradus Ordinis ubique censentur tanquam ad divinam institutionem pertinentes, ab Apostolis eorumque immediate successoribus promulgatam" (coi.1231).

48 *De Synodo* 8,9,5.

tur. At non ita infelligendum est ut credatur omnes omnino ordines ah Apostolis esse institutos et in usu fuisse iam inde a s.I. Nam Scriptura non nominat nisi episcopos, presbyteros et diaconos. *Subdiaconi* primo apparent in Hippolyto (c.218), qui etiam nominat *exorcistas* ct *lectores;* dum Terfullianus (c.204) tantum *lectores* citat, et quidem primum testimonium exstat dc exsistentia et antiquitate *lectoratus.* S.Cornelius I (251-253) catalogum ordinum recenset prout nunc habemus: "Ille [Novatianus]... ignorabat unum episcopum esse oportere m Ecclesia catholica? ... presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, *subdiaconos* septem, *acolythos* duos et quadraginta, *exorcistas* autem et *lectores* cum *ostiariis* quinquaginta duos" (D 45).

Sed praeter hos ordines iam s.IV apparent *cantores* seu *psaltes, fossores, apothecarii* (notarii), etc. In Synodo Romana sub Silvestre, legimus: "Si quis desiderasset in Ecclesia militare aut proficere, ut esset prius *ostiarius,* deinde *lector* ct postea *exorcista* per tempora, quae episcopus constituerit, deinde *acolythus* quinque annis, *subdiaconus* quinque annis, *custos martyrum* quinque annis, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus probatus..."[4] Hic apparet novus ordo, *custos martyrum,* inter subdiaconatum et diaconatum. *Pseudo-Ignatius,* in epistola ad Antioch, multos ordines enumerare videtur: "Saluto sanctum presbyterium, saluto sacrosanctos diaconos... saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas atque confessores. Saluto custodes sanctarum portarum diaconissas... Saluto virgines... saluto viduas. Saluto plebem Domini..."[10] Longam etiam numerationem S.Epiphanius affert[°']. Sed dubium est an omnes hi haberentur tanquam veri ordines. Probabiliter non erant nisi aggrupationes (gremios), alii vero erant simpliciter officia in ipsa ecclesia peracta. Tum saepe duo officia ob eodem fiebant ; sic lectores ct cantores, saepe iidem erant[“].

In Ecclesia Orientali non numerantur nisi subdiaconi, 'lectores et cantores ; at subdiaconi officium acolythorum exercent

74. Cum tanta fuerit varietas in minoribus ordinibus theologi moderni communiter admittunt eos esse de institutione ecclesiastica, ac proinde pesse minui vel augeri, prout Ecclesia opporfunum indicaverit. De facto usus ordinum minorum vix in praxi est. Imo vero, cxorcistatus exerceri non potest nisi quis "ab Ordinario peculiarem et expressam licentiam obtinuerit. Haec licentia ab Ordinario concedatur tantummodo Sacerdoti pietate, prudentia ac vitae integritate praedito" (CIC 1151,1.2).

Concilium Tridentinum voluit iterum urgere exercitium ordinum minorum, commendans ut ministeria propria uniuscuiusque ordinis non nisi per constitutos in dictis ordinibus exercerentur; quod si51

4i' Synodus Romana (314-335): Msi 2 183.

60 Epist. ad Antioch, c 12: *Patres Apostoliei** ed. Funk-Diekamp, 2,221-223.

51 Expositio Fidei c.21 : MG 42.821-824.

α In *Statutis ecclesiae antiquis* postquam ritus singulorum ordinum breviter recensentur, et quorum minister semper apparet episcopus, cum ad Psalmistam sive Cantorem pervenitur, legimus: "Psalmista, id est. Cantor, potest absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri *officium** suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide ut quod ore cantes corde credas: et quod corde credis, operibus comprobes" (1) 158)

M JuctE, *Theol. dogmat. Christian ab Eccles, cathol. dissident.* 3 401. Cantoratus tamen habetur solummodo apud Maronitas et Syros. Attamen aliqui putant reliquos minores Ordines in subdiaconatu virtualiter includi. Cf. Wernz-Vidal, *Ius Canon.* 208-210 et canonistas

ministeriis quatuor .minorum ordinum exercendis clerici coelibcs praesto non essent, suffici possent etiam coniugati vitae perfectae, dummodo non bigami, ad ea munera obeunda idonei, et qui tonsuram et habitum clericalem in ecclesia gestarent". Sed boc conciliare decretum non videtur unquam servatum. Reapse ordines minores nunc requiruntur ab Ecclesia tanquam gressus "per quos velut pei gradus quosdam in sacerdotium tendatur" (D 962).

75. Scholion 4. *Clericalis Tonsura.* 'Tonsurae clericalis originem Petro Apostolo aliisque /Xpostolis acceptam referunt quicumque ea de rc scripsere auctores antiqui"". Et citantur in favorem huius assertionis S.Gregorius Tur., S.Isidorus, S.Beda, Goldefridus, Amalarius, Rabanus Maurus, Alcuinus, Ratramnus, Honorius Augusl'od. M, multique alii adduci possent.

Mos *occidentalis* erat tendere capillos ad modum coronae plus minus amplioris, quia ita, dicebant,'fecit S.Petrus in memoriam coronae spinarum, quam Christus pertulit. *Orientales* alifer tonsuram faciebant, appellantes ad traditionem, quam a S.Paulo derivare volebant. Hi comam totaliter radebant, non tamen usque ad cutem. Ad hanc consuetudinem alludebat S.Hieronymus: "Perspicue demonstratur nec rasis capitibus, sicut sacerdotes cultoresque Isid's atque Serapidis non esse debere; nec rursus comam demittere, quod proprie luxuriosum est, barbarorumque et militantium; sed ut honestus habitus sacerdotum facie demonstretur... Discimus nec calvitium novacula esse faciendum, nec ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum similes esse videamur, sed in tantum capillos dimittendos ut operta sit cutis. Vel certe sacerdotes semper operire sua capita debent" ".

Non tamen credendum est unam ubique Verrarum consuetudinem viguisse, ne quidem apud solos orientales aut occidentales. Nam ex S.Grcgorio Turonensi scimus, suo saltem tempore (quamvis ipse dc Episcopo Nicotio, s.V, loquatur), tonsuram ita fieri ut capite raso, circulum ad aures relinqueretur, sicut adhuc nostris temporibus fit a quibusdam viris religiosis, ut Ordinis S.Francisci. At' Concilium Toletanum IV (a.633) praecipiebat: "Omnes clerici vel lectores, sicut levitae et sacerdotes, detonso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant; non sicut hucusque in Galliciae partibus facere lectores videntur, (pii prolixis, ut laici, comis in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispania hucusque haereticorum fuit. Unde oportet ut pro amputando ecclesiae scandalo, hoc signum dedecoris auferatur, et una sit tonsura vel habitus, sicut totius Hispaniae est usus. Qui autem hoc non custodierit, fidei catholicae reus erit" ".

M Sess.23 c.17. De Reformatione.

® Martène. *Dc antiquis ecclesiae ritibus 2* 1.1 c.8 a.7.

M S.Gregorius Turon., *De Gloria Martyr.* 1.27; S.Isidorus Hispal. *Dc ccclcs. offic.* 2, c.4: MIV 83,779; Beda, *Hist. Eccles.* 1.5 c.21: ML 95,277-278; *Liber dc vita et mirac. s.Cuthbcrti* 6: ML 94,742; GodEFridus, apud Bedain, *l.c.;* Amalarius, *Liber officialis* [De *divinis officiis]* 2 c.5.8; ed. Hanssens, 2.212 *[/hnclarii Opera Liturgica omnia:* Studi c Testi 199], ct 1.4 c 39; 2,527-528; Rabanus Maurus, *Dc Instit. cleric.* 1 c 3: ML 107 298; Alcuinus *De Divinis offic.* c.35: ML 101.1233; Ratrannus, *Contra Oppos:ta Graecorum* 4 c.5; Honorius August., *Dc Gemma animae* 1.1 c.194: ML 172.603.

67 S.Hieronymus, *In Esech 13* c.44 ad verba: *Caput autem suum non radent, neque comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua:* ML 25,437

68 *Concilium Tolet. IV* c41: Loaisa, *Collectio Conciliorum Hispanorum* (1594) 348; Msi 10,630. Ita etiam S.Martinus Bracar., c.66: *Canones ex Orientalium*

76. Huiusmodi consuetudo ad omnes prorjus clericos, non ad solos presbyteros et diaconos protendebatur. Statuta ecclesiastica praecipiebant ut ita comae componerentur, ut aures paterent, et Tonsura plus minusve amplior fieret". Sic paulatim ventum est ad consuetudinem conservandi capillos longiores, ct in apice capitis coronam tondere "ita quod status et gradus cuiuslibet eorumdem [clericorum] discerni commode possint et valeant"®. Ecclesia directe nihil de tonsurae sive coronae mensura praecepit, sed in *Pontificali Romano* et in *Caeremoniali Episcoporum* commendat episcopis ut coronam ampliorem ferant', et videtur supponere magnitudinem tonsurae ordini recepto proportionari debere. Ideo liturgistae solent has commendare mensuras: diametrum 8,5 cm. pro episcopo, 7,5 cm. pro presbytero; 6.5 cm. pro diacono; 5,5. cm. pro subdiacono et sic gradatim usque ad 2,5 cm. pro simplici clerico". Obligatio tonsurae singulis clericis, praescribitur in CIC 136 et 2379.

77. Fundamentum clericalis tonsurae invenitur in S.Paulo: *Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi; mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quia capilli pro velamine ei dati sunt* (1 Cor 11,14-15). Hoc principio innixus Clemens Alexandrinus non vult ut homines capillos ad humeros ct cum cura demissos ferant"; *Didascalia Apostolorum* commendat: "Noli nutrire capillos capitis tui, sed eos conscinde, neque eos come neque orna vel unge...tibi enim tanquam homini in Deum credenti, non licet' capillos capitis tui nutrire, et comere et polire, id quod voluptas libidinis est, neque eos componas neque ornes, nec tales reddas, ut pulcri sint" ".

Primum testimonium certum circa tonsuram clericorum, ut videtur, in historia luliani Apostatae habetur, qui, ut monasticam austeritatem simularet, Nicomaediae, comam totondit (a.353). Ex quo colligitur iam tunc in usu fuisse penes ascetas tonsuram. S.Epiphanius reprehendit monachos Marsilienses quod capillos, ad consilium S.Pauli, non radant ". Incepit, igitur, tonsura in Oriente apud monachos; et in clericis iam invenitur anno 379, cum Otreios, episcopus Metilenae, S.Euthymitim lectorem in sua ecclesia constituit: "Et puerum recipiens, cum baptizasset ct capillos totondisset ἀποτρίξα eum lectorem suae ecclesiae fecit" ". Postea frequentiora sunt testimonia.

In Occidente *Liber Pontificalis* narrat de S.Aniceto (155-166): "Hic constituit ut clerus comam non nutriat, secundum praeceptum Apostoli"®. *Prudentius* de S.Cypriano refert cum ad sacerdotium

Patrum Synodis cn.66; ed. C.W.Barlow, *Martini Episcopi Bracarcnsis Opera Omnia* (1950) 140.

60 Martine, *l.c.,* p.16 statuta affert diversorum Conciliorum ab anno 1248 ad 1650.

' *Concilium Colon,* (a.1452): Msi 32,147.

411 Cf. v.gr. R.Lesage, *Dictionnaire practique de Liturgie Romaine* (Paris 1952) 1039.

413 *Paedagogus* 3 3 et 11: MG 8.577-592.633-636.

** *Didascalia Apost.* 1,3,8 et 10: ed.FuNK. 10; *Const. Apost.* 1,3.8,10; ed. Funk. 11. Cf. S.HiEronym., *Epist.* 20,28: ML 22.413-416; S.Ioan. Chrysost., *In Kalend.* 5: MG 48,900.

** *Adversus Haeres.* 80,7: M.G 42.765-768.

05 Cyrillus Scythopoi... *Vita S.Euthyniii Abbat.;* I.B.Cotelier, *Ecclesiae Graecae Monumenta* (1692) 4 p.9.

w Duchesne, *Liber Pontificalis* 1,134.

evectus fuit: "Deflua caesaries compescitur ad breves capillos" Attamen non videtur legem universalem fuisse ut omnes clerici tonsuram ferre deberent. Nam imagines depictae in catacumbis romanis antiquioribus, sacerdotes non tonsuratos ostendunt. Probabiliter in Occidente, sicut in Oriente, mos a monachis ad universum clerum protendit.

78. Relate ad ritum tonsuram faciendi; in Oriente nunquam separatur a primo ordine suscipiendo (sicut narratum est in casu S.Euthymii). In Occidente vero, primo fiebat monachis cum monasticam vitam amplectebantur; postea vero clericis in primo ordine suscipiendo; tandem paulatim ritus tonsurae ab aliis ordinibus separatus est, ita ut iam saeculo XII multi essent qui clericalem tonsuram acciperent nec ad ullos ordines, ne quidem minores transirent ".

*

79. Scholion 5. *De necessitate singulorum ordinum.* In primaeva ecclesia saepe ad episcopatum, presbyteratum et diaconatum eligebantur qui non fuerant in gradibus inferioribus initiati; ita S.Cyprianus, S.Ambrosius, multique alii erant adhuc catechumeni quando designati sunt episcopi.

Labente tempore iam praescriptum est "ut semper clerici fiant episcopi" °', id est, ut non essent nisi ex clericis qui in episcopos eligerentur. S.Leo Magnus vult ut episcopus "ex presbyteris eiusdem ecclesiae [ad quam est eligendus), vel ex diaconis aptus eligatur"™. Urbanus II permisit ut "rarissime" etiam ex subdiaconis episcopi designarentur; et Innocentius 111, illo "rarissime" ablato, legem generalem tulit". Nunc C1C 977 statuit: "Ordinis gradatini conferendi sunt, ita ut ordinationes per saltum omnino prohibeantur."

Sed quaeritur an huiusmodi prohibitio afficiat ad hceitatem dumtaxat, an etiam ad validitatem. Ad quod canonistae et theologi respondent:

1. Ordines minores *certo-non sunt ad validitatem* necessarii; nam sunt de institutione ecclesiastica, non semper exstiterunt, et saepe omissi sunt.

2. Admittitur etiam *unanimi consensu* valide recipi presbyteratum a laico, vel ab illo qui nen sit diaconus.

3. *Disputata sententia est* circa necessitatem presbyteratus ad episcopatum suscipiendum. Sententia fere communis tenet presbyteratum requiri ad validitatem episcopatus; alii autem pauci affirmant episcopatum directe laico vel diacono conferri posse.

Opinionum discrepantia pendet generatim a sententia quam unusquisque teneat circa naturam episcopatus. Qui admittat episcopatum solummodo conferre potestatem confirmandi et ordinandi, necessario exiget prcsbyteralem ordinationem ; qui vero supponit in presbyteratu aliquo iam modo talem potestatem conferri, includat necesse est in consecratione episcopali etiam omnem potestatem quae in presbyteratu traditur; id est, cum episcopatus et presbyteratus

---

m *Pcristcphanon* hymn.13; *Passio S.Cypriani* 30: ML 60,573.

® De tota hac quaestione eruditissime egit Ph.Gobillot. *Sur la tonsure chrétienne et ses prétendues origines païennes:* RevHistEccl (1925) 399-454.

œ *Synodus Romana* (a.402) en.12: Msi 3.1138.

70 *Epist.* 14 c.6: ML 54.672.

71 Urbanus II in *Concilio Bencvent.:* Msi 20,738; Innocentius III, apud *D-cretales,* 1.1 tit.18 c.7; cd. Friedberg, 2,143.

non distinguantur—iuxta hos—in ratione ordinis, potest utraque ordinatio independenter ab aliis impertiri. Alii tandem concedentes episcopatum et presbyteratum differre ratione ordinis, aiunt episcopalem ordinationem includere illam presbyteralem, ac proinde de facto omitti posse.

Recentiores, ut Lennerz, Many, recensent aliqua facta in qtubus videtur ordinatos esse episcopos qui nondum erant sacerdotes, et "de hac independentia (episcopatus a presbyteratu), aiunt, ex historia dubium iam non esse potest" ",

Sed revera, omnibus, qui recensentur, casibus consideratis, non videtur tam clare facta proponi ut nullam aliant interpretationem patiantur. Et in his rebus requiritur ut positive affirmetur non presbyterum directe ad episcopatum consecrari : nam locutiones illae, quales sunt "erat diaconus", vel "ex diaconis episcopus creatus est", vel "catechumenus statim post baptismum consecratus est episcopus", etc., possunt simpliciter significare ultimum gradum, quem ante electionem habebat ; sicut posset dici : "adhuc catechumenus factus est episcopus", in quo casu omnes intclligerent consecrationem episcopalem non nisi post collatum baptismum peractam esse. Sic in illis casibus sufficit notare ultimum gradum, et' requisita ad consecrationem episcopalem iam supponuntur expleta. Expresse constat de aliquibus factis secundum quae aliquis uno die plurcs ordines suscepit usque'ad episcopatum[73].74

80. Fortasse potest utraque sententia componi si clare distinguitur quid intelligatur nomine *ordinationis.* Ordinatio enim est *ritus* quo potestas ad determinatum ordinem traditur. Iam vero, *ritus* mutari potest, et Ecclesia licite ct valide ritum determinare valet, dummodo substantialia servet. Sicut posset valide quis accipere intra celebrationem unius Missae omnes ordines minores et maiores (quia, prout nunc fit, ritus unius ordinationis non aliam ordinationem impedit, sed succedit) ; sic etiam posset presbyteratus et episcopatus intra unam eandemque Missam conferri. Imo vero, cum materia et forma presbyteratus et episcopatus consistat in impositione manuum et verbis potestatem exprimentibus, non apparet ulla repugnantia in eo quod una sola manus impositione cum verbis potestatem presbyteralem simul et episcopalem significantibus, uterque ordo simul conferretur. Hoc modo possemus interpretari illa facta, quae citantur de diaconis ad episcopatum evectis, vel de lectore statim consecrato episcopo. Nunc vero in formula, quam Pontificale Romanum adhibet, nullo modo hoc fieri potest', quia in consecratione episcopali dicitur: "Comple in *sacerdote* tuo ministerii tui summam"". Quae verba receptum presbyteratum supponunt.

Itaque prudentem interea credimus positionem Cardinalis Gaspard : "Argumenta peremptoria pro una aliave sententia non sunt. Nos, igitur, putamus alteram sententiam [ordinationem presbyferalem pracrequiri] esse vere probabilem tum intrinsece tum extrinscce propter tot tani'orumque doctorum auctoritatem" ".

73 S.Masy, *De Sacra Ordinatione* 16.21; I.Enserz. *De Sacrantcnto Ordinis* n.I47s.
73 In *Libro Pontificali* narratur ordinatio Constantini, qui simul diaconatum et subdiaconatum arripuit (ed. Duchesne. 1.468)
74 *Pontificale Romanum* in Ordinatione Presbyteri. Cf. Huarte, 110; Michel, *l.c.,* 1387.
74 De *Sacr. Ordine* 1 c.1 n.26.

CAPUT II

De essentia Sacramenti Ordinis

81. Nexus. Egimus de exsistentia'Sacramenti Ordinis; necesse est iam eius essentiam considerare. Sed in hac re duae sunt quaestiones omnino segregandae: historica et dogmatica.

Quaestio historica investigat processum practicum seu liturgicum, quem ritus Ordinationis saeculorum decursu subiit. Quaestio autem dogmatica spectat'ad id quod nunc de essentia sacramenti Ordinis secundum dogmata fidei est tenendum. Ideo hoc caput de Sacramenti Ordinis essentia in duos articulos, totidem quaestionibus respondentes, dividemus.

Quamvis essentia Ordinis complectitur et *materiam* et *formam,* praecipue tamen de materia agemus, propter rei potiorem difficultatem ; de forma vero postea brevius investigabimus.

ARTICULUS I

Du essentia Sacramenti Ordinis historice; considerata

Thesis 6. Unica materia Sacramenti Ordinis semper fuit Episcopi manus impositio.

S.Th., *Suj>f>l.* q.37 a.5; Sasse, 307-318; Pesch, 311-320; Otten, 308-23; Puig de la B., n.1041-1049; Gasparri, 2,202-205.229-281; Van Rossum, *Dc essentia Sacramenti Ordinis;* Michel, *Ordre:* DTC 11,1322-1333.

82. Nexus. Loquimur de *Sacramento* Ordinis sensu strictissimo, ac proinde de illis tantum ordinibus agimus, quos sacramentum diximus, videlicet, episcopatum, presbyteratum, diaconatum. De aliis, enim, cum sacramentum non sint, quaestio esse non potest.

Praeterea, cum Sacramenti Ordinis ratio praecipua in presbyteratu inveniatur (cuius praeparatio diaconatus, consummatio episcopatus est), ac de episcopatu et diaconatu eadem, mutatis mutandis, ac de presbyteratu dici possint; historicam investigationem ad presbyteratum, reducemus.

Iam vero, in ritu actuali ordinationis presbyteralis (idem accidit in aliis duabus ordinationibus) plures sunt caeremoniae exsequendae, unde quaeritur an Ecclesia semper unum eundemque ritum ut essentialem habuerit, an vero mutaverit,

ita ut ritus aliquis antea essentialis, postea essentialis non fuerit; vel ritui essentiali alius aeque essentialis adiunctus fuerit. His quaestionibus respondemus nostra thesi.

Huic quaestioni corfnexa est alia quae ad ordinem dogmaticum spectat: an scilicet Ecclesia potestatem habeat mutandi ritum essentialem alicuius sacramenti. Sed neque cum hac quaestione nostra necessario est miscenda, neque in thesi historica illam attingere volumus.

83. Notiones. In primis, actualis ritus Ordinationis presbyteralis prae oculis habendus est. Secundum *Pontificale Romanum,* Ordinatio presbyteralis his ritibus evolvi debet:

1. Facta praesentatione ordinandorum et inquisitione de eorum idoneitate. Pontifex ad ordinandos alloquitur.

2. Imponit Episcopus simul utramque manum super caput cuiuslibet ordinandi successive, nihil dicens. Idem faciunt post eum omnes sacerdotes, qui adsunt.

3. Retinens manum dexteram extensam (tum episcopus tum sacerdotes adstantes), et oratione recitata, Pontifex canit vel legit Praefationem.

4. Imponit stolam et casulam.

5. Incepto hymno *Veni Creator Spiritus,* Episcopus sedens ungit utramque manum cuiuslibet ordinati.

6. Tradit calicem cum vino et aqua, ac patenam cum hostia. Tunc prosequitur Missa.

7. Post communionem, dictoque responsorio *lam non dicam vos servos,* ordinati recitant *Symbolum* et Pontifex, imponit singulis manus dicens: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisseris›peccata...*

8. Explicat casulam, accipit obedientiam, et dat osculum pacis.

Materiam sacramenti Ordinis eo sensu intelligimus, quem in aliis sacramentis explicavimus.

Dicimus Unicam materiam ut excludamus ab essentia sacramenti Ordinis quamlibet instrumentorum traditionem, ex his quae sub n.4.6.8 indicantur atque etiam excludimus unctionem manuum (n.5) et ultimam manuum impositionem (n.7).

Manus impositio refertur ad primam impositionem (n.2); excludit secundam (n.7). Aliquando consideratur tanquam secunda manuum impositiol illa quae habetur dum Pontifex recitat orationem et Praefationem; quae tamen secunda dici non potest, sed est continuatio primae impositionis.

Dicimus *manus* et non *manuum* impositionem ; quia volu-

mus praescindere a quaestione an utraque manus necessaria sit, an vero sufficiat una manus impositio. Documenta quae afferemus tum loquuntur de *manus* tum de *manuum* impositione. Si locutio *manus impositio* habetur ad modum rubricae, posset significare unam, vel utramque manum, nam esset locutio generica, pro ritu in genere. Si vero expresse dicitur: *Episcopus imponit manum dexteram,* aut aliquid simile, tunc agitur de una tantum manu per opposionem ad ambas manus.

Interea praescindimus etiam an tactus manus debeat esse physicus an moralis sufficiat. Breviter de hac re postea aliquid indicabimus.

84. Sententiae. In hac historica quaestione diversas sententias recensemus eo ordine ac distributione prout Card. Van Rossum proposuit[1].

1.® Tenuit materiam consisterè in sola instrumentorum traditione. Ita praesertim *thomistae* a s.XVI ad dimidium s.XVIII; quibus recenter adhaeserunt Galtier et Hugon®. Hi omnes fundantur in Decreto pro Armenis. His praeierant plures scholastici antiqui ut GilbeRTus Torniac., S.Albertus M., Richardus de Mediavilla, Matron, Durandus, Capreolus, S.Antoninus, Biel., aliique non multi quos citat Van Rossum[3].

2.® Materia consistit in instrumentorum traditione et manuum impositione ultima. Innititur in Decreto por Armenis et in Concilio Tridentino (D 964). Hanc sententiam defendebant multi auctores s.XVII-XVHI, ut Vâzquez, Sanchez, S.Bellarmino, Lessius, Tanner, Coninck, Laymans, Ioannes a Sto. Thoma, Salmanticenses, Sylvester Maurus, Reiffenstuel, Catalanus, Billuart, Ferraris, Wirceburgenses[4]. Hanc sententiam initiavit Scotus, quem secuti sunt Petrus de Palude, Argentina, Gerson, Silvius, Ca-

1 Van Rossum, *De essentia Sacrcnrtenti Ordinis^* p.12-16.37-42.51-52.54-55, 60-61.62-68. D'Alès, in RechScRel (1932) 599, sententias a Card.. Van Rossum recensitas, synoptice exponit.

3 P.GalTIEr, *Imposition des mains:* DTC 7,1408; Hugon, *Tractatus dogmaticus dc Sacram. in communi* q.1 a.4.

3 Gilbertus Tornac, *Tract, dc officio episcopi* c.33; S.Albertus M.. *In 4* d.24 a.38; Richardus a Mediavilla, *In* 4 d 24 a.4 q.3; Mayron, *In 4* d.24 q 2; Durandus, *In 4* d.24 q.3; Capreolus, *In 4* d.24 q1 a.3 ad 3 arg. 1.«· conclus Scoti et ad 5 2.·" conclus.; S.Antoninus, *Summa* p.3.· tit.14 c.16,4; Biel, *Suppi In 4* d.24 q.1 a.1.

4 Vazquez, *In Summa* d.239 c-3-5; Th.SXnch^z. *Consilia Moralia* 1.7 c ! dub.3; S.Bellarmino, *De Ordine* 1.1 c.9; Lessius. *De Sacr. Ord.* c.1 dub 5-6; Tanner, d.7 q.2 dub.4; Coninck.' d.20 dub.7; Laymann. *Dc Sacr. Ordin.* c5; Ioan. a Sto.Thoma, *Comp. totius Doctr. Christ,* p.1.· c.11: Salmanticenses *Theologia vior, dc Sacram,* tr.8 c.3 punct.5; Sylvester Maurus, *Opus Theol.* 1.13 tr.29 q.266 n.7s; Reiffenstuel. *Theol. mor.* tr.14 d.12 q.2 n.32; Catalanus, *'Univers. lur. corpus* p.3.· q.8 c.3; Billuart, *Dc Sacram. Ord.* d.1 a.3: Ferraris, *Bibliotheca* ad verbum *Ordo* n.48; Wirceburgenses, *De Ord.* c.2 a.8.

tharinus, Medina, Toledo[5]. Ex his duo postremi innitebantur in Concilio Tridentino, alii in consuetudine sui temporis.

3.a Duplicem etiam admittit materiam: instrumentorum traditionem et manuum impositionem, sed primam non ultimam. Ita Berti, Gazzaniga, Tanquerey, Billot, Noldin, De GuibekT, Tymczak °, paucique alii.

4.“ Triplex est materia: instrumentorum traditio et utraque manuum impositio. Paucissimos habuit asseclas: Lugo, Simmonet, Gotti, Amort, Egger [7].

5.a Tum. prima manuum impositio, tum instrumentorum traditio materia esse *potest.* Non requiritur utrumque, sed aut unum aut aliud, in unoquoque enim reposita est tota sacramenti materia. Perpauci fuerunt huius theoriae fautores: Amicus, Diana, Esparza, Clericatus[8].

6.“ Est nostra thesis. Eam tenent *communiter omnes moderni.* Nec tamen est moderna, iam enim sustinebatur a Gulielmo Altissiodorensi, S.Bonaventura, Petro de Tarantasia, Hugone Argent., Bachon, Dionysio Carthus., Eck, Petro Soto, S.Petro Canisio, Suarez, Petavio, Morino, Martène, etc. [9]

85. Doctrina Ecclesiae. *Statuta Ecclesiae antiqua* non aliam materiam assignant in ordinatione presbyteri et diaconi quam manus impositionem, sed in episcopatu ponunt impo-

6 Scotus, *In 4* d.24 q.unic. a;3; Petrus de Palude, *In 4* d.24 q.2 a.3; Argentina, *In 4* d.24 q.l a.2-3 et d.2 q.l a.3; Gerson, *Reg. Mar. de. Sacram Ordin.* n.159; Silvius. *In Suppi.* q.37 a.2 q.4; Catharinus. *Quaest. utrum rat ord. an vero ratione iurisdict....;* Medina. *Dc Sacrament homin. contin.* II c.21.22 ct 39; Toledo, *Instruet. Saccrdot. tract, dc Sacram. Ordinis* c.2

• I.L.Berti, *De Theolog. disciplin.* 1.36 c 12; Gazzaniga, *Praelectiones Theol.* dis.8 de Sacrani. Ord. c.2,27s; Tanquerey, *Synopsis Theol. Dogm.* De Ordine a.2 n.39; Billot, *Dc· Sacramentis 2* th 30; Noldin. *Theolog. Moralis,* De Ordine n.456; De Guibert: BullLittEccl (1919) 81s:i50s.195s; Tymczak, *Quaestiones disputatae de Ordine* 318-341.

7 Lugo, *Disputat, schol. de Sacram, in genere* d.2 s.S n.90-98; E.Simmonet, *Instit. Theolog.* tr.17 d.3 a.2,2; Gotti, *Theol. schol.-dogmat. dc Sacram. Ordinis* q.6 dub.2,2; E.Amort, *Thcoflog. elect, thorn.* 3,19 et *Theol. mor.* tr.14,4 q.2; F.Egger, *Çnchiridion theol. doffnf.* tr 12 c.2 n.1016.

n F.Amicus, *Cursus Theol. 7, Dc Sacramentis in gen. d.2* s.4 ct 8 d.22 s.5; A.Diana, *Resol. mor.* p.3.· tr.4 resol.187 et p.8.“ tr.1 resol.42; M.Esparza, *Cursus Theol.* 1.10 q.104 a.7; I.ClEricatus, *Dcciss. sacram, de sacra Ordinatione* d.7.

• Gulielmus Altissiodorensis, *In 4* tr 8 a.1; S.Bonaventura, *In 4* d.24 p.2.· a.2 q.4; P.de Tarantasia, *In 4* d.24 q.5 a.3; Hugo Argentinensis. *Breve totius theol. veritatis Compendium* 1.6 c.36; I.Bachon, *In 4* d.24 q 1 a.2; Dionysius Carthusianus. *Enarratio in Epist. 1 Tim.* a.4; I.Eck, *Enchiridion locorum communium contra Lutherum.* c.7; P.SOTO, *Tractatus de Institutione Saccrd.* lcct.4-5; S.Petrus Canisius. *Opus Catech. dc sacr. Ordin.* q.1.3.5; F.SuArez, *De Sacram,* d.2 s.3 et d.33 s.4 (Suârez non tractavit expresse hanc quaestionem, sed consequenter ad suam doctrinam necessario 6.··η sententiam sustinere debet); Petavius. *De Eccles, hierarch.* 1.2 c.6 n 13; Morinus, *Dc Sacris Ecclesiae Ordinationibus* p.3 ex.7 c.1.2.5; Martène, *De antiquis Ecclesiae ritibus* 1.1 c.& a.9 n.16 17.18.

sitionem manuum et praeterea "duo episcopi ponant et teneant Evangeliorum codicem super caput eius" (D 150-153).

Conc.Nicaenum II: "Si autem hoc difficile fuerit [quod omnes episcopi regionis adveniant] aut propter instantem necessitatem aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, tunc consecratio (χειροτονίαν) fiat" (D 305).

Gregorius IX: "Presbyter et diaconus cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali, ritu ab Apostolis introducto, recipiunt" (D 445). *

Cone.Tridentmum: "Nam ut ostenditur· illic [lac 5,14], proprios huius sacramenti [Extremae Unctionis] ministros esse Ecclesiae presbyteros, quo nomine eo loco non aetate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut episcopi aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati *per impositionem manuum presbyterii"* (D 910).

C.3. "Cum Scripturae testimonio, apostolica traditione et Patrum unanimi consensu perspicuum sit per sacram ordinationem, quae verbis et signis exterioribus perficitur, gratiam conferre; dubitare nemo debet, ordinem esse-vere et proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae sacramentis. Inquit enim Apostolus: *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum"* (D 959).

Leo XIII: agendo de ordinationibus anglicanis, et loquens de materia et forma, quae utpote partes sacramenti essentiales debent gratiam significare, ait: "Quae significatio, etsi in toto ritu essentiali, in materia scilicet et forma, haberi idebet, praecipue tamen ad formam pertinet; cum materia sit pars per se non determinata, quae per illam determinatur. Idque ini sacramento Ordinis manifestius apparet, cuius conferendi materia, quatenus hoc loco se dat considerandam, est manuum impositio; quae quidem nihil definitum per se significat" (D 1963).

Pius XII: "Effectus, qui sacra Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinatione produci ideoque significare debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum et regionum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus" (D 28 3001,3).

Valor theologicus. Thesis haec historica, quatenus affirmat manuum impositionem fuisse semper materiam essentialem ordinis, est *prorsus certa;* quatenus excludit traditionem instrumentorum ceterosque ritus, est *saltem probabilior.*

86. Probatur ex ritu Ordinationis. Nota. Argumentum dividemus, claritatis gratia, in duas partes: in priori ostendemus manuum impositionem fuisse semper materiam sacramenti Ordinis; in altera parte probabimus fuisse *unicam* materiam seu ritum essentialem.

1.a pars: *Manuum impositid fuit semper materia essentialis Ordinationis.*

Probatur. Ille ritus dici debet essentialis, seu materia, sacramenti Ordinis, qui a) aliquando unicus fuit; *b)* semper adhibitus est; *c)* nunquam fuit abi Ecclesia derogatus. Atqui talis est manuum impositio. Ergo manus impositio semper fuit materia, sive ritus essentialis, sacramenti Ordinis

Maior videtur sufficienter clara ex completa enumeratione membrorum.

87. *Probatur min. quoad a),* scilicet, *impositio manus aliquando fuit unicus ritus Ordinationis.*

1. Ex sacra Scriptura. In Scriptura unicus ritus, qui exhibetur, est manus impositio: Pro Diaconis: Act 6,6: *Et orantes imposuerunt eis manus.* Pro Presbyteris 1110: Act >14, 22: *Cum constituissent* (χειροτονήσαντε) *per singulas ecclesias presbyteros.* Pro Episcopis: 2 Tim 1,6; 1 Tim 4,14; 5,22 12

2. Ex Sanctis Patribus. Primus, qui ordinationis ritun/ quodammodo insinuat, est Clemens Alexandrinus (t 217): "Hic est revera presbyter ecclesiae et verus diaconus, id est minister Dei voluntatis, si faciat et doceat quae sunt Domini, non quasi ordinatus (χειροτονούμενο) ab hominibus, neque quod presbyter iustus censeatur, sed quod iustus refertur in presbyteratum"

S.Cornelius: "Cum egregius ille vir [Novatianus] Ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evexit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex his qui urgente vi mor-

10 Aliqui auctores, ut Card. Van Rossum. arguunt hoc modo: "Ille ritus est essentialis, qui nurnquam omissus est neque immutatus^ Si alius ritus invenitur non universalis nec semper adhibitus, reicicndus est, *nisi admittatur Ecclesiam habere a Christo acceptam potestatem mutandi /essentialia sacramenti"* (n.113). Si ita arguimus, iam recedimus a via pure historica, ac viam valde difficilem ingredimus. Ideo melius nobis visum est ab hac via deflectere.

11 Nolumus hic decidere an πρεσβύτεροi. essent episcopi an presbyteri; nam pro re nostra idem est. Cf. n.39.

12 Textus Act 6,6 expositus est in n.Sl; alii ad Tim in n.9-11.

M Stromata 6,13: MG 9,327.

bi in lectulo perinde ac ille, baptizati fuissent, in clerum assumi ; postulavit ab iis episcopus ut hunc solum manus impositione a se promoveri pateretur" [14]. Simulque narrat Cornelius quomodo Romae tres episcopos rudes ac simplices, ille Novatianus coegit ut ei "manuum impositione episcopatum" traderent.

S.Cyprianus nullum alium videtur cognoscere ordinationis ritum, quam manus impositionem: "Quod et apud vos [hispanos] factum videmus in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de universae fraternitatis suffragio et de episcoporum, qui in praesentia convenerant quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur" [13].

Eusebius Caesar, narrat Origcnis ordinationem presbyteralem: "... cum Origenem praerogativa et supremi honoris apice dignum iudicassent [episcopi Caesariensis et Hierosolymitanus], manus ei imponentes presbyterum ordinaverunt". Eadem fere ad litteram repetit paulo inferius. Impositionem manus solam meminit in narranda ordinatione Anatolii et Fabiani ie.

Eodem prorsus modo de sola impositione manus loquuntur, semper atque de ordinatione! agunt: S.Ephraem, S.Basilius, Timotheus Alex., Theophilus Alex., S.Gregorius Nazianz., S.Epiphanius, S.Gregorius Nyss., Ambrosiaster, S.Optatus Mil., S.Innocentius I, S.Hieronymus, S.Augustinus, S.Caelestinus I, Theodoretus Cyrensis, Isidorus Pelusiota, S.Leo M.[17] Plures alios citat Van Rossum [18]. Nec sunt testimonia mere negativa, quatenus tacent alios ritus, sed vere etiam positiva, quatenus soli manus impositioni simul cum oratione efficaciam tribuunt sacramenti. Imo aliqui ex his Patribus videntur quasi minutius ritum ordinationis exponere, ut S.Gregorius Nys., et Theophilus Alex. ; alii,

14 *Epist. ad Fabianum Antioch.* apud Eusebium. *H. E.* 6-13: MG 20 619.
13 *Epist.* 68 *ad clerum ct plebes Hispaniae:* ML 4,402.
w *H. E.* 6,8.23; 7,32; 6.29: MG 20.538.575.730 587.
11 S.Ephraem, *Sermo de Sacerdotio;* ed. Paris 6,258; S.Basilius, *Epist.* 53: MG 32.397; Theophilus Alex., *Commonit* cn.6: MG 65,39; S.Gregorius Naz., *Oratio* 10,4 et 18,33-34: MG 35,83*0.1027; S.Ephiphanius, *Adversus Haeres.* 1.3; *Expositio fidei* n.13: MG 42,805; S.Gregorius Nyss.. *Dc vita S.Greg. Thaumat.:* MG 46,909; Ambrosiaster, *In 1 Tim* 4,14: ML 17,475; S.Optatus Milevitanus, *Dc Schismate Donati* 1.1 n.18.19: ML 11.918; S.Innocentius I, *Epist.* 16 c.3: ML 20 530; S.Hieronymus. *In Isaiam* c.58: ML 24,569; S.Augustinus, *Epist.* 78: ML 33.268: *Dc Baptismo contra Donat.* 1.5 c.20: ML 43 190; *De gestis cum Emerito* n.11: ML 43,705; *De Trinitate* 1.15 c.26: ML 42J093; C.Caelestinus !.. *Epist. ad Synod. Ephesin.:* ML 50,539; Theodoretus Cyrensis, *Relig Hist,* c.13: MG 82,1402; c.19 coi.1427; Isidorus Pelusiota, *Epist.* 26.29.30: MG 78,198s; S.Leo Magnus, *Epist.* 12 c.2, *Epist.* 9 c.1: ML 54,645.624.
18 Van Rossum, *o.c.,* 74-104.

ut S.Hieronymus et Augustinus ita de manus impositione loquuntur, ut, si non esset ritus essentialis, argumentatio vi careret.

3. *Ex ritu ordinationis.* Longum esset codices adducere et textus transcribere ; sufficiat haec notare : *Sacramentaria* Leoninum, Gelasianum et Gregorianum nullam instrumentorum traditionem cognoscere. *Ordines Romani* antiquissimi, ante s.X tantum loquuntur de manus impositione. Idem omnino observatur in *Pontificalibus Romanis.* Eugenius Toletanus scribens ad S.Braulium et exponens ea quae in ordinatione necessaria sunt, tria refert; ductionem ad altarium, manus impositionem, benedictionis effusionem in excelso cantantibus clericis Primum testimonium traditionis instrumentorum habetur in quodam codice a Morino edito, quem credit "ab Italo Romae vicino compositum"20, et pertinet ad saeculum. X.

Orientales nunquam aliam materiam sacramenti Ordinis quam manus impositionem habuerunt, neque vestigium aliquod in libris ritualibus et liturgicis sive in Euchologiis invenitur.

Tandem valde notandum est, in multis codicibus et libris liturgicis, quando agitur de ordinatione subdiaconi, notatur: "Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipit vacuam, et vacuum calicem..." (D 150). Ita Statuta Ecclesiae antiqua, Constitutiones Apostolorum, Didascalia Apostolorum, Testamentum D.N.Iesu Ch., et maior pars Ordinum a Mabillon et Martène ac Morino editorum.

88. *Probatur min. quoad* b), videlicet, *manus impositio semper adhibita fuit.*

Ex ritu Ordinationis. Ut dictum est, usque ad s.X non apparet! instrumentorum traditio. Attamen antea iam aliae erant additae caeremoniae ad manus impositionem. Huiusmodi erant, traditio sive, *impositio stolae* diacono, *casulae* presbytero, *euangelii* super caput episcopi. Praeterea etiam in usu fuit ungere manus presbyteris et caput episcopis.

Hi ritus sat antiqui fuerunt. Liber Ordinum meminit impositionem orarii (= stolae), casulae et manualis: "Cum venerit is qui ordinandus est presbyter, appenditur ei orarium, super cervicem, et vestitur casula; et genu dextro fixo ante al-

'° MI. 80.680-682.
30 Morxnus, *De sacr. Eccles. Ordinat,* p.2.

tare, ponunt super eum presbytères manus, et sic ab episcopo benedicitur his tribus benedictionibus"; quibus expletis et "completuria" recitata, sequitur rubrica: "Hac explicita, dat ei manualem [erat liber quasi ritualis, vel orationum], et dicit ei hanc confirmationem... Ita explicita, osculatur eum episcopus et stat in ordine suo" .

Aliquando libri Ordinum vel Sacramentaria mentionem non faciunt de traditione stolae pro presbytero, quod fortasse accidit, quia iam illam ferebat, siquidem omnes diaconi stolam sive orarium recipiebant in ordinatione. Sed Sacramentarium Gelasianum, Missale Francorum, Sacramentarium Corbeiense, etc., non habent hunc ritum, neque quoad stolam neque quoad casulam.

Manuum unctio iam habetur in Epist. Nicolai I ad Rodulfum Bituricensem (858-67), et citatur ab Amalario et a Pontificali Mediolanensi s.IX*2. At omittitur in Sacramentario Gelasiano, in Codice Corbeiensi et in Libro Ordinum. In Anglia fiebat unctio capitis, non omissa unctione manus. Episcopis unctio semper in capite, non in manibus facienda erat.

Ultima manuum impositio apparet primo in Pontificali Arelatensi s.XV-XVI; sed ponitur non post communionem sed post calicis et patenae traditionem. Hoc modo videtur ritus antiquior, et sic propugnabatur iam a Scoto tanquam ritus essentialis simul cum instrumentorum traditione. Attamen non ante s.XII poni debetï3.

Iam vero, cum omnes hi ritus simul cum manuum impositione adhiberentur, nunquam prima haec manus impositio omissa est; imo vero, saepe codices vix mentionem faciunt de his ritibus, neque speciales orationes illos comitantur, sed impositio casulae, etc., fiebat in sacristia ante quam ad altare proficiscerentur ordinandi.

89. *Probatur min. quoad* c): *ritus manuum impositionis nunquam derogatus est.*

Nam: 1. Nullum exstat documentum ex quo constet de hac derogatione.

2. Ecclesia admittebat manuum impositionem tanquam ritum ordinationis! etiam quando instrumenta tradebat, ut patet ex nuper dictis.

3. Aliquando apparent in ritualibus rubricae ut haec:

11 Ed. Férotin. coi.54-55. Cf. G.Ellard. S I.. *Ordination Aawitings in the western church before 1000 a. d.* (Cambridge 1933).

- Ed. MagisïRETTi, p.44-47.

23 Martène, *Dc antiquis Eccl. ritibus* 1.1 c.8 a.9 n.12.

"Accipiat patenam cum oblatis, et calicem cum vino, et ponat simul in manibus *ordinati cuiusKbet* per se" 24. Ergol supponitur presbyteratum iam esse collatum ante instrumentorum traditionem, et quidem per manus impositionem.

90. 2.a pars. *Manus impositio fuit unicus ritus essentialis m ordinatione.*

Quodl patet ex eo quod, ex parte anteriori constat manus impositionem semper fuisse materiam sacramenti Ordinis. Quo posito arguimus: Manus impositio fuit semper *unica* materia, seu ritus essentialis sacramenti Ordinis, si ei nulla alia materia seu ritus tanquam essentialis adiectus est. Atqui nullus alius ritus adiectus est tanquam essentialis in Ordinatione. Ergo manus impositio semper fuit unicus ritus essentialis seu materia sacramenti Ordinis.

Maior patet; probatur min. Ex nuper dictis, apparet quomodo traditio instrumentorum haberetur tanquam aliquid adiectum *post ordinationem factam* (saltem in aliquibus ritualibus), neque unquam quisquam ausus est praescindere ab illa, dum frequenter omittebatur instrumentorum traditio. Imo vero, Romae (ut videbimus in thesi sequenti) Summi Pontifices voluerunt ut semper adessent episcopi Graeci qui presbyteros sui ritus ordinarent, et quidem cum sola manus impositione. Cum praeterea nullibi appareat documentum ullum pontificium ex quo colligi possit essentialitas instrumentorum traditionis. Necesse dicendum est, semper manus impositionem tanquam unicum ritum essentialem habitam fuisse.

91. Obiectiones. 1. S.Scriptura refert Apostolorum ordinationem verbis quae insinuare videntur instrumentorum traditionem (Mt 26,26; Mc 14,22, Lc 22,19; 1 Cor 2,24-25); nam Christus Apostolis calicem tradidit dicens: Accipite, bibite, etc. Ergo ex Scriptura probatur traditionem instrumentorum debere esse materiam sacramenti Ordinis.

Trans, antec. eiusque ratio; et nego suppos., scilicet, ordinationem Apostolorum debere reponi in traditione corporis et sanguinis Domini, sive in traditione instrumentorum. Nam potius ordinatio reponenda est in verbis *hoc facite in meant commemorationem;* quia his verbis Christus Apostolis potestatem tradebat sacrificandi; non vero in illis aliis verbis *accipite, manducate, bibile,* quae tantum referuntur ad sumptionem Eucharistiae.

Praeterea, non licet arguere ex modo quo Christus fecerit, sed ex modo quo zXpostoli ex mandato Christi egerint. Nam Christus, utpote auctor Sacramentorum, vi potestatis excellentiae in Sacra-

" Cf. Martène. *o.c.,* 1.1 c.8 a.9 n.16.

menta poterat effectum sacramenti sine sacramento conferre; sicque sine ulla caeremonia neque sensibili ritu potuit ordinare Apostolos.

92. 2. *Decretum pro Armenis* in Concilio Florentino, mutavit materiam Sacramenti* Ordinis, quia definivit: "Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur ordo: sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenae cum pane porrectionem; diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem..." (D 701). Ergo, ex tempore Concilii Florentini iam non manus impositio, sed instrumentorum traditio fuit materia Ordinis.

Nego antec. et dist. eius probationem. Concilium *definivit, nego prob.* instructionem dedit, *conc. prob.* Et data *dist., nego cons. et cons.*

Constantinus V, Armenorum Patriarcha, invitatus fuerat ab Eugenio IV ad Florentinum Concilium Oecumenicum; cumque ipse per se adire non posset, legatos ad Concilium misit, qui post magnas itineris difficultates, Florentiam pervenerunt quando iam Graeci in eo erant ut discederent. Tunc colloquiis aliquibus cum Latinis habitis, die 22 Novembris 1439, in sessione sollemni lectum est quoddam scriptum de unione Armenorum cum Ecclesia Latina.

Hoc scriptum non fuit editum cum decretis Concilii, sed latuit usque ad dimidium s.XVI cum illud Tapper detexit. Cognito decreto statim theologorum opiniones circa ipsum et materiam sacramenti Ordinis in varias partes abierunt.

Hoc scriptum diversa continet: aliquas fidei formulas, Symbolum Nicaenum et Athanasianum, definitiones Concilii Chalcedonensis lc duabus in Christo naturis, et Concilii Constantinopolitani de duabus voluntatibus; tum declarationes quasdam disciplinares; et tandem expositionem doctrinalem de Sacramentis.

Quatuor sunt praecipue interpretationes de valore huius scripti: 1. Agitur de *decreto aliquo definitivo, de fide decernente.* Ita sensit Tapper, Billot, Galtier". 2. Non est decretum sed *instructio practica* in ea parte quae respicit ad sacramenta; Summus Pontifex non decernit, sed tantum Armenos ritus Latinos docet. Hanc opinionem secuti sunt D'Annibale, Denzinger, et praecipue Quera. Estque fere communis sententia inter modernos". 3. Est quidem *decretum doctrinale, sed non definitivum nec infallibile,* quia Eugenius IV non loquitur ex cathedra, ut patet ex modo agendi et loquendi. Proposuit hanc solutionem Carp.Gasparri", 4. Tandem Michel intendit quandam quasi conciliationem opinionum componere referendo hoc scriptum ad potestatem Summi Pontificis relate ad Sacramenta"; sed fortasse potest reduci ad secundam opinionem.

Sententia, quae, nobis defendenda videtur est secunda. Et rationes praecipuae sunt: *a)* Concilium Florentinum post longas et luctuosas disputationes cum Graecis, approbaverat eorum ritus sacra-

25 R.Tapper. *De Sacramento Ordinis* a.17; Bh.lot, *De Sacramentis* 2 th.30; P.Galtier. *Imposition des mains:* DTC 7,1412-1413.

* D*Annibale. *Summula Theologiae Moratis* 3 n.231; Denzinger. *Enchiridion Symb.* nota ad n.695; ad cd. 24. nota haec est aliquantulum immutata. M.Quera. *Et decreto de Eugenio It7 paro los Armenios y et Sacramento det Ordcn:* EstEcl (1925) 138-153.227-250; (1926) 327-332; (1927) 54-78.157-170: To„ *Una palabra meis sobre el decreto pro armenis:* EstEcl (1947' 1'7-207: Hoffmann: OrCh (1939) 169-170; Pute, ue la B., *Dc Sacramentis* n 10'3.

21 Gasparri. *De sacra Ordinatione* 2 n.1007.

28 Michel, *Ordre:* DTC 11,1320-1322.

mentales ; fierine potest ut statim ad Armcnos decretum contrarium emitteret? Ad hoc respondent' Billot et Hugon Eugenium IV decretum edidisse mutando materiam ordinis pro Ecclesia latina, non pro Orientali. Sed re vera, inauditum esset mutationem in re tam gravi datam esse Orientalibus pro Ecclesia latina; ac praeterea quod ita data esset ut' non vulgaretur cum decretis Concilii, sed occulta maneret. Atque etiam notandum est inter decreta Eugenii IV nunquam ullam allusionem esse ad hanc mutationem.

b) Si Concilium Florentinum decretum sollemne et doctrinale edidisset, in Concilio Tridentino sine dubio theologi de eo locuti fuissent in favorem traditionis instrumentorum cum de materia sacramenti Ordinis egerunt. Iam vero, quamvis Patres et Theologi documentum florentinum cognoscebant (de sacramento Ordinis actam est anno 1563) illi auctoritatem, ut videtur, non tribuerunt. Secus multum de hac re, probabiliter, disputatum esset.

c) Post Concilium Tridentinum theologi disputaverunt de materia sacramenti Ordinis ; quod accidere non posset si Concilium Florentinum sollemne decretum de hac re edidisset ; Ecclesia enim non permisisset huiusmodi disputationes ; solet enim suas definitiones sollemnes fervide zelare.

d) Tandem ipsa documenti forma, in qua non tam attenditur ad decreta danda, quam ad quasdam quasi formulas commendandas, suadet, non agi de decreto sed de instructione. Eo tempore erat satis frequens doctrina de instrumentorum traditione tanquam materia sacramenti ordinis; unde mirum non est theologos vel patres Concilii Florentini, compendium breve confecisse ex opusculo S.Thomae de sacramentis, quod Armenis ad modum instructionis traderent”.

e) Ceterum, ut notat D 701 in nota. Summi Pontifices semper conservarunt ritus Orientales neque illis quidquam novi imposuerunt. Eo ipso tempore quo lectum erat scriptum in Concilio Florentino praesente Concilio, Graeci et Armeni eorum ritus explicabant.

93. 3. Concilium Florentinum reponit formam Ordinis in illis verbis: “Accipe potestatem offerendi sacrificium...” Atqui haec forma habetur in traditione instrumentorum et ad eam alludit·, Ergo materia erat instrumentorum traditio.

Conc. moi et min., sed nego cons, ex dictis in solutione ad difficultatem immediate superiorem. Concilium adhibet verba S.Thomac, et non cui at de valore dogmatico doctrinae. Dat normam practicam, et ostendit materiam et formam debere esse id quod sacramentum perficit. Haec formula, sicut instrumentorum traditio, non apparet ante s.X. Eam ignorare videntur omnes libri antiquissimi liturgie!.

38 S.Thomas, *In articulos fidei cf Sacramenta Ecclesiae expositio.* Nemo ignorat doctrinam de materia et forma Sacramentorum, sensu technico, incepisse paulo ante S.Thomam; imo certum videtur fuisse ipsum S.Thomam qui hanc theoriam ad singula sacramenta applicavit; unde mirum, non est, in initio non tam felices fuisse omnes applicationes. In ipso opusculo, S Thomae, et in instructione ad Armenos relate ad Eucharistiam ponitur' materia remota non proxima; et pro matrimonio nulla ponitur materia nec forma, sed *causa efficiens.* Cf. GottiXr. *Der heilige Thomas voit Aquin und die vortridcnt'nischcn Thomisten Uber die Wirkungen des Bussakrament* (1904) 35. M.Quera, *Mds accrca dei decreto de Eugenio IV para los Armenios y cl Sacramento del Orden:* EstEcl (1927) 161.

ARTICULUS II

Di·; essent^ Sacramenti Ordinis dogmatice considerata

Thesis 7. Materia Sacramenti Ordinis est sola manus impositio. Forma vero sunt verba quibus effectus sacramentalis exprimitur.

Bibliographia, ut in thesi anteriori.

94. Nexus. Historice investigavimus quisnam fuerit ritus in Ordinatione semper perseverans et qui materia sacramenti Ordinis esset. Hunc manus impositionem invenimus. Nunc dogmatice idem tractabimus. Praecipua ratio, inter partem historicam et dogmaticam distinguendi, est indiciorum claritas in auctorum opinionibus proponendis. Cum enim nunc, postquam Roma locuta est iam disputare de actuali materia Sacramenti Ordinis, non liceat, via tamen libera disputationibus circa facta transacta patet. Etenim Summus Pontifex noluit, materiam et formam sacramenti Ordinis determinando, de valore instructionis ad Armenos decidere. Ideoque adhuc disputare licet an aliquando alia valuisset materia, sive an Ecclesia ritum essentialem aliquando mutavisset[1].

Unde bene notandum est discrimen inter utramque thesim: in thesi historica diximus *unicam* materiam Ordinis *fuisse semper* manus impositionem; in thesi dogmatica asserimus manus impositionem *semper fuisse* materiam Ordinis, et *saltem nunc* esse unicam; ergo praescindimus a quaestione an aliquando non fuisset unica.

95. Notiones. Materiam et formam intelligimus sicut in thesi superiori. Agimus de facto, scilicet determinamus nunc materiam sacramenti Ordinis esse manus impositionem.

Sicuti in thesi anteriori, nolumus determinare an pro presbyteratu et episcopatu necessaria sit ad validitatem utriusque manus episcopi impositio, an sufficiat una manus, sicut pro diaconatu sufficit manus dextera. Documentum Pontificium loquitur de *manuum* impositione, sed non constat an velit determinare, an tantum gtmerice loquatur (cf. scho!.2 n.103s).

Unica manus impositio de qua loquimur est illa prima,

[1] Cf. F.Hürth in notis ad Constitutionem Apostolicam *Sacraincnîum Ot·din's:* PerMorCanLit (1948) 17s.

quae in ritu ordinationis presbyteralis habetur, et unica in aliis ordinationibus.

Formam Summus Pontifex Pius XII determinavit pro singulis Ordinationibus sacramentalibus. At evidens est non afficere documentum pontificium ad ipsa materialia verba, sed ad formalia, scilicet, forma debet exprimi talibus verbis, quae gratiam ab unoquoque sacramentel sive Ordinatione significatam exprimant. Quoad formam vero attinet, cum in carmine theseos nihil aliud ponatur, quam quod in genere soleat definiri nomine formae, non est necessarium ut probatio specialis tradatiir; ideoque in scholio de forma agere sufficiet.

96. Sententiae. Post documentum Pii XII, *Sacramentum Ordinis,* nulla iam discrepantia inter theologos catholicos esse potest ; unde adversarios haec thesis dogmatica non habet, prout illam nunc proponimus a quaestione historica separata.

97. Doctrina Ecclesiae. Praeter documenta in anteriori thesi allata: GreGORH IX (D 445), *Statuta Ecclesiae Antique* (D 150), *Conc.Trident.* (D 910), Leonis XIII (D 1963) et Pii XII (D 3001,3), haec alia notanda sunt:

Leo XIII in definitione nullitatis Ordinationum Anglicanorum, referens sententiam Clementis XI, quae ferebat: “loannes Clemens Gordon *ex integro et absoute* ordinetur ad omnes ordines etiam sacros et praecipue presbyteratus...”, ait: “Quae sententia, id sane considerare refert, ne a defectu quidem *traditionis instrumentorum* quidquam, momenti duxit: tunc enim praescriptum de more esset ut ordinatio *sub condicione* instauraretur”2. Quod supponit instrumentorum traditionem non haberi ut materiam Ordinis, secus non sub condicione sed absolute ordinatio repetenda esset ; sub condicione autem fieri debuisset, quia tunc temporis disputabatur de hac re, et Ecclesia semper exigit tutiorismum ubi agitur de validitate sacramentorum.

Pius XII in Constitutione *Sacramentum Ordinis:* “Quae cum ita sint, divino lumine invocato, suprema nostra Apostolica Auctoritate, et certa scientia declaramus, et, quatenus opus sit, decernimus et disponimus: Sacrorum Ordinum diaconatus, presbyteratus et episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem... Hinc consequitur ut declare-

2 *Epist. “Apostolicae curae?*:* ASS (1896-1897) 198. Subductio linearum non est nostra sed ipsius Summi Pontificis.

mus, sicut revera ad omnem controversiam auferendam... Apostolica nostra auctoritate declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad sacrorum diaconatus, presbyteratus et episcopatus Ordinum validitatem".

"De materia autem... in uniuscuiusque Ordinis collatione, eadem suprema Nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus: In Ordinatione Diaconali materia est episcopi manus impositio quae in ritu istius Ordinationis una occurrit... In Ordinatione Presbyterali materia est prima manuum impositio quae silentio fit, non autem eiusdem impositionis per manus dexterae extensionem continuatio, necJultima cui conjunguntur verba: *Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata...* Denique in Ordinatione seu Consecratione Episcopali materia est manuum impositio quae ab episcopo consecratore fit" (D 3001,4-5).

Valor theologicus. Thesis *doctrinam catholicam* sustinet.

98. 1. Probatur ex sacra Scriptura. Illa est materia Sacramenti Ordinis, quae unica in sacra Scriptura proponitur. Atqui in locis Scripturae, ubi de ordinatione sermo est, non nisi manus impositio exhibetur. Ergo manus impositio est unica materia sacramenti Ordinis.

Prob. mai. Nam Apostoli sacramenta conficiebant secundum mandatum a Christo acceptum. Ergo si illi tantum manus impositionem adhibebant ad ordinandum, -signum est hanc materiam a Christo eos didicisse.

Prob min. Ut in thesi superiori et in thesibus anterioribus saepe diximus, in Act 6,6; 14,22; 2 Tim 1,6; 1 Tim 4,14; 5,22 (quae unica sunt loca in quibus de ordinationibus agitur) semper et ut unica materia manus impositio assignatur.

2. Probatur ex traditione. Constat in thesi anteriori Sanctos Patres antiquiores nullam aliam materiam in Ordinatione agnovisse quam manus impositionem. luvat tamen aliqua addere testimonia: Ammonius Alexandrinus commentans Act 6,5 : *et orantes imposuerunt eis manus,* scribit: "Notandum quod per preces et manuum ad verbum acceden-

tium impositionem ordinatio et diaconatus dignitas diaconis ab initio data est ; et mos ille usque ad nos perseverat" 8.

S.Isidorus Hispal, saepius de ordinatione loquitur et nunquam nisi manus impositionem meminit. In libro *De ecclesiasticis officiis,* haec habet : "Quod vero per manus impositionem a praedecessoribus Dei sacerdotibus episcopi ordinantur antiqua institutio est... Sic Dominus N.I.Ch. per manus impositionem apostolis suis benedixit, sicut in Evangelio Lucae scriptum est : *Et produxit eos trans Bethaniam, et elevavit manus suas et benedixit eis...* (Lc 24,50-51). Et in Act Apost ex praecepto Spiritus Sancti, Paulo et Barnabae ab Apostolis manus imposita est in episcopatum, et sic missi sunt ad evangelizandum (Act 13,1-3)". Tum explicat ordinationem episcopi, presbyteri et diaconi per manus impositionem, ubi vero de subdiacono agit, ait: "Hi cum ordinantur, sicut sacerdotes et levitae manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum et calicem de manu episcopi et ab archidiacono scyphum aquae cum aquaemanili et manutergium accipiunt" ". Quod idem est atque invenitur expressius per particulam *quia* in Statutis Ecclesiae antiquis, in Const. Apost. et fere in omnibus Ordinibus Romanis, ut supra notavimus (n.87,3).

S.Eugenius Toletanus consulit S.Braulium, quid facere debeat cum quodam viro quem in sua dioecesi invenit "qui non acCepto presbyterii gradu, presbyterii peragit officium... Rogatus [Eugenius 1 Ep. Tolet.] a rege ut eum presbyterum ordinaret, quia iussioni principis resistere non praevaluit, hoc genus factionis [= fictionis] invenit. Duxit eum ad altarium, manum non imposuit, et, cantantibus clericis in excelso, pro benedictione maledictionem effudit. Quid inde fieri praecipit vestra prudentia, cita me iussione certifica; nam nescio aut si iste presbyter habeatur, aut si illi, qui per eum baptizati chrismate praenotati sunt, recte christicoli vocitentur" 5. Iure dubitat Eugenius de validitate ordinationis huius pseudopresbyteri. S.Braulius responsionem dat satis indirectam, et fortasse ex illa erui posset ipsum non perfectam cognitionem de essentia presbyteratus habere. At in utro-

3 *Fragirtcnta:* MG 85.1530.

* *De Eccles, offic.* 12 c 5; c 10 n.2: ML 83.782.791. Cf. *Décret.* 5: ML 84,167.200.595; *Etymolog.* 1.7 c.12: ML 82.290.

° J.MadoU, *Epistolario de S.Dra-ulio de Zaragosa,* epist 35 p.159-161; responsio S.Braulii est epist.36 p.l63s.

que Patre apparet impositionem manus esse unicum ritum cognitum pro presbyterali ordinatione 67

S.Beda: "Vendunt columbas qui acceptam Spiritus Sancti gratiam non gratis, ut praeceptum est, sed ad praemium dant qui impositionem manus, qua Spiritus Sanctus accipitur, etsi non ad quaestum pecuniae, ad vulgi tamen favorem tribuunt, qui sacros ordines non ad vitae meritum, sed ad gratiam largiuntur"

Amalarius agens de ordinatione diaconali explicat quid significet manus impositio in qua ordinatio consistit: "Per manus operam intelligimus, per digitos dona Spiritus Sancti"; et paulo ante: "Est libellus quidam apud nos de sacris ordinibus, nescio cuius auctoris [= Ordo Romanus antiquus], qui dicit solum episcopum, debere manus imponere super diaconum, 'quia non ad sacerdotium consecratur, sed ad ministerium'. Numquid scriptor libelli doctior atque sanctior apostolis, qui posuerunt plures manus super diaconos, quando consecrabantur...?" Neque alium ritum memorat quam impositionem manus, quam iterum explicat: "Per impositionem manuum opera Sancti Spiritus intelligimus". De presbyteris autem scribit: "Presbyteri deputantur in loco filiorum Aaron. Scriptum est in libro Numerorum: *Haec nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui uncti- sunt, quorum repleta est consecratio manus ut sacerdotio fungerentur.* Hunc morem tenent episcopi nostri ; manus presbyterorum ungunt de oleo". Non tamen Amalarius considerat hanc unctionem tanquam ritum essentialem ordinationis, etenim statim addit: "Manifestum est cur hoc faciunt ; ut mundae sint hostiae Deo ad offerendum, et largae ad cetera officia pietatis ; utrumque designatur per oleum, et gratia curationis, et caritas dilections". At consecratio sive ordinatio habetur per manus impositionem: "Hi—statim adiungit—praesunt levitis [= diaconis]... Ipsi enim quando *consecrantur* manus impositionem accipiunt. Quid illud significet, secundum quod nobis Dominus dedit, ministravimus" 8. Consecrationem episcopi videtur Amalarius reponere in capitis unctione, neque de manus impositione sermonem facit ; at hoc ideo accidit, quia pro illo "secundum auctoritatem Patrum, scilicet Paulum apostolum et Ambrosium archiepiscopum et Hieronymum presbyterum, consecratio ad immolandum facta est Episcopi in ordinatione presby-

6 De hac re, cf. J.Madqz, *o.c.*, p.161 n.19
7 *Homil.* 1.1,22: ML 94.116.
A *Liber officialis* [De Eccl. offic.] 1.2 c.12 n 11.9.13; c3 n.1-2; ed. Hanssens, 2,224-227.

teri"[8]; scilicet, pro Amalario presbyteratus et episcopatus non sunt duo sacramenta distincta, saltem adaequate.

Si ad saeculum XII venimus, quando certo erat iam in usu liturgico instrumentorum traditio, adhuc multi sunt auctores qui nullam de illa mentionem faciunt, vel essentiam sacramenti in manus impositione reponunt. Inter hos sunt: Honorius Augustodunensis, Guiebertus Abbas, S.Bruno, Algerius Leodicens., Herveus, Gratianus, Rupertus Tuit., S.Thomas Cantuar., Richardus Cantuar., Petrus Cantor, Hugo Rothomag.[10] Alii vero auctores eodem saeculo exponunt essentiam Ordinationis per manus impositionem, postea vero explicant instrumentorum traditionem tanquam ritum secundarium et explicativum sive symbolicum illius potestatis quam per manus impositionem acceperunt. Hoc modo procedit Hugo Vxctorinus: "Hi post invocationem Sancti Spiritus stolam super utrumque humerum accipiunt... accipiunt et calicem cum vino et patenam cum hostiis de manu episcopi, quatenus his instrumentis potestatem *se accepisse agnoscant* placabiles Deo hostias offerre" ". Antea vero saepius dixerat manus impositione dari potestatem offerendi sacrificium.

Verba Hugonis Victorini repetunt fere ad litteram Petrus Lombardus, *Auctor* quidam *anonymus,* Innocentius III, Stephanus de Balgiaco, etc., pluresque alii a cl. Van Rossum citati

Ergo ex his testimoniis suffcienter constat ritum impositionis manus fuisse adhibitum in Ecclesia et habitum tanquam sacramenti essentialem etiam quando instrumentorum traditio inducta erat.

99. 3. Probatur ex ritu ordinationis et praxi Ecclesiae. Illa esse debet materia sacramenti Ordinis, quae semper

» Id., C.14 p.233-236.

10 Honorius Augustodunensis. *Gemma animae* 1.1 c.175: ML 172.599; GuilbERTus Abbas. *Dc Pignoribus sanctorum* 12 c 3.6: ML 156,637; S.Bruno, *In 2 Tim* 1.6: ML 153,460; Algerius Leodin., *Liber dc misericordia ct iustitia* p.3.a c-23: ML 180.941; Herveus. *Comment. in 1 Tim* c.4: ML 181.1430; Gratianus. *Decretum:* ML 187 (nihil omnino dicit de instrumentorum traditione); Rupertus Tuit., *Dc divinis offic.* 1.3 c.9: ML 170.64s; S.Thomas CantuariEnsis. *Vita S.Thomac Cant.* 13 c 12: ML 190.1113 (apud Herbertum de Boseham); Richardus Cant., *Epist. ad Episcopos Angliae:* ML 207.160 (inter opera Blessi, epist.53); Petrus Cantor, *Verbum abbreviattfiit* c.60: ML 205,184; Hugo RothomagEnsis. *Dogmatum christianae fidei* 1.2 c.2-3; Rocaberti, *Bibliotheca Maxima Pontif.* 22,1347.

33 Hugo Victorin., *Dc Sacramentis* 1.2 p.3 n c.12: ML 117.351.

32 P.Lombardus, 4 *Sent,* d.24 n.9: ML 192,904; Auct. Anonymus, *SS.Ecclcs. Rit. divinorumque offic. exfllic.* ex Ms Vaticano 5046, apud Van Rossum, 158-159; Innocentius III, *De sacro altaris mysterio* 1.1 c.5: ML 217.780; Stephanus de Balgiaco, *Liber dc Sacram. Altaris* c.9: ML 172,1281; Van Rossum, *o.c.,* 158-162.

fuit in Ecclesia latinai et in Ecclesia Orientali. Atqui hoc habetur in sola manus impositione, prout apparet in libris liturgicis. Ergo manus impositio est materia essentialis sacramenti Ordinis.

Prob. mai. Si *d)* ritus aliquis apparet semper in usu ad ordinationem et quidem aliquando *solus* in usu ; et i>) non exstat ullum decretum neque documentum pontificium ex quo constet materiam mutatam esse vel aliquid essentiale esse additum ; talis ritus evidenter est ritus essentialis, ac proinde materia Ordinationis.

Prob. min. Huiusmodi ritum fuisse manus impositionem constat ex documentis liturgicis allatis in thesi anteriori ; neque necesse est ea iterum transcribere.

Quod attinet ad praxim Ecclesiae notandum est quod Leo XIII dicebat respectu ad decretum Clementis XI, supra memorati (iti quo iubebat Summus Pontifex ut ex integro et *absolute* renovaretur ordinatio presbyteralis loannis Clementis Gordon) : "Quae sententia, id sane considerare refert, ne a defectu quidem *traditionis instrumentorum* quidquam momenti duxit : tunc enim praescriptum de more esset ut ordinatio *sub condicione* instauraretur" ie. Sub condicione non repetitur illud quod certe est essentiale, sed tantum quod *probabiliter* essentiale est. Ergo signum est Leonem XIII saltem non cognovisse ullum decretum pontificium ex quo constaret mutationem factam aut additionem alicuius ritus essentialis ad materiam sacramenti Ordinis.

100. Obiectiones. 1. Plurcs auctores gravesque Theologi habuerunt traditionem instrumentorum tanquam veram et unicam materiam sacramenti Ordinis. Ergo saltem aliquando non fuit manus impositio materia sacramenti Ordinis.

Dist. mai. Et hi auctores rem pro certo tradiderunt, *iieg. antec.;* tanquam opinionem, *conc. antec.* Possemus proprie transmittere di£ficiiltatcm, quae per se non ad thesim nostram attinet, sed ad anteriorem. Nam nos in hac thesi dogmatica directe docere volumus *nunc* materiam unicam esse impositionem manus. Attamen, siquidem vere difficultatem facit, animadvertimus, generatim auctores, qui de hac re egerunt ct in sensu obicientis locuti sunt, vel non affirmando, sed opinando, vel praescindendo egerunt. Quod occurrit paecipue in auctoribus s.XII-XIV. Eo tempore incepit doctrina de materia et forma sacramentorum, neque fixa erat omnino. Ideo fluctuantes unam aliamve materiam proponebant pro singulis sacramentis, ut diximus thesi anteriori in nota 29. Posteriores vero theologi, qui affirmando asserebant materiam fuisse instrumentorum traditionem innitebantur

13 *Epist. "Apostoficae curae":* ASS 29 (1896-1897) 198. Dc hoc argumento, cf. M.Quera, *El decretd de Eugenio IV para los Armenios y cl Sacramento del Orden:* EstEcl (1925) 237-240; (1927) 166-167.

in decreto pro Armcnis, de cuius valore iam locuti sumus, ct contra quos possunt adduci verba nuper citata Leonis XÎII bene decretum huiusmodi cognoscentis.

2. Concilium Tridentinum noluit definire materiam ct formam sacramenti Ordinis. Atqui si manus impositio esset certo materia, hoc saltem aliquo modo indicassct. Ergo pro Concilio Tridentino impositio manus non erat materia sacramenti Ordinis.

Conc. mai. Trans, min. Nego cons. Nam revera Concilium Tridentinum noluit definire in quaestionibus, a catholicis disputatis, et in casu particulari, praecise eo tempore fuerat a Tapper detecta Instructio ad Armenos, quae ansam dederat discussionibus. Sed tamen Concilium Tridentinum sufficienter innuit materiam Ordinationis esse manus impositionem, nam semper atque de ritu ordinatiouis agit meminit manus impositionem, ut in c.3 de Sacramento Extremae Unctionis: "Nam ut ostenditur illic, proprios huius sacramenti ministros esse Ecclesiae presbyteros quo nomine eo loco non aetate seniores aut primores in populo intelligcndi veniunt, sed aut episcopi aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati *per impositionem manuum presbyterii*" (D 910); et in c.3 de Sacramento Ordinis, ubi ostendit sacramenfalitatem Ordinationis, evidenter allusionem facit ad materiam ubi dicit : "Cum Scripturae testimonio, apostolica traditione et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quae *verbis et signis exterioribus* [— ergo materia et forma] perficitur, gratiam conferri : dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae sacramentis. Inquit enim Apostolus: *Admoneo te. ut resuscites gratiam Dei, quae est in te, per impositionem manuum mearum...*" (D 959) et citat 2 Tini 1,6-7; 1 fim 4,14).

101. Scholion 1. *De forma Sacramenti Ordinis.* Forma Sacramenti Ordinis exprimitur in Sacra Scriptura per locutionem 'orantes" (Act 6,6; etc.). In primitivis et antiquissimis libris liturgicis, solet apponi oratio m qua invocatur gratia Spiritus Sancti. Sic v.gr. in Constitutionibus Apostolicis: "Cum presbyterum ordinas, episcope, .nanum super caput eius ipse impone... et orans dic: Domine Omnipotens... Ipse nunc quoque respice super hunc famulum tuum, qui suffragio ac iudicio totius cleri in presbyterium coaptatus est, et imple illum spiritu gratiae et consilii, ut adiuvet et gubernet populum tuum..."[14] In vetusto *Libro Ordinum* post manus impositionem sequitur haec benedictio: "Sit nobis ad Deum, fratres, communis oratio, ut hic qui in adiutorium nostrum ct utilitatem vestrae salutis eligitur, presbyterii benedictionem divini indulgentia muneris consequatur et Spiritus Sancti munificentia fecundetur, dignitatemque honoris atque virtutem ne in aliquo reprehendatur obtineat. Arnen. *Oratio ad ordinandum presbyterem.* Deus qui seniorum ordinem, qui praeessent Ecclesiae tuae in tabernaculum templi tui constituendum esse iussisti: sanctifica hunc famulum tuum *Illum,* quem presbyterii honore in ecclesia *illa* manuum nostrarum officio consecramus. Conservet disciplinam sanctae Ecclesiae cum custodia bonae vitae. Expleat acceptum officium sine crimine, et sit clarus in documentis honestissimae vitae. Doctor plebium et rector subicctorum, teneat ordinate catholicam fidem, ct cunctis annuntiet veram salutem. Semetipsum quoque mente erudiat et carnem castificet. Lectionem opere

" *Consi. Afost.* 8,16,2-5; cd.FtWK, 522.

compleat, et opus in lectione multiplicet. Sufficiat illi ad vitam fides, ad presbyterium castitas, ad humilitatem quies: ut conversans in castitate et fide, tam doctrinis sibi creditis erudiat, quam operum exempla instituat'. Arnen. Te annuente, Salvator. *Completuria.* Comple nunc, Domine, ministerii tui summam, et sacerdotem tuum ornamentis totius clarificationis instructum caelestis unguenti odore sanctifica. Arnen." Accedit traditionem manualis et quaedam "confirmatio post ordinatum presbyterem" ".

Sic plus minus immutatae appâtent formulae ordinationis, quae paulatim longiores evadunt. In primitivis Ordinibus sunt simplices, et solet distingui inter orationes *nd ordinandos presbyteros,* ct *consecrationem presbyteri.* Primae orationes sequuntur impositionem stolae, postea vero sequitur *consecratio* estque eadem *praefatio, quae in* actuali *Pontificali Romano* legifur, et respondet illi antiquissimae *completuriae.* quae apparet in Libro Ordinum et in similibus libris liturgicis gallicanis.

102. *Concilium Florentinum* in Instructione ad Armenos reponit formam Ordinationis in verbis: "Accipe potestatem offerre sacrificium in Ecclesia pro vivis et mortuis in nomine Patris et Filii et' Spiritus Sancti" (D 701). At haec formula non apparet primo nisi in *Pontificali Radbordi* manuscripto, pertinens ad s.XI-XII ; auctores antiqui illam non cognoscunt. Ceterum de valore Instructionis ad Armenos iam supra diximus (n.92).

Pius XII in Constitutione Apostolica *Sacramentum Ordinis* non solum materiam, sed etiam formam sacramenti Ordinis determinavit: "De... forma in uniuscuiusque Ordinis collatione, eadem suprema nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus ct constituimus: In Ordinatione Diaconali... forma constat verbis *Praefationis* quorum haec sunt essentialia idcoque ad valorem requisita: *Emitte in eum quaesumus, Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur.* In Ordinatione Presbyterali... forma constat verbis *Praefationis* quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *Da, quaesumus, Omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem; innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi meriti munus obtineat censuramque morum exemplo suae conversationis insinuet.* Denique in Ordinatione scu consecratione Episcopali... forma constat verbis *Praefationis quorum* haec sunt essentialia, ideoque ad valorem requisita: *Comple in sacerdote tuo ministerii tui summam et ornamentis huius glorificationis instructum caelestis unguenti rore sanctifica*" (D 3001,5).

103. Scholion 2. *De impositione unius aut duarum manuum.* Constitutio *Sacramentum Ordinis,* determinans materiam huius Sacramenti praecipit impositionem unius *manus (dexterae)* ad diaconatum et *manuum* ad presbyteratum et episcopatum. Unde quaesfio oriri potest circa necessitatem impositionis ambarum manuum in presbyteratu, ct episcopatu.

Sacra Scriptura saepius manus impositionem memorat. Possunt' distingui diversae textuum series: a) textus qui agunt dc ordinatione; b) textus qui referuntur ad confirmationem ; c) alii textus, v.gr. agentes de sanatione charismaïica.

" *t.iier Ordinum,* ed. Fïrotin, 54,55.

a) Agunt de ordinatione hi textus: Act 6,6 *orantes* [Apostoli] ἐπέθησαν αὐτοῖ τὰ χεῖρα [ordinatio diaconalis], /

Act 14,23: *lst cum constituissent* (χειροτονήσαντε) *illis/fer singulas ecclesias presbyteros...* /

2 Tim 1,6: *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei quqe est in te* διὰ τὴ ἐπιθέσεω τῶν χειρῶν μου.

1 Tim 4,14; *Noli négligera gratiam quae est in te, quae data est tibi per prophetiam* cum ἐπιθέσεω τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

1 Tim 5,22: χεῖρα ταχέω μηδενὶ ἐπιτίθει.

13,3 : *orantes et* ἐπιθέντε τὰ χεῖρα αὐτοῖ ...

2 Cor 8,19: *non solum autem, sed et ordinatus est* (χειροτονηθεὶ *ab ecclesiis comes peregrinationis meae.*

Hebr 6,2: *...baptismatum doctrina,* ἐπιθέσεω χειρῶν, *resurrectionis mortuorum;*

b) referuntur ad confirmationem hi textus:

Act 8,17-20: *Tunc* ἐπετίθεσαν τὰ χεῖρα *super illos et accipiebam Spiritum Sanctum. Cum vidisset autem Simon quia* διὰ τὴ ἐπιθέσεω τῶν χειρῶν *A bostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date et mihi... ut cuicumque* ἐπίθῶ τὰ χεῖρα ...

Act 19,6: *lit* ἐπιθέντο αὐ c jï ; τοῦ i Iαὺλ'.υ χεῖρα *venit Spiritus Sanctus super eos.*

ci De sanatione charismatica agunt:

Act 9,12.17: *lit vidit virum nomine Aηaηiaηι.,.ἐπιθέντα* αὐτῷ χεῖρα ... *Iit abiit Ananias...* et ἐπιθε' ἐπ'αὐτόν τὰ χεῖρα ...

Act 288: *Ad quem* [aegrotum] *Paulus intravit et cum orasset, et* ἐπιθεὶ τὰ χεἰ/α- *salvavit eum.*

Aci 9,41: *dans* [Petrus] *illi* [Tabithae] χεϊρα *erexit eam.*

Mc 6,5: *Iit nc'i poterat ibi virtutem ullam facere nisi paucos infirmos* ἐπιθεὶ τὰ χεῖρα: *aravit.*

Dc pueris a Domino benedictis dicitur: Mt' 19,13: *Tmnc oblati sunt ei parvuli ut* τὰ χεῖρα ἐπιθῇ... καὶ ἐπιθεὶ τὰ χεῖρα αὐτοῖ *abiit inde.* Et Mc 10,16: *et complexans eos et* τιθεὶ τὰ χεῖρα , *benedicebat eos.*

Similes textus multiplicari possent. Sed hi sufficiunt ad nostrum scopum. Nam, ut ex illis apparet, fere semper (ne dicamus semper) sermo est de impositione *manuum.* Tantum sermo est de *manu* ubi S Petrus erexit Tabitham ; in reliquis textibus agitur de impositione manuum. Bis adhibetur verbum χειροτονεῖν (Act 14,23 et 2 Cor 8.19) -'x quo deduci nihil potest. Praeterea, ter (Act 19,6; 1 Tim 5,22; Hebr 6,2) ponitur manus (χεῖρα) sine articulo; sed revera in his locis sensus est' genericus, et aequivalet formulae hispanicae *tinpoveion de manos;* in Act 19,6 non est revera clarus hic sensus gencricus, sed notandum est lectionem sine articulo non inveniri in omnibus codicibus; tandem in Act 9,12.17 invenitur indiscritninatim sine articulo (v.12) et cum illo (v.17).

Ex his quis eruere posset in Sacra Scriptura referri usum imponendi duas simul ntanus. At non videtur praecipitanda sententia. Etenim : *a)* textus generafim sunt in plurali numero, scilicet, referuntur ad impositionem manuum non unius viri, sed plurium; ac proinde plurali numero uti debent textus, etiamsi si unusquisque noti nisi'suam manum dexteram imponeret', *b)* In Act 9.12.17; 19,6 unus est qui imponit manus, sed vel indiscritninatim dicitur cum articulo

et sineïarticulo, vcl in secundo textu habetur simpliciter sine articulo, ac proirtde in forma generica, *c)* Tandem unicus textus in quo clare sermo est de impositione manuum (τῶν χειρῶν μοῦ) Pauli, esi 2 Tim 1,6: ... gratia quae est in te per impositionem *manuum mearum.*

104. Matins autem impositio non necessario debet intelligi eo modo quo nunc fit. Saepius levabant manus eo pacto quo presbyteri extensam manum dextram sustinent super ordinandos durante Praefatione. At de his dicemus postea.

In libris ritualibus graecis generatim adhibetur verbum χειροτονεῖν; vel eadem varietas apparet atque in Scriptura. In Ecclesia latina non est facile per se determinare, nam adhibetur rubrica gencrice: *impositio manus,* vel *manuum impositio.* Martène " edidit 23 Ordines, e quibus quinque pertinent ad Ecclesias Orientales (14 20 21 22 23); tres (12 16 18) non afferunt nisi ordinationem Episcopi; Qrdines 1 et 7 vix rubricas habent. Itaque, quinque his postremis relictis, sequentem conclusionem eruere poterimus: ex 5 orientalibus, Ordo 21 expresse dicit imponendas esse *ambas manus* episcopi ; Ordo 22 praescribit plures impositiones tum cum manu dextra, tum cum duabus manibus; ceteri tres Ordines. 14 20 23, loquuntur de una tantum manu imponenda, quam Ordo 20 dicit expresse esse dexteram. Restant tredecim Ordines Romani e quibus Ordo 17 meminit *ambas manus.* Ordo 19 *dexteram manum,* Ordines 2 9 15 habent hanc rubricam: "... et benedicente cum episcopo, *manus super caput eius teneat,* similiter et presbyteri qui praesentes sunt manus suas iuxta *manum* episcopi super caput illius teneant". Ordines vero reliqui, 3 5 6 8 10 11 13 ita exponunt rubricam: "Hac [letania] expleta, *manum super capita eorum ponat,* necnon et circumstantes presbyteri manus suas iuxta *manum* episcopi supra capita eorum teneant." Si conferuntur duae rubricae, apparet statim vix discrimen intercedere, cum m utraque debeant ponere presbyteri manus suas iuxta *manum* episcopi ; sed in prioribus Ordinibus, 2 9 15, antea dicitur episcopus imponere *manus.* Unde concludendum est : ex *decem et octo* Ordinibus, qui rubricas habent. 5 (2 9 15 17 21) exigunt duas manus (etsi non expresse nisi duo Ordines, 17 21), quamvis postea dicant presbyteros suas manus ponere iuxta *manum* episcopi ; reliqui omnes, scilicet, 3 4 5 6 8 10 11 13 14 19 20 21 unius *manus* impositionem agnoscunt ; unus Ordo, 22, et unam et ambas manus praecipit imponendas. Maior itaque pars una tantum manus imponartir iuhem.

Possent etiam considi textus SS.Patrum et Conciliorum, et inveniremus eandem proportionem, quando expresse de ritu ordinationis agunt; si enim gcnerice de manus impositione loquuntur, nihil deducere poterimus. Maioris momenti sunt illae citationes in quibus praecipitur determinate manus dexterae impositio, ut habetur in Pseudo-Dionysio: "Pontifex quidem, qui ad pontificiam consecrationem est evectus, utroque gerui flexo ante altare, supra caput habet' scripturas a Deo traditas, *manumque pontificis,* atque hoc modo a pontifice, qui ipsum consecrat, sanctissimis adprecationibus consecratur. Sacerdos vero utroque poplite ante altare flexo *in capite habet dexteram pontificis,* et hoc modo ab ilio pontifice qui illum consecrat sanctis invocationibus consecratur. Porro diaconus unum genu flectens ante

w Martène. *Dc antiquis Eclcsiac ritibus 2* c.8 a.11 p.34-119.

divinum altare super caput habet dexteram pontificis ipsuiy consecrantis et ab eo consecratur invocationibus ad ministrorum consecrationem accommodatis" /

105. Scholion 3. *De tactu physico in impositione manuum.* Constitutio Apostolica Sacramentum Ordinis, etiam hanc/ quaestionem attingit: "Ne vero dubifandi praebeatur occasio, praeçipimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput ordinandi physice tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat..." (D 3001.6).

Haec autem Pii XII dispositio fundamento non caret historico. Ut vidimus in schol.2 sacra Scriptura impositionem manus eodem modo enuntiat quando agitur Jc Ordinatione, confirmatione atque de aliis usibus, ut benedictionibus, curationibus charismaticis, etc. In huiusmodi casibus constat ex praxi antiquorum, diversis monumentis graphicis ct descriptionibus conservata, impositionem manus non semper fuisse per contactum physicum super caput alicuius. Imponere manus dicebatur saepe de manuum vel manus dexterae *extensione* ad iusiurandum faciendum vel votum emittendum ad aliquam electionem. Illae manuum impositiones de quibus sermo est in Constitutionibus Apostolorum, Didascalia, Testamento D.N.I.Ch., etc., et pluribus aliis documentis, ad electionem Episcopi vel etiam presbyteri. debent intelligi de extensione manuum qua approbabant fideles, vel sacerdotes, designationem alicuius ad munus determinatum consecrandi. Saepius etiam ipsa manus impositio ad ipsam consecrationem seu Ordinationem fiebat per huiusmodi extensionem. Hinc generale in usu fuit tanquam synonima habere verba graeca χειροθισία et χ ι,.οτονία, quae tamen per se impositionem et extensionem manus significant. Paulatim vero discrimen etiam in technicismo ecclesiastico invaluit, sed non ante s.VIII ; non enirq.nisi post Concilium Nicaenum II (a.787) definitive apud graecoe vox χ ιροθισία dicifur de ordinibus minoribus, ad maiores autem reservatur vox χειροτονία " In Catacumbis S.Hermetis depincta habetur quaedam sacerdotalis ordinatio, ubi episcopus et adstantes presbyteri cum manibus extensis repraesentantur ". Iure, igitur, Summus Pontifex non exigit', ad Ordinationis valorem, manuum impositionem per verum contactum physicum

17 *De Eccles. Hierarch,* c.5,7: MG 3.510.

18 Cf. P.MjîBstEr in recensione ad opus *Techinu chirotensii i chirotouii:* RcvBen 24 (1907) 55-553.

»» Tn DB 3.849.

20 De tota hac materia, cf. P.Galtier, *Imposition des mains:* DTC 7,1302-1425, praesertim 1408-1425.

CAPUT III

De ministro et subiecto Sacramenti Ordinis

ARTICULUS I

De ministro Ordinis

Thesis 8. Minister ordinarius Sacramenti Ordinis est solus episcopus; presbyter vero, ex induito apostolico, potest esse minister dumtaxat ordinum non sacramentalium.

S.Th., *Suppi.* q.38 a.1 ad 3; Pssch, 336-339; OTTKN, n.376-383; PuIO DE la B. ».1050-1062; Lercher-UmdErg, n.725-731; Lennerz, n.236-241; Gasparri, 2 n.774; Michel, *Ordre:* DTC 11,1385s.

106. Nexus. Hierarchia ecclesiastica et potestas ex officio ad sacramenta valide conficienda, transmittitur in Ecclesia per Sacramentum Ordinis. Sunt enim Sacerdotes dispensatores mysteriorum Dei. Sacramentum autem nullum erit si minister idoneus non sit, praeditus, scilicet, potestate ad illud sacramentum conficiendum. Inde iam patet momentum huius quaestionis pro tota vita Christiana cuius centrum est Eucharisticum Sacrificium, et cuius nutrimentum est gratia quàe primo per sacramenta confertur, et cuius augmentum primam gratiam sacramentalem supponit.

107. Notiones. Minister Sacramenti Ordinis ille est qui potestatem habet valide conficiendi ritum Ordinationis. Non agitur de liceitate sed de validitate. Ordines autem sunt sacramentales et non-sacramentales prout sacramento conficiantur, necne. Sacramentales sunt: episcopatus, presbyteratus, diaconatus; ceteri Ordines sunt non-sacramentales.

Minister ordinarius ille est qui ratione Ordinis suscepti potest valide ordinem conferre; extraordinarius autem, ille qui ad validitatem indiget induito apostolico. Itaque episcopus est minister ordinarius Confirmationis sacrae, quia ratione potestatis episcopalis potest valide ubique confirmare (quamvis illicite id ageret extra suam iurisdictionem sine licentia loci Ordinarii); presbyter autem non potest valide confirmare nisi Apostolica Sedes, sive per Ius commune, sive per indultum particulare, id illi permiserit, quamvis ad hoc

non requiratur specialis quaedam ordinatio ; quia pote/tatem quasi radicalem habet iam ex presbyterali ordinatione:

Ad consecrationem episcopalem requiruntur in/Ecclesia Latina tres episcopi, sed haec praescriptio respicit/solummodo ad liceitatem, minime vero ad validitatem T. /

108. Sententiae. Contra primam partem vix sunt adversarii inter catholicos. Aliquo tamen sensu thesim negavit Wicleff cum dixit: "Confirmatio iuvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reservatur Papae et Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis et honoris" (D 608).

Contra alteram partem theseos, in quantum dicit presbyterum posse esse ministrum extraordinarium Ordinum non sacramentalium, non sunt adversarii ; in quantum) vero additur *dumtaxat,* ac proinde excluditur possibilitas delegationis Apostolicae ad Ordines Sacramentales conferendos (saltem presbyteratus et diaconatus) adversantur Morinus, Many (sed hic tantum quoad diaconatum *), Lepicier, Lennerz, Baisi, Ver-MEER, Boularad, Journet, aliique nonnulli, qui admittunt facta aliqua huius delegationis3. Imo vero, ultimo hoc quinquennio quaedam tendentia manifestatur in favorem novae opinionis 3 a.

109. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Florentinum* (Inst. ad Armenos): "Sextum sacramentum est Ordinis... Ordinarius minister huius sacramenti est episcopus" (D 702).

Professio fidei JValdensibus praescr. : "Unde firmiter credimus et confitemur quod quantumcumque quilibet honestus, religiosus, sanctus et prudens sit, non potest nec debet Eucharistiam consecrare nec altaris sacrificium conficere, nisi sit presbyter a visibili et tangibili episcopo regulariter ordinatus. Ad quod officium tria sunt, ut credimus, necessaria: scilicet

1 Pius XII, *Const. Apost. "Episcopalis consecrationis"* 30 nov. 1944: AAS 37 (1945) 133S.

a S.Many, *De sacra Ordinatione,* quoad presbyteratum dicit: "ableganda est haec opinio [presbyterum posse alium presbyterum ordinare! inter fabulas" (p.149).

1 LennErz, *o.c.,* n.236-241 ; C.Baisi, *Ii ministro straordinaric deqli Ordini sacramcntali* (Roma 1935); P.Vermker: Bijdragen 13 (1953) 262-275; E.Bou-LARAND, *La consécration épiscopale est-elle sacramentelle?:* BullLitEccl 54 (1953) 3-36; Cn.JouRNET, *Vues récentes sur le sacrement dc FOrdre:* RevThom 53 (1953) 81-108

3B De hac re actum est in *XV Semana. Espanola dc Teoiogta.* In volumine mox edito invenietur bibliographia satis abundans, praesertim in elucubrationibus: F.Solâ, *Hasta qué punto puede dependor de la potestad de jurisdicciôn cl valor dc los sacramcntos;* et D.FernXndez. */Qué suponc ya en el simple presbitero y qué lex aiiade cl Romana Pontifice para capacitarlo para administror el sacramento de la confirmaciôn? /Cabe discurrir igitalmente acerca del sacramento del ordenf*

certa persona, id est, presbyter ab episcopo, ut praediximus, ad illud proprie officium constitutus..." (D 424).

Conàilium Tridentinum: "S. q. d. episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam quam habent, illis esse cum presbyteris communem... A.S." (D 967).

Etiam praescribunt Episcopum ad ordinationem : *Conc. Nicaenum I,* cn.4 et *Conç.Antioch.* (a.341), *Sardicense* (a.347). *Carthag. II (á.NTT)* et *Nicaenum II**.

110. Valor theologicus. 1. Episcopatum non posse nisi ab episcopo conferri est *sententia certa el communis.*

2. Episcopos esse ministros *ordinarios* Sacramenti Ordinis est *de fide implicite definita* in Tridentino (D 967) quamvis non adhibeat verbum *ordinarios.*

3. Simplicem sacerdotem esse ministrum extraordinarium ordinum non-sacramentalium est *sententia certa et communis.*

4. Simplicem sacerdotem non esse ministrum *ordinarium* ordinum sacramentalium, videtur *de fide* ex Tridentino (D 967).

5. Simplicem sacerdotem non posse esse ministrum *extraordinarium presbyteratus,* est *sententia multo probabilior* (aliqui dicunt saltem probabilissimam, certam et communem) 5.

6. Simplicem sacerdotem non posse esse ministrum extraordinarium diaconatus est *sententia probabilis.*

111. 1." pars. *Ordinarius minister Ordinis est solus episcopus.*

1. Probatur ex sacra Scriptura. Ubicumque in N.T. Ordinationes narrantur, omnes ab episcopis factae dicuntur, nunquam vero a simplicibus presbyteris e.

2. Probatur ex traditione. Patres et theologi cum discrimen inter episcopum et presbyterum assignant, illud in potestate Ordinis reponunt. Atqui hoc modo procedendi os-

Concilium Nicaenum I (a.325) cn.4: Msi 2,660; *Concilium Antioch,* cn.13: Msi 2,1314; *Concilium Sardie,* cn.19: Msi 3,20; *Concilium Carthag. II* cn,12r Msi 3,872; *Concilium Nicaenum 11* cn.14: Msi 13,755.

6 F M.Cappel i.o ait: "Haec altera sententia longe communior est, eaque attenta praesertim traditione ac disciplina ecclesiastica, ut *probabilior* habenda; at etiam alia sententia intrinsece probabilis videtur" *(Tractatus canonico-moralis de Sacramentis* 11947] 4 p.194 n.299). Pesch dicit: haec sententia (contraria nostrae thesi] *admittenda non est* (n.669); idem repetit UmbErg (n.945); Puig de i.a B.: *saltem probabilior* (n.1053); S.Many respectu ad presbyteratum sententiam affirmativam ablegat inter fabulas (p.149).

* Hoc etiam apparet in documentis ecclesiasticis; cf. v.gr. D 150s in *Statutis Ecclesiae antiquis,* in *Const. Apostolorum,* etc.

tendunt simplices sacerdotes nullo modo posse esse ministros Ordinum sacramentalium. Ergo tantum episcopus est minister ordinarius Ordinum Sacramentalium.

Maior est clara nec probatione indiget; sufficiat testimonium S.Athanasii, S.Epiphanii, S.Hierony^ii, *Constitutionum Apost.,* etc. (R 753 1108 1357 1234 1236 1237).

Min. probatur. Nam si presbyteri possent esse ministri (saltem extraordinarii) sacramenti Ordinis, falso dicerent Patres et Theologi, *sola potestate* Ordinandi superiores esse episcopos presbyteris, cum hoc etiam de confirmatione valeret. Quod autem Concilium Tridentinum (D 967) dicat: “S.q.d. episcopos non habere potestatem *confirmandi et ordinandi,* vel eam quam habent illis esse cum presbyteris communem : A.S.” hoc non valet contra nostram probationem ; quia de confirmatione expresse Tridentinum docuit episcopos esse ministros *ordinarios,* concedens, proinde presbyteros posse esse ministros extraordinarios. Hoc autem nunquam dixit de Ordinatione. Imo vero, neque in hac re secuta est Synodus instructionem ad Armenos, in quai episcopus minister ordinarius sacramenti Ordinis dicitur.

Praeterea CIC ait : “Sacrae Ordinationis minister ordinarius est episcopus consecratus ; extraordinarius, qui licet charactere episcopali careat a iure vel a Sede Apostolica per peculiare indultum, potestatem acceperit aliquos Ordines conferendi” (cn.951). Ubi sufficienter ostenditur non omnes, sed *aliquos* tantum posse simplicem sacerdotem Ordines ex induito Apostolico conferre[1].

3. Etiam argui potest *ex non usu.* Revera si talis potestas exsisteret, sine dubio *saepe* Ecclesia in circumstantiis difficillimis tempore persecutionis, in locis missionum et dissitis, id concessisset simplicibus sacerdotibus. Atqui non constat de hac facultate concessa. Ergo, signum est Ecclesiam supponere huiusmodi indultum concedi non posse.

Quod, eo vel magis valet, quod facultas conferendi Ordines minores conceditur Praefecto apostolico, Abbatibus, cardinalibus non episcopis ; et administratio confirmationis etiam parochis concessa est in casu necessitatis. Iam vero, tum Ordines minores, tum confirmatio non sunt tam necessarii sicut Ordinatio presbyteralis in illis circumstantiis specialibus.

[1] Ita interpretantur canonistae magnae notae (cf. Wernz-Vidai.. 4.1 p 230s. praesertim p.234; F.M.Cappki.lo. *Tra. latus canonico-inoralis de Sacrament's* [1947] 4 p.188 n.287: “Huiusmodi potestas, in praesenti disciplina Ecclesiae, latinac, respicit tantum primam tonsuran ct ordines minores”).

112. *Probatur 2.a pars. Minister extraordinarius Ordinum non sacramentalium potest esse simplex sacerdos.* Constat ex perpetua praxi Ecclesiae Latinae. Saepe enim Summi Pontifices hanc facultatem concesserunt Abbatibus, Praefectis apostolicis, etc. Ex iure communi hac fruuntur facultate cardinales non episcopi, etc. Haec praxis iam erat antiqua; nam *Concil. Nicaenum* (cn.14) concedebat Abbatibus ut possenit lectoratum suis monachis conferre; aliaque plura adduci possent documenta [8].

Quoad *subdiaconatum,* habetur saltem documentum Gilasii ad episcopos Lucaniae quibus ait: "Nec sibi meminerit [presbyter] ulla ratione concedi sine Summo Pontifice sub-'diaconum aut acolythum; ius habere faciendi" [9]. S.Pius V et Clemens VIII etiam concesserunt quibusdam Abbatibus cisterciensibus facultatem Ordinandi subdiaconos subditos suos [10] [11]

113. Ratio theologica etiam evincit hanc facultatem posse concedi; etenim cum Oadines non-sacramentales sint de institutione ecclesiastica, congruum est Summum Pontificem simplici presbytero posse concedere collationem Ordinum ab Ecclesia institutorum.

114. Obiectiones. 1. Exstat Bulla Innocentii VIII, dic 9 Apr. 1489, qua conceditur Abbati maiori Ordinis Cistcrcicnsis aliisque quatuor Abbatibus, conferre suis subditis diaconatum ct subdiaconatum Ergo constat saltem de hac concessione.

Admittimus authentiam Bullae, sed negatur inde erui quod obiciens intendit. Nam, praeter alias explicationes, quae huius documenti et concessionis datae sunt", notetur: *a*\ placet quod ad rem habet P.PuiG de la B.: "Haec Bulla conceditur *ad instantiam:* 'Sicut exhibita nuper pro parte tua petitio continebat... Tuis in hac parte supplicationibus inclinati'. Iam vero haec petitio, quae in prima parte Bullae describitur, *non loquitur de diaconatu et subdiaconatu, sed tantum* (praeter usum pontificalium et aliorum) *postulat facultatem ad conferendos omnes ordines minores;* et tamen in altera parte Bullae, ubi, agitur dc his quae Summus Pontifex concedit, *ne verbum quidem est de Ordinibus minoribus, sed tantum* (praeter alia quae indicavimus) de *subdiaconatu, et diaconatu,* atque ita quidem ut si vocibus "subdiaconatus et diaconatus' substituerentur hae aliae "omnes ordines minores" cohaererent omnino concessio et petitio. Quibus si addimus certo fuisse illo tempore eodemque anno 1489 quo data est Bulla, coalitionem officialium quorumdam Curiae Romanae, qui data opera incumbebant in Bullas falsas conficiendas, ut refert

8 Ottes, *o.c.,* 387.
9 *Epist.* 9 c.S: ML 59,50.
10 Wirceburgknses. n.147; Pssch, n.668; qui aliqua exempla afferunt.
11 Textus integer huius Bullae invenitur in *Andlccta Ecclesiastica* (1901) 331s.
Multa de hac re scripta sunt. Summam vide in WBRNZ-ViPAt., 4,1,232-235; ÇArrBt.i.0, *o.c.,* 195-205; Pute de la B., n.1058.

Pastor", facile adducemur ut credamus inferpollatum esse 'subdiaconatus et diaconatus' loco 'omnes ordines minoresl".

b) Praeterea, quod attinet ad subdiaconatum difficultatem non affert, quia admittimus posse concedi hanc facultatem a Summo Pontifice.

c) Respectu ad *diaconatum;* quamvis diximus sententiam vere probabilem esse hanc facultatem concedi non posse, attamen etiam probabile est contrarium ; et quidem sunt rationes quibus sustineri posset sententia adversariorum. Nam si attendimus rationes quas SS.Patres dant ad ostendendum solos episcopos esse ministros Sacramenti Ordinis, videntur referri primario et per se ad sacerdotium ; diaconatus autem non est nisi praeparatio ad sacerdotium et ad ministerium ipsius. Ideo, quamvis in sententiam in thesi propositam multo magis inclinemur, nihilominus quantum ad diaconatum attinet, non tanta contentione illam defenderemus, sicut pro presbyteratu.

115. 2. Bonifacius IX concessit Abbati canonicorum Regularium Monasterii Sanctae Ossythae (in dioecesi Londinensi) ut monachis sui Monasterii conferre posset Ordines etiam presbyteratus. Ergo.

Admittimus etiam authentiam huius Bullae anno 1400 concessae, sed iterum reicimus interpretationem obicientis. Textus bullae concedit ut citati Abbates "omnes minores, necnon subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines statutis a iure temporibus conferre libere et licite valeant" ". Si interpretandus esset textus prout obiciens vult, non intelligitur cur episcopus londinensis questus fuisset quod eius iurisdictio laesa fuerit. Bene autem intelligitur si quaestio est non de concessione Ordinandi per proprios Abbates, sed per quemlibet episcopum sine licentia sive consensu episcopi londinensis. Et ita melius ct conformius sensus Bullae interpretatur, scilicet, propter quasdam lites (quae certe interfuerunt inter abbates Monasterii et episcopum londinensem) Abbas postulavit a Summo Pontifice facultatem "libere et licite conferendi ordines etiam maiores" quin deberet recurrere ad suum episcopum ordinarium loci, id est, expostulavit exemptionem. Quod illi concessum est. Nec obstat locutio "libere et licite *conferre* ordines", quia valet etiam si ordines conferrentur *per se ipsum* tum *per alios,* quod designari debet ex subiecta materia. Idque confirmatur ex eo quod episcopus londinensis, questus de laesione iurisdictionis, obtinuit ut privilegium revocaretur[°].

Nec praetereundum est, quod auctores graves animadvertunt " infallibilitatem summi Pontificis non laedi si in uno casu particulari concessionem non validam concederet innixus in opinione alicuius vel plurium theologorum.

3. Tertia adhuc restat Bulla Martini V ad abbatem et conventum Monasterii Cellae Sanctae Mariae, Cistercicnsis Ordinis, Misnensis

" *Historia de los Papas* (Barcelona) 8,355s.

M Puig de la B . *o.c.,* n.1058.

15 Textum integrum cum photocopia edidit Puig de la B.: EstEcl (1925) 16-19.

ie Puig de la B.: EstEcl (1925) 115s: Gilmann, *Zur Lehre der Scholastiker vom Spender der Firmung und des Wcihesakrantentes* (1920) 137: RevTh (1926) 263s.

n Pesch, *o. c.,* n.668; LerchEr-Umberg, ita ad difficultatem respondet: "Dist. min. Id valet de iis quae Summi Pontifices saepe faciunt, conc.; secus nego, et hoc praecise obtinet in re nostra", n.728.

dioeceseos ; in qua iferum conceditur facultas ad omnes Ordines etiam maiores. Ergo.

Etiam pro hoc tertio casu admittimus Bullae authenticitatem, et obicientis interpretationem prorsus reicimus. Bulla data est 16 Nov. 1427 et concessio iVa exprimitur: "Nos volentes vos et monasterium ipsum praerogativa gratiae prosequi et honoris, tibi fili abbas, quoties hoc hinc ad quinquennium opportunum fuerit... Singulis monachis eiusdem monasterii ac personis tibi abbati subiectis omnes etiam sacros ordines conferendi, dioecesani loci licentia super hoc minime requisita... auctoritate apostolica... licentia concedimus et etiam facultatem" '8. Textus est omnino similis anteriori, ubi locutio "ordines conferre" vera est tum si fit per abbatem tum per alium episcopum ab ipso expostulatum "dioecesani loci licentia minime requisita". Privilegium, igitur, consistit in exemptione ab Ordinario loci ; quod ipsa locutio supra memorata "dioecesani loci licentia minime requisita" maxime suadet et historia Monasterii confirmat.

4. *Insto.* Diaconatus est Sacramentum. Atqui presbyter potest esse minister extraordinarius diaconatus. Ergo potest esse minister extraordinarius Sacramenti Ordinis. Ergo etiam presbyteratus.

Resp. *Conc. mai. et min. et nego conqm.* Nam: 1.° Retorqueo argumentum : Quilibet fidelis potest conferre baptismum. Atque baptismus est sacramentum. Ergo quilibet fidelis potest conferre quodlibct Sacramentum. Itaque.

2.* Potest distingui *maior:* Diaconatus est Sacramentum, id est, est totum Sacramentum Ordinis, *nego mai.;* est participatio quaedam Sacramenti Ordinis, *conc. mai.*—Sacramentum Ordinis, ut supra n.18 dictum est, consistit in "foto potestativo cuius haec est natura, quod totum, secundum quandam rationem, est in uno, in aliis autem est aliqua participatio eius". Iam, haec participatio, alia est in Diaconatu, alia in Presbyteratu. Nam Diaconus nullam potestatem recipit quae ad valorem sacramentorum afficiat ; in presbyteratu autem datur potestas transsubstantiandi panem et vinum in corpus ct sanguinem Christi, remittendi peccata, conferendi alia Sacramenta, etc. Nihil, igitur, mirum quod presbyter possit (probabiliter) conferre Diaconatum, non vero Presbyteratum.

Ex alia ratione, si Summus Pontifex, innixus in sententia probabili concederet presbytero potestafem ordinandi Diaconum (idque obiective non valeret), ad nullum periculum exponeret Sacramentorum valorem, nam diaconatus non requiritur ad valorem alicuius Sacramenti. Id certe eveniret si presbyter, ex induito Apostolico obiective invalido, attentaret ordinare presbyterum, qui, utpote obiective non ordinatus, neque consecraret Eucharistiam, neque absolveret, neque alia huiusmodi Sacramenta conficeret. Ergo non apparet conveniens ratio propter quam ex possibilitate pro diaconatu eruatur possibilitas pro presbyteratu '8".

5. Chorepiscopi *' erant simplices presbyteri, et nihilominus or-

18 Bulla Martini V edita est a Kami, August Fink in Zeitschrift der Srvigny für Rechtgeschichtc. Kanon Abteilung (1943) 506-508.

«a pe his fusius egimus in *XI7 Scmana Espanola de Teologia:* F.SoiX *Hasta qué punto puede depeiidcr dc la potestad dc jurisdicciôn cl valor de los Sacramentos.*

w Chorepiscopi vocabantur qui presbyteris in oppidis praeerant et episcopi civitatis vices gerebant. Huiusmodi munus dumtaxat apud lacohitas exstat (D'Herbigny, *Dc Ecclesia3 2* n.369. S.Isidorus Hispalensis, *Dc Eccles, offie.* 1.2 c.6: ML 83,786.

dinarc pot'erant presbyteros. Ergo presbyter potest esse minister Ordinum sacramentalium.

Nego mai. donec probetur, saltem ante *Concilium Laodicense* (343-381). Utique Morinus id affirmat ex eo quod in cn.10 Conc. Antiochaeni dicatur: "Chorepiscopum vero, civitatis episcopus ordinet"; unde ipse infert chorepiscopos non posse esse episcopos, quia secus non ab uno sed a tribus episcopis esset ordinandus. Sed utrumque in argumentatione fallit; nam 1) non est necessarium ad validitatem ut tres sint episcopi consecrantes alium episcopum ”; et 2) etiam Conc.Antioch. in plurali numero loquitur et expresse ait illos esse episcopos. Dicit, enim: "Quamvis manus impositionem *episcoporum* perceperint, et ut *episcopi consecrati sint..."* " Locutio illa: "Episcopus civitatis ordinet chorepiscopum" significat pertinere ad Episcopum civitatis sive urbanum ordinare episcopos sibi in pagis subditis, ad modum quo presbyteri debent ordinari ab episcopo proprio. *Conc.Laodicense* ait: "Quod non oportet in villulis vel in agris episcopos constitui sed visitatores. Verum iam pridem constituti nihil faciant praeter conscientiam episcopi civitatis. Similiter et presbyteri praeter consilium episcopi nihil agant" (Kch 525); et in *Concilio Sardicensi* propositum est: "Licentia vero danda non est ordinandi episcopum aut in vico aliquo aut in modica civitate, cui sufficit unus presbyter, quia non est necesse ibi episcopum fieri,, ne vilescat nomen episcopi et auctoritas. Non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum, nisi aut in his civitatibus, quae episcopum habuerunt, aut si qua talis aut tam populosa est civitas, quae mereatur habere episcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet" (Kch 503). Ex his duobus conciliis clare patet chorepiscopos vere fuisse episcopos. Iam vero nullo modo probant adversarii non fuisse episcopos illos chorepiscopos qui ordinabant presbyteros. Et hoc praecise probare deberent.

116. Scholion 1. *Quot episcopi requirantur ad consecrationem episcopalem. Conc.Nicaenum I,* cn.4, statuebat: "Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in id ipsum convenientibus, et absentibus quoque pari modo decernentibus, et per scripta consentientibus, nunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quae geruntur, per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo" (Kch 404). Hanc legem urgebant diversa Concilia s.IV, ut *Antiochenum* (a.341), *Sardicense* (a.347), *Cartilagineuse II* (a.397)", necnon *Statuta Ecclesiae antiqua* (D 150). Sed iam sacculo anteriori *S.Cyprianus* ad traditionem apostolicam appellans dicebat: "Propter quod diligenter de traditione-divina et apostolica observatione servandum est et tenendum, quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, uf ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciae proximi quique conveniant, et episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit et uniuscuiusque actum de eius conversatione perspexit" (R 588).

" Ut iam definitive decrevit Pius XII. *Const. Apost. "Episcopalis consecration's"* 30 nov. 1944: AAS 37 (1945) 133.
s' Kch 499.
– *Concit. Antioch,* cn.19: Msi 2,1315; *Concit. Sardie,* cn.5: Msi 3,24: *Concit. Carihag. II* cn.12: Msi 3,872.

Et haec eadem eràt sine dubio praxis Romana; nam Hippolytus in *Traditione Apostolica,* quamvis non determinat episcoporum numerum, supponit adesse plures: "Episcopus ordinetur electus ab omni populo ; quique cum nominatus fuerit et placuerit omnibus, conveniet populum una cum presbyterio et his, qui praesentes fuerint episcopi, die dominica... Ex quibus unus de praesentibus episcopis ab omnibus rogatus imponens manum ei, qui ordinatur episcopus, oret ita dicens...” ”

Ex his quaestio oborta erat an ad validitatem requireretur praesentia plurium episcoporum ad consecrandum episcopum, an tantum ad liceitatem. Tres praecipue dabantur sententiae: 1) Adeo ad validitatem necessaria est praesentia trium saltem episcoporum ad consecrationem episcopalem, ut ne Summus quidem Pontifex dispensare ab hac lege valeat. Ita Morinos, Conet, Tournei.y (qui tamen duos tantum saltem requirebat episcopos) 2) Potest Summus Pontifex dispensare, secus consecratio erit invalida. Hanc opinionem secuti sunt Caietanus, S.Beu.armino, Arriaga, Vazquez®. 3) Tertia sententia indicat unum esse episcopum *consecrantem* et duos alios *assistentes,* ac proinde ad validitatem unum sufficere episcopum. Hanc sententiam, quam iam plures auctores, inter quos Benedictus XIV ”, defendebant, nunc *unica vera est.* Id expresse statuitur in CIC 954: “Episcopus consecrator debet alios duos Episcopos adhibere, qui sibi in consecratione *assistant,* nisi hac super re a Sede Apostolica dispensatum fuerit.” Et recenter Pius XII definitive decrevit unum suffiepre episcopum consecrantem, quamvis exigit ut alii duo assistant et recitent etiam preces consecratorias (non tamen ad validitatem) ; et non sunt mere assistentes, sed vere etiam consecrantes ”.

Nec res est nova. Etenim multa exstabant facta historica quibus constabat aliquando in diversis adiunctis difficillimis unum tantum fuisse episcopum consecratorem ; ut de ecclesia celthica narraturæ ; et Summi Pontifices saepe dispensarunt de hac disciplina, ut Gregorius M. dispensavit S.Augustinum Anglorum apostolum (R 2300). In Ecclesia Latina consecratio episcopalis reservata est Summo Pontifici, qui episcopos consecrantes designare solet.

117. Scholion 2. *T)e Ordinationibus factis ab episcopis simoniacis.* De validitate ordinationum ab episcopis haereticis, schismaticis, simoniacis, dubitari non deberet, cum sciamus ex tractatu generali de Sacramentis, sacramentorum efficaciam non pendere a fide neque a sanctitate ministri. Attamen dubitationes speciales fuerunt respectu ad ordinationes ab episcopis simoniacis confectas.

Doctrina Ecclesiae simper clara fuit, quamvis aliquando obnubilata. In lucta contra *Donatistas* fundamenta doctrinae funditus iecit S.AUGUSTINUS comparans et omnino aequiparans Ordinem cum Baptismo: “Utrumque enim sacramentum est et quadam consecra-

23 Ed. Hauler, *Fragmenta Veronensia* 103; cf. *Const Eccl. Aegyp.* 1(31); cd. Funk, 2.98; *Epitome Const. Apost.* 6(16); ed. Funk. 2.7n-80: *Const. Apost* 8.4.2s; ed. Funk. 473; *Canones Hippolyti* cn.2; ed.AcnEi.Lis: TU 64 p 39. ; *Testamentum D N.I.Ch.* 1.20; ed. Rahmani, p 69.

54 Morinus. *De Sacris Ordination* p.2." exerc.4 c 2; Gonet. *De Ordine* d.4 a.3; Tournei.y, *Dc Ordine* q.6 a 1, *Dc ministro Ordin'.A Episcopalis*

35 Caietanus. *Opusculum de potestate Papae;* S.Bellarmino, *De Concili s et Eccl.* 1.4 c 8; Arriaga. *De Ordine* d 57; VÂzQuriz. d.243 c.6 n.63.

'I* Benedictus XIV, *De Synodo* 13,13.4-5.

77 *Const. Apost. “Episcopalis consecrationis”:* AAS 37 (1945) 133.

28 Cf. *Celtiques (Liturgies):* DACL 2,3023-3024; Gasparri, *o.c.,* 2,1087.

tionc utnimque homini datur: illud cum baptizatur, isrtid cum ordinatur; ideoque in Catholica utrumque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam praepositi, pro bono pacis, correpto schismatis errore, suscepti sunt, et si visum est opus esse ut eadem officia gererent quae gerebant, non sunt rursum ordinati, sed s'cut baptismum iis, ita ordinatio mansit integra, qtria in praecisione fuerat vitium, quod unitatis pace correctum est', non in sacramentis, quae ubicumque sunt, ipsa sunt" (R 1617). Influxus Augustini efficax permansit usque ad s.VIII. At a s.IX et X "diversa praeiudicia, ignorantia theologica, passiones politicae aut religiosae, obnubilarunt doctrinam quam maximum Augustini ingenium luce, meridiana clariorem reddiderat"". Non semel eo fempore diversi episcopi nullas indicarunt ordinationes ab aliis episcopis sibi adversis factas. Imo. Stephaniis II, expulso usurpatore Sanctae Sedis Constantino, in Concilio coacto, iussit reordinari omnes illos, qui a Constantino fuerant in sacris Ordinibus constituti. Photius, sedem Constantinopolitanam vi arripuit' et sex diebus omnes, etiam episcopatus. Ordines suscepit; depositus fuit a Nicolao I, et Conc.Constantinop. IV declaravit Photium "nunquam episcopum fuisse, neque ulla ratione esse, nec ab illo creatos, in eo sacerdotii gradu, in quo ali eo promoti erant, manere debere". Nimis comperta sunt quae luctuosissime cum Papa Formoso et ab eo ordinatis acciderunt r.

118. Tum s.X magna exarsit discussio circa valorem ordinationum ab episcopis *simoniacis. Ex* una parte S.Petrus Damianos veram doctrinam sustinebat, ct cum eo Cardinalis Atto Mediolanensis. Anselmus Lucensis; ex adversa Cardinalis Humbertus cum Cardinali Deusdedit et Bernoldo" negabant valorem illarum ordinationum. Summi Pontifices in tam obscura controversia, rectam doctrinam semper sustinentes, in praxi saepius, ut' tutiorismum sequerentur in re sacramentaria, reordinationes decreverunt. Ita Lf.o IX: "Id etiam nos non praeterit, quod nostrae memoriae nonus Leo Papa plcrosque simoniacos et male promotos tanquam noviter ordinavit" ®. In *Cancilio Gerundensi,* sub Amato, Gregorii VIT legato, decrelïiin est: "Item statuerunt ut si quae ecclesiae per pecuniam essent consecratae, vel a simoniaco, a legitimo canonice consecrentur episcopo; si qui etiam clerici, pecuniam praebendo, vel a simoniaco, sunt ordinati, eodem modo a catholico ordinentur episcopo. Non enim in his fit reiteratio, sed ipsa consecratio, quoniam nihil praecesserat, quod ratum haberi queat." Postea Urbanus II: "...Qui vero scienter se a simoniacis consecrari, imo exeerari, permiserit', eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus" ".

Sacculo XII adhuc controversia agitabatur ita ut Petrus Lombardus quaestionem tractandam inciperet his verbis: "Solet etiam quaeri, si haeretici ab Ecclesia praecisi et damnati possunt tradere sacros ordines: et' si ab e>s ordinati, redeuntes ad ecclesiae unitatem. debeant reordinari.. Hanc quaestionem perplexam ac *fe,,e*

» Michel. Oriirc.· PTC 11.1282-1283

·▮» Pe his. cf. *RionUnaHons: PTC* 13,2385-2431.

ni Petrus Damianus. *Liber gratissimus:* MGh *Libelli...* 1: ML 145O0: Ατtο, cd Maï. *Scriptorum veterum nova collectio* 6.60s; AnsElmus Lucensis. opus ineditum, cf. Dictionnaire d'Histoirc, et Géographie éclésiastique. 3 942; Humbertus. *Adversus simoniacos:* ML 143.1005: MGh. libelli 1; Deusdedit, *Libellus contra invasores et simoniacos;* Bernoldus: ML 148.1166.

32 S.Petrus Damianus, *Opusculum* 5: ML 145.93.

33 Msi 20,519.

solubilem faciunt dectorum verba: qui plurimum dissentire videntur." Et quatuor proponit sententias minime determinans cui ipse adhaereat. Communiter, inquit, docebant auctores, haereticos *valide ordinare* (et' cum haereticis recenset simoniacos), sed dubitabant dc haereticis damnatis vel excommunicatis aut degradatis; alii dicebant eos ordinare *invalide;* alii *valide et licite;* alii *valide at illicite;* .dii tandem distinguebant inter eos qui ordinati erant' in Ecdesia aut extra ecclesiam ab haereticis iam degradaris

Nec confusionem minuit, sed auxit doctrina Brunonis de Segni, amicus Urbani II, qui distinguebat inter ordinatos bona fide, et qui scienter ab episcopis simoniacis aut haereticis ordinationem acceperant. Qui bona fide erant ordinati, valide ordinationem acceperant alii vero debebant' reordinari, quia nullam acceperant ordinationem. Initium pacis post tantam controversiam eluxit cum *Decreto Gratiani.* quamvis nondum plene catholicam doctrinam definite proponebatx. Commentatores Decreti sequebantur Magistrum, sic Roi.i.andus Bandineli.i (qui Pontifex creatus sub Alexandri III nomine, suam Sententiam particularem non sustinuit, sed secundum veram doctrinam catholicam egit)", Omnebene et Rufinus. Veritas tandem triumphum consecuta est scriptis et doctrina Hucuccio I'isani et S.Raymundi de Penafort.

Tota haec controversia reducebatur ad illam inter S.Cyprianum et Summum Pontificem: ex utraque parte reiciebafur doctrina de *reordinatione proprie dicta.* Quaestio poterat esse moralis, de intentione ordinantis et ordinati, propter quam obscura reddebatur opinio. Attamen si theologi et' canonistae illius temporis prae oculis habuissent doctrinam S.Augustini, sicut fecerat S.Petrus Damiani, et si (quod fortasse in tota illa controversia praecipuum fuit) passiones politicae non adeo exarsissent, clarius et facilius controversiam vel semel orl'am, evertere potuissent".

119. Scholion 3. *De Ordinationibus ahglicanis.* Non est nisi casus specialis de ordinationibus ab haereticis confectis, nec confundendus cum iis quae in superiori schol. diximus. Etenim Summus Pontifex Leo XIII non irritas declaravit illas ordinationes quatenus ab haereticis proveniebant. Sed alia de causa, quae ideo nunc exponitur.

Episcopum Matthaeum Parker, ex quo ■ordinationes anglicanae originem ducunt, rite ef valide fuisse consecratum, nemo est qui sine cunctatione affirmare non audeat, sed consecrationes episcopales et presbyterales ordinationes ab ipso collates invalidas fuisse confiteri necesse est, non quidem ex haeresi aut pravitate episcopi, sed saltem ex aliis capitibus.

• Ita Leo XIII definitiva sententia, die 13 sept. 1896, declaravit: "Omnes norunt Sacramenta Novae Legis utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant... Iam vero verba, quae ad

M *4 Sent.* <i.25.

0T GtgXlski. *Bruno. Bischof von Scant* (Münster 18'18) 184.

M In *Summa Decreti* (ed Thaner. 15) defendebat Ordinationem es«e *nvalidam, si episcopus ordinans fuerat consecratus ab haeretico; vel si forma [i. e. caeremonia] ab Ecclesia praescripta non fuerat adhibita.

37 Pro tota hac controversia, cf. *Réordinations:* DTC 13 2411-2431; Michel, *Ordre:* DTC 11 1275-1278, praesertim a coi.1286; F.SolA. */Hasta qvi punio puede depender de la potestad· dn jurisdicciôn cl< valor dc los sacramento*?:* XV Sem. Esp. Teol. (1956) 15-19.

proximam usque aetatem habentur passim ab anglicanis tanquam forma propria ordinationis presbyferalis, videlicet: *Accipe Spiritum Sanctum,* minime sane significant definite ordinem sacerdotii vel eius gratiam et potestatem..." (D 1964). Idem valere de episcopatu, asseverat ipse Summus Pontifex; et tandem concludit: "Cum hoc, igitur, intimo formae defectu coniunctus est defectus intentionis, quam aeque necessario postulat, ut sit sacramentum" (D 1966).

Ut patet ex documento pontificio, ratio nullitatis in ordinationibus anglicanis provenit ex duplici defectu: formae et' intentionis. Quod historia ipsa demonstrat. Nam anno 1550 Eduardus Vi induxit ritum proprium ordinationis in suo *Ordinali Eduardiano.* Alias fecit emendationes in editione altera, a.1552. Maria, catholica, reiecit *Ordinale Eduardianum,* a.1553; at thronum arripiente Élisabeth a.1558, sequenti anno *Ordinale* restituit, paucisque mutatis, tertiam edidit editionem, quae usque ad nostros dies immutata perseverat.

In *Ordinali Eduardiano* tres tantum recipiuntur Ordines: diaconatus, presbyteratus, episcopatus. In ordinationis ritu conservatur, quidem, manus impositio, sed forma catholica ita immutata fuit. "Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remiseris peccata remittuntur eis, et quorum retinueris retenta sunt. Sis fidelis dispensator verbi Dei ct Sanctorum Sacramentorum eius." In consecratione episcopali forma est haec: "Accipe Spiritum Sanctum, ct memento ut resuscites gratiam Dei, quae in te est per impositionem manuum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis ct dilectionis et sobrietatis." Ut patet, hae formulae non solum omittunt verba quae referentur ad potestatem consecrandi et offerendi sacrificium sed ita potestatem aliquam significant, ut aperte appareat sensus ille protestanticus negans verum ct specificum sacerdotium, sacrificium eucharisticum, collationem gratiae, ceteraque omnia, quae ipsi vel negant vel aliter atque Catholica Ecclesia explicant. Anno vero 1662, quando scilicet iam omnes sacerdotes et episcopi anglicani ordines novo ritu acceperant, addita sunt formulae episcopalis ordinationis haec verba: "Accipe Spiritum Sanctum in officium ct opus episcopi in Ecclesia Dei per impositionem manuum nostrarum iam tibi commissum; in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti; Amen; et memento ut resuscites... etc."; ct' similia verba addita sunt formulae ordinationis presbyferalis: "Accipe Spiritum Sanctum in officium et opus sacerdotis in Ecclesia Dei, per impositionem manuum nostrarum iam tibi commissum; quorum remiseris peccata... etc." Recte, igitur, Leo XIII: "Hoc potius convincit anglicanos vidisse ipsos, primam eam formam fuisse mancam neque idoneam rei. Eadem vero adiectio, si forte quidem legitimam significationem apponere formae posset', serius inducta est, elapso iam saeculo post receptum Ordinale Eduardianum: cum propterea hierarchia extincta, potestas ordinandi iam nulla esse" (D 1964)[a].

Die 5 Julii anni 1955 repraesentantes officiales Ecclesiae Anglicae in Coetu (Asamblea) Canterbury et York, unanimi consensu episcoporum, declaraverunt validas esse ordinationes Ecclesiae Indiae Australis ct ordinationibus anglicanis omnino esse comparandas. Iam vero, cum constet Protestantes in India non admittere sacer-

[a] Post decretum Leonis XIII, aliqui episcopi anglicani ab episcopis schismaticis ordinati et consecrati sunt, quapropter in praxi videndum est pro singulis casibus a quo episcopo sacerdotes Ordinationem acceperint.

dotium sensu catholico, iure ipsi Protestantes Anglicani de propria ordinatione iam dubitant[80].

120. Corollarium, lix dictis eruitur schismaticum, haereticum, degradatum, etc., licite non posse sacros ordines exercere. Unde Minister licitae Orbinationis est solus episcopus communionem cum Romano Pontifice habens, et agens secundum leges ab ipso directe vel per commune ius datas. Hae leges statuuntur in CIC 1.3, tit.6, c.1 (cn.951s), et respiciunt ad condiciones requisitas ex parte candidati ad hoc ut ad ordines sacros admitti valeat; ad iurisdictionem episcopalem, quae ad suos subditos tantum et intra limites suae dioeceseos se extendit; ad caeremonias observandas; ad tempora et loca ad ordinationes apta; ad adnotationem et testimonium peractae ordinationis. Tunc etiam praescribuntur quibus de causis exercitium ordinationis impeditur, scilicet per poenam aliquam ecclesiasticam et per irregularitatem. De his vero omnibus tractatur in Theologia Morali et in cursu luris Canonici.

ARTICULUS II

De subiecto Sacramenti Ordinis

121. "Sacram Ordinationem valide recipit solus vir" (CIC 968,1). Unde:

1. Femina est incapax Sacramenti Ordinis. Quod videtur esse *doctrina de fide catholica* respectu ad Episcopatum et presbyteratum, et *certa* respectu ad diaconatum. Et quidem ita eruitur ex S.IrEnaeo, Epiphanio, Augustino[1], qui habent ut *haereticos)* Pepuzianos, Marcomanos sive Marcosianos et Collyridianos.

Pepuziani pertinebant ad quandam, sectam Montanistarurn (ab oppido Pepuza in Phrygia appellati) apud quos "mulieres episcopi sunt et presbyteri, et ad ceteros gradus alleguntur, nullum ut sexus discrimen servetur. Nam *in Christo lesu neque mas est neque femina* (Gal 3,28)" a. Vocabantur etiam *Artotyritae,* quia in sacrificio simul cum pane caseum (ἄρτο , τυρόν) adhibebant; vel etiam *Cataphrygae* ex regione ubi versabantur.

Marcus Magnus, de quo agit S.IrEnaeus, dementaverat quasdam mulieres quibus offerre sacrificium commendabat.

Collyridiani formabant quandam sectam in Armenia;

80 Cf. v.gr. quae W.Hannan scripsit die 4 iul. 1955 pridie quam declaratio illa ederetur; et H.Ross Williamson inde ad catholicismum conversus: *A convert explains:* The Month nov. 1955.

1 S.Irenaeus, *Adversus Haeres.* 1.13,2: ML 7,579; S.Epiphanius, *Haeres.* 49,2-3: MG 41,882; S.Augustinus, *Dc haeresibus* 23: ML 42.30

2 S.Epiphanius, *Haercs.* 49,2-3: MG 41,882; S.Augustinus et S.Irenaeus. *l.c.;* Ambrosiaster, *Commentar, in Epist 1 Tim* 3,1: ML 17.470.

earum mulieres solebant sacrificium in honorem BzMariae Virginis celebrare.

Fundamentum assertionis habetur in S.Paulo: *Mulieres in ecclesia taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent; turpe est enim mulieri loqui in ecclesia* (1 Cor 14,34-35); similiter in 1 Tim 2,1is: *Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio..."* Iam vero, si iure divino (nam S.Paulus agit ut apostolus nomine Christi) mulieri non permittitur in ecclesia ne quidem interrogare ad discendum, ac praeterea vult apostolus ut in omnibus sit subiecta ; multo minus ei permitti potest ut sacrificium offerat, quod supponit praeesse, docere, etc. Id tota etiam traditio catholica habet, quae haereticos habuit qui contrarium tenebant, ut diximus.

Nec obstat quod officium diaconissarum mulieribus commissum fuerit. Nam supra iam indicatum est (n.56s) diaconissatum non fuisse ordinem sacrum, sed ut summum aliquod sacramentale; eodem modo atque benedictio *abbatissae.* Piae enim non habent ullam Ordinis potestatem, sed earum munus ad monasterii regimen reducitur[3].

122. 2. Nisi sit baptizatus nullus homo potest valide sacros ordines recipere.

Quaestio nunc extra dubium est ; constat enim baptismum esse ianuam Ecclesiae sive vitae spiritualis (D 639), fundamentum vitae religiosae, sacramentorum ianuam...[4]; at olim fuerat acriter disputata.

Fundamentum) est simpliciter voluntas Christi, qui sacramenta Ecclesiae concredidit, ac proinde nisi per primum sacramentum, quo quis Ecclesiae membrum fit, nemo ad alia sacramenta accedere potest. De hac autem Christi voluntate constat ex ipsa doctrina Ecclesiae.

Concilium Nicaenum I cn.19, agendo de Paulinistis qui invalide baptizabant, utpote utentes formula omnino invalida, ait: "De Paulinistis ad Ecclesiam catholicam confugientibus definitio prolata est, ut baptizentur omnimodis. Si qui autem de his praeterito tempore in clero fuerunt, si quidem immaculati et irreprehensibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab episcopo Ecclesiae catholicae" (D 56). Ergo Concilium sup-

3 Longiorem disquisitionem et aliquorum Patrum textuum discussionem v. apud S.Many, *De sacra Ordinatione* 188-194

* *Rituale Romanum* tit.2 c.1 n.1 ; C1C 737,1 et 968,1.

ponit primam, ordinationem invalidam et nullam fuisse, secus non reordinari iuberet. Nullitas autem primae ordinationis ex eo proveniebat quod illi non fuerant valide baptizati.

Ad casus generales extensa est haec lex Concilii Nicaeni, ut apparet in *Paenitentiali Theodori* (c.a.69O): “Si quis presbyter ordinatus, deprehendit se non esse baptizatum, baptizatur et ordinetur iterum” °.

Innocentius III quaestionem de ordinatione hominis non baptizati ductoribus coram se disputandam theoretice proposuit, et fatetur magnam fuisse sententiarum varietatem. Negantibus validitatem ordinationis hoc erat argumentum: Cum baptismus sit fundamentum ceterorum sacramentorum, nemo aedificium sine fundamento construere valet, ac proinde sine baptismo alia sacramenta, etiam ordinationes, invalida sunt. Ad hoc autem adversarii respondebant, propter quatuor praecipue causas validam esse ordinationem illius qui baptismum non recepisset: 1. Fundamentum, seu fieri membrum Christi, habetur non solum per sacramentum fidei, sed etiam per fidem sacramenti ; id est, sufficit baptismus desiderii. 2. Sacramentum baptismi institutum fuit post sacramentum Ordinis ; ergo non videtur necessario debere praecedere. 3. Non baptizati possunt recipere sacramentum matrimonii et Eucharistiae; ergo non est adeo universale baptismum esse fundamentum aliorum sacramentorum. 4. Sunt gravissima incommoda si baptismus requiritur ad ordines ; nara fieri potest ut aliquis putet se esse baptizatum, et de facto non fuerit, postea episcopus effectus reddet invalidas omnes ordinationes ; et si aliquis ex ordinatis ab ipso fit episcopus, similiter erunt nullae ordinationes ab ipso factae ; et sic in posterum, etc.

Propter has difficultates sive rationes, videtur Innocentius in sententiam admittentem validitatem ordinationis non baptizati, inclinare; attamen in praxi tutiorem sententiam amplexus, iussit baptizari presbyterum non baptizatum et postea ordinari, “quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum”; vocat tamen hunc casum “dubitabilem”®. Rationes adversariorum optime solverunt scholastici posteriores 7, ideoque iam nemo de hac re dubitat. Nam quoad 1), Baptismus desiderii non facit membrum Christi nisi inchoative, unde ille proprie nondum pertinet ad Ecclesiam. Ad 2) Non debet

° C.2: ML 99.928. /

6 Innocentius III. Ij/'wi. 1.9 epist.54: ML 215.864-866.

’ Cf. S.Tiiomas. *Suppi.* <j.35 a.3; Tournent, *De Sacramento Ordinis* q.4 a.4; Perrone, *De Ordine* n.130.

attendi ad ordinem institutionis sacramentorum sed ad praelationes causalitatis, ut ita dicam, id est ad id propter quod fuerunt instituta. Nec certo constat baptismum non fuisse institutum ante mortem Christi. Ad 3) In sacramento Matrimonii habetur contractus naturalis et sacramentum ; ille qui bona fide, putans se esse baptizatum matrimonium ut sacramentum contrahere vult, contrahit quidem quatenus contractus est naturalis, non vero quatenus est sacramentum (nisi ex alia parte baptizata, matrimonium ut tale dicendum sit sacramentum, ut videbitur in tractatu de Matrimonio). Quoad Eucharistiam, ille qui non baptizatus communicat, recipit quidemi *materialiter* sacramentum, sed non formaliter. Ad 4) de illis gravissimis incommodis aiebat S.Thomas: "talis si ad sacerdotium promoveatur [cum non sit baptizatus] non est sacerdos, nec conficere potest, nec absolvere in foro paenitentiali; unde secundum canones debet baptizari'et iterato ordinari...: et si etiam in episcopum promoveatur, illi, quos ordinat, non habent ordinem. Sed tamen pie credi potest, quod quantum ad ultimos effectus sacramentorum, summus sacerdos suppleret defectum, et quod non permitteret hoc ita latere, quod Ecclesiae posset periculum imminere" [8].

123. 3. Omnis homo baptizatus est capax suscipiendi ordines, nulla attenta aetatis ratione.

Paucissimi theologi negarunt pueros ante usum rationis posse esse subiectum capax suscipiendi sacros Ordines. Recensentur Durandus, Turnedy et Habert [9]. Innituntur in necessitate intentionis quae, vel propria, vel interpretativa, requiritur in sacramentorum susceptione. Iam vero infantes intentionis propriae incapaces sunt ; sacramentum vero Ordinis, utpoto sacramentum liberum et onerosum non potest recipi intentione interpretativa, sicut baptismus.

Attamen doctrina Ecclesiae opposita est. Etenim Innocentius III respondens cuidam consultationi de viro qui in infantia *(ante annos discretionis)* ordines minores et subdiaconatum receperat, quid faciendum esset ; respondit illum quidem diaconatus ordinem debere recipere, ceteros vero ordines iam susceptos esse [10]. Benedictus XIV loquens de consuetudine apud .Coptos ordinandi infantes in omnibus ordi-

8 *Suppi,* q 35 a 3 ad 2.

• Durandus, *In 4* d.25 q.2 n.8; TournEly, *o.c.,* q.4 a.4; Habert, *De Sacramentis in genere* (1755) c.17 q.4,118?

10 Innocentius III, Epist. *Tuae nobis* ad Episc. Bonon., apud *Decretales* 5,29; ed. Friedberg, 2,833.

nibus minoribus et diaconatu (illi habent subdiaconatum inter minores ordines), non negat validitatem ordinationum, sed hac supposita diversas instructiones emittit et de eorum lege coelibatus decernit[11].

Rationem dat S.Thomas: "Omnia illa sacramenta, quae actum requirunt suscipientis sacramentum, talibus [infantibus] non competunt, sicut Paenitentia, Matrimonium et huiusmodi. Sed quia potestates infusae sunt priores actibus, sicut et naturales, quamvis acquisitae sint posteriores, remoto autem posteriori non tollitur prius; ideo omnia sacramenta, in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas aliqua spiritualis divinitus datur, possunt pueri suscipere" [1S].

124. Si infantes nondum rationis usum habentes ordinationis sunt capaces, etiam *amentes* poterunt ordines sacros suscipere. Attamen, si agitur de amentibus adultis, siquidem pro illis requiritur intentio ad sacramenta suscipienda, si ipsi, ante quam in amentiam inciderent, ordinari nullo pacto volebant, neque in amentia ordines sacros suscipere valide possunt.

S.Thomas, tum pro infantibus, tum pro amentibus, exceptionem respectu ad episcopatum faciebat: "Sed ad episcopatum, ubi etiam in corpus mysticum accipitur potestas, requiritur actus suscipientis curam animarum pastoralem; et ideo est etiam de necessitate consecrationis episcopalis, quod usum rationis habeat" At haec exceptio necessaria non est, cum sacramentum Ordinis non consistat in actu, sed in potestate spirituali, quae potestas adesse potest, etiamsi hic et nunc non possit transire in actum[14].

125. 4. Ad licitam ordinationem quaedam requisita a CIC exiguntur.

Requisita praecipua, quae in CIC decernuntur, ad hoc ut ordinatio sit licita, sunt: Ordinem suscipiens debet esse *in statu gratiae;* agitur enim de sacramento vivorum ; et quo maior sit sanctitatis dispositio, eo plenior erit Spiritus Sancti communicatio. Requiritur etiam ut sit *confirmatus* (cn.974,1,1) ; habeat *mores ordini recipiendo congruentes; aetatem· canonicam,* quae ad subdiaconatum non potest esse ante viginti et unum annum, ad diaconatum non ante vicesimum secundum,

11 *Instructio dc Ritibus Coptarum* 20, 4 mail 1745.
32 *Suppi,* q.39 a.2.
33 Ibidem.
34 Cf. Umbkrg, *De Sacramentis* 2 n.921.

et ad presbyteratum non ante vicesimum quartum expletum; ad tonsuram non determinatur aetas, sed requiritur ut tonsurandus cursum theologicum inceperit (cn.975-976,1). Exigitur *scientia* debita, quae supponitur pro subdiaconatu in illo qui, secundum indicium professorum, digne versetur in tertio theologiae cursu; in diaconatu, si in quarta cursu est; et in presbyteratu, si saltem dimidium eiusdem quarti anni curriculum fecerit (cn.976,2). Cursus vero huiusmodi theologicus non permittitur ut privatim fiat, sed peragi debet in scholis ad id institutis secundum studiorum rationem determinatam (cn.976,3); quam studiorum rationem determinavit Pius XI in Constitutione Apostolica *Dens scientiarum Dominus,* 24 Maii 1931.

Nec licite quis ordinari potest in aliquo gradu nisi prius inferiorem receperit, et ad maiores ordines minores requiruntur (cn.974,1,5 et 977). Haec vero gradatio non modo in ipsis ordinibus servanda est, sed etiam interstitiis quibusdam temporis inter diversos ordines (saltem maiores) observandis. Interstitia primam tonsuram inter et ostiariatum, vel inter singulos ordines minores, prudenti Episcopi iudicio committuntur; inter acolythatum et subdiaconatum debet integrum saltem annum intercedere; inter ultimos ordines sufficit spatium trium mensium. Attamen, si necessitas et utilitas ecclesiae aliud postulaverit, iudicio Episcopi causa remittitur (cn.978,2).

Tandem, praeter alia requisita in CIC contenta, ad licitam ordinationem necessarium est uti ille, qui ad Ordines accedit nulla irregularitate nulloque impedimento detineatur (cn.968,1). Huiusmodi ecclesiastica disciplina iam antiquitate dhristiana observata est, cum S.Paulus normas quasdam imposuerit Tito quibus regi deberet in episcopis et presbyteris constituendis: *Huius rei gratia reliqui te Cretae ut et, quae desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego dispo'sui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non. subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non, superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, continentem, aniplectentem cum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere* (Tit 1,9). S.Leo M. servos a presbyteratu excludebat et

maxime ab Episcopatu[115]; et secundum diversas temporum circumstantias diversa erant ab Ecclesia statuta decreta.

126. Scholion. *De necessitate Sacramenti Ordinis.* Si ad homines in particulari attenditur, nemini sacramentum·Ordinis necessarium çst *necessitate medii* ad salutem. Etenim non apparet ullus casus in quo aliquis non possit gratias necessarias obtinere nisi mediante hoc sacramento. Ne quidem potest dici *per accidens* esse alicui necessarium, sicut matrimonium necessarium evadit illi, qui sine illo continendam in suo statu servare non potest; non enim invenitur ullus casus in quo habeatur haec necessitas accidentals. Certe posset Deus in casu aliquo particulari aliquem ita ad sacerdotium vocare ut sub obligatione praecepti explicit! ad sacros ordines suscipiendos illum cogeret. At hic casus esset vere exceptional!s, ct ageretur de *necessitate praecepti* pro illo casu. Ceterum, ne quidem talis necessitas praecepti per se habetur; cum Deum ad sacerdotium tanquam ad viam perfectionis inducat; et ad perfectionem non praecipit, sed consilium dat.

Pro *P.cclesia* autem, in se inspecta, sacramentum Ordinis est *necessarium necessitate medii;* quia est medium sine quo iti Ecclesia non conservaretur hierarchia, administratio et confectio sacramentorum non haberetur, et consequenter deesset fons praecipuus vitae spiritualis et supernaturalis. “Unde sequitur, Ecclesiam curare debere ut semper sufficiens numerus adolescentium ad sacros Ordines anhelet; hoc autem nequit obtinere per leges directe aliquos ad Ordinum susceptionem obligantes, sed indirecte, per ministros suos omnibus viribus procurando, ut familiae vere sint catholicae, ut iuvenes alliciantur exemplari sacerdotum vita et zelo apostolico, ut preces multae et fervidae fundantur (utilissime etiam per consociationes ad hoc fundatas) ad promovendas vocationes sacerdotales” “.

CAPUT IV

De Sacramenti Ordinis effectibus

127. “Adspectabile et externum lesu Christi sacerdotium non universali, vel generali ac communi ratione in Ecclesia traditur, sed delectis hominibus impertitur per spiritualem quandam illius Ordinis generationem, qui unum ex septem Sacramentis est, quique non modo gratiam confert peculiari huic vitae condicioni ac muneri propriam, sed indelebilem etiam *characterem,* qui sacrorum administros lesu Christo sacerdoti conformatos, *eosdemque aptos exhibet* ad legitimos illos religionis actus eliciendos, quibus et homines sanctitu-

16 *Epist.* 4.1: MI, 54,611.
10 I.erchEr-Umberg. n 724,2.

dine imbuuntur et debita Deo tribuitur gloria, secundum normas ac praescripta divinitus data"[1].

Ex his Pii XII verbis tres Sacramenti Ordinis praecipui effectus eruuntpr: 1) gratia particularis; 2) indelebilis character; 3) potestas spiritualis. Quibus ad modum scholion aliquas obligationes ex ordinatione obortas exponemus, praesertim ecclesiasticum coelibatum.

ARTICULUS I

De SPECIALI GRATIA SACRAMENTI ORDINIS

128. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum* (2 Tim 1,5) et *noli négligere gratiam, quae in ta est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii* (1 Tim 4,14). His verbis Apostolus Paulus in memoriam carissimo Timotheo revocabat illum mitabilem effectum internum et permanentem, quem in illo manus impositio produxerat.

Nam sacramentum Ordinis, sicut cetera vivorum Sacramenta, gratiae sanctificantis augmentum in anima producit. Gratia vero haec est *specialis.* Sic eam Pius XI[2] ponderosis extollit verbis: "Non hanc dumtaxat sacerdotalem formam, non... tantummodo... excelsas potestates per Ordinis sacramentum adipiscitur sacerdos, sed *nova etiam peculiarique gratia,* peculiarique ope adaugetur, per quas quidem—si modo divinitus efficienti caelestium donorum virtuti, adiutrici liberaque opera sua, fideliter obsecundaverit—digne profecto nec deiectus animo poterit arduis suscepti ministerii officiis respondere" (D 2275). Similique modo audivimus' Pium XII gratiam hanc, sacerdotis *peculiari* condicioni ac muneri *propriam,* appellantem.

Hanc etiam mirum in modum Sancti Patres extollebant[3] et internam mutationem producere dicebant, quae externa cha-

1 *Encycl. "Mediator Dei"* 20 nov. 1947: AAS 39 (1947) 538-539.
3 *Encycl. "Ad catholici sacerdotii"* 20 dec. 1935: AAS 28 (1936) 15s.
3 Patres praesertim Graeci, Spiritus Sancti communicationem per manus impositionem, multum extollunt, v.gr. Origenes: MG 16c,3020; S.Athanasius, *Epist. ad Drac.* 2,3,4: MG 25.524.525-528; S.Basilius. *Epist.* 188.1; MG 32,669-670; S.Gregorius Naz., *Orat.* 43.78: MG 36.600; S.Ioannes Chrysost. *De Sacerdotio* 3.4-5: MG 48,642-643; *Homif. da resurrectione mort,* n.8: MG 50,432; *In 2 Tim* homil.1,2: MG 62,602-603, etc.; S.GrEGORius Nyss., *In Baptismo Ch.:* MG 46,581; et plures alii Inter latinos v.gr. Ambrosiaster, *Quaest. Veter, et Nov. Test, q.93^2:* ML 35,2287 (inter opera S.Augustini); *In 1 Tim* 4,14: ML 17,475.

rismata omnimodis superat, ut affirmabat S.Gregorius Nyssenus (R 1063). Egregie S.Ioannes Chrysostomus: "Sacerdotium enim in terra peragitur, sed caelestium ordinum classem obtinet: et iure quidem merito. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non alia quaepiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit, qui manentibus in carne auctor fuit ut angelorum ministerium animo conciperent. Idcirco sacerdotium obeuntem ita purum esse decet, ac si in caelis inter potestates illas collocatus esset... At si illa quae ad gratiam spectant, consideret, terribilia illa atque· horrifica (Ex 28) parve esse conciperet... Cum enim videris dominum immolatum et iacentem, et sacerdotem sacrificio incumbentem ac precantem, omnesque pretioso illo sanguine rubentes, an putas te adhuc cum hominibus et in terra esse? annon potius in caelos translatus, omnique carnali cogitatione eliminata, nudo animo menteque pura quae in caelis sunt circunspicis? O miraculum! O Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sedet, illa hora omnium manibus tenetur, seseque volentibus dat complectendum et accipiendum... Admiranda sunt [miraculum cum ignis de caelo descendit in sacrificium ab Elia praeparato, 3 Reg 18], omnique stupore plena. Illinc te transfer ad ea quae nunc peraguntur, ac non mira tantum videbis sed omnem stuporem superantia. Stat, enim Sacerdos, non ignem gestans, sed Spiritum Sanctum..."[4]

Concilium Tridentinum expressis verbis, et sub anathemate, docet: "Si quis dixerit per (Sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum... A.S." (D 964, cf. 959). Et in libris *Ritualibus solet etiam Spiritus Sanctus* invocari super ordinandos. Et quidem specialiter spiritus *septiformis.* Sic in ordinatione Diaconi, forma est haec: "Emitte in eum, quaesumus, Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi *septiformis gratiae* tuae munere roboretur". Ad presbyteratum ordinandos hortatur Episcopus: "Vos siquidem in septuaginta viris et senibus signati estis, si per *Spiritum septiformem,* decalogum legis custodientes, probi et maturi in scientia similiter et opere eritis" B. Itaque speciali ratione Spiritus Sancti dona in Ordinibus conferuntur. Et iure quidem, nam sacerdotibus et episcopis cura animarum committitur ad quam omnium Spiritus Sancti donorum copia necessaria erit.[6]

* *De Sacerdotio* 1.3 c.4: MG 48.641.
6 *Pontificale Romanum* p.1 ■. De sacris Ordinibus.

129. Cum augmento gratiae sanctificantis, dantur etiam illa *specialia auxilia* et *ius* ad ulteriores gratias obtinendas. Etenim gratia, quae in hoc sacramento confertur datur ad hoc "ut quis sit idoneus minister" (D 701). Haec idoneitas non solum exigit sanctitatem internam, sed etiam in exercendo munere spirituali aptitudinem quandam in eodem ordine spirituali; quare simul cum augmento gratiae habitualis conceditur ordinato ius sive titulus ad gratias sive auxilia^ actualia, quae per se non conferuntur nisi tempore sive occasione necessitatis. Ius sive titulus ad haec auxilia in ipsa ordinatione conceditur, nisi obex obstet, quo in casu non datur hic titulus nisi cum sacramentum reviviscit. Huiusmodi ius sive titulus nunquam amittitur, sed inefficax reddi potest, si post acceptos ordines peccatum grave committatur, quo remisso tituli efficacia recuperatur.

Ad hanc gratiam, conservandam, excitandam et forte recuperandam hortatur Pius XI[0] Exercitia Spiritualia sacerdotibus commendans: "E sacris huiusmodi secessibus id etiam profluere utilitatis quandoque potest, ut qui "in sortem Domini" non a Christo ipso adscitus, sed. terrenis suis consiliis ductus venerit, *resuscitare gratiam Dei* possit; nam cum et is iam sit Christo Ecclesiaeque perpetuo vinculo addictus, facere idcirco non potest, quin illud S.Bernardi non amplectatur: 'Bonas fac de cetero vias tuas et studia tua ministerium sanctum: si vitae sanctitas non praecessit, sequatur saltem'. Quae communiter a Deo datur gratia, daturque *peculiari* ratione sacramentum ordinis suscipienti, haud dubie eidem, si modo reapse velit, opitulabitur non minus ad emendandum, quod initio a se fuerit vitiose forte positum, quam ad sui muneris accuranda et exsequenda officia" (D 2275).

ARTICULUS II

De charactere in Sacramento Ordinis collato

130. Doctrina de charactere iam tradita est (in tr. de Sacramentis in communi (tr.I, nn.50-65); nunc ea solummodo consideranda veniunt quae speciali ratione ad characterem in Sacramento Ordinis collatum referuntur.

1. Primum characteris *munus* est configurare ordinatum Christo. De charactere presbyterali dicit Pius XI: "Minister

Encycl. "Ad catholici sacerdotii" 20 dec. 1935: AAS 28 (1936) 50.

Christi Sacerdos... Alter est et Christus, cum eius gerat personam" (D 2275); et Pius XII: "Adspectabile et externum lesu Christi sacerdotium... non modo gratiam confert..., sed indelebilem characterem, qui sacrorum administros lesu Christo sacerdoti conformatos... exhibet"[7].

2. Alter characteris effectus est *conferre specialem potestatem circa sacras res,* ita ut qui charactere est insignitus, possit iure proprio et tanquam minister ordinarius, saltent legitime, res sacras pertractare. Dicimus *saltem legitime,* quia aliqua sunt, quae simplex laicus potest valide pertractare, ut exempli gratia, eucharistiae ad fideles distributio; at in hoc casu, diaconus agit legitime et tanquam verus minister ordinarius, qui ratione characteris diaconalis, iure proprio ministerium suum exercet. Fideles vero laici, vel in ordine inferiori constituti, si aliquando has diaconales functiones exercent, id vel non legitime agunt, vel si dispensationem aut licentiam obtinuerint in casibus specialibus, tanquam ministri *extraordinarii* et non iure proprio utentes id efficiunt.

3. Character, praeter entitatem physicam, habet etiam *moralem potentiam* coniunctam, quae cum terrena vita clauditur. Sic sacerdotes, etiam in alia vita sacerdotalem characterem indelebiliter conservant, at sacrificium Missae offerre, ceteraque munia sacerdotalia peragere, minime poterunt.

131. Ordines sacramentales sunt tres: Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus; ergo hi tres Ordines characterem imprimunt. Quod, saltem quoad presbyteratum, de fide in Conciliis Florentino et Tridentino (D 695 852 964) definitum est, cum decreverunt haec Concilia in Sacramento Ordinis imprimi characterem. Quoad alios duos Ordines, ut doctrina certa habetur, habita explicatione sequenti:

Cum igitur, sint tres Ordines qui characterem imprimunt, discussio oborta est circa characteris *numerum et speciem.* Nam character potest concipi: 1) *numerice unus et specifice triplex,* scilicet, qui in diaconatu recipitur in aliis Ordinibus ampliatur; 2) *specifice unus et numerice triplex,* id est, character specifice idem recipitur in singulis Ordinibus et quasi superponitur; 3) *tres characteres numerice et specifice distincti* unus pro unaquaque Ordinatione.

in primo casu (quem defendunt Paiudanus, Vâzquez, Coninck [8] et communiter thomistae) potest duobus modis expli-

[7] *Encycl. "Mediator Dei"* 20 nov. 1947: AAS 39 (1947) 538-539.
[8] Paludanus, *In 4* d.24 q.7 n.4; VXzQvsfc, d.240 c.5 n.54, cft d.239 c.6 n-56.

cari : *a)* character qui in prima ordinatione recipitur, postea in aliis Ordinationibus titulo extrinseco deputatur a Deo ad potestatem ulteriorum Ordinum. Ita tres memorati auctores. *b)* Ille primus character ampliatur in ulterioribus Ordinibus, non modo intensive, sed etiam extensive. Est character realiter unus, virtualiter multiplex. Sub hac forma defendi solet a Thomistis °.

In secundo casu, eiusdem intensitatis et extensionis character recipitur in singulis Ordinationibus. Itaque habetur quasi summa characterum, vel superpositio characteris, ex quo volunt huius opinionis fautores sequatur maior intensitas in charactere, non ratione singulorum, sed propter numeri augmentum.

Tertius casus refert communiorem sententiam, et admittit pro singulis sacramentis singularem characterem, numerice et specifice distinctum. Distinctio autem non attendit ad intensitatem, sed potius ad extensionem potestatis.

132. Secunda explicatio difficilior videtur; nam in illa hypothesi non intelligitur quomodo potestas sit diversa in diversis Ordinibus si character, potestatem conferens, specifice idem est. Nec admitti potest, ut est satis clarum, superpositionem characteris augere potestatem, quia non numerus, sed qualitas characteris attendenda est, cum ab ipsa pendeat diversitas potestatis.

Prima et tertia sententia discrimen potestatis in distinctis Ordinibus sufficienter explicant; multo melius tertia opinio, quae praeterea habet in suum favorem CIC 951, qui de *charactere episcopali* loquitur, et praesertim praeceptum Ecclesiae iubentis absolute ordinari in diaconatum presbyterum qui diaconus non fuerit[10]. Iam vero, secundum primam sententiam, character episcopalis continet plenitudinem characteris, et character presbyteralis comprehendit etiam diaconalem ; unde qui directe consecraretur episcopus, iam implicite receptos haberet ordines diaconatus et presbyteratus. Sed hoc ultimum non componitur cum obligatione ordinandi in diaconum presbyterum non diaconum [11].

® Non tamen unquam fuit concors de hac re thomistarum opinio, ut ipse Billuart fatetur (0'ionnm *S.Thomae* 3, dc Sacra Ordinat., d.4 a.2), et Billot, *De Sacramentis* 2,306-308, etc.

M Innocentius III, *Epist. ad Episc. Bononiae,* apud *Decretales* 5,29; ed. Friedberg, 2,833.

11 De charactere cf. B.Duret, *Dc characteribus sacramentalibus expositio methodologica-speculativa:* Xenia Thomistica 2 (1925) 54Is.

Ceterum de charactere animadvertit cl. Lennerz: "Sine dubio in Ordinatione sacramentali traditur aliqua potestas et imprimitur character. Sed de natura characteris dogmatice solum constat eum esse signum indelebile... Theologi quidem speculando de natura et munere characteris multa dixerunt; sed consensus non habetur"[12].

133. Nota. *Ordines minores* non sunt sacramentum, sed *sacramentale,* ideo nullam gratiam ex opere operato producunt, sed effectus obtinent "tum ad modum consecrationum constitutivarum, tum ad modum consecrationum invocativarum"[13]. Ideo scribit iterum cl. Lennerz: "In Ecclesia Latina ordines infra subdiaconatum paulatim amiserunt valorem suum ut officia, et evaserunt gradus, quibus ad diaconatum vel presbyteratum ascenditur, et etiam ut tales non censebantur necessarii. Hodie in Ecclesia Latina sunt meri gradus ad ordines superiores sine ullo valorc practico"[14]. Quoad effectus *subdiaconatus* aequiparatur ordinibus minoribus.

ARTICULUS III

De potestate spirituali in Ordinibus collata

134. Potestas spiritualis, quae in Ordinibus confertur, characteri alligata est; quod omnes concedunt; ad hoc enim character imprimitur. Attamen, iam diximus potestatem esse a charactere separabilem, siquidem in alia vita manet character sine illa potestate[15]. Hac etiam de causa potestatem a charactere nunc in tractatione separavimus.

Potestas spiritualis quae in Ordine datur, respicit directe ad sacerdotium. De cuius quasi infinitam potestatem et dignitatem mirifice ait S.Ioannes Chrysostomus: "Si quis secum reputet quantum illud sit, nempe hominem carne et sanguine involutum, prope beatam illam et immortalem naturam constitui, tunc probe intelliget quanto honore Spiritus gratia sacerdotes coronaverit. Nam per eos haec peraguntur aliaque his nihilo inferiora, quae ad dignitatis salutisque nostrae rationem spectant. Etenim qui terram incolunt in eaque commorantur, ad ea quae in caelis sunt dispensanda commissi sunt potestatemque acceperunt, quam neque angelis, neque archan-

[12] *De Sacramento Ordinis* n.182,2 p.113.
[13] F.Diekamp, *Theologiae Dogmat. Manuale* 4.409 (ed. 1934).
[14] *De Sacramento Ordinis* n.188 p.118.
[15] Cf. Tanner, d.7 q.2 dub.5 n.159.

gelis dedit Deus... Habent quidem ii, qui in terrist imperant, potestatem ligandi, verum corpora solum: hoc autem vinculum ipsam attingit animam, caelosque transcendit; ac quaecumque inferne sacerdotes faciunt, eadem Deus superne confirmat; servorumque sententiam ipse Deus ratam facit. Quid enim aliud illis dedit quam, omnium caelestium potestatem?... Hi namque sunt, hi sunt, quibus concrediti sunt spirituales partus et generatio per baptismum; per hos Christum induimus, et cum Filio Dei sepelimur, membra beati illius capitis efficimur... Neque in puniendo solo, sed etiam in benefaciendo maiorem sacerdotibus quam parentibus potestatem dedit Deus: tantaque est inter utrosque differentia, quantam inter praesentem et futuram vitam... Si ii quibus civitatum magistratus concrediti sunt, nisi admodum prudentes ac vigilantes fuerint, saepe rempublicam seipsosque simul in pemitiem dederunt, qui Christi sponsam ornandam suscipit, *quanta* tibi videtur *potestate* indigere, tum sua, tum superne data ut non peccet"[18]. Nec minus egregie S.Gregorius Nyssenus: "Sic mysticum oleum, sic vinum, cum sint res exigui pretii ante benedictionem, post sanctificationem, quae a Spiritu procedit, utrumque eorum excellenter operatur. Eadem item verbi vis [edam sacerdotem augustum et honorandum facit, novitate benedictionis a communitate vulgi segregatum. Cum enim heri ac tempore superiori unus e multitudine ac plebe esset, repente redditur praeceptor, praeses, doctor pietatis, mysteriorum latentium praesul: eaque contingunt ei, cum nil vel corpore, vel forma mutatus; sed quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat, invisibili quadam vi ac gratia invisibilem animam in melius transformatam gerens"[17].

Hanc potestatem gravibus verbis exponit episcopus diaconis in exhortatione ante Ordinationem: "Provehendi, filii dilectissimi, ad Leviticum Ordinem, cogitate summopere ad quantum gradum Ecclesiae ascenditis. Diaconum enim oportet ministrare ad altare, baptizare et praedicare... tantaque dignitas ipsi [tribui Levi] concessa est, quod nullus nisi ex eius stirpe, ad divinum illum cultum atque officium ministraturus assurgeret... Et vos, fili dilectissimi, qui ab hereditate paterna nomen accipistis, estote assumpti a carnalibus desideriis... Et quia comministri et cooperatores estis Corporis et Sanguinis Domini, estote ab omni illecebra carnis alieni..."

Et ad presbyteros: dicit Episcopus in Ordinatione: "Con-

[18] *De Sacerdotio* l 3 c.5-6: MG 48.643-644.
[17] *In Baptismo Ch.:* MG 46,581-582.

secrandi, filii dilectissimi, in presbyteratus officium, illud digne suscipere ac susceptum laudabiliter exsequi studeatis. Sacerdotem etenim oportet conferre, benedicere, praeesse, praedicare, et baptizare. Cum magno quippe timore ad tantum gradum ascendendum est, ac providendum, ut caelestis sapientia, probi mores, et diuturna iustitiae observatio ad id electos commendent... Tales itaque esse studeatis ut in adiutorium Moysi et duodecim Apostolorum, Episcoporum videlicet catholicorum... digne, per gratiam Dei, eligi mereamini... Itaque fili dilectissimi..., agnoscite quod agitis: imitamini quod tractatis ; quatenus mortis Dominicae mysterium celebrantes, mortificare membra vestra a vitiis et concupiscentiis omnibus procuretis. Sit doctrina vestra spiritualis medicina populo Dei ; sit odor vitae vestrae delectamentum Ecclesiae Christi: ut praedicatione atque exemplo aedificetis domum, id est, familiam Dei, quatenus nec nos de vestra provectione, nec vos de tanti officii susceptione damnari a Domino, sed remunerari potius mereamur". Summi Pontifices Pius XI et Pius XII mirum in modum potestatem in sacramento Ordinis traditam extulerunt.

135. Ut patet ex textibus liturgicis allatis, haec potestas spiritualis refertur ad munus ad quod ordinantur, estque illa quae ordinatos aptos reddit ad suum munus rite exercendum. Est potestas Ordinis, non iurisdictionis, ita ut "qui sacerdos semel fuit, laicus rursus fieri non potest" (D 964) ; quod etiam ad diaconatum extenditur; id est, potestas semel tradita, inamissibilis est, quamvis ad statum laicalem sacerdos redigatur : sicque actus in tali casu positi, validi quidem erunt quamvis illiciti (illis exceptis, qui iurisdictione ad validitatem egent). Haec potestas non amittitur nisi cum vita terrena. Pro singulis Ordinibus quaenam sit potestas tradita, iam diximus agendo de Ordinibus' singulis.

136. Quamvis potestas haec ordinatum idoneum faciat ad munera sua rite obeunda, non ideo negligenda est activitas et studium particulare. Non enim potestas est charismatica, sed quae cooperationem hominis requirat, in his quae naturalibus viribus consequi possunt. Sacerdotem oportet praeesse, praedicare...; character sacerdotalis illi potestatem officialem et auctoritatem ad haec munera concedit ; at scientiam ipse studio et doctrina comparare sibi debet. Ideo Sacerdos,

in sacris Ordinibus initiatus, *ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutus in his quae sunt àd Deum* (Hebr 5,1) scientia et doctrina, non minus quam pietate et bonis moribus, eminens esse debet, ut homines videntes bona eius opera glorificent Patrem qui in caelis est (Mt 5,16). Et ex omni parte tales esse debent sacerdotes, ut eos existiment *homines ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei* (1 Cor 4,1; 2 Cor 6,4).

137. Scholion. *De coelibalu ecclesiastico.* Siquidem egimus de effectibus Sacramenti Ordinis, et simul indicavimus aliqua ex iis quae Ecclesia a sacerdotibus desiderat, et ipsa sacerdotalis condicio exigit, opportunum videtur dc coelibatu ecclesiastico tractare vel brevem saltem notam exponere.

Lex ecclesiastica vetat sacerdotibus in Ecclesia latina nubere, vel viris nuptis ordinationem sacram conferri vinculo matrimonii permanente. Quod lex coelibatus non sit originis divini patet ex eo quod Ecclesia catholica non nimis orientales urget ad hanc legem observandam, et quod aliquando aliquas passa sit exceptiones[28]

Quando haec lex coelibatus coeperit, vel quo praecise decreto sancita fuerit, non plane constat. Saeculo III iam videtur valde generalis esse *praxis* coelibatus, quam ad Apostolos Sancti Patres revocabant. Tertullianus animadvertit Apostolos continentes fuisse aut spadones"; idem tenet S.Hieronymus". Unius S.Petri expresse constat, ex socru, sponsam habuisse, sed nulla omnino de ea mentio fit; quapropter generalis opinio inter antiquos erat cum, post Pentecosten, uxorem reliquisse vel continentiam servasse. Et in hunc sensum aliqui interpretantur verba S.Pauli: *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri Apostoli, et fratres Domini et Cephas!'* (1 Cor 9,5); quasi Apostolus loqueretur de uxoribus quas ante apostolatum duxerant, et post vocationem apostolicam non iam ut uxores, sed ut sorores haberent. Alii autem vident in hoc textu pias mulieres, quae Apostolos in ministeriis domesticis sequebantur et adiuvabant, sicut legimus in evangelio accidisse cum Christo[31].

138. *Concilium Illiberitanum* (c.a.306), cn.33 praecipit: "Placuit in totum prohibere episcopis, presbyteris ct diaconis vel omnibus clericis positis in ministerio abstinere se a coniugibus suis et non generare filios; quicumquc vero fecerit, ab honore clericatus extermi-

38 Ecclesia aliquando, ob gravissimas causas, relaxat a vinculo coelibatus in casibus particularibus; sed generatim sacerdos redigitur ad statum laicalem. Nuperrime ob incommodum quod aliqui pastores protestantes experiebantur ingrediendi in Ecclesifm catholicam si sacerdotale munus aut matrimonium relinquere tenerentur. Ecclesia, singulis examinatis casibus, et non ad modum legis generalis, parata est, his specialissimis in circumstantiis, permittere ut tales pastores sacros Ordines in Ecclesia catholica suscipiant ct matrimonium conservent; quod etiam et fecit non semel ab anno 1952.

18 *De Monogamia* c.8: ME 2.939.

30 *Advers. fovinian.* 1,26: ML 23,247.

31 Ita Tertullianus *De Monogamia* c.8: ML 2,939; S.Augustinus, *De opere monach.* c.4,5: ML 40,552.

netur"a. Sed hoc praeceptum supponit iam generaliorem legem, quam Conc.Illiberitanum, apposita poena, urgere intendit. Explicitius ad quandam legem appellat, sed etiam ab antiquo exsistentem S.Siricius: "Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quod in venerandae religionis iniuriam ita per vestras provincias calcatos atque confusos... reperimus... Plurimos enim sacerdotes Christi atque Levitas, post longa consecrationis suae tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac praescriptione defendere, quia in Vetere Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa... Dominus lesus, ctim nos suo illustrasse! adventu, in Evangelio protestatur, quia *Legem venerit implere non solvere* (Mt' 5,17). Et ideo Ecclesiae, cuius sponsus est, formam castitatis voluit splendore radiare, ut in die indicii, cum rursus venerit, *sine macula et ruga* (Eph 5.27) eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum omnes sacerdotes atque levitae, *insolubili lege constringimur,* ut a die ordinationis nostrae, sobrietati ac pudicitiae et corda nostra mancipemus et corpora, dum modo per omnia Deo nostro in his, quae cotidie offerimus, sacrificiis placeamus. *Qui autem in carne sunt,* dicente electionis vase, *Deo placere non possunt* (Rom 8,8) (D 89). Plura ex hoc .tempore documenta inveniuntur quibus lex coelibatus dignoscitur exstitisse[23].

139. Etiam ecclesia orientalis observavit legem coelibatus, ut' conicitur ex S.Hieronymo; "Quid facient Orientis ecclesiae? Quid Aegypti et Sedis Apostolicae, quae aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt?"[24] Clarius adhuc S.Epiphanius: "Quin, eum qui adhuc in matrimonio degit ac liberis dat operam, tametsi unius uxoris sit vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, episcopi aut hypodiaconi ordinem admittit Ecclesia, sed eum dumtaxat, qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit, aut ea sit orbatus, quod in illis locis praecipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur" a.

His postremis verbis iam insinuat S.Epiphanius non in toto Oriente canones ecclesiasticos accurate servari, quod maxime evenit' post scissionem ab Occidente. Ideo primitiva lex ecclesiastica a Christo et Apostolorum exemplis derivata[23], dum in Occidente mag-

a Sensus grammaticalis huius canonis difficultatem facit: "Placuit... *prohibere* episcopis... abstinere se a coniugibus suisf... nec desunt Protestantes, qui hunc locum Conc.Illiberit. adducunt ut ostendant legem coelibatus non fuisse in *Ecclesia Christi* (Samuel Vila. *Las Fuentes del Cristianismo* 52). Sed evidenter, ex contextu, sensus omnino contrarius est: *prohibere ut utantur coniugibus.* Quod patet ex Conc.Wormat. (a.868) in quo can. Illiberitanus citatur hoc modo: "Placuit ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi abstineant se a coniugibus, et non generare filios; quod si hoc decretum violaverint, ab honore clericatus pellantur" (cn.9: Msi 15,871). Cf. etiam Pius XI, *Encycl. "Ad catholici sacerdotii":* AAS 28 (1936).

23 Ontima est de hac re Epistola Sibicii ad *Episcopos Aphros (Epist.,* 1,5,10: ML 13.1155); tum etiam InnocEntu I *(Epist. 2* c.9 n.12; *Epist.* 6 c.l n.2: ML 40,475-476 496-497) ct Leonis M. *(Epist.* 14 n.4: ML 54,672).

3* *Contra Fioilant.* n.2: ML 23,340.

35 *Haeres.* S9 n.4: MG 41,1021-1024.

'Λ Revera non est una theologorum sententia circa primam originem legis coelibatus, et cum non habeamus documenta explicita, vix aliquid certum affirmare pro utraque parte possumus; validiores tamen videntur rationes ad Apostolos legem coelibatus revocantes, eo praesertim si intelligitur lex generalior et quasi per modum consilii, illis primis temporibus, quibus non erat facilç

na cum vigilantia conservata est, in Oriente paulatim decidit aut saltem mitiori observantia perduravit, non sine magno totius Orientalis Ecclesiae detrimento.

Utilitates, quas ex coelibato ecclesiastico consequitur Ecclesia, et rationes propter quas praecepit et magis magisque urget Huius 'legis observantiam in suis ministris, nemo est qui non videat; nec longiore explicatione eget.

invenire homines coelibes aptos ad ecclesias regendas et stabiliendas, Paulatim ipsa doctrina Ecclesiae extulit sacerdotii dignitatem ct virginitatis meritum. et sic iam transit in legem quod, fortasse non nisi per modum consilii, commendatum fuerat.

LIBER II

De matrimonio

INTRODUCTIO

140. *Creavit* (Deus) *hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum: masculum et feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus et ait: Crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli et universis animantibus quae moventur in terra* (Gen 1,27-28).

His simplicibus verbis describit Moyses institutionem societatis humanae, cui indicebat Deus filiorum procreationem: *Crescite et multiplicamini.* Crescere autem et multiplicari homines non quomodocumque debebant, sed per *Matrimonium,* cuius sanctitatem (etiam in lege naturali) voluit Deus significari per miram illam formationem primae mulieris ex primo homine: *Dixit quoque Dominus Deus: non est bonum hominem esse solum; faciamus ei adiutorium simile sibi. Formatis, igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terrae et universis volatilibus caeli, adduxit ea ad Adam, ut inderet quid vocaret ea... Adae vero non inveniebatur adiutor similis eius. Immisit Ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis eius et replevit carnem pro ea, et aedificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem, et adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os de ossibus meis, et caro de carne mea: haec vocabitur virago quia de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* (Gen 2,18-24).

Sanctitas, igitur, matrimonii hinc elucet quod in sopore sive in extasi[1] aut revelatione mulier formata est et Adamo tra-

[1] In versione LXX legitur: Καὶ ἐπέβαλον ὁ θεὰ ἐζστασ.ν επὶ τὺν'Αϊάμ, S.Augustinus etiam perpetuo legit *exiasin* (cf. *De Genesi ad litteram* 9,il: CSEL 28,268).

dita, qui unice in ea adiutorium sibi aptum invenit, et magnurh mysterium in se ipso operatum agnovit. Ac matrimonii *excellentiam* Pius XI inde deducit: "Casti connubii quanta sit *dignitas,* eo vel maxime dignosci potest, quod Christus Domibus, Aeterni Patris Filius, carne lapsi hominis assumpta, non solum amantissimo illo consilio, quo universam nostri generis instaurationem peregit, hoc quoque societatis domesticae/atque adeo humanae consortionis principium et fundamentum peculiari quadam ratione complecti voluit ; sed illum etiam, ad pristinam divinae institutionis integritatem revocatum, ad verum et *magnum* Novae Legis sacramentum evexit, eiusque propterea disciplinam curamque totam Ecclesiae Sponsae suae commisit" 2.

141. In matrimonio, igitur, quasi *duo stadia* distinguere possumus: ante adventum Christi non nisi naturalis contractus a Deo institutus erat; post adventum Christi, matrimonium inter christianos pertinet ad genus sacramentorum. Unde nostra tractatio duas etiam partes habebit: Matrimonium naturale, et matrimonium Sacramentum. At cum prima pars ad Ethicam potius quam ad Theologiam directe spectet, brevi capite eam declarabimus; cetera fusius in hac tractatione exponemus.

2 AAS 22 (1930) 539.

BIBLIOGRAPHIA GENERALIS

Chrétiene, P., *Praelectiones de Matrimonio0* (Romae 1925).

Franzelin, J.B., S.L, *Tractatus de Matrimonio* (Romae 1880).

Gasparri, P., Card., *Tractatus Canonicus de Matrimonio. 2* vol. (Romae 1932).

Gougnard, A., *Tractatus de Matrimonio8* (Mechliniae 1937).

Hevlen, V., *Tractatus de Matrimonio8* (Mechliniae 1945). (Est nova editio operis cl. A.Gougnard).

Huarte, G., S.L, *Tractatus de Ordine et de Matrimonio* (Romae 1931).

Lepicier, A.-H., O.S.M., *Tractatus de Matrimonio* (Romae 1925).

Mlkula, F., *De essentia seu materia et forma Septimi Sacramenti* (1937).

Palmieri, D., S.I., *Tractatus de Matrimonio Christiano* (Prati 1897).

Perrone, J.B., *De Matrimonio Christiano.* 3 vol. (Romae 1858).

Pumar, C., *De Oeconomia Theologica.* Pars prima. De Forma Sacramenti Matrimonii (Compostellae 1930).

Rive, B.Umbf.rc, *Die P.he in dogmatischer, moralischer und sozialer Besichung* (1925).

Rosset, M., *De Sacramento Matrimonii tractatus dogmaticus, moralis, canonicus, liturgicus et iudiciarius.* 6 vol. (Parisiis 1895-1896).

SAnchez, T., S.L, *Disputationes de S. Matrimonii Sacramento.* 3 vol. (1602).

CAPUT I

Matrimonium in Lege Naturae

142. Matrimonium, iuxta primaevam institutionem, est *officium naturae,* et *matrimonium* appellatur eo "quod femina idcirco maxime nubereMebeat ut *mater* fiat; vel quia prolem concipere, parere, educare, matri munus est"3.* Ratione autem *coniunctionis,* quae est matrimonii propria, *coniugium* dicitur; sive etiam *consortium,* ex eo quod viri mulierisque sors una esse debeat circa corpora et animos. Tandem ex ritu quo antiquitus matrimonium contrahentes velabantur, vocatur *connubium* vel etiam *nuptiae* *.

143. Matrimonium considerari potest prout est: a) *actus* quo vir et mulier.in statu matrimoniali constituuntur; et vocatur *matrimonium in fieri,* sive *active* sumptum; *b)* pro ipso *statu* matrimoniali ; et dicitur etiam *matrimonium in facto esse,* sive *passive sumptum.*

In quantum est *actus,* sive matrimonium active sumptum, *definiri* solet: contractus, quo vir et mulier modo legitimo sibi mutuo tradunt ius in actus necessarios ad generandam et educandam prolem, et se obligant ad individuam vitae societatem 56

Passive sumptum, sive *in facto esse,* matrimonium definitur^ Viri et mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas individuam vitae consuetudinem, retinens *.

144. *Matrimonium active sumptum sive in fieri* est contractus (cf. infra, n,194s), ac ut tale, legibus quibusdam subicitur, ac proinde non est liberum absolute, sed secundum quid. Videlicet, est quidem liberum *quoad exercitium,* quia de

3 *Cat. Rom.* p.2 c.8 n.2. Haec desumpta sunt ex S.Augustino. *Contra Faustum* M? c.26: ML 42,1365. Cf. S.Th . *Suppi,* q.44 a.2 ad 1: "Quamvis pater sit dignior quam mater, tamen circa prolem mater magis est officiosa quam pater".

* S.Ambrosius, *Dc Abraham* 1,9,93: ML 14,477; S.Isidorus. *Etymolog.* 9,7.9.10.20.27: ML 82,365.367.

6 Pesch, *o.c.,* n.682.

e P.Lombajrdus, *4 Sent,* d.27 n.2; *Catech. Trident.,* De Matrimonio c.8 n.3.

sé nemo in particulari ad matrimonium contrahendum tenetur; at non est liberum *quoad specificationem,* quatenus posito libéré actu, quo quis contractum matrimonialem inire vult, non potest quis ad libitum condiciones contractus apponere, sed eas adimplere debet, quas legitima auctoritas contractui matrimoniali apposuerit.

In omni contractu *consensus* requiritur qui primo et per se *internus* esse debet, at *externe* etiam aliquo saltem modo exprimi debet. Non tamen requiritur per se ut scripto vel expressis verbis consensus exprimatur, sed sufficit ut nutibus vel aliquo legitimo signo manifestetur. Auctoritas tamen legitima potest aliquas de hac re condiciones determinare.

In ipso matrimonio in fieri, distingui possunt: a) ipse actus pactionem faciendi; *b)* pactio seu conventio facta; c) sollemnitates externae contractum concomitantes.

Pactio sive *conventio* in matrimonio duo comprehendit: 1) ea quae ad prolem spectant (educationem, etc.), mutua iura et obligationes; uno verbo, *obtectum* pactus; 2) bona temporalia, quae contrahentes apportant ad novam societatem familiarem, quam conficiunt.

Tandem *sollemnitas externa* potest etiam quaedam essentialia alia accidentalia praescribere. Sic, v.gr. Ecclesia sacerdotis praesentiam et duorum testium exigit.

145. *Matrimonium passive sumptum, sive in facto esse,* est status, sive etiam vinculum inter coniuges ex actu matrimoniali obortum et permanens, estque consequentia ex matrimonio in fieri. Accurate tamen possunt distingui: a) ipse nexus seu vinculum, quo coniuges uniti mutuo obligantur; *b')* obligationes inde'resultantes circa mutuum commercium et prolis educationem; c) ius ad munia coniugalia et ad vitam seu societatem familiarem constituendam.

146. Matrimonium inter non baptizatos valide celebratum, dicitur *legitimum;* quod inter baptizatos contrahitur valide, dicitur *ratum,* si nondum consummatione completum est; *ratum et consummatum,* si inter coniuges locum habuerit coniugalis actus, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quo coniuges fiunt una caro. Matrimonium invalidum dicitur *putativum,* si bona fide ab una saltem parte celebratum fuerit, donec utraque pars de eiusdem nullitate certa evadat (CIC, cn.1015).

ARTICULUS I

De MATRIMONII INSTITUTIONE, SANCTITATE, NECESSITATE

Propositio 1. Deus matrimonium instituit in naturae humanae creatione, et positiva dispositione.

147. Etenim filiorum procreatio ad generis humani propagationem necessaria est, nec aliter obtineri potest, quam per viri mulierisque coniunctionem. Iam, Deus genus humanum creans, tali natura donatum ut non nisi per generationem propagaretur, necessario voluit hanc generationem ; nisi enim hoc voluisset, neque masculum et feminam creasset, neque instinctum generationis· indidisset.

Sed praeterea *positive* hanc voluntatem manifestavit, cum dixit: *Crescite et multiplicamini* (Gen 1,27) ; atque etiam cum Evam formavit eamque Adamo adiutricem dedit, et quidem in ordine praecipue ad generationem.

148. Praecipiens autem Deus generis humani multiplicationem, et Evam formans, *matrimonium instituebat.* Nam Eva datur Adamo adiutrix, cum nullum ex animantibus iam tunc exsistentibus Adamo congruum inveniretur. Quod quidem non solum ex diversitate speciei proveniebat, sed etiam ex diversitate naturae rationalis. Ideo Deus Adamum in extasin elevavit ut cognosceret singularem rationem propagationis humani generis: alia animalia possunt quando et quomodo velint copulari ; homo debet ratione adduci etiam in propaganda specie. Non debet simpliciter quasi instinctu quodam duci, sed facti conscius, relinquet patrem et matrem et adhaerebit uxori. “Ac per hoc, inquit S.Augustinus, etiam illa extasis, quam Deus immisit in Adam, ut soporatus obdormiret, recte intelligitur ad hoc immissa, ut et ipsius mens per extasin particeps fieret tanquam angelicae curiae et intrans in sanctuarium Dei intelligeret in novissima. Denique evigilans, tanquam prophetia plenus, cum ad se adductam mulierem suam videret, eructavit continuo, quod magnum sacramentum commendat Apostolus : hoc nunc os, ex ossibus meis et caro de carne mea, haec vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est. Et propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae et er.unt duo in carne una. Quae verba, cum primi hominis fuisse Scriptura ipsa testetur, Dominus tamen in Evangelio Deum dixisse decla-

ravit... ut hinc intelligeremus per extasin, quae praecesserat in Adam, hoc eum divinitus tanquam. prophetam dicere potuisse"

Ex his quae dicemus de unitate et indissolubilitate matrimonii in lege naturae, facile etiam evincitur Deum non quamlibet sexualem' unionem, sed verum instituisse matrimonium.

149. Idem docuerunt perpetuo:

a) Ipse Christus cum matrimonii unitatem restituit, citans verba ab Adamo vel a Scriptura sancta prolata (Alt 19,3-6; Mc 10,2-9); *b)* Universalis Ecclesiae traditio; *c)* Pontificia documenta.

a) *Testimonium Christi* fusius explicabitur cum agemus de Sacramento Matrimonii.

b) *Ecclesiae Traditio.* Notandum est Patres saepissime contra Gnosticos et Manichaeos matrimonii sanctitatem defendere ex divina eiusdem institutione. Sint in exemplum:

S.Augustinus: Respondet luliano pelagiano, quaerenti cur peccatum originale generatione transmittatur: "Quid est ergo quod quaerit a nobis: Per quid peccatum invenitur in parvulo, utrum per voluntatem, an per nuptias, an per parentes?... Ad omnia ista huic respondet Apostolus, qui neque voluntatem arguit parvuli..., neque nuptias in quantum nuptiae sunt, quae habent a(Deo non solum institutionem, verum etiam benedictionem..." (R 1876).

Thëodoretus: "Si autem malum esset matrimonium, minime illud a principio constituisset Dominus Deus, nec liberorum susceptionem benedictionem vocasset. Propterea enim veteres plures habere uxores non vetuit ut genus humanum augeretur... Ipse autem Dominus non solum non prohibuit matrimonium, sed et in nuptiis convivatus est, et vinum sine cultura productum nuptiis donum dedit. Legem porro matrimonii adeo confirmavit, ut eum, qui excepto fornicationis causa matrimonium solvere velit, alia lege inhibebat" (R 2155).

Nec obstat quod aliquando SS.Patres dicant matrimonium esse effectum peccati originalis s. Nam potius indicabant Patres concupiscentiam et deordinationem, quae saepe in usu matrimonii esse potest, non fore ante peccatum ®.

' *De Genesi ad litteram* 9,19: CSEL 28.294.

8 Cf. v.gr., S.Athanasius (R 804) et S.Ioannes Chjtysostomus (R 1150).

® De hac re longe disserit S.Augustinus saepe contra Pelagianos; in specie *De Genesi ad litteram* 1.9: CSEL 28,268-294.

b) *Summi Pmitifices* item contra abusus matrimonii clamantes. eius divinam institutionem recordantur. Ut postremos tantum Pontifices afferamus, Leo XIII aiebat: "Attamen Naturalistae iique omnes qui reipublicae numen se maxime colere profitentes, malis hisce doctrinis totas civitates miscere nituntur, non possunt reprehensionem falsitatis effugere. Etenim cum matrimonium habeat Deum auctorem, fueritque vel a principio quaedam Incarnationis Verbi Dei adumbratio, idcirco inest in eo sacrum et religiosum quiddam, non adventitium, sed ingenitum, non ab hominibus acceptum, sed natura insitum. Quocirca Innocentius III et Honorius III, decessores nostri, non iniuria nec temere affirmare potuerunt, apud fideles et infideles exsistere sacramentum coniugii"[10]. Et in Litteris *Ingens Nobis:* "Principia christianismi potissima, nec non elementariae iuris naturalis notiones respuendae forent, ut affirmari queat, matrimonium esse status creationem, et nihil aliud quam ignobilem, contractum et sociale consortium, omnino civile. Connubialis unio humanum opus aut excogitatum haud est: Ipse Deus, supremus naturae artifex ab exordio, per istam ordinavit unionem tum generis humani propagationem, tum familiae constitutionem; atque in lege gratiae ad sacramenti dignitatem elevans, eamdem nobiliorem reddidit"[11].

Pius XI antequam doctrinam de matrimonio christiano tradat, haec stabilita esse vult: "... Primum quidem id maneat immotum et inviolabile fundamentum: Matrimonium non humanitus institutum neque instauratum esse, sed divinitus; non ab hominibus sed ab ipso auctore naturae Deo atque eiusdem naturae restitutore Christo Domino legibus esse communitum, confirmatum, elevatum; quae proinde leges nullis hominum placitis, nulli ne ipsorum quidem coniugum contrario convento obnoxiae esse possint. Haec Sacrarum Litterarum est doctrina, haec constans atque universa Ecclesiae traditio, haec sollemnis Sacrae Tridentinae Synodi definitio, quae perpetuum indissolubilemque matrimonii nexum eiusdemque unitatem ac firmitatem a Deo auctore manare ipsis Sacrae Scripturae verbis praedicat atque confirmat"[13].

10 *Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae":* ASS 12 (1879-1880) 392.
11 *Litt. "Ingens Nobis",* 1 lun. 1879, ad Archiep. et Episcop. ecclesiastic* provinc. Taurini, Vercellae et Genuae: ASS 12 (1879-1880) 4-5.
13 *Encyti. "Casti connubial* AAS 22 (1930) 541.

Propositio 2. Matrimonium est res honesta, eiusque status bonus est atque laudabilis.

150. Sufficeret demonstratio institutionis divinae matrimonii, ut inde eius honestas patefieret. At non defuerunt opiniones contra matrimonii sanctitatem et honestatem. Huiusmodi fuerunt:

a) *Encratitae.* Iam inde ab origine christianismi, fideles quidam virginitatis exaggerati amatores, coniugium tanquam malum, vel saltem tanquam imperfectum (ex defectu positivo virtutis) habuerunt. Hi fuerunt Encratitae, qui non ut haeretici ab Ecclesia damnati, sed potius tanquam tendentia rigorista inter christianos computandi sunt. Ad illos videtur alludere S.Paulus, cum reprehendit eos qui dicunt: *ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis, quae sunt omnia in interitum ipso usu, secundum praecepta, et doctrinas hominum* (Coi 2,20-22).; et clarius: *Spiritus autem manifeste' dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis daemoniorum... prohibentium nubere* (1 Tim 4,1-3). Hanc tendentiam encratistam redolent quaedam apocrypha scripta antiquiora, ut Acta Pauli, Andreae, Petri, loannis et Thomae[13.14]

b) *Gnostici.* Distinctione facta inter materiam et spiritum, homines in pneumaticos et hylicos dividebant. Materiam, sive carnem, respuebant; quapropter a matrimonio abhorrebant. Praecipui haeretici fuerunt: Basilides, Marcion, Apelles, Tatianus et lulius Cassianus w.

c) *Montanistae* non damnabant nuptias, sed spectantes parousiam, commendabant virginitatem, rigorismum exaggeratum colebant, et consilium dabant matrimonia solvendi ut in castitate adventum Christi coniuges exspectarent[1S.18]

d) *Novatiani* rigorismum cum Montanistis professi sunt; non reiecerunt matrimonium, sed secundas nuptias prohibebant ie.

e) *Priscillianistae* a matrimonio abhorrebant, ut patet ex Conc.Toletano (a.447): "S.q.d. vel crediderit coniugia horni-

13 *Les Actes de Paul* (ed. L-Vouaux) c.5-14; *Les Actes de Pierre* (ed. L.Vouaux) p.63-64; *Acta Andreae, Thomae,* etc: E.Hennecke, *Neutestamentliche Apokryphen* (1924) 250-289.

14 Cf. S.Irenaeus, *Contra haeres.* 1,24,5; 1,28,1: MG 7,678.690-691; S.Epiphanius, *Haeres.* 24,3: MG 41,312-313; Tertullianus, *Adv. Marcion.* 1,29; 4,11: ML 2,280-382; *De Praescriptione* n,33: ML 2,46; S.Hieronymus, *In Epist. ad Gai* 3,6: ML 26,431; *Adversus lovinianunt* 1.3: ML 23.213.

M A.d'Alès, *Théologie de Tcrtullien* (Paris 1905) 370-378.

18 S.Epiphanius, *Haeres.* 59,3: MG 41,1021-1022; Socrates, *Hist. Eccles.* 5,22: MG 67,641.

num, quae secundum legem divinam licita habentur, exsecrabilia esse, anathema sit" (D 36)17.

151. His accedere possunt quidam ascetae, qui a s.III inter florentissimos Christianos exaggerate virginitatem extollebant et matrimonium tanquam verum peccatum considerabant ac proinde vitandum ls. Saeculis posterioribus iam non fuerunt errores circa matrimonii sanctitatem, nisi quandoque tendentia apud aliquos exaggeratos extollendi virginitatem cum detrimento matrimonii. Nostris diebus potius necessaria est laus virginitatis, et speciatim *status virginitatis* (de quo postea agemus) ; non tamen despiciendum coniugium.

Protestantes ita coniugii sacramentalitatem negarunt, ut etiamsi Deum matrimonii institutorem retinerent, nihilominus rem mere civilem autumarunt, et inde est quod tanquam consectarium talis doctrinae, matrimonii sanctitas omnino convulsa est atque exstirpata. Neque nuptiae religiosae fiunt sed civiles, neque indissolubiles putantur sed magna cum facilitate divortium perfectum civiles potestates concedunt.

152. Contra omnes hos errores Ecclesia semper matrimonii sanctitatem laudavit. Pulchre Tertullianus antequam montanista evaderet; "Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet?... Quale iugum duorum unius spei, unius disciplinae, eiusdem servitutis! Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin vere duo in carne una; ubi una caro, unus spiritus. Simul orant, simul voluntantur, et simul ieiuna transigunt... In Ecclesia Dei pariter utrique, pariter in convivio Dei, pariter in angustiis, in persjecutionibus, in refrigeriis; neuter alteri gravis est... Talia Christus videns et audiens gaudet, his pacem suam mittit; ubi duo, ibi et ipse ; ubi et ipse, ibi et malus non est" 10.

SS.Patres contra memoratos errores asserebant matrimonium esse bonum ; ac praesertim contra *Manichaeos* (qui matrimonium a diabolo inventum dicebant) honestatem nuptiarum ostenderunt, probantes coniugium a Deo fuisse institutum et a Christo benedictum. Postea *Pelagianis,* obicientibus

n Cn.16: Msi 3,1004. In *Concilio Bracarcnsi* iterum edicitur: "Si quis coniugalia humana damnat et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichaeus et Priscillianus dixerunt, A. S.": Msi 9,774, D 241 et cf. notam 3 ad n.231.

Vide Socratem, *Hist. Eccles.* 43: MG 67,351; Solzomenum, *Hist. Eccles.* 3,14: MG 677,1079.

» *Ad uxorem* 9: MI< 1,1302-1304 (ed. 1415-1416).

matrimonium esse malum si per illud peccatum originale propagatur, respondebant defendentes matrimonii sanctitatem. Tandem contra impugnatores virginitatis, vel simpliciter virginitatem extollere volentes, affirmabant matrimonium quidem bonum esse, at virginitatem esse excellentiorem. Sic S.Cyrtelus Hier., S.Gregorius Nyss., S.Ambrosius, S.Hieronymus, Theodor'ETus, S.Ioannes Damascenus, etc.[20] In specie citandi sunt S.Ioannes Chrysostomus et S.Augustinus.

S.Ioannes Chrysostomus adeo virginitatem extollit, ut posset censeri matrimonii impugnator; at perperam: "Legitima res est coniugium, id ego confiteor: *Honorabile,* enim, ait, *est connubium, et torus immaculatus fornicaiores autem et adulteros iudicabit Deus* (Hebr 13,4): "Bonum est virginitas, et ego consentio; ac matrimonio etiam, melior, et hoc confiteor. Et si placet, quanto etiam melior sit addam : quanto caelum terra, quanto hominibus angeli; imo ut fortius aliquid dicam, etiam magis" (R 1115 1116). Admittit coniugii honestatem, sed mavult virginitatem[21].

S.Augustinus expresse respondet ad obiectionem: Vos mavultis virginitatem quia contemnitis matrimonium. "Non ergo duo mala sunt connubium et fornicatio, quorum alterum peius, sed duo bona_sunt connubium et continentia, quorum alterum est melius, sicut ista temporalis sanitas et imbecillitas non sunt duo mala, quorum alterum peius, sed ista sanitas et immortalitas duo bona sunt, quorum alterum melius... bonum Susannae in coniugali'castitate laudamus, sed tamen ei bonum viduae Annae ac multo magis Mariae virginis anteponimus... In his autem binis bonis... fieri non posset quod melius est, nisi altero praetermisso aut relicto. Unde intelligendum est non ideo malum putandum esse nuptias, quia, nisi ab eis abstineatur, non potest haberi vidualis castitas aut virginalis integritas. Neque enim ideo malum erat, quod Martha faciebat, quia,nisi inde abstineret horor eius, non faceret, quod melius erat" [22].

30 S.Cyrillus Hier.. *Catech.* 4,24,25: MG 33,487-488; S.Grogorius Nyss., *De Virginitate* 7: MG 46,353-354; S.Ambrosius, *De viduis* 4: ML 16.241. Cf. DTC: *Manage.* 9,2090-2091; S.Hieronymus (R 1349 1361 1378); ThEodoRETUS (R 2155); S.Ioannes Damasc. (R 2374). Cf. etiam G.Bossier. *La fin du Paganisme* (1894) 2,364-365-

21 Cf. etiam *In Gen. 5,* hom.21,4: MG 53,180; *In Matth.* hom.43,5: MG 57,464s. Plura invenies apud M.Moulard, *S.Jcan Chrysostome le défenseur du Mariage et l'apôtre de la virginité* (Paris 1923).

23 *De bono coniugali* 7,8: CSEL 41,118-119.

Propositio 3. Nulli homini in concreto per se matrimonium necessarium est: at possunt esse adiuncta in quibus reddatur moraliter necessarium.

153. Non asserimus coniugium non esse in genere necessarium, sed in individuo ; scilicet, Deus generi humano legem indixit: *Crescite et multiplicamini et replete terram* (Gen 1,28), cumque haec lex necessario per matrimonium adimpleri debeat, coniugium est *humanitati* necessarium, et quamdiu Deus velit ut homines exsistant, tamdiu necesse erit ut homines sint qui connubium ineant.

At lex haec generftlis ad nullum respicit hominem in particulari, quia a nullo homine in concreto pendet ut genus humanum multiplicetur aut non extinguatur. Adamo et Evae lex obligatoria fuit, atque etiam eorum primis filiis; fuit etiam coniugium necessarium filiis Noe post diluvium ; et in genere, ad illos tantum in specie respicit' lex a quibus pendet ut humana stirps non extinguatur.

154. Praeter hanc legem generalem, nulla exsistit lex, quae ad singulos homines extendatur coniugium praecipiens. Etenim aut esset lex positiva a Deo lata, aut lex naturalis. At neutrum dici potest. Non est *lex positiva,* quia non constat de hac lege; ac praeterea Christus commendavit virginitatem. Ergo potius de contrario constat.

Neque est *lex naturalis:* nam natura tantum exigit ea quae ad genus humanum in communi necessaria sunt, et in particulari, quae essentialiter ad singulorum perfectionem respiciunt. Iam vero, coniugium non est quid essentiale ad perfectionem hominis singuli, seu ad finem ultimum assequendum, ut per se patet. Imo vero; ad finem, ultimum melius et perfectius obtinendum, potiora sunt consilia evangelica quam leges generales ; inter consilia vero recensenda est virginitas seu perfecta continentia : S» *ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui* (lesus) *dixit illis: non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est* (Mt 19,10-11); et S.Paulus: *Volo enim omnes vos esse sicut meipsum... Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis si sio permaneant, sicut ei ego* (1 Cor 7,7-8). Quin imo, saepe matrimonialis vita in casibus particularibus poterit esse causa plurium malorum, propter quae poterit dici cum Apostolis : *Non expedit nubere.* Ergo in illo casu particulari homo ille non, tenetur ad coniugium.

155. Dicitur tamen *per se* neminem in concreto obligari ad matrimonium, quia *per accidens* poterunt adiuncta aliqua inveniri, in quibus determinatus homo ad matrimonium contrahendum, saltem moraliter teneatur. Talis poterit esse casus extraordinarii ardoris concupiscentiae, aut similes circumstantiae, in quibus nisi homo nubat, moraliter certus sit in peccatum lapsus. Ideo dicebat S.Paulus: *Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri* (1 Cor 7,9). Et ipse Dominus iam animadvertebat virginitatem esse donum Dei: *non omnes capiunt' verbum istud, sed quibus datum est* (Mt 19,11).

156. Obiectiones, quas adversarii virginitatis apponere solent, sunt hae:

1. Matrimonium est necessarium generi humano. Ergo singuli homines tenentur illud contrahere.

Dist. antec.: matrimonium est necessarium in genere, *conc. antec.;* est necessarium in specie pro singulis vel pro aliquo homine determinato, *subdist.:* per se, *nego antec.;* per accidens, *trans, antec.* Prout explicatum est.

2. *Insto.* Saltem est utile generi humano. Atqui homo quatenus est' socialis debet facere, quod est utile generi humano sive societati. Ergo debet nubere.

Trans, mai. Dist. min.: Homo, quia socialis, debet facere *totum* quod est utile societati, *'nego min·.;* debet facere aliquid quod sit utile societati, *conc. min.* Sociabilitas exigit ut homo conspiret in bonum societatis, sed hoc non exigit ut omnes et singuli homines facere teneantur omne et singulum bonum societatis; quod omnino impossible est. Secus omnes homines deberent esse agricultores, gubernatores, etc., quia sunt officia generi humano et societati utilia. Imo, praecise sociabilitas humana exigit varietatem in officiis, unde necesse est ut homines diversas exerceant activitates. Iam vero aliquae ex his melius obtinentur in statu continentiae quam in statu matrimoniali. Recte, igitur, S.Thomas: "Et ideo sufficienter providetur humanae multitudini, si quidam carnali generationi operam dent, quidam vero ab hac abstinentes, contemplationi vacent ad totius humani generis pulchritudinem et salutem; sicut etiam in exercitu quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant, quae tamen omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt"[33].

3. Si matrimonium nulli hominum obligatorium esset, fieri posset ut nemo nubere vellet, ac proinde genus humanum extingueretur. Atqui hoc est contra voluntatem Dei. Ergo oportet ut homines nubant necessario.

a) *Dist. mai.:* Si casus obiectus daretur, tunc aliqui homines tenerentur ad matrimonium per se, *nego mai.;* per accidens, *trans, mai.*

b) *Dist. mai.* Si matrimonium non esset, obligatorium fieri posset ut genus humanum extingueretur, nisi inclinatio naturae ad matrimonium et providentia Dei exsisteret, *conc. mai.,* cum inclinatio

33 2,2 q.152 a.2 ad 1.

naturae detur et exsistat providentia Dei, *nego niai.* Ait S.Thomas: “Natura humana communiter ad diversa officia, et actus inclinat; sed quia est diversimode in diversis... unum magis inclinat ad unum illorum officiorum, et aliud magis ad aliud... Et ex hac diversitate simul cum divina providentia, quae omnia moderatur, contingit quod unus eligat unum officium, ut agricultura, alius aliud : et sic etiam contingit' quod quidam eligant matrimonialem vitam, et quidam contemplativam ; unde nullum periculum imminet” °*.

ARTICULUS II

De finibus Matrimonii

157. Matrimonium in lege naturali diversos fines habet*254* S.Isidorus eos his verbis, comprehendit: “Tres autem ob causas ducitur uxor: prima, est causa *prolis,* de qua legitur in Genesi: *et benedixit eis dicens: crescite et multiplicamini* (Gen 1,28), secunda causa *adiutorii,* de qua ibi in Genesi dicitur: *non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile* (2,18) ; tertia causa *incontinentiae,* unde dicit Apostolus, ut qui se non continet, nubat” EG. Celebris est bonorum seu finium matrimonii divisio augustiniana : “Haec bona sunt, propter quae nuptiae bonae sunt: *proles, fides, sacramentum"* ™; sacramentum autem intelligit S.Doctor praecipue indissolubilitatem matrimonialem, quae etiam in matrimonio non christiano exigitur.

De finibus matrimonii inquirimus an sit inter ipsos gradatio seu hierarchia aliqua, et praeterea, quisnam sit primarius, quisnam secundarius finis. Brevitatis gratia, tria considerabimus: finem primarium, fines secundarios, et modernistarum quorundam theoriam recentem.

Propositio 4. Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis (CIC 1013,1).

158. *Finis primarius* ille est propter quem aliquid fit, seu illud bonum quod immediate et propter se intenditur, estque illud ad quod opus destinatum est, et ad quod est necessarium.

24 *Suppi,* q.41 a.2 ad 4.
M Amplam bibliographiam invenies infra in nota 54 et 56.
38 *Etynwdog. 9,7,27·.* ML 82,367. Animadverte S.Isidorum fuisse primum auctorem qui expresse matrimonii *fines* seu causas distingueret; qua in re doctri. nam S.Augustini de *bonis* matrimonii comprehendit.
37 *De bono coniugali* 24,33: CSEL 41,277; cf. etiam *De Genesi ad litteram* 9,7: CSEL 28,275-276; ML 34,397. Quamvis *bona* et *fines* matrimonii per se idem non sit, attamen saepissime pro eodem sumuntur, ac in doctrina S.Augustini saepe *bonum et causa* matrimonii idem valet.

Dicimus finem primarium matrimonii esse *prolem;* quae exigit ut generetur, educetur, perficiatur in omni sensu: materiali et intellectuali, atque etiam spirituali. Quod S.Augustinus his verbis concludit: "In prole ut amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur" [28]. Et quamvis nondum agamus de matrimonio ut est sacramentum, tamen etiam in ordine ad naturam, scilicet, quatenus matrimonium pertinet ad institutionem divinam ordinantem propagationem generis humani per generationem, non possumus praescindere a charactere supernaturalitatis· quem habet tota ordinatio generis humani ad finem ultimum supernaturalem. Unde procreatio prolis ordinatur etiam, imo praecipue, ad generandos filios adoptivos Dei, ut ait Pius XI : "Quantum vero hoc Dei beneficium sit et matrimonii bonum ex hominis dignitate et altissimo fine apparet. Homo enim vel solius rationalis naturae praestantia omnes alias creaturas visibiles superat. Accedit, quod Deus homines generari vult, non ut solum sint et impleant terram, sed multo magis ut Dei cultores sint, ipsum cognoscant et ament eoque tandem perenniter fruantur in caelis ' qui finis ex mirabili hominis per Deum in supernaturaleiïi ordinem elevatione, omne superat quod oculus vidit, et auris audivit et in cor hominis ascendit. Ex quo facile apparet proles, omnipotenti Dei virtute, coniugibus cooperantibus, orta, quantum divinae bonitatis sit donum, quam egregius matrimonii fructus" [128].

159. Procreationem prolis esse finem primarium matrimonii patet: 1.° *Ex Sacrae Scripturae* testimonio. Nam Deus volens ut genus humanum propagaretur, creavit masculum et feminam; et prima benedictio divina generi humano fuit: *Masculum et feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus et ait: crescite et multiplicamini et replete terram* (Gen 1,27-28). Quam benedictionem repetit ad Noe ex arca egredientem : *Benedixit Deus Noe et filiis eius. Et dixit ad eos: crescite et multiplicamini et replete terram* (Gen 9,1) ; et propter hoc iusserat ut in arcam ingrederentur bina ex animantibust *masculini sexus et feminini* (8,19), et Noe ingredi debebat cum uxore sua et cum filiis simulque cum eorum uxoribus.

In Gen 2,18-24, ubi agitur de formatione Evae ex costa Adami, Deus apparet illam formans ut inveniretur adiutorium Adamo :i *Non est bonum esse hominem solum; facia-*

=· *De Genesi ml litteram* 9.7.12: CSEL 28.276; ML 34.397.
28 *Encycl. "Casti Connubii"*: AAS 22 (1930) 544.

mus ei adiutorium simile sibi (v.18). Ad quod ait S.Augustinus; "Aut si ad hoc adiutorium gignendi filios non est facta mulier viro, ad quod ergo; adiutorium facta est? Si, quae simul operaretur terram, nondum erat labor ut adiumento indigeret, et, si opus esset, melius adiutorium masculus fieret. Hoc'et de solatio dici potest, si solitudinis fortasse taedebat. Quanto enim congruentius ad convivendumj et colloquendum duo amici pariter quam vir et mulier habitarent? Quodsi oportebat alium iubendo, alium obsequendo pariter vivere, ne contrariae voluntates pacem cohabitantium perturbarent, nec ad hoc retinendum ordo defuisset, quo prior unus, alter posterior, maxime si posterior ex priore creasetur, sicut femina creata est. An aliquis dixerit de costa hominis Deus· feminam tantum, non etiam masculum, si hoc vellet, facere potuisse? Quapropter non invenio, ad quod adiutorium facta sit mulier viro, si pariendi causa subtrahitur" 80. Haec dicit S.Augustinus de illo statu in quo Adam versabatur immunis a concupiscentia. Et revera totus contextus ad matrimonium spectat, nam Adamus simul ac Evam vidit de matrimonio locutus est: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* (v.23). Quod si haec postrema verba referenda sunt ad auctorem libri, ad rem nostram quod attinet idem est, nam. hoc significat auctorem inspiratum hoc in loco vidisse matrimonii institutionem.

Tobias iuvenis a Raphaële angelo edoctus, ita orabat ad Deum: *Et nunc, Domine, tu scis, quia non luxuriae causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in saecula saeculorum* (Tob 8,9). Angelum eum docuerat: ... *tertia autem nocte benedictionem consequeris ut filii ex vobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorutn magis quam libidine ductus, ut in semine Abrahae benedictionem in filiis consequaris* (6, 21-22).

160. 2.° *Ecclesiae documenta* aperte tradunt filiorum procreationem esse finem primarium matrimonii. En aliqua tantum:

Concilium Florentinum in instructione ad Armenos: "As-

30 *Dc Genesi ad litteram* 9,5: CSEL 28,273; MU 34.396; 9,7: CSEE 28,27<

signatur autem triplex bonum matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum Dei..." (D 702).

Leo XIII, postquam recolit verba S.Pauli ad Eph 5 et 1 Cor 7, addit: "Neque iis dumtaxat, quae commemorata sunt, Christiana eius perfectio absolutioque continetur. Nam primo quidem nuptiali societati excelsius quiddam et nobilius propositum est, quam antea fuisset; ea enim spectare iussa est non modo ad propagandum genus humanum, sed ad ingenerandam Ecclesiae sobolem" 31. Et haec quidem de matrimonio Christiano; antea vero de matrimonio in genere dixerat: "Nota omnibus et nemini dubia commemoramus; posteaquam sexto creationis die formavit Deum hominem de limo terrae... sociam illi voluit adiungere... qua in re voluit providentissimus Deus, ut illud par coniugum esset cunctorum hominum naturale principium, ex quo scilicet propagari humanum genus, et, nunquam intermissis procreationibus, conservari in omne tempus oporteret" 32.

Pius XI: "Cum matrimonium Christianum non modo ad coniugum spirituale itemque temporale bonum tendat, sed praecipue ad prolis generationem sit divinitus ordinatum, ut genus humanum, iuxta Dei praeceptum crescat repleatque terram" 33. Et in *Encyclica "Casti Connubii"*: "Itaque primum inter matrimonii bona locum tenet proles. Et sane ipse humani generis Creator, qui pro sua benignitate hominibus in vita propaganda administris uti voluit, id docuit, cum in paradiso, matrimonium instituens, protoparentibus, et per eos omnibus futuris coniugibus dixit: *Crescite et multiplicamini et replete terram* [Gen 1,28]. Quod ipsum S.Augustinus ex S.Pauli Apostoli verbis ad Timotheum [1 Tim 5,14] perbelle eruit, dicens: "Generationis itaque causa fieri nuptias, Apostolus ita testis est: *Volo,* inquit, *iuniores nubere.* Et quasi ei diceretur: Utquid? continuo subiecit: *Filios procreare, matresfamilias esse*" (D 2228).

Pius XII saepius hanc doctrinam proposuit in locutionibus ad sponsos et in allocutione ad Auditores S.R.Rotae 34.

161. 3.° *Sancti Patres* initio nihil fere expresse de matrimonii finibus dicunt, sed potius intenti sunt in eius sanctitate vindicanda contra encratitas. Postea, cum s.IV theoria

31 *Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae"*: ASS 12 (1879-1880) 389.
32 *Ib.,* 386.
33 *Motu proprio* 8 Dec. 1938: AAS 30 (1938) 410-413.
34 3 Oct. 1941: AAS 33 (1941) 423. De doctrina Pii XII circa matrimonium cf. B.Lavaud, *Pie XII Docteur du Mariage et défenseur de la morale conjugale:* RevThom 52 (1952) 119-141. De fine matrimonii agit p.128-141.

aliqua grassaretur laxismutn inducens et virginitatem impetens, S.Hieronymus excitatus est[35]. Antea iam S.Ambrosius necessitatem senserat scribendi de matrimonii institutione et fructibus[36]. At S.Augustinus, sicut in aliis multis theologicis tractationibus, in hac de matrimonio fundamenta iecit systematis theologici. Sub duplici praesertim aspectu lucta cum haereticis proponebatur: *Manichaei* coniugium a principio malo obortum, ac proinde rem in se malam, iudicabant; *Pelagiani,* reicientes originale peccatum (quod generatione transfertur) nolebant in matrimonio nisi opus naturae attendere. S.Augustinus contendit demonstrare matrimonium esse rem per se bonam, at concupiscentiam (peccati originalis effectum) inordinationem quandam/ saepius in illud induxisse[37]. S.Doctor distinguit tria bona in matrimonio: prolem, fidem, sacramentum[38][39]. Proles semper primum locum occupat. Et quamvis non adhibeat vocem/ "finis", attamen sensum retinet, cum ait: "Haec omnia bona sunt propter quae nuptiae bonum sunt" se. Nec ad solum jnatrimonium christianum refertur, sed apprime distinguit inter paganos, seu matrimonium secundum legem naturae, et inter Christianos. Sic ait: "Bonum, igitur, nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causa generandi est in, fide castitatis; quod autem ad populum Dei spectat, etiam in sanctitate sacramenti, per quam nefas est etiam repudio discedentem alteri nubere, dum vir eius vivit, *nec saltem ipsa causa pariendi, quae cum sola sit qua nuptiae fiunt,* nec ea re non subséquente propter quam fiunt, solvitur vinculum nuptiale nisi coniugis morte... Generationis itaque causa fieri nuptias Apostolus ita testis est: *volo,* inquit *iuniores nubere;* et quasi ei diceretur: ut quid? continuo subiecit: *filios procreare, matresfamilias esse"*[40]. Et ex ipsa etymologia vocis matrimonii argumentum desumit: "Matrimonium quippe ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat femina nubere, quam ut mater fiat"[41].

35 Praesertim *Adversus lovinianum:* ML 22,213s.

°* *De Viduis* et *De Virginibus* (a.377). *De Virginitate* (a.378).

37 Doctrinam exponit praesertim in opusculis *De bono coniugali* ct *De bono viduitatis* (c.400), *De adulterinis coniugiis,* et *De nuptiis ct concupiscentia* (a.419-420).

a De doctrina S.Augustini cf. B.Alves Pereira, *La doctrine du Mariage selon St.Augustin* (Paris 1930).

39 *De bono coniugali* 24,32: CSEL 41,277. In ed. MI, 40.394 legitur: "nuptiae *bonae* sunt", pro *bonum.* Eandem lectionem servat Pius XI in *Encycl. "Casti connubii":* AAS 22 (1930) 543. Cf. etiam, *Dc adulterinis coniugiis* 2,12: ME 40,478, ubi dc *causis* matrimonii sermonem facit.

«De *bono coniugali* 24,32: CSEL 41,226-227; ML 40,478.

e Contra Faustum 19,26: ML 42,385.

162. 4.® *Theologi,* S.Augustinum secuti, tria illa bona ut matrimonii fines habuerunt, quorum primum fuit prolis generatio. Initio tamen non quaesierunt de hierarchia inter diversos, fines coniugii.

Ivo Carnotrnsis de generatione dicebat: "Haec sola est causa nubendi"[42]. P.Lombardus: "Est igitur, finalis causa contrahendi matrimonii principalis, procreatio prolis; propter hoc, enim, instituit Deus coniugium inter primos parentes"[43]. Et post ipsum iam omnes scholastici hierarchiam proponunt inter matrimonii fines, primumque dicunt procreationem prolis esse[44].

Propositio 5. Finis matrimonii secundarius est mutuum adiutorium et remedium concupiscentiae (CIC 1013,1).

163. *Finis secundarius* matrimonii est illud bonum ad quod secundario matrimonium ordinatur. Potest esse multiplex, at solet concludi in haec duo bona: adiutorium mutuum et concupiscentiae remedium.

Mutuum adiutorium seu auxilium debet esse et morale et materiale. Consistit in mutuo amore et arctissima amicitia, in aliis subsidiis moralibus v.gr. in mutuis consiliis, correctionibus, spiritualibus solatiis, etc.; in subsidiis materialibus sive in mutua rerum domesticarum procuratione et administratione,. firmis legibus civilibus et ecclesiasticis. Est illud quod mirifice exponebat Tertullianus: "Unde sufficiamus enarrandam felicitatem eius matrimonii quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet?... Quale iugum duorum unius spei, unius disciplinae, eiusdem servitutis! Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin vere duo in carne una; ubi una caro, unus spiritus. Simul orant, simul volutantur, et simul ieiuna transigunt... In Ecclesia Dei pariter utrique, pariter in convivio Dei, pariter in angustiis, in persecutionibus, in refrigeriis; neuter alteri gravis est"[45].

Ipse Deus Evatn condidit ut adiutorium Adamo esset (Gen

42 *Panorm.* 6 22: ML 161.1248.
40 *Sent.* 4 d.30 c.4.
44 De doctrina, scholasticorum, cf. P.AdellAn, *El fin y la significaciôn saeramental del matrimonio desde S.Anselmo hasta Guillermo de Auxerre* (Granada 1939); Ç.Sciiahi.. *La doctrine des fins du mariage dans la théologie scholastique* (Paris 1948); Dom Boissard. *Les fins du mariage dans la théologie scholastique:* RevThom 49 (1949) 289-309.
40 *Ad uxorem* 9; ML 1,1302-1304 (col.1415-1416).

2,18) ; et quamvis Eva debebat primario adiutorium esse Adamo in procreatione filiorum, nihilominus haec vox *adiutorium* sensum etiam ampliorem habet, ut patet, ubi agitur de matrimonio. Et S.Augustinus, qui adiutorium hoc invenit primario et per se in procreatione prolis, reponit etiam illud in mutua coniunctione spirituali : "Quod mihi non videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem. Alioquin iam non diceretur coniugium in senibus, praesertim si, vel amisissent filios, vel minime genuissent. Nunc vero in bono licet annoso coniugio etiamsi emarcuit ardor aetatis inter masculum et feminam, viget tamen ordo caritatis inter maritum et uxorem" 4β. Ideo ipse S.Doctor matrimonium appellat "quoddam seminarium civitatis" 47.

Pius XI hoc mutuum adiutorium vocat, cum S.Augustino, *fidem,* quatenus in fide seu fidelitate coniugali inniti debet: "Alterum matrimonii bonum, quod diximus ab Augustino commemoratum, est bonum *fidei,* quae est mutua coniugum in contractu coniugali implendo fidelitas, ut quod ex hoc contractu divina lege sancito alteri coniugi unice debetur, id neque ei denegetur neque cuivis permittatur ; neque ipsi coniugi concedatur quod, utpote divinis iuribus ac legibus contrarium et a fide coniugali maxime alienum, concedi nunquam potest. Quapropter haec fides in primis postulat absolutam coniugii unitatem, quam in protoparentum matrimonio Creator ipse praestituit, cum illud noluerit esse nisi inter unum virum et mulierem unam...

"Haec autem quae a S.Augustino appellatur *castitatis fides,* et; facilior et multo etiam iucundior ac nobilior efflorescet ex altero capite praestantissimo : ex coniugali scilicet amore, qui omnia coniugalis vitae officia pervadit et quemdam tenet in christiano coniugio principatum nobilitatis... Caritatem, igitur, dicimus non carnali tantum citiusque evanescente inclinatione innixam, neque in blandis solum verbis, sed etiam in intimo animi affectu positam, atque—siquidem probatio dilectionis exhibitio ést operis 48—opere externo comprobatam. Hoc autem opus in domestica societate non modo mutuum auxilium complectitur, verum etiam ad hoc extendatur oportet, imo hoc in primis intendat, ut coniuges inter se iuventur ad interiorem hominem plenius in dies confonnan-

441 *Dc bono coniugali* 3,3: ML 40,375.
47 *Dc civitate Dei* i.15,16.3: ML 41.459.
* S.Gregorius Magn., *In euangelia hom.* 1,30: ML 76,12?p.

dum pcrficiendumque ; ita ut per mutuam vitae consortionem in virtutibus magis magisque in dies perficiant, et praecipue in vera erga Deum proximosque caritate crescant, in qua denique universa lex pendet et prophetae"[48].

164. Remedium concupiscentiae. Etiam dici solet infirmitatis remedium. Priores Patres multum insistebant in hac finalitate matrimonii, quam fortasse exaggerabant. Dicebant, enim, post peccatum originale tantam esse concupiscentiae vim, ut vix sine peccato, saltem veniali, actus coniugalis perfici posset. Et in hunc sensum intelligebant verba S.Pauli : *Nolite fraudare ad invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini ad idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum* (1 Cor 7,5-7). Hoc autem *secundum indulgentiam* interpretabantur de permissione ad minus malum, sive de quadam tolerantia Apostoli, attenta incontinentia vel vi concupiscentiae[50].

S.Paulus clare exprimit matrimonium etiam habere hunc finem, scilicet, ut sponsi legitime et sine Dei offensa sexualem naturae instinctum exercere possint; et quamvis ipse mallet ut omnes continentes sicut seipsum essent, nihilominus agnoscens in continentia donum Dei, illam commendat sed cum discretione: *Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic.* Unde concludit: *Dico autem non nuptis, et viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut et ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri* (1 Cor 7,7-9).

Ex hoc proponebant sibi Patres quaestionem, an in paradiso, vel si peccatum originale non fuisset commissum, concupiscentia in generando fuisset futura. S.Augustinus, multa disserens de hac quaestione, inter alia dicit: "denique, utriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis recte excipitur honestate nuptiarum, ut *quod sanis esse posset officium, sit aegrotis remedium.* Neque enim quia incontinentia malum est, ideo connubium vel quo incontinentes copulantur, non est bonum ; imo vero non propter illud malum cul- 60

® *Encycl. "Casti cannubii";* AAS 22 (1930) 546-549.

60 Sic, v gr., S.Augustinus ita distinguit: "Coniugalis enim coscubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentiae vero satiandae, sed tamen cum coniugc, propter tori fidem venialem habet culpam; adulterium vero sive fornicatio letalem habet culpam. Ac per hoc melior est quidem ab omni concubitu continentia, quam vel ipse matrimonialis concubitus, qui fit causa generandi" *(De bono coniugali 7:* CSEL 41,195).

pabile est hoc bonum, sed propter hoc bonum veniale est illud malum, quoniam id quod bonum habent nuptiae et quo bonae sunt nuptiae, peccatum esse nunquam potest" S1.* In genere Patres docent in paradiso nullam fuisse concupiscentiam, et de facto Adamum et Evam filios non genuisse. Tunc igitur matrimonium habebat finem tantum gignere prolem. Non tamen defuerunt qui assererent actum coniugalem nunquam sine concupiscentia fieri posse; contra quos dicebat S. Augustinus: "Quamquam enim iam emissi de paradiso convenisse et genuisse commemorantur, tamen non video, quid prohibere potuerit, ut essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptiae et torus immaculatus, hoc Deo praestante fideliter iusteque viventibus eique obedienter sancteque servientibus, ut sine ullo inquieto ardore libidinis, sine ullo labore ac dolore patiendi fetus ex eorum semine gignerentur... Qui enim hoc fieri potuisse non credunt, nihil aliud quam consuetudinem naturae iam post peccatum poenamque humanam sic currentis attendunt; non autem in eorum genere nos esse debemus, qui non credunt, nisi quod videre consueverunt" M.

Scholastici etiam distinxerunt inter matrimonium paradisiacum et post peccatum: "Nihil prohibet matrimonium sic habere duas vel tres etiam institutiones divinas: unam quoad naturam secundum se, aliam quoad naturam corruptam, et tertiam secundum statum naturae reparatae per Christum; et sic matrimonium est sacramentum innocentiae, veteris legis, et legis novae" 53. Et secundum hanc divisionem ponunt ut finem matrimonii secundarium, concupiscentiae remedium.

165. Quaestio quaedam recens et disputatio inter quosdam auctores exarsit circa fines coniugii. Aliqui moderni auctores, inter quos eminuerunt H. Doms et B. Krempei, 54, in phaenomenologia innixi de *fructibus* potius quam de matrimonii *finibus* loqui voluerunt.

Iuxta illos matrimonium perficit personalitatem humanam, quatenus satisfacit sensui completionis sexualis. Sexus, enim, non modo respicit ad corpus verum etiam ad animum, ad affectus, ad passiones, imo ad vitam supernaturalem protenditur propter influxum quem in his omnibus exercet. Mutuo se coniuges complent unione quadam spirituali, dum sen-

81 *De Genesi ad litteram* 9.7: CSEL 28,275.
182 *Dc Genesi ad literram* 9,3: CSEL 28,271-272.
83 S. Albertus M., *Int 4* d.26 a.5.
84 H. Doms, *l^om Sinti und Zweck der Ehc* (Breslau 1935); B. KrEmpEl, *Die Zwcckfragc der Ehc ncuer Bcleuchtunp* (Eisiedeln 1941).

sum sexus secuti matrimonio coniunguntur ; haec autem spiritualis unio perficitur' et magis augescit unione corporali seu matrimoniali actu.

Essentia, igitur, matrimonii, in hac theoria, in perfectione mutua coniugis consistit. Unde finis matrimonii primarius est haec spiritualis coniunctio coniugum ; ex qua diversa *bona* seu *fructus* sequuntur: in ordine personali, plenitudo, seu, ut ita dicam, completio) personalitatis ; in ordine biologico, dispositio causae ut proles generetur, quod si proles educitur habetur perfectio totalis matrimonii.

Rationes quibus hi auctores suam theoriam fulciuntur, hae sunt :

1. Sponsi ad contrahendum matrimonium non moventur generatim propter desiderium prolis, sed propter unionem mutuam.

2. Aliqua documenta pontificia videntur hoc -insinuare, ut Pius XI: “Haec mutua coniugum interior conformatio, hoc assiduum sese invicem perficendi studium, verissima quadam ratione, ut docet catechismus romanus, *etiam primaria matrimonii causa et ratio* dici potest” 5S.*

3. Quaenam alia argumenta ex biologia, quae ad rem nostram minus spectant.

Ad haec autem respondere possumus 58 :

1. Transeat quod sponsi moveantur magis ad contrahen-

w *Encycl, "Casti connubii" :* AAS 22 (1930) 548.

** Praecipua scripta his postremis annis edita sunt: G.Dauvillier, *Le Mariage dans le droit classique de l'Eglise* (Paris 1933); B.Lavaud, *Recensio operis NiRocholl:* RevThom 43 (1937) 303-316; *Sens et -fin du mariage: la thèse du Doms et la critique:* RevThom 44 (1938) 737-765; *L'idée divine du mariage:* EtCarm 23 (1938) 165-203; *La théologie du mariage:* RevThom 52 (1952) 119-141 (de fine matrimonii, p.128-140); *Le monde moderne et le mariage chrétien* (Paris 1934); H.Doms, *l/om Sinn und Zwcck der Ehc* (Breslau 1935); *Réponse au P.Boigelot:* NouvRevTh 45 (1939) 513-533; *Amorces d'une conception pcrsonalistc du 'iriariage d'après Saint Thomas:* RevThom 45 (1939) 754-763; N.Rociioll, *Die Ehe als gewcihtcs Lcben* (Dülmen 1935); P.Abellân, *El fin y la significaciôn sacramental del matrimonio desde SA liseImo hasta Guillermo de Auxerre* (Granada 1939); J.Rohmer, *La finalité moral chez les théologiens* (Paris 1939); B.KrEmpEI, *Die Zwcckfrage der Ehe in ncucr Bclcuchtung* (Eisicdcln 1941); N.Ladomersky, *S.Augustin docteur du mariage chrétien* (Roma 1942); Boissard, *Questions théologiques sur le mariage* (Paris 1948); C.Schahl, *La doctrine des fins du mariage dans la théologie scholastique* (Paris 1948); R Allers, *L'amour et Tinstinct:* EtCarm 21 (1936) 99-124; P.DoncEïTR, *La sainteté du mariage chrétien:* Et 23<f (1938) 38-55; R.Boicelot, *Du sens et dc la fin du mariage:* RevTheol 66 (1939) 5-34; *Du sens et de la fin du mariage:* NouvRevTh 45 (1939) 5-33; M.T.Gerlaud, *Note sur la fin du mariage d'après St.Thon-tas :* RevThom 45 (1939) 764-773; M.-J. Nicolas, *Remarques sur le sens et le fin du mariage:* RevThom 45 (1939) 774-793; A.Lanza. *De fine primario matrimonii:* Apollinaris 13 (1940) 53-83.218-264; R.CarpentiER, *Les fins du mariage* (Decret 29 Mars 1944): NouvRevTh 67 (1945) 838-842; Boissard, *Les fins du mariage dans la théologie scholastique:* RevThom 49 (1949) 289-309; L.Lochet, *Les fins du mariage:* NouvRevTh 73 (1951) 449-465.561-586; Le Bras, *Mariage:* DTC 9,2077-2317.

dum matrimonium propter unionem mutuam quam propter prolis procreationem. Sed hoc non impedit quominus finis primarius a Deo intentus et impositus in institutione matrimonii sit prolis generatio. Sufficit enim ut homines verum matrimonium contrahere velint, nec excludant finem matrimonii ; non enim tenentur ad appetendum finem primarium propter se, sed sufficit ut moveantur ad matrimonium contrahendum propter finem i secundarium. Sic fieri potest ut aliquis homo vellet continentiam servare integram, amore castitatis, sed propter ardorem libidinis potius eligat *nubere quam uri* (1 Cor. 7,9). Praeterea si attendere deberemus ad id quod nupturientes agere solent, potius dicendum esset illos saepius intendere unionem corporalem quam spiritualem; quod apparet in tot divortiis et malis contra sanctitatem matrimonii.

2. Quoad documentum Pii XI, verum est verba illa esse a Summo Pontifice prolata, sed integra recenseri debent. Summus enim Pontifex dicit: "... primaria matrimonii causa et ratio dicit potest, *si tamen* matrimonium *non pressius* ut instinctum ad prolem rite procreandam educandamque, *sed latius* ut totius vitae communio, consuetudo, societas accipiatur" 57.

166. Et ita quidem est. Quod enim hi auctores contendunt, ad *societatem matrimonialem* potius quam ad ipsum *matrimonium* in se consideratum spectat. Unde S.Officium hoc edidit decretum:

"De matrimonii finibus eorumque relatione et ordine his postremis annis nonnulla typis edita prodierunt, quae vel asserunt finem primarium matrimonii non esse prolis generationem, vel fines secundarios non esse fini primario subordinates, sed ab eo independentes.

"Hisce in elucubrationibus primarius coniugii finis alius ab aliis designatur, ut ex.gr. : coniugum per omnimodam vitae actionisque communionem complementum ac personalis perfectio; coniugum mutuus amor atque unio fovenda ac perficienda per physicam et somaticam propriae personae traditionem ; et huiusmodi alia plura.

"In iisdem scriptis interdum verbis in documentis Ecclesiae occurrentibus (ut sunt, v.gr. finis primarius, secundarius) sensus tribuitur, qui cum his vocibus, secundum communem theologorum usum, non congruit.

"Novatus hic cogitandi et loquendi modus natus est ad

07 *Encycl. "Casti connubii": AAS* 22 (1930) 548-549.

errores et incertitudines fovendas; quibus avertendis prospicientes Emmi. ac Revmi. Patres huius Supremae Sacrae Congregationis, rebus fidei et morum tutandis praepositi, in consensu plenario feriaê IV, die 29 Martii 1944 habito, proposito sibi dubio: An admitti possit quorundam recentiorum sententia, qui vel negant finem primarium matrimonii esse prolis generationenr et educationem, vel docent fines secundarios fini primario non esse essentialiter subordinates, sed esse aeque principales et independentes; respondendum decreverunt: Negative" (D 2295).

ARTICULUS III

De Matrimonii proprietatibus

167. Quamvis agendo^ de sacramento matrimonii fusius de matrimonii proprietatibus sive effectibus tractaturi sumus, nunc tamen etiam de matrimonio, ut officium est naturae, agentes, eas considerabimus, siquidem non desunt qui putent alias esse in lege naturae, alias in lege Christi matrimonii proprietates.

Propositio 6. Ex legitimo matrimonio oriuntur inter coniuges obligationes servandae et iura tuenda, ex quibus vinculum matrimoniale exsurgit.

168. Matrimonium est verus contractus (ut melius exponet-.z in n.214s de matrimonio sacramento), ac proinde est "duorum in idem consensus obligationem pariens". Scilicet, ex hoc contractu matrimoniali, sicut ex omni contractu, obligationes et iura proveniunt, quae contrahentes alligant, ac proinde est inter eos *vinculum* quoddam eos uniens.

Obiectum primarium contractus matrimonalis, est ius ad corpora in ordine ad generationem, idque exprimit S.Paulus his verbis: *Uxori vir debitum reddat, similiter autem· et uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier* (1 Cor 7,3-4).

Vinculum, igitur, respicit primario ad has obligationes in ordine ad generationem; ac proinde natura vinculi eiusque proprietates repeti debent ab essentia et finibus seu obiecto matrimonii; ut est contractus. Contractus, ut iam diximus,

est liber, sed non quomodocumque: est enim liber quoad exercitium, non vero quoad specificationem. Recte, igitur, Pius XI: "At quamquam matrimonium suapte natura divinitus est institutum, tamen humana quoque voluntas suas in eo partes habet casque nobilissimas; nam singulare quodque matrimonium, prout est coniugalis coniunctio inter hunc virum et hanc' mulierem, non oritur nisi ex libero utritisque sponsi consensu: qui quidem liber voluntatis actus, quo utraque pars tradit et acceptat ius coniugii proprium, ad verum matrimonium constituendum tam necessarius est ut nulla humana potestate suppleri valeat. Haec tamen libertas, eo tantum spectat ut constet, utrum contrahentes re vera matrimonium inire et cum hac persona inire velint an non; libertati vero hominis matrimonii natura penitus subducitur, ita. ut, qui semel matrimonium contraxerit, divinis eius legibus et essentialibus proprietatibus subiciatur" 58.

Divinae leges et essentiales proprietates, quae ex divina matrimonii institutione cum matrimoniali vinculo oriuntur, sunt praecipue: indissolubilitas et unitas.

Propositio 7. Finis primarius et praesertim secundarius matrimonii postulat eius omnimodam perpetuitatem seu indissolubilitatem.

169. Perpetuitati opponitur dissoeubilitas S8. Matrimonium autem solvi posset *ab intrinseco,* id est, ex ipsa voluntate contrahentium; et *ab extrinseco,* seu ex voluntate superioris qui vinculum matrimoniale destrueret.

Praeterea haec dissolutio posset fieri vel *per se* et *generaliter,* si, sicut licuit coniugibus contractum inire, ita etiam liceret semper ad eorum placitum separationem decernere; vel *per accidens,* id est, tantum in aliquo casu, gravi de causa et a legitimo iudice probata.

'Pandem separatio coniugum vocatur *imperfecta,* si est tantum quoad cohabitationem, manente vinculo; *perfecta* vero, si ipsum vinculum solvitur, ita ut coniuges ad alias nuptias accedere possint.

Indissolubilitas matrimonii prohibet solubilitatem *intrinsecam* et per se: quapropter nunquam coniuges possunt ipsi per se matrimonium irritum reddere, neve solvere. Dissolubilitas extrinseca pendet ab auctoritate competenti, quat; ta-*

" *Encycl. "Casii connubii":* AAS 22 (1930) 541,
M Y.CathrKin, *Moralbhilofophic* 2,425s,

men non omnia quae velit, potest, sed ea tantum quae vel iuri divino positivo vel legi naturali non contradicant.

Relate ad matrimonium inter Christianos, cum Ecclesia sit unica competens auctoritas, non nisi ab ea possunt leges circa matrimonii essentiam et essentiales proprietates determinari, vel exceptionem stabilire. In his vero Ecclesia auctoritatem habet a Christo, ac proinde non contra Christi legem agere potest. Postea dicemus in quibus casibus Ecclesia dispensare possit.

Quod attinet ad matrimonia inter paganos, standum erit ad leges positivas Dei in institutione matrimonii. Et quamvis ante Christum dispensaverat saepe quoad indissolubilitatem et unicitatem matrimonii, tamen Ipse Deus per Christum ad primum rigorem matrimonium in genere restituit. Unde leges civiles respectu ad matrimonia non Christiana, non possunt contradicere legi Dei.

170. Matrimonium *institutione divina* esse indissolubile patet ex ipsis verbis quibus coniugium institutum est: *Propter hoc relinquet hamo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* (Gen 2,24). Nam relinquere hominem patrem et matrem ceteraque quae magis amabat, propter uxorem, exigit maximam fidelitatem ; quae non haberetur si matrimonium solubile esset per se.

Ipse Christus, cum matrimonium ad perfectam indissolubilitatem restituit, ostendit illud ab initio perfectum fuisse, et non nisi ex indulgentia Dei relaxationem vinculi fuisse concessam.

Pius IX in *Syllabo* damnavit hanc propositionem: "Iure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest" (D 1767). Similiter Deo XIII, Pius Vi, Pius XI"0.

Dicimus finem primarium et secundarium matrimonii exigere eius indissolubilitatem, siquidem procreatio et educatio prolis (quod est finis primarius matrimonii) requirit continuum patris matrisque consortium, quod eo vel magis elucet, quando ex aliqua ratione, v. gr. morte alterutrius, unus tantum consors prolem educare debet. Iam, in educanda prole coniuges debent naturaliter coniuncti manere, tum propter mutuam rei familiaris sollicitudinem, tum propter mutuam amicitiam, tum propter mutuam benevolentiam. Hic autem

" Pius XI, *Encycl. "Casti connubii":* AAS 22 (1930) 551. Cf. infra n.235.

coniunctionis status debet per plures annos produci. Iam vero, quando naturaliter coniuges procreare iam non possunt, tunc magis indigent adiutorio mutuo, ac consequenter strictior debet esse mutua amicitia. Ergo revera, attentis matrimonii finibus, *per se* matrimonium indissolubile est.

At si matrimonium est per se et generatim indissolubile, etiam *per accidens* indissolubile erit. Nam prout est homo ad libidinem proclivus et inconstans in amore praesertim sensuali ; cum sit tam grave onus coniugale, et tam diuturna educatio: si spes vel minima eluceret vel periculum adesset dissolutionis matrimonii, facile mutuae suspiciones et iurgia excitarentur, et desiderium exinde mutandi condicionem, et consequenter mutuus amor frigesceret, eoque ipso mutua sollicitudo et rei familiaris procurandae et communis prolis educandae magnum detrimentum pateretur.

171. *Ab extrinseco* etiam demonstratur matrimonii indissolubilitas. Bonum enim publicum postulat etiam omnimodam hanc indissolubilitatem : tum quia ex divortio facile exurgunt lites et dissensiones inter coniugum cognatos, tum etiam quia familia, ut constat ex historia, vehiculum naturale est quo perpetuo transmittuntur ab una in aliam generationem et moralis institutio et religionis documenta et patriae communes 'traditiones et connaturalis bonorum materialium partitio, sine quibus pax et ordo socialis stare non possunt. Iam vero, statim apparet quantum huiusmodi res paterentur detrimentum, si facile matrimonia dissolvi possent ; et hoc facile eveniret, si omnino indissolubile matrimonium non esset '°1.

172. Obiectiones. 1. Solutio matrimonii vel est intrinsece mala, vel non. Si primum, nec Deus dispensare potest ; si alterum, etiam homines possunt. Ergo.

Dist. antec.: Solutio matrimonii aut est intrinsece mala aut non, vel *absolute* vel *condicionale, conc, antec.;* praecise *absolute, nego antec.* Matrimonium, prout est institutum a Deo, potest in se aliquid exigere, quod *per se et generatim* adimpleri debeat, *nisi Ipse Deus,* matrimonii institutor, exceptionem admittat. In hoc casu, cum indissolubilitas matrimonii magis attentet contra fines secundarios, quam contra finem primarium (potest enim secunda uxor filios mariti diligere et' educare), ideo potest etiam Deus dispensare. Ideo diximus in enuntiatione propositionis: finis primarius et *praesertim* secundarius matrimonii exigit perpetuitatem.

2. Matrimonium oritur ex libero contractu. Ergo etiam libere dissolvi potest.

" Cf. J.B.M.Mayaud. *L'indissolubilité du mariage. Etude historico-canonique* (Strasbourg-Paris 1952).

Dist. antec. Oritur ex libero contractu quoad exercitium, *conc. antec.;* quoad specificationem, *nego antec.* Tam explicavimus in propositione anteriori quo sensu matrimonium sit liberum.

Propositio 8. Finis primarius et praesertim secundarius matrimonii postulat eius omnimodam unitatem.

173. Unitas matrimonii consistit in eo quod sit coniunctio exclusiva unius cum una. Igitur unitati opponitur *polyandria* (unio simultanea unius mulieris cum pluribus viris) et *polygynia* (unio unius viri cum pluribus mulieribus). *Polygamia,* per se significat unionem unius cum pluribus; et includit polyandriam et polygyniam; at saepe adhibetur pro polygynia. De his fusius agemus tractantes de matrimonii sacramenti effectibus.

Unitati opponitur pluralitas, sive simultanea, sive successiva. Successiva autem intelligitur ea quae habetur perdurante vinculo, prioris matrimonii, si vir, v.gr., reliquit uxorem et aliam duxit; si vero soluto legitime priori matrimonio, verbi gratia, per mortem coniugis, secundum matrimonium initur, haec pluralitas non est repudianda; sed de ea non agimus.

Unitas matrimonii constat ex ipsis verbis, supra relatis, quibus Deum iirt paradiso matrimonium instituit. Cum enim, dixit, *erunt duo in carne una,* perfectam unitatem indicavit. Factum Lamech, qui primus duas uxores habuit, reprobatur a Patribus®2.

Finibus matrimonii, praesertim finibus secundariis, repugnare polygamiam est nimis evidens. Nam procreatio et educatio prolis debet esse perfecta, ac proinde attendere etiam ad educationem spiritualem et supernaturalem; iam vero in polygamia sunt saepe multae lites, dissensiones, discordiae; frequentes sunt contentiones, aliaque multa quae in filiorum educationem influxum pessimum exercent, ut nimis experientia patet. Praeterea mutuus amor et concordia quae debet esse in matrimonio, haberi non potest: in polygamia simultanea impossibile est ut amor viri erga plures mulieres aequalis sit; et prout est feminina condicio, uxor minus dilecta convertitur in servam, proles ex ipsa habita despicitur, etc. Exemplum habetur in ipsa Scriptura in casu Abrahae qui, hortante uxore Sara, concepit ex Agar (Gen 16 et 21).

82 S.Hieronymus, *Adversus lovinianum* 1,14: ML 23,280; Innocentius III *ad Epise. Tibcriad.: Decretales* 4,19.8 (ed. A.Friedberg, 2,724)j pii/S XI, *Encycl,* "ÇmK cpnnwWi"; AAS 23 (1930) 551-554.

Propositio 9. Auctoritas per se ad matrimonia spectans est auctoritas religiosa; et matrimonium ante adventum Christi fuit quoddam "Sacramentum naturae".

174. Matrimonium, ut dictum est, est contractus, cuius obiectum sunt corpora contrahentium, et cuius finis primarius est procreatio prolis. Ex utroque hoc capite eruitur matrimonium habere quandam speciem sanctitatis seu rei sacrae, quae illud ad religiosam potestatem committit.

1) *Ex obiecto contractus.* PETRUS a Tarantasia ait: "Respondeo quod ad hoc ut vere contrahatur in foro conscientiae et Dei, qui cordium novit occulta, requiritur verus consensus interior, quamvis non sufficeret sine institutione divina, quia *cum vir et mulier plenarie subsint dominio Dei, non liceret uni transferre corpus suum in potestatem alterius, nisi concurrente ad hoc Domini voluntate et auctoritate"* Ideo S.Bonaventura censebat: "Consensus utriusque personae est causa proxima matrimonii, *sed simul cum institutione divina***· et S.Thomas: "Coniunctio sive ipsa relatio, quae est matrimonium, semper est a Deo" e5.

Et quamvis Scotus contrarius teneret, scilicet, Deum libertatem hominis semper immunem relinquere, ac proinde hominem esse liberum respectu ad traditionem sui corporis sive in servitutem, sive in matrimonium ; attamen tum Schola thomista, tum schola scotista, admittunt contractum matrimonialem esse toto caelo diversum ab aliis contractibus.

2) *Ex institutione divina.* Deus, cum cetera super terram uno verbo creasset, cum pervenit ad hominis creationem, specialem! actum exercere voluit: *faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen 1,26); et ut ostenderet matrimonii dignitatem, voluit directa operatione Evae corpus ex Adamo producere ; creataque Evae anima, mulierem ad Adamum adduxit ut eam Adamus in uxorem acceptaret (Gen 2,22). Sic Deus directe et immediate, matrimonium instituens, eius sanctitatem declarabat, sua benedictione illud quasi "sacramentum naturae" constituebat, et sibi iura in matrimonii leges reservabat °7.

175. Hoc nomen "sacramentum naturae" matrimonio ap-

« *In 4* <1.27 q.2.
« *In 4* d.27 a.2 q.l.
" *In 4* d.27 a.2 q.l ad 3
w *Opus Oxonicnse* d.26 q.unic. n.10.
* Cf. L-Godefroy, *Mariage:* DTC 9,2047.

plicatum, invenitur in scholasticis et in documentis pontificiis. S.Bon^ventura dicebat de matrimonio infidelium: "habet tantuni semiplene rationem officii, remedii et sacramenti" 68*; et S.Thomas de eisdem affirmabat: "Matrimonium tale, est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamvis non actualiter, eo quod actu non contrahunt in fide Ecclesiae" 6fl.

Honorius III et Innocentius III asserunt matrimonium infidelium esse sanctum et validum "utpote coniugii sacramentum non solum apud latinos et graecos, sed etiam apud fideles et infideles exsistat" 70. Quod repetit Leo XIII doctrinam magis explanans: "Etenim cum matrimonium habeat Deum auctorem, fueritque vel a principio quaedam Incarnationis Verbi Dei adumbratio, idcirco *inest in eo sacrum et religiosum quiddam, non. adventitiam sed ingenitum, non ab hominibus adceptum, sed natura insitum.* Quocirca Innocentius III et Honorius III, decessores Nostri, non iniuria nec temere affirmare potuerunt *apud fideles et infideles exsistere sacramentum coniugii.* Testamur et monumenta antiquitatis, et mores atque instituta populorum, qui ad humanitatem magis accesserant et exquisitiore iuris et aequitatis cognitione praestiterant; quorum omnium mentibus informatum anticipatumque fuisse constat, ut *cum de matrimonio cogitarent, forma occurreret rei cum religione et sanctitate coniuncta. Hanc ob causam nuptiae apud illos non sine caeremoniis religionum, auctoritate pontificum, ministerio Sacerdotum fieri saepe consueverunt"71.* Unde concludit Summus Pontifex: "Igitur, cum matrimonium sit *sua vi, sua natura, sua sponte sacrum, consentaneum est, ut regatur et temperetur non principum imperio, sed divina auctoritate Ecclesiae, quae rerum sacrarum sola habet magisterium".*

Nec loquitur Summus Pontifex de matrimonio christiano, sed in genere de quolibet coniugio, prout a Deo institutum est, statim enim transitum facit ad matrimonium inter Christianos, quod est sacramentum proprie dictum.

Hoc Leonis XHI testimonium confirmatur ethnologia et studio quod vocant religionum comparatarum. Nam in omnibus fere populis primitivis matrimonium apparet cum religiosis caeremoniis coniunctum, saepe ab ipsis sacerdotibus

« *In 4* d.39.
00 *In 4* d.39 q.1 a.2 ad 1.
70 Innocentius III *ad Episc. Tibcriad.: Decretales* 4,9,8 de divortio (ed. Friedberg 2.723); Honorius III: *Decretales* 1,36,11 de transactionibus (ed. Friedberg 2,210).
71 *Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae":* ASS 12 (1879-1880) 392,

benedictum, vel saltem, coram religiosa auctoritate celebratum. Saepius matrimonium celebrabatur in domo parentum sponsi vel sponsae, inde ad novam domum omnes transibant ubi dotalia sponsae tradebantur, contractus ratus habebatur et sacrificium vel caeremonia aliqua religiosa perficiebatur72.

Saeculo transacto, *schola evolutionista* voluit detegere in primaeva generis humani condicione, maximam sexus promiscuitatem, ut ostenderet illos primaevos populos ne notionem quidem habuisse de fine primario matrimonii, sed tantum sexuali instinctui induisisse. Post longam periodum tantae incontinentiae, paulatim matriarchatus efformatus est, e quo patriarchatus effluxit. Ita, plus minus, J.J.BachofEN, Tylor, Morgan 73, etc.; et huiusmodi doctrina valde arrisit C.Marx, Engels, Simons.

At contra hanc falsam theoriam evolutionistam scripserunt WESTERMARCK, Lowjë, Malinowsky 74, etc., qui statuerunt: *a)* Probari non potest ullum fuissé populum, in quo systematice promiscuitas sexus viguisset; *b)* patriarchatus et matriarchatus nullam habent chronologicam relationem inter se, sed patriarchatus apud populos pastores, matriarchatus inter agricolas praevaluit; c) matrimonium primaevum coluit monogamiam, at polygamia/ cito irrepsit, at nunquam universaliter, ita ut paulatim cum maiori cultura polygamia relinquebatur, etiamsi divortium frequentius evaderet75.

His etiam addi potest consuetudo, plane universalis apud antiquos et apud hodiernos populos inferioris civilis cultus, *initiationis,* quae fiebat semper cum ritu aliquo religioso, et quae magnam relationem cum matrimonio habebat.

176. Matrimonium, igitur, initio penes potestatem religiosam (quae saepe cum paterna et patriarchal! potestate confundebatur) fuit. Cum vero familia sit "quoddam seminarium civitatis" Λ, mirum non est paulatim ad auctoritatem civilem efluxisse, ita ut matrimonii religiositatem penitus in oblivionem veniret. Quod tamen infrequentius fuit, et potius inter modernas potestates, quam inter antiquos populos viguit separatio completa inter religiosam et civilem auctoritatem.

Societas civilis exigit ut multa status determinet quae ad

n *Cf. v.gr.* Tacchi Venturi. *H'storia dr las Religiones* (Barcclor.· 1'>47).
79 Tyi.or. *Primitive Culture6* (1020); L.H.Morgan. *Ancient Society* (1877).
w E-Westermarck. *The History of Human Mariage* (London 1911); R.H.Lowie, *Primitive Society* (London 1921); B.Malinowsky, *Scx Repression and Savage Society-*
70 Cf. R.Bocessino, *La religiôn de lod primitivos,* in Tacçhi Venturi, *Historia de las Religiones* 1,57-58
* $fAVGV$TJNUS, *De Civitati Dei* 1.15,16,3: MIy 41,459,

matrimonium spectant. Ideo S.Thomas assignat tres matrimonii quasi fines: perpetuitatem speciei, perpetuitatem boni politici, perpetuitatem Ecclesiae. "In quantum, igitur, ordinatur ad bonum naturae, quod est perpetuitas speciei... dicitur esse naturae officium; in quantum vero ordinatur ad bonum politicum, subiacet ordinationi civilis legis; in quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesiae, oportet quod subiaceat regimini ecclesiastico" 77. Illud autem quod, secundum scholasticos, spectat ad bonum politicum, est pars dotalis, sive quaestio pecuniaria, materialium bonorum distributio, hereditas, etc.; et in his "matrimonium, cum fiat per modum contractus cuiusdam, ordinationi legis positivae subiacet, sicut et alii contractus" 7S. At de his agemus'postea in parte sacramentali matrimonii.

CAPUT II

De exsistentia et essentia Sacramenti Matrimonii

ARTICULUS I

De exsistentia Sacramenti Matrimonii

Thesis 1. Matrimonium inter Christianos est Sacramentum.

S.Th., *Suppi,* q.42 a.l; Palmieri. 54-78; Sasse. 365-375; Pescb, 351-362; Puic de I.A B.. n.1064-1077; Otten. 356-367; I.erchEr-Umberc, 736-746; Godefroy-Le Bras-JuciE, *Mariage:* DTC 9,2045-2335.

177. Nexu's. Matrimonium ab initio generis humani institutum est a Deo, et quidem, ut supra diximus, habitum semper est tanquam res sacra. Christus etiam de Matrimonio locutus est, illud ad pristinam institutionem revocans, et sua praesentia sanctificavit (Io 2,1-11). Ideo, quod primum tractandum venit in quaestionibus de Matrimonio est eius sacramentalitas, videlicet, an revera in N.T. conservet tantum illam speciem sanctitatis antiquam, an insuper habendum sit inter sacramenta Novae Legis.·78

" CG 4,78.
78 *In 4* d.36 q.l a.5.

178. Notiones. Matrimonium, ut supra diximus; intelligi potest *active* et *passive* prout attendatur ad actus/quibus contrahentes statum matrimonialem ineunt et se determinatis obligationibus stringunt; veV^d ipsum statum permanentem.

Nunc matrimonium sumimus sensu *activo,* scilicet pro actione qua contrahentes fiunt coniuges, et definiri potest: *Contractus legitimus, quo vir et mulier sibi mutuo conferunt ius exclusivum et perpetuum in corpora in ordine ad prolis generationem.*

Ex hoc matrimonio active sumpto, seu contractu, sequitur *vinculum* permanens; vinculum quidem iuridicum et morale mutuum, quod aliquando vocatur etiam sacramentum, sed improprie, cum sacramentum non consistat in vinculo, sed in contractu qui vinculum producit Vinculum quidem matrimoniale a Christo elevatum est ad repraesentandum vinculum Christi cum Ecclesia; sed etiam hoc vinculum matrimoniale, significatur per contractum, ac proinde est quasi *symbolum materiale, res et sacramentum,* dum contractus est *sacramentum tantum.*

Inter Christianos significat omnes illos qui validum baur tismum receperunt, quamvis catholici non sint. Non baptizati, sive pagani valide quidem matrimonium contrahunt, sed non est eis nisi officium naturae [1], nec capaces sunt sacramentorum cum baptismum non acceperint.

Sacramentum sumitur sensu strictissimo; cum vero matrimonialis contractus iam ante Christum exstiterit, Christus non instituit matrimonium, sed matrimonium iam in paradjj so institutum evexit ad ordinem sacramentàlem ; ac proinde evasit institutor *sacramenti* matrimonii.

179. Adversarii, a) *Encratitae, Gnostici, Manichaei, Priscillianistae,* opinati sunt matrimonium esse rem malam, materiam makjm, opus diaboli, incentivum concupiscentiae. His postea adhaeserunt *Albigenses*[2] Armeni non clare constat an negaverint matrimonii sacramentalitatem, sed certe dicebant "actum matrimonialem esse peccatum, et etiam matrimonium" (D 537).

b) *Protestantes* negaverunt sacramentalitatcm matrimo-

1 Vocari etiam potest, cum Leone XIII, *Sacramentum naturae,* in quantum matrimonium, ut nuper diximus, semper et ubique ut res sacra est habitum. *Encycl. "Arcanum d.vinae Sapientiae":* ASS 22 (1879-1880) 382.

3 Contra hos egerunt plura Concilia et Summi Pontifices: *Symbolum Toletanum* (D 36); *Conc.Bracarcnsc* II (D 241); *Conc.Lateranense* II (D 367); Lucius III (D 402); Innocentius HI (I) 424); *Conc.Lateranense* IV (D 4301. His adiungenda est damnatio *Fraticellorum,* qui "multa contra coniugii venerabile sacramentum garrire dicuntur" (D 490).

nii. Exempli gratia, Lutherus aiebat: "Matrimonium non solum sine ulla Scriptura pro sacramento censetur, verum iisdem traditionibus, quibus sacramentum esse iactatur, merum ludibrium factum est"3. Calvinus: "Matrimonium, quod ut a Deo institutum fatentur omnes, ita pro sacramento datum nemo usque ad Gregorii tempora viderat. Et cuinam unquam sobrio in mentem venisset? Ordinatio Dei bona est et sancta; et agricultura, architectura, sutrina, tonstrina ordinationes sunt Dei legitimae, nec tamen sacramenta sunt" 4. Alii protestantes, ut Melanchthon et Chemnitz, admittunt quidem in matrimonio dari aliquam gratiam, sed non proprie sanctificantem, sicut in sacramentis quae ipsi admittunt (Baptismo et Eucharistia), ac ideo non potest cum proprietate sacramentum appellari, quamvis improprie meretur hoc nomen5.

c) *Modernistae,* ex suis principiis de evolutione dogmatis, negant matrimonium potuisse considerari ut sacramentum, iam a primis Ecclesiae saeculis. Damnati sunt a S.Pio X (D 2051).

180. Doctrina Ecclesiae. Praeter documenta allata (nota 2), quibus Ecclesia damnavit determinatos errores spectantes ad sanctitatem matrimonii, potius quam ad ipsam sacramentalitatem, haec alia adduci possunt, quae expresse matrimonium sacramentum appellant:

Conc.Lateranense II in eadem linea sacramentalitatis enumerat Eucharistiam, baptismum et matrimonium (D 367) E Eadem fere verba repetuntur in *Conc.Veronensi* (D 402).

Innocentius III agens de vinculo matrimonii et privilegio Paulino, negat hoc privilegium extendi ad casum in quo coniux fidelis labatur in haeresim vel ad gentilitatem transeat, quia "sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentum, ut ipsum in coniugibus illo durante perduret" (D 406), et in *Professione Fidei* Waldensibus praescripta ipse Summus Pontifex recenset septem sacramenta, inter quae matrimonium enumerat (D 424). Sub eodem Pontifice *Conc.Laleranense IV* cum baptismo et Eucharistia ac paenitentia recenset matrimonium, etsi explicite non asserat illud esse sacramentum (D 430).

Concilium Lugdunense II etiam inter septem sacramenta (quae singillatim memorat) includit coniugium (D 465).

* *Dc caplivit. Babylon,* cap. de Matrimonio.
4 *Inst.tut.* 1.4 ç.19.34.
6 Cf. S.Robertus Beli.armino, *Dc Matrimonio* c.1
Λ Cn.23. Ad litteram desumpta sunt verba ex *Concùl.Tolosano* (a.1119) ct probata in *Lateranensi II* contra Petrum de Bruis et neo-manichaeos praecursores Albigensium (cf. D nota ad n.367).

Ioannks XXII errores Fraticellorum damnans, dicit: "Multa sunt alia, quae isti praesumptuosi homines contra conjugii venerabile sacramentum garrire dicuntur" (D 490).

Cone.Florentinum in Instructione ad Armenos: "Septimum est sacramentum matrimonii, quod est signum coniunctionis Christi et Ecclesiae" (D 702).

181. *Concilium Tridentinum* sollemniter definivit non solum septem esse sacramenta, inter quae matrimonium numeratur (D 844), sed expresse in sess.24: "S.q.d. matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem legis evangelicae sacramentis, a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre: A.S." (D 971). Initio tamemprima huius canonis formula proposita erat hoc modo: "S.q.d. matrimonium non esse· verum sacramentum legis evangelicae divinitus institutum, sed ab hominibus in ecclesiam invectum: A.S." 7 Hic canon respondebat ad a.1 theologis propositum: "Matrimonium non esse sacramentum a Deo institutum, sed ab hominibus in ecclesiam invectum, nec habere promissionem gratiae" 8.* Plures propositae sunt emendationes, speciatim in eo quod apponeretur *proprie unum ex septem sacramentis* (Card.Lotharingus) °, *a Christo institutum et conferre gratiam* (ep. Hydruntinus30) vel *cum promissione gratiae* (ep. Brugnatensislx); ep. Parisiensis volebat ut diceretur *matrimonium Christianorum12,* sed Generalis O.P. Vincentius lustiniani renuebat, quia "secundum aliquos doctores non omne matrimonium Christianorum est sacramentum, ut patet de matrimonio contracto per procuratorem, quod est verum matrimonium et non est sacramentum. Item Gropperius in Conc.Coloniensi negat matrimonium clandestinum, quamdiu clandestinum est, esse sacramentum"13.* Episcopus Bracarensis commendabat ut bene canon redigeretur "propter opinionem Durandi, qui dixit matrimonium esse verum sacramentum, sed non univoce cum ceteris sacramentis" w. Ad hanc Durandi opinionem adhuc alii Patres referebantur15. His prae oculis habitis, redacta est

' CTr 9.639.
» CTr 9.380.
0 CTr 9,642.
» CTr 9,643.
« CTr 9.656.
» CTr 9.658.
13 CTr 9,678 ct lege notam ibi appositam circa doctrinam Gropperii in *Concilio Coloniensi.*
u CTr 9,650.
15 Sic *Episc. Lericnsis* (CTr 9,661), *Gener. Servorum* (679), *Epise. Hyprensis {723},* atque etiam censura Patrum (639). De doctrina Durandi dubitabant

nova forma canonis 1, quae praesentata in congregatione generali die 7 Aug. 1563, immutata mnsit in aliis duabus redactionibus canonum (5 Sept, et 13 Oct.), et in definitiva forma (11 Nov. 1563) sollemniter approbata et definita Λ.

Ipsum Concilium, attendendo supplicationibus plurium Patrum, summam doctrinae de Sacramento matrimonii canonibus praeposuit: "Cum igitur matrimonium in lege evangelica veteribus connubiis per Christum gratia praestet: merito inter Novae Legis sacramenta annumerandum sancti Patres nostri,. Concilia et universalis Ecclesiae traditio semper docuerunt; adversus quam impii homines huius saeculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili sacramento senserunt..." (D 970).

Post Conc.Tridentinum matrimonii sacramentalitatem vindicant, inter alios, Pius IX *in Allocutione "Acerbissimum vobiscuin"* det matrimoniis civilibus (D 1640); Leo XIII in *Encyclica "Arcanum divinae sapientiae"* (D 1853s); S.Pius X in damnatione errorum modernistarum (D 2051); Pius XI saepius in *Encyclica "Casti coniiubii"* (D 2225 2237); tandem Pius XII in *Encyclica "Mystici Corporis"* 17.

Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita* (D 971)1S.

182. Probatur argumento praescriptionis. Ante Concilium Tridentinum iam per plura saecula erat unanimis theologorum consensus circa matrimonii sacramentalitatem. Atqui consensus huiusmodi ducit nos ad saeculum V; et si saeculo V ita dicebatur signum est hanc doctrinam esse apostolicam. Ergo...

Mai. Consensus theologorum a Petro Lombardo ad Concilium Tridentinum erat unanimis. Nam unicus de quo disputatur, fuit Durandus, qui tamen veram matrimonii sacramentalitatem docuit; nam ad quaestionem an matrimonium sit sacramentum, respondet: "Tenendum est absolute quod matrimonium est sacramentum, cum hoc determinet Ecclesia

Patres Concilii, ut apparet ex actis: atque nonnulli theologi recentiores censuerunt illum negasse simpliciter matrimonii sacramentalitatem (Hurter, *Nomenclator Litterarius* [1899] 4,433) At ipse vere admittit sacramentalitatem (cf. *In 4 d.26* q 3). Recte annotabat Gen. Servorum: "Ponatur conferre gratiam, propter Magistrum Sententiarum, qui nihil loquitur de gratia, et ex hoc videtur deceptum fuisse Durandum" (CTr 9,679). Ceterum prae oculis habendum est, iuxta Durandum sacramenta non esse gratiae causas, sed tantum condiciones vel causas sine quibus non.

Quinque diversas recensiones canonum de matrimonio invenies in CTr 9,639.682.760.889.967.

" AAS 35 (1943) 202.

* Cf. çtiara P 883.144 (R 2189) 402.406.490.702.844.1640.1766«.

Extra de haereticis, ad abolenda, ubi diqitur| sic: Universos qui... [citat verba Conc.Veronensis, D 402]1B... Duo ergo sunt tenenda in matrimonio, neque opposita eorum possunt teneri vel afferri sine periculo haeresis. Primum est, quod matrimonium est licitum... Secundum est, quod matrimonium est sacramentum, eo modo quo sacrae rei signum dicitur sacramentum, et dicere oppositum similiter est haereticum... Praeter autem duo praedicta, sunt alia duo circa matrimonium, quae sine periculo haeresis licitum est contraria opinari : quorum unum est theologicum, videlicet, utrum in matrimonio conferatur gratia ex opere operato, sicut in aliis sacramentis novae legis. Secundum est logicum, videlicet, utrum matrimonium habeat plenam univocationem cum aliis sacramentis" [20]. Ad primum, dicit Durandus canonistas negare matrimonium gratiam conferre, modernos autem theologos quasi communiter tenere "quod per sacramentum matrimonii confertur gratia nisi contrahentes ponant obicem" ; ipse tamen Durandus nihil determinat, nisi animadvertit esse doctrinam disputabilem [21]. "Quantum ad secundum... sciendum est, quod cum univoca sint quorum nomen est commune, et ratio, id est, definitio secundum illud nomen est eadem, discurrendum est per rationes seu diffinitiones sacramenti... inter quas prior et communior diffinitio sacramenti est, quod sacramentum est sacrae rei signum, et secundum hanc diffinitionem non est dubium quin sacramentum coniugii sit univoce sacramentum cum aliis" [22]. Ergo, ut patet, Durandus vere notionem sacramenti ad matrimonium extendit [23].

Min. Ante Petrum Lombardum doctrina de sacramentalitate matrimonii eandem lentam evolutionem sequitur atque alia sacramenta. Apparet in primo catalogo septenario *Sententiae Divinitatis* (auctoris ignoti, sed ex schola Gilberti Porretani), et postea vindicatur ab Abaelardo W Hugo a S.Victori;p4. Ante annum millesimum, sicut de ceteris sacramentis, sic etiam de matrimonio sermo est tanquam de re sacra, de signo unionis Christi cum Ecclesia, etc., et speciatim mere-

w Haec Durandus desumpsit ex *Decretalibus* 5,7,9 (ed. Friedberg, 2,780).
30 *In 4* d.26 a.3 n.5 et vide supra notam 15.
21 *L c.* nn.6.8.
a L.c. n.9.
33 *Quaestio, quae movebatur, circa matrimonii clandestini sacramentalitatem,* proveniebat ab eo quod illa matrimonia censebantur *tolerata* ab Ecclesia, ac proinde valida, sed non *approbata,* ac inde non sacramentum. Pauci tamen theologi de hac re quaestionem movebant. Cf. CTr 9,678 in responsione Generalis O.P. et notam.
34 AbaElardus, *Epitome theologiae christimac,* c.31 de coniugii sacramento: ML 178 1745; Hugo a S.Victoxç, *De Sacramentis Christianae fidci:* ML 176.479-520.

tur nomen *sacramenti* quia ita legebatur versio Vulgata vocis mysterium (Eph 5,32).

A s.V iam saepissime adhibetur vox *sacramentum* agendo de matrimonio, et quidem, eo sensu quo etiam alia sacramenta intelligebantur, quamvis definita doctrina sacramentaria nondum esset. S.Leo M., S.Gregorius, Nicolaus 1[23] aliique respondentes ad quaestiones particulares, generatim ad indissolubilitatem matrimonii spectantes, insistunt in repraesentatione rei sacrae, quam matrimonium prae· se fert, ut ostendant et vindicent eius indissolubilem condicionem[25]. Hinc patet sacramentalitatem matrimonii fuisse (etsi non perfecte clare) admissam ab auctoribus inter s.V et XI degentibus. Quoad s.V speciali ratione probari potest ex S.Augustino, qui data opera de matrimonio contra haereticos agit et illud in eadem linea collocat atque baptismum et ordinem (ut videbimus in argumento ex Patribus). Iam vero baptismum et ordinem ut vera sacramenta habet S.Doctor (cf. R 1876 1642 1475). S.Leo M., ad casum a Niceta consultum, concludendo respondebat: "Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem haberet in se Christi et Ecclesiae sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium" (R 2189).

183. **Probatur ex Scriptura.** *Nota.* Ex sola Scriptura directe probari fortasse non potest cum certitudine matrimonium esse sacramentum[27], at ea inveniuntur, quibus facile intelligitur sacramentalitatem matrimonii constasse in ecclesia apostolica, et SS.Patres sive traditionem doctrinam illam evolvisse. Sic Christus restituit indissolubilitatem et unicitatem matrimonii, extulit eius sanctitatem, et difficultates illi inhaerentes non dissimulavit (Mt 19,4-9). Apostoli inde eruunt: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere* (v.10): Christus vero conclusionem non negat neque infirmat, sed potius confirmat. Unde iam erui potest ad servandam hanc matrimonii sanctitatem et elevationem a Christo stabilitam, gratiam specialem) necessariam fore, et quidem non pro casi-

23 S.Leo Magnus, *Epist* 167,IV: ML 54.1204; S.Gregorius. *Epist.* 1,11,45 et 50: ML 77,1161.1169; Nicolaus 1, *Ad Bulgar.:* ML 119,879-880.

25 Cf. L.Godefkoy, *Mariage:* DTC 9.2101-2123.

27 Disceptant theologi circa valorem argumenti ex Eph 5,25-32 desumptum. Conc.Tridentinum nolens rem decidere, dixit Apostolum *innuere* sacramentalitatem matrimonii. Tamen si non nudus textus, sed complexus simul cum terminologia generali paulina conspicitur, sat validum argumentum esse potest. CL Prat, *La Théologie de S.Paul* 1,584s [1934]; etiam L-Godefroy, *Mariage:* DTC 9,2067-2070.

bus particularibus, sed in genere pro omni matrimonio, sive pro statu matrimoniali.

Argumentum desumimus in specie ex S.Paulo[23] ad Eph 5,22-32: 22 *Mulieres viris suis* [om. *subditae* jîmZ], *sicut Domino:* 23 *quoniam vir caput est mulieris sicut* et *Christus caput est Ecclesiae: Ipse salvator corporis* [om. *eius].* 24 *Sed sicut Ecclesia subiecta est* [=ὑποστάσσετε i, subicitur] *Christo, ita et mulieres viris* [om. jmw] *in omnibus* [= ἐν παντί, in omni (re)]. 25 *Viri diligite uxores* [om. *vestras], sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea,* 26 ui *illam sanctificaret mundans* [= καθαρίσα . postquam inundavit] *lavacro aquae iri verbd* [om. *vitae], 27 ut exhiberet,* [=παραστήσῃ, ut sisteret] *ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.* 28 *Ita et viri debent diligere uxores ut corpora sua. Qui suam uxorent diligit, seipsum diligit.* 29 *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit* [= ἐκτρέφει, enutrit], *et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam:* 30 *quia membra sumus corporis eius* [om. *de carne eius et de ossibus eius].* 31 *Propter hoc* [= ἀντί τούτου[29], pro hoc] *relinquet homo patrem et matrem* [om. *suam] et adhaerebit* = προσκολληθήσεται, agglutinabitur] *uxori suae [* = προ γυναίκα αὐτοῦ, ad uxorem suam]: *et erunt duo in carne una* [= οἱ δύο ει σάρκαν μίαν, hi duo in carnem unam]. 32 *Sacramentum hoc* [=τό μυστήριον τοὺτο, mysterium hoc, el miste--rio este, vel este misterio] *magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia·* [=εI Χριστόν..., in Christum et in Ecclesiam].

184. *Explicatio textus*[30]. S.Paulus in Epistola ad Eph exponit *doctrinam mysterii* (1,9) quod in Ecclesiae opere completum est (1,15-2,22) et a Paulo praedicatum (c.13). Tum venit ad secundam partem epistolae, ubi exponitur vitae Christianae ratio tanquam *mysterii* derivatio (c.4 ad finem). In hac altera parte, postquam generaliora quaedam virtutis monita tradidit, pervenit ad familiam Christianam, cui excellentiam sui muneris ostendit.

a Verba iuxta Vulgatae interpunctionem et versiculorum divisionem (quae a textu graeco differt) transcribimus. Inter uncinos* ( ] includuntur quae in textu graeco omittuntur, vel quae accuratius, secundum eundem textum, verti possunt. Sequimur in genere annotationes criticas P.Bover, *Las Epistolas de S.Pablo* 2,438-442.

20 In LXX legitur ἕνεκα τούτου et iam S.Hieronymus, in hunc locum, notabat S.Paulum ἀντί pro ἕνεκα posuisse. Cf. Estius in h.l. (ed. Vivès, 2,389).

30 Possunt consuli probati exegetae in h.l., e.gr. A.Lapidç, KnabBNBAUSR» Bover, etc.» vel etiam thoologi, ut EbrçwbR'Vmbbro, u.739.

Ut hoc extollat, apponit matrimonium Christianum debere assimilari mystico coniugio Christi cum Ecclesia: Christus dilexit Ecclesiam et media posuit ut pura et perennis (sine ruga) esset; ipse est caput Ecclesiae.

Inde eruuntur conclusiones practicae: Vir debet imaginem et officium Christi referre; sit ergo caput, uxorem diligat sicut se ipsum. Mulier similiter refert Ecclesiam; ergo sit viro subiecta in rebus omnibus. Vir et mulier, in hac familiari societate complexive sumpta, repraesentant illam mysticam unionem, quae est verum *mysterium,* et quidem *magnum.*

Mysterium pro S.Paulo est res a saeculis abscondita et nunc tandem revelata. Τὸ μυστήριον, *el misterio,* per antonomasiam est pro S.Paulo, oeconomia divina a saeculis abscondita et per Christum manifestata. Huius oeconomiae seu mysterii, ipse Filius pars est essentialis, quatenus Ipse est quasi opus huius oeconomiae, quae in tanto amore fundatur, ut Deus Filium suum mundum daret (Io 3,6) et ipse Filius se traderet (Eph 5,2.25; Gal 2,20). Christus itaque, tradens se, voluit non modo per unionem hypostaticam quasi matrimonium cum humanitate contrahere, sed speciatim perficere per gratiam unionem cum Ecclesia, cuius mysticum caput sic exstat. Matrimonium, igitur, est res sancta, signum magni illius mysterii, et ipsum est etiam mysterium magnum.

Hoc mysterium (quod est imago seu symbolum illius magni mysterii per antonomasiam) in tantum nomen mysterii meretur, in quantum fit respiciendo ad Christum et ad Ecclesiam; id est, in quantum vir et mulier, matrimonium contrahentes, intendunt reproducere, in sua parva societate Christiana, illud quod Christus fecit in tota societate.

S.Paulus adducit etiam verba Gen 2,24, in quo loco videtur quasi detegere praefigurationem propheticam unionis Christi cum Ecclesia, et ideo ibi videt mysterium per saecula absconditum et tandem revelatum.

185. Argumentum[31]. His positis, arguere licet: 1) S.Paulus dicit matrimonium esse: a) signum sensibile; t>) gratiae. Atqui in nova Lege omne signum gratiae est efficax gratiae. Ergo matrimonium est signum sensibile et efficax gratiae, ac proinde est sacramentum.

Mai. d). Matrimonium est signum *sensibile,* est enim traditio mutua iurium in corpus, quod non fit nisi per ma-

[31] Hoc argumentum evolvunt Palmieri, *o.c.,* 66s; SassE, 371, aliique in bibljographia citati.

nifestationem aliquam externam. Quod vero hoc S.Paulus dicat, manifestum est ; quia agit de matrimonio, sive de contractu coniugali.

Mai. b) Est *signum gratiae.* Quod patet ex his quae nuper in explicatione textus diximus. Nam Apostolus hortatur coniuges ut se ipsos diligant, ut mutua sibi officia praestent, etc., semper respicientes unionem Christi cum Ecclesia ; sic matrimonium erit non modo repraesentatio mysterii, sed et magnum mysterium. Unio vero Christi cum Ecclesia fieri per gratiam, ostendit ipse Apostolus in eadem epistola c.4,7-16 ubi dicit unicuique datam esse gratiam secundum mensuram donationis Christi, prout convenit ministerio quod habet in aedificationem corporis Christi ; *veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.: ex quo totum corpus compactum, 'et cdfinexum per omnem iuncturam subministrationis..., augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate* (v.16). Et inde concludit: *Renovamini autem spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in· iustitia, et sanctitate veritatis* (v.23-24). Induti, ergo, novum hominem coniugesi poterunt se amare tanquam Christum Ecclesiam. Et ideo S.Paulus animadvertit: *nemo unquam carnem suam odio habuit: sed enutrit et fovet eam, sicut Christus Ecclesiam.* Iam vero Christus nutrit Ecclesiam suo ipso sacratissimo Corpore et pretiosissimo sanguine et gratia sanctificante. Ergo revera, matrimonium, si est signum unionis Christi cum Ecclesia, est signum gratiae sanctificantis.

Min, In nova Lege *omne signum gratiae est efficax gratiae.* Et certe haec est mens S.Pauli, non praecise in hoc loco, sed perpetuo; nam ipse saepe contraponit legem veterem cum lege Nova: illa habebat signa vacua, id est, omnia fiebant in signis et tanquam in umbra, in lege autem Nova omnia fiunt in veritate. Propter hoc volens S.Paulus deterrere Galatas a servitute veteris Legis, in hoc innititur, quod lex vetus sit vacua: *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma, et egena elementa, quibus denuo servire vidtis* (Gal 4,9). Lex erat umbra: *Umbram habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum* (Hebr 10,1)[8\] Ergo in nova Lege signa quae statuta sunt, stabilita a Christo fuerunt ad indicandam

35 Ga! 4,9; Hebr 7,18; 9,9s. S.Ioannks Chrysostomus commentatis Gal 4,9 ait: “Egena erant quia umbram tantum habebant futurorum bonorum, ct infirma quia iustificandi et sanctificandi vi carebant.”

gratiam qua plena ilia signa sunt, seU, quod idem est, haec signa novae T,egis sunt signa efficacia gratiae quia continent gratiam quam significant.

186. 2) *Aliter argui potest:* S.Paulus proponit matrimonium non modo tanquam statum cui plures difficultates annexae sunt, sed potius tanquam modum vivendi cui coniunctae sunt obligationes, quae tamen difficultates huius status non augent praecise quia relationem habent ad obligationes inter Christum et Ecclesiam exortas, et propter hoc ipse status matrimonialis elevatur ad ordinem supernaturalem sicut et ipsae difficultates, ac proinde status ille exigit gratiam supernaturalem ad hoc ut in obligationibus adimplendis vere similitudinem reddat tanti mysteriis3. Sic S.Paulus fundamentum ponit, ex quo SS.Patres et theologi matrimonii sacramentalitatem plenius detegent.

187. Probatur ex traditione. 1. SS.Patres ex Evangelio et ex S.Paulo eruunt has pro matrimonio conclusiones: Christus matrimonii sanctitatem restituit, ad significationem mysticam matrimonium elevavit, ac arduas ei obligationes imposuit; cum vero paganismi experientia doceat fere insuperabiles esse difficultates ex sanctitate matrimonii obortas, necesse est ut Christus media det absolute necessaria ad has difficultates superandas, scilicet, ut gratiam coniugibus concedat.

Iam vero; *matrimonium a Christo sanctificatum esse,* inveniunt Patres i a) *in assistentia ipsius Christi ad nuptias in Cana,* S.Epiphanius ait: "In Cana Galilaeae externae sunt celebratae nuptiae, et aqua revera in vinum conversa dicta est duabus' de causis, ut diffluentem furiosorum hominum in mundo libidinem nuptiarum castimonia et honestate constringeret, et ut quod deerat emendaret ac iucundissimi vini suavitate inulceret et gratia" (R 1094). Et S.Augustinus: "Per hoc ergo Dominus invitatus venit ad nuptias, ut coniugalis castitas firmaretur, et ostenderetur sacramentum nuptiarum; quia et illarum nuptiarum sponsus personam Domini figurabat, cui dictum est: servasti vinum bonum usque adhuc. Bonum vinum Christus servavit usque adhuc, id est, evangeliuin suum" (R 1812). Etiam S.Cyril i.US Alexandrinus: "Cum nuptiae celebrarentur, caste nimirum et honeste, adest quidem mater servatoris, sed et ipse cum discipulis suis in-

® Ita arguit l«.Godefroy, *Mariage:* DTC 9,2069, Cf. Prat, Λα *thâologiç de g.Paul*

vitatus venit, non tam epulaturus, quam ut miraculum faceret, ac praeterea generationis humanae principium sanctificaret, quod ad carnem nimirum attinet" (R 2108).

b) *In restitutione indissolubilitatis* (Mt 19,4-10), ut notat S.Ambrosius: "Neque nos negamus sanctificatum a Christo esse coniugium, divina voce dicente: *Erunt ambo in carne una et in uno spiritu"* (R 1253).

c) *Praecipue vero in commentariis' vel allusianibus ad Eph 5,22-33,* ubi de significatione mystica matrimonii tractant. Saepe Tertullianus, egregie S.Ioannes Chrysostomus, S.Hieronymus, Ambrosiaster, aliique3·*.

188. 2. *Gratiam matrimonium conferre* insinuant saepe SS.Patres, etsi non eo technicismo quo theologi posteriores loquuntur. Sint in exemplum locutiones quibus affirmant Deum benedicere nuptias, adiuvare coniuges ut sint; fideles, etc.: Tertullianus: "Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem .eius matrimonii, quocl Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet?" (R 320). Coniugia extra ecclesiam facta respuuntur, neque hoc divino auxilio praedita sunt, quia "penes nos occultae quoque coniùnctiones, id est non prius apud ecclesiam professae, iuxta moechiam et fornicationem indicari periclitantur" (R 284). Origenes: "Deus quidem is est, qui duo in unum compegit, ut, ex quo mulier viro nupsit, duo amplius non sint; et quoniam coniunxit Deus, propterea iis inest gratia, quia a Deo coniuncti sunt; quod non ignorans Paulus connubium Verbo Dei consentaneum gratiam pronuntiat, quemadmodum castus coelibatus gratia est. Sic enim ait: Volo omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Qui autem a Deo coniuncti sunt id sentiunt et faciunt: Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam" ss.

189. 3. Vocem *sacramentum* frequenter Patres ad matrimonium applicant, innixi in versione Vulgata vocis μυστήριον; quae versio antiquissima est, iam enim illam Tertullianus noverat. Sensus vero huius vocis *sacramenti* adeo est amplus, ut· ne in singulis quidem casibus cum plena certitudine vix

51 Textus Tertulliani collegit A.d'Alès, *La théologie dc Tcrtull.cn* 321-323: S.Ioasnes Chrysostomus, *In rpist. ad Eph* c.S hom 20: MG 62,1350; S.Hieronymus, *Comment. in epist. ad Eph* 1.3i c.5: MI, 26,530-537; Ambrosiaster, in h.l.: MI. 16,398-399 (inter opera S.Ambrosii).

W /tf W *çonfmçht·* t-H n46: MG 15,1250 (partim ip R 5Q5),

determinari possit[36]. At S.Augustinus multum in notione *sacramenti* insistit, tria illa requirens in Christiano matrimonio: prolem, fidem, sacramentum. Generatim sub hac voce intelligit S.Doctor matrimonii vinculum indissolubile, quod tamen firmitatem desumit ex sanctitate, seu ex eo quod matrimonium sit res sancta, ideoque cum baptismate et Ordine comparabile: "Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causa generandi est, et in fide castitatis; quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti, per quam nefas est etiam repudio discedentem alteri nubere, dum vir eius vivit, nec saltem ipsa causa pariendi; quae cum sola sit qua nuptiae fiunt, nec ea re non subséquente propter quam fiunt, solvitur vinculum nuptiale nisi coniugis morte. Quemadmodum si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis, et si aliqua culpa quisquam ab officio removeatur, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium permanente" [37].

Matrimonium se habet, propter *sacramentum,* quasi character baptismalis in baptizato, "sicut apostatae anima, velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita, sacramentum fidei non amittit quod lavacro regenerationis accepit". En integrum textum: "Quoniam sane non tantum foecunditas, cuius fructus in prole est; nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides; verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, unde dicit Apostolus: Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam: huius procul dubio sacramenti res est, ut mas et femina connubio copulati quamdiu vivunt inseparabiliter perseverent, nec liceat, excepta causa fornicationis, a coniuge coniugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo et Ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio separetur. Cuius sacramenti tanta observantia est in civitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in ecclesia Christi quibuscumque fidelibus coniugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut, cum filiorum procreandorum causa vel nubant feminae, vel ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, ut alia foecunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege huius 37

[36] Cf. P.DE GHELLINCK, *Pour l'histoire du mot Sacrement,* 11. Pro S.Cypriano, D'ALÈS, *La théologie dc S.Cyfiricn* 84-89. KITTEL. *Thcologisches Wortcrbuch sum N.Testament* 4,809-834 (circa textum Eph 5,32 p.829-830); W.BANER, *Gricschisch-Deutsches Worterbuch...* (1952) 960-961.

[37] *De bono coniugali* 24,32: ML 40,394.

saeculi, ubi interveniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia... sed lege evangelii reus est adulterii; sicut etiam illa si alteri nupserit. Usque adeo manent inter viventes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quam cum his, quibus aliis adhaeserunt. Cum aliis quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum coniuges permanerent. Denique mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri verum coniugium potest cum quo prius adulterium fuit. Ita manet inter viventes quiddam coniugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum foederis: sicut apostatae anima velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita, sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit"[38].

Quamvis notio sacramenti technica nondum explicita sit, attamen omnia habentur ex S.Augustino elementa ut theologi posteriores veram sacramentalitatem matrimonii vindicare possint[39]. Iure ergo dicit cl. Lennerz: "Patres ex professo non tractant theoretice de matrimonii sacramentalitate sensu stricto; controversiae quae de matrimonio tempore Patrum agitabantur, erant de liceitate et moralitate coniugii, de virginitate et matrimonio, de liceitate secundarum nuptiarum, et de similibus, non autem praecise de sacramentalitate. In his autem quae de matrimonio affirmant, apparet Patres matrimonium non considerare rem mere civilem, sed matrimonium illis est res sacra a Christo sanctificata, in quo gratiae conceduntur ad ministeria implenda, cuius cura pertinet ad Ecclesiam. Haec quidem si singula nuda in se considerantur, non quidem stricte sacramentalitatem matrimonii directe enuntiant, sed ratione habita temporis, circumstantiarum, finis ob quem Patres scribunt, sufficienter ostendunt, subesse persuasionem de matrimonio christiano ut sacramento"[40].

190. Probatur vel confirmatur etiam *theologorum con-*

38 *Dc nuptiis et concupiscentia* 1,10,11: ML 44,420.

39 Vazquez (Zh *3 S.Th.*, De Matrimonio d.2 c.S n.30) collegit omnes textus S.Augustini ubi vox *sacramentum,* agendo de nuptiis, occurrit; at fortasse conclusionem nimis restrictam eruit. Ex parte adversa, nimis amplus videtur Perrone *(De Matrimonio* 1 n,121), qui veram sacramentalitatem stricto sensu ibi reperit. Moderatior est L.Godefroy, *Lc.,* 2106-2109.

40 Lennerz. *Sex theses dc Ordine ct Matrimonio* (Romae 1928) 42s. Iam *Tridentinum* docuerat: "Cum, igitur matrimonium in Lege evangclica veteribus connubiis per Christum gratiam praestet; merito inter Novae Legis sacramenta numerandum Sancti Patres nostri. Concilia et universalis Ecclesiae traditio semper docuerunt" (D 970). Vide etiam R 67 320 384 505 1094 1249 1812 2218, etc. Plures citationes invenies in Lercher-Umberg, n.742, et praesertim in J.Müllendorf. *Obcr den pattristischcn Bcwcis fur die Ehe ais Sakramcnt:* ZkathTh 2.187; 8,633-49.

sensu plane universali iam a pluribus saeculis ante Concilium Tridentinum"'1, et *ex documentis et praxi liturgica.* Nam ab initio apparet matrimonium in Ecclesia tanquam ritus religiosus haberi. S.Ignatius commendat ut matrimonium coram Episcopo celebretur 4-; hoc vero *consilium* erat iam *consuetudo* tempore Tertulliani, qui simpliciter tanquam de re usitata dicit: "Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, *quod ecclesia conciliat,* et confirmat oblatio, et *obsignat benedictio,* angeli renuntiant, Pater rato habet?" (R' 320).

Ritus huius *conciliationis* et *benedictionis* ac *obsignationis* qualis eo tempore fuerit, certo non constat. At S.Ambrosius meminit *benedictionem et velationem* (R 1249), similique modo S.Siricius, qui ratione *benedictionis* [i.e. sacramenti?] affirmat ad instar sacrilegii esse vinculum matrimoniale frangere (D 88a). *Statuta Ecclesiae antiqua* praecipiunt in cn.13: "Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranymphis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant" (Kch 952). S.Gregorius Naz. memorat caeremoniam Graecorum apponendi sive coniungendi manum sponsi cum manu sponsae per sacerdotem 431

Aliae caeremoniae et preces non cognoscuntur usque ad tempus quo ritualia et sacramentarii libri compositi sunt. In *Sacramcntario Leonino, Gelasiano, Gregoriano,* etc., in *Ordinibus Romanis,* et in *Libro Ordinum mozarabigo* 44*inveniuntur ritus et preces, quae plus minus eadem sunt atque illae quae inveniuntur in Rituali Romano. Primus qui caeremonias praecipuas matrimonii describit est Nicolaus I in *Responsis ad consulta Btdgarorum* 48.

In posterioribus ritualibus, iam a s.XII titulus praeponitur: *De Sacramento Matrimonii,* aut aliquid huiusmodi; in

41 Multi theologorum antiquorum textus citantur a cl. II.Lennerlz, *Sacramentis in genere* n.65s; ubi etiam agit de illis theologis et canonistis qui asserebant matrimonium non conferre gratiam (n.272).

43 *Epist. ad Polycarpum* 5,2; cd. Ruifc Buêno, *Padres Apostôlicos* (B.A.C.) 500.

43 *Epist.* 193: MG 37.315-316.

41 *Sacrament. Lean.* ed. ChX.FblTOB (Cambridge 1896) 140-142; *Sacrament. Gelas,* ed. H./V.Wilson (Oxford 1894) 265-268; *Sacrament. Grcgorianum:* ML 78.261 cf. 580. *Ordines Romani,* apud MartknK, *De antiquis Ecclesiae ritibus* 1.1 c.9 s.5 (col 2,127-144) ubi inveniuntur omnes et diversae caeremoniae, tum latinorum tum graecorum; *Liber Ordinum,* ed. Férotin, coi.433-442, et notandum est "les belles formules de la bénédiction nupciale sont d'un très grand intérêt. On les chercherait vainement ailleurs" (432 nota 1).

40 C.3: ML 119.980; Msi 15,403.

antiquioribus vero non nisi : *In benedictione nuptiarum,* etc. Ideo ex antiquis documentis non potest ex sola liturgia argumentum certum confici pro matrimonii sacramentalitate; at bene thesis *confirmatur* eo quod ut res sacra appareat, facta apud sacerdotes, cum speciali benedictione ac precibus, quae aliquando vere formam sacramentalem sapiunt.

191. Obiectiones. 1. Sacramenta conferunt gratiam quam significant. Atqui matrimonium significat unionem Christi cum Ecclesia quam non confert. Ergo.

Trans, mai. vel dist. Sacramenta conferunt *solum* illam gratiam quam significant, *nego mai.; etiam, conc. mai. Dist. min.* Matrimonium non confert, id est, non perficit unionem Christi cum Ecclesia, *conc. min.;* non confert augmentum gratiae sanctificantis, per quam gratiam sanctificantem perficitur unio Christi cum Ecclesia, *nego min.*

Cum dicitur *sacramentum conferre gratiam quam significat,* non intenditur sacramenta debere perficere *omnia et sola* illa quae significant, sed esse signa *efficacia* gratiae. Imo, gratia sanctificans et gratiae actuales, quas sacramenta conferunt, tendunt ad perficiendum id quod significant. Sic v.gr. in Eucharistia, datur augmentum gratiae, quae tendit ad unionem augendam inter animam et Christum, sicut nutrimentum materiale convertitur in substantiam manducantis ; confirmatio dat gratiam roboris ad luctandum pro fide etc. Matrimonium vero significat unionem Christi cum Ecclesia ct confert illam gratiam, qua coniuges ita semper unitos manere debent ut re quidem vera similitudinem referant illius unionis supernaturalis Christi et Ecclesiae. Ad hoc indigebunt augmento gratiae sanctificantis et multarum gratiarum actualium, quae non ponentibus obicem nunquam deerunt. Et hoc sensu matrimonii sacramentum confert gratiam quam significat.

2. Sacramenta sunt a Christo instituta. Atqui matrimonium non est institutum a Christo. Ergo.

Conc. mai. Dist. min. Matrimonium, ut contractus naturalis, non est institutum a Christo, *conc. min.;* ut sacramentum, *nego min.* (cf. schol. 11.192).

3. Matrimonium eiusque actus praecipuus est aliquid peccaminosum. Atqui res mala non potest esse sacramentum. Ergo.

Nego mai. prorsus. Hoc dicebant haeretici, de quibus locuti sumus in recensione adversariorum. Egregie matrimonii sanctitatem defendit S.Augustinus multis in locis contra manichaeos.

4. Insfo. Atqui matrimonium est saltem status imperfectus. Nam melior virginitas quam matrimonium. Atqui virginitas non est sacramentum. Ergo neque matrimonium.

Trans. vel conc. min. subs., conc. mai. et min., et nego conseq. vel potius suppositum, scilicet sacramentum debere esse de re perfectiori, vel perfectionem status causam esse cur matrimonium sacramento consecretur. Nam dummodo res mala non sit, iam pendet a voluntate Christi quod saçramentum fiat aut non. Hoc autem posito, "facile intelligitur, sapientissime institutum esse, quod matrimonium Christianum sit sacramentum. Finis enim matrimonii christiani est propagare populum Dei, unde gravia onera coniugibus imponuntur; praeterea matrimonium Christianorum specialem habet unitatem et

indissolubilitatem, unde iterum magnae difficultates oriri possunt; hinc facile intelligitur Christum gratia sacramentali eos sublevare et adiuvare voluisse, qui huiusmodi onera subeunt" ".

Respectu ad perfectionem status, recte animadvertit Palmieri: "Si comparetur status cum statu, perfectior est status continentiae; at nihil impedit quominus status ex se imperfectior consecretur sacramento, ct sub hac ratione praestet alteri. Quemadmodum sacramentum est pro paenitentibus, non pro innocentibus, licet hic status sit perfectior. Ratio vero erat cur gratia sanctificante consecraretur fieretque in nova lege sacramentum matrimonium, a quo familia et universa societas pendet, quo continuatur actio creativa Dei propagatione filiorum ad cultum ipsius; ut ita sub tutela et directione Ecclesiae, cui sacramenta credita, sunt, esset in ipso suo exordio universa humana familia"[4'].

192. Scholion. *Quo tempore matrimonii sacramentum institutum est.*

Ut dictum est, matrimonium institutum est a Deo in primordio generis humani, et Christus contractum matrimonialem ad sacramenti dignitatem evexit. Conc.Tridentinum in cn.1 de Sacramentis in genere (D 844) dicit Sacramenta fuisse *omnia* a lesu Christo Domino nostro instituta; postea vero agendo speciatim de matrimonio proposuerat cn.1 sub hac forma: "Si quis dixerit matrimonium non esse verum sacramentum legis evangelicae *divinitus institutum,* sed ab hominibus in ecclesiam invectum: A.S." [48] At, instantibus pluribus Patribus, postea decretum est "a Christo Domino institutum" esse (D 971). Quaerunt theologi, an constet de occasione in qua Christus matrimonii sacramcntalitatem instituit.

Omittentes illam sententiam, quae tenet matrimonium iam fuisse verum sacramentum ab initio, quia iam tunc referebat prophetice coniunctionem Christi cum Ecclesia[4'], tres sunt praecipue in Evangelio loci, qui allegari possunt:

1. *Nuptiae Canae in Galilaea* (Io 2,1-11), quibus adfuit Christus et ubi multi Patres vident sanctificatum esse matrimonium per praesentiam Christi. Sed potius Patres hunc locum adducunt contra haereticos, qui affirmabant matrimonium esse rem malam, ut ostendant eius sanctitatem; Christus enim non cohonestasset sua praesentia et suo miraculo rem pravam.

2. *Mt 19,3,* ubi Christus restituit unitatem et indissolubilitatem matrimonii. Ex Evangelic nihil aliud exprimitur, sed Christus provocat ad praeceptum divinum Adae datum; et S.Paulus ad idem appellat ut ostendat coniunctionem Christi cum Ecclesia in matrimonio significatam (Eph 5,31). Ideo hac occasione Christus potuit intentionem habere instituendi sacramentum matrimonii, eo praecipue, quod unicitas et indissolubilitas sunt proprietates quae magis elucent in unione inter Christum ct Ecclesiam, ac in matrimonio possunt esse causae multarum difficultatum et durissimum iugum (sicut ipsi audientes notaverunt; St *ita est causa hominis cum uxore, non*

* Lennerz. *Sex theses de Sacramento Matrimonii* p.13.
47 *Tractatus de Matrimonio* p.72.
* CTr 9.639.
Ut iam diximus, fuit, ut summum, *sacramentum naturae,* nec gratiam com fçr<;bat ex opere operato; nullo mpdp fyit sacramentum proprie dictun).

expedit nubere. v.lOj. Ad hoc, igitur, requiritur gratia et propter hoc de facto datur in sacramento matrimonii[60].

3. Tandem adducitur *Act 1.3.* Christus ante ascensionem definitivam saepe Apostolis apparuit et cum eis agebat *loquens de regno Dei.* Revera potuit Christus in mente sua instituere sollemniter sacramentum matrimonii cum eius unicitatem et indissolubilitatem restituit, derogans sollemniter permissionem antiquitus, propter duritiam cordis, concessam; et postea post resurrectionem, notam facere Apostolis illam institutionem, sicut eos alia sacramenta edocuit[61].

ARTICULUS II

De essentia Sacramenti Matrimonii

Thesis 2. Sacramentum matrimonii consistit essentialiter in ipso matrimoniali contractu, ita ut inter baptizatos nequeat matrimonium validum contrahi quod non sit sacramentum.

S.Th.. *Suppi.* q.4S a.5; S.Bellarmino. c.7; Palmieri, 78-87; Pesch. n.718s; Sasse. 381-380; Huarte. 156-166; Otten, 368-376; Puig de la B., n.1078-1086; Lercher-Umberg. n.747-758.

193. Nexus, Iam supra dictum est matrimonium a Deo institutum esse a primordiis generis humani, et Christum illud evexisse ad sacramenti dignitatem. Quare exsurgit quaestio: Christus instituens sacramentalitatem matrimonii, reliquit contractum matrimonialem (in quo consistit adhuc essentia matrimonii inter non baptizatos), an vero addidit aliquid amplius? Vel aliis verbis: Ecclesia multa praecipit in ritu celebrationis matrimonii sacramenti: benedictionem, porrectionem annuli, exquisitionem consensus, etc.; suntne haec, aut aliqua ex his, necessaria ad sacramenti validitatem? Huic quaestioni respondemus: essentiam sacramenti matrimonii in solo contractu consistere, ita ut inter baptizatos nequeat contractus a sacramento separari, et consequenter inter ipsos nequit matrimonium validum esse quin sit sacramentum.

194. Notiones. Matrimonium eodem modo intelligimus atque in thesi anteriori. Similiter etiam Sacramentum.

Cum dicimus essentialiter volumus significare ipsam

50 S.Th.. ex hoc textu argumentum congruentiae proponit pro matrimonii sauramentalite. Cf. Pesch, n.716. In *Concilio Tridentino* Episcopus Pragensis po&tulabat ut ad verba *divinitus institutum* in prima redactione cn.l. diceretur: "a Christo institutum; ct assignetur ubi Christus illud instituit, videlicet, ubi dixit: Quod Deus coniunxit. homo non separet" (CTr 9,651).

6' Uberius hanc quaestionem disputat Rosset, *l)c sacramento matrimonii* 1 n.75$,

essentiam sacramenti, seu quod idem est, elementum constitutivum internum ipsius sacramenti. In aliis sacramentis solemus distinguere *materiam et formam* tanquam partes essentialiter constituentes entitatem sacramentalem; in hoc sacramento interea praescindimus a partibus componentibus, tanquam materia et forma, essentiam ipsam sacramenti. Non quod huiusmodi partes non sint, aut concipi non possint, sed quia ad rem nostram non spectat. De illis agemus postea.

Contractus est pactio seu conventio in ordine ad obligationes iuridicas ordinandas. Ut supra (n.144) dictum est, potest esse liber quoad exercitium et necessarium quoad specificationem. Non igitur requiritur ut obligationes iuridicae determinentur a contrahentibus vel conficientibus contractum, sed sufficit ut partes contractum agentes sese obligent ad aliquid quod iam determinatum sit ab auctoritate competenti. Ex hoc contractu oritur vinculum seu matrimonium in facto esse.

Ut evidens est, distinguere possumus inter contractum et sacramentum; nam ante adventum Christi matrimonium exsistebat, ut verus contractus, et sacramentum non erat; atque etiam nunc, non baptizati valide contrahunt matrimonium, quod quidem sacramentum minime est. Sed hanc distinctionem inter matrimonium et contractum matrimonialem inter baptizatos defendimus esse tantum rationis, non realem, ita ut separari minime possit sacramentalitas a contractu.

195. Sententiae. Praeter nostram sententiam, quae est etiam sententia S.Thomae, et omnium fere theologorum antiquorum, duae aliae sententiae afferri possunt:

1. *Prima distinguit inter Sacramentum et contractum,* et tribus^modis proponitur:

e) Matrimonium consistit in contractu, sacramentum in benedictione sacerdotali, quae coniugibus impertitur; itaque distinctio inter sacramentum et matrimonium est *totalis* ac proinde separatio dari potest. Ita Launoy, De Domïnis cum *Regalistis.* Item *Gallicani* et *losephinistae.* Postea Nuytz 1, etc.

b~) Matrimonium consistit in contractu, sacramentum in ipso contractu tanquam materia et benedictione tanquam forma: distinctio, itaque, est *partialis.* Sic Cano, Sylvius, Estius 2, etc.

1 J.Launoy, *Regia in matrimonitent potestas* (1674); De Dominis, M.A., *De rcpubiica ecclesiastica* (1620); J.Nuytiz doctrinam suam in variis operibus sparsit. quae damnata sunt a Pio IX.

2 Cano, *De locis theologicis* 1.8 c.5; Sylvius. *In 3 divi Th.* q.42 a.1 q.*2 conci.1-3.

c) Sacramentum consistit in contractu ipso, attamen contrahentes possunt excludere rationem sacramenti, et adhuc contractus esset validus. In hac sententia distinctio est etiam quodammodo *partialis,* seu potius est distinctio realis quatenus intentio est, illud quod addi debet ad hoc ut contractus sit sacramentum. Hanc opinionem habuerunt Billuart, Vâzquez, Wirceburgenses 3[5] etc.

2. *Secunda negat matrimonium consistere in contractu.* Reponit matrimonium in *relatione organica, negotio iuridico formali, institutione,* etc. Videtur confundere matrimonium in fieri et in facto esse; ideoque potius refertur ad vinculum ex matrimonio ortum, quam ad ipsum matrimonium in fieri. Haec doctrina, quae omnino erat derelicta, iterum renovatur. Ita Lefèvre, Giménez Fernandez, T.Garcîa Barberena *r, et pauci alii.

196. Doctrina Ecclesiae. Saepe Ecclesia theseos doctrinam defendit cum occasio postulavit. Nicolaus I respondens quibusdam consultationibus Bulgarorum, exponit caeremonias quas Ecclesia romana faciebat in benedictione nuptiali, et concludit: "Tanta solet arctare quosdam rerum inopia, ut ad haec praeparanda nullum his suffragetur auxilium; ac per hoc sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui consensus, si solus in nuptiis forte defuerit, cetera omnia, etiam cum ipso coitu, celebrata frustrantur" '*b.

Innocentius III: "Consuluisti nos, utrum mutus et surdus alicui possint matrimonialiter copulari. Ad quod fraternitati tuae taliter respondemus, quod, cum... sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur; videtur, quod si talis velit contrahere, sibi non possit vel debeat denegari, cum, quod verbis non potest, signis valeat declarare" (D 404)B.

Alexander III: "Si inter virum et mulierem legitimus consensus... interveniat de praesenti, ita quidem, ut unus al-

3 Billuart, *De Matrimonio* d.1 a.5: Vazquez, *Dc Sacramentis* <1,1'38 c.5 n.63-64; Wirceburgenses, *Dc Matrimonio* n.300.303.

Lefèvre, *Le mariage civil n'est it qu'un contrat?:* Nouvelle Revue Historique de droit français et étranger (1902 300-304; Giménez Fernândez, *La instituciôn matrimonial* (Madrid 1947); T.Garcîa Barberena, *Sobre la idea contractual del Matrimonio Canânico:* MiscCom 16 (1951) 158-179, cum bibliographia in p.162, nota 16. Contra hunc auctorem scripsit O.Robleda. S.I., *Sobre cl matrimonio in fieri:* EstEcI 28 (1954) 5-56; cui respondit GarcIa Berberena, *Sobre cl matrimonio in fieri:* Salmanticensis, 1 (1954) 422-440.

'b *Resp. ad consulta Bulgarorum:* Msi 15,403; ML 119,980 (partim D 334).

6 Idem Pontifex in *epist. ad Episcop. Mutinensem* fere repetit verba Nicolai I: *Decretales* 4,4,5 (ed. Friedberg 2,682; in D38 post 404).

terum in suo mutuo consensu verbis consuetis expresse recipiat..., sive sit iuramentum interpositum sive non, non licet mulieri alii nubere" (D 397).

Eugenius IV in instructione ad Armenos: "Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti expressus" (D 702).

Concilium· Tridentinum habuit prorsus ut valida matrimonia clandestina quae sine caeremoniis religiosis fiebant; quamvis ipsum Concilium ea in posterum invalida fore decrevit: "Tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit..." (D 990).

Pius VI: "Dogma fidei est, ut matrimonium, quod ante adventum Christi nihil aliud erat nisi indissolubilis quidam contractus, illud post Christi adventum evaserit unum ex septem Novae Legis sacramentis a Christo Domino institutum... [ideo sola Ecclesia potest determinare formam huius contractus]... Hae causae non alia ratione pertinent ad unum Ecclesiae iudicium, nisi quia contractus matrimonialis est vere et proprie unum ex septem legis evangelicae sacramentis" b.

Pius IX praecipue hanc doctrinam stabilivit cum damnavit loannis Nepomuceni Nuytz opera et doctrinam adversam sacramentalitati contractus. "... Cum nemo ex catholicis ignoret aut ignorare possit, matrimonium esse vere et proprie unum ex septem evangelicae- legis sacramentis a Christo Domino institutum, ac propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit sacramentum, atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter sacramentum coniunctionem, cuiuscumque etiam civilis legis vi factam, nihil aliud esse nisi turpem atque exitialem concubinatum, ab Ecclesia tantopere damnatum, ac proinde a coniugali foedere sacramentum separari, nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea omnia decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere" (D 1640).

In *Syllabo* damnavit sequentes propositiones ad matrimonii essentiam spectantes: "Matrimonii sacramentum non est nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile, ipsumque sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm est" (D 1766). "Vi contractus mere civilis potest inter Christianos constare veri nominis matrimonium, falsumque est, aut contractum matrimonii inter christianos semper esse sacra-

e *Epist. ad Episcop. Matulcnscm* 16 Sept. 1788.

mentum, aut nullum esse contractum, si sacramentum excludatur" (D 1773).

Lito XIII idem gravissimis verbis repetit: "Nec quemquam moveat illa tantopere a regalistis praedicata distinctio, vi cuius contractus nuptialis a sacramento distinguunt, eo sane consilio, ut Ecclesiae reservatis sacramenti rationibus contractum tradant in potestatem arbitriumque principum civitatis. Etenim non potest huiusmodi distinctio seu verius distractio probari; cum exploratum sit in matrimonio Christiano *contractum a sacramento nem esse dissociabilem,* atque ideo non posse contractum verum et legitimum consistere, quin sit eo ipso sacramentum. Nam Christus Dominus dignitate sacramenti auxit matrimonium, *matrimonium autem est ipse contractus,* si modo sit factus iure... Itaque apparet omne inter Christianos iustum *coniugium in se et per se esse sacramentum;* nihilque magis abhorrere a veritate, quam esse sacramentum decus quoddam adiunctum, aut proprietatem illapsam extrinsecus, quae a contractu disiungi ac disparari hominum arbitratu queat" (D 1854).

Pius XI: "Et quoniam Christus ipsum coniugalem inter fideles validum consensum signum gratiae constituit, ratio sacramenti cum Christiano coniugio tam intime coniungitur, ut nullum inter baptizatos verum matrimonium esse possit, quin eo ipso sit sacramentum" (D 2237).

CIC cn.1012: 1. "Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimonialem inter baptizatos. 2. Quare inter baptizatos nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin sit eo ipso sacramentum".

197. Valor dogmaticus. Thesis continet *doctrinam catholicam*

198. Probatur. *Nota.* Praecipua argumentatio ad certitudinem obtinendam habetur ex documentis pontificiis allatis; hoc tamen non officit quominus etiam alia argumenta afferri possint, praesertim ex theologorum consensu, quae vel separatim vel in complexu certitudinem generent. Ad probationem sufficit demonstrare sacramentum non posse se-

7 Auctores solent eam appellare *saltem theologice certam,* idque nos ipsi in prima editione proposuimus. At documenta Ecclesiae videntur plus exigere. Leo XIII et Pius XI sine restrictione ulla rem clare tradunt; Pius IX in gravissimo documento, *Syllabo,* idem docet, ac scribens ad Regem Sardiniae ait: "*Doffnto fidei est* matrimonium a lesu Christo D.N. ad dignitatem sacramenti esse elevatum, atque *doctrina Ecdesiie catholicae,* sacramentum non esse qualitatem accidentalem contractui superadditam, sed de ipsa matrimonii essentia... (9 Sept. 1852; hinc desumpta est prop.73 *Syllabi).* Rota Romana dixit hanc doctrinam esse veritatem *proximam fidei*" (AAS 3 [1910] 933).

parari a contractu;, ex quo iam eruitur nullum esse matrimonium christianum, quod non sit sacramentum.

Probatur ex Scriptura. S.Paulus dicit matrimonium esse symbolum unionis Christi cum Ecclesia. Atqui S.Paulus agit de contractu matrimoniali. Ergo contractus matrimonialis est sacramentum, seu quod idem est, essentia sacramenti consistit in ipso contractu.

Maior probata est in thesi anteriori. Et ne videamur in conclusione aliquid addere, scilicet sacramentalitatem, quod non sit in praemissis, notandum est S.Paulum agere de matrimonio prout in Ecclesia celebratur et habetur, quod iam probavimus in thesi anteriori esse sacramentum. Iam vero tunc probavimus diversis argumentis *{etiam* ex S.Paulo), unde nunc possumus praescindere ab argumento ex S.Paulo pro sacramentalitate (quod argumentum ut iam notavimus non est praecipuum neque'absolute certum) et sistere solum in eo quod ipse loquitur de matrimonio fidelium vero et ab Ecclesia recepto.

Min. S.Paulus adducit verba Scripturae in Gen 2,24, *Profiter hoc relinquet homo patrem et matrem suam· et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una* (Eph 5,31-32). Atqui in Gen, ut evidens est, non agitur nisi de contractu matrimoniali. Ergo de contractu matrimoniali dicit S.Paulus esse signum unionis Christi cum; Ecclesia.

199. Probatur ex Patribus. Patres[8], sicut de sacramentalitate matrimonii technice non quaesierunt, ita nec de eius essentia directe praeoccupati sunt. Attamen argumentum negativum ex hoc ipso conficitur, eo quod nunquam distinxerunt inter matrimonium fidelium et sacramentum, sed de ipso coniugio tanquam de re in Ecclesia sacra agunt. Imo, sine dubio de sacramentalitate non egerunt ex professo, eo praecise quod matrimonium in contractu ipso reponebant, et tantum exigebant ut ante ecclesiam iniretur.

Praeterea, ob speciales rationes, a secundis nuptiis fideles arcebant, at nihilominus si quis post mortem coniugis iterum nubere volebat, id licite valideque facere poterat, et quidem coram sacerdote, non tamen quandoque benedictio et nunquam velatio fiebat. lanl vero huiusmodi secundae nuptiae ut verum matrimonium christianum et ecclesiasticum seu sacramentum, non ut mere civile, habebantur; nec caeremo-

8 Argumentum ex Patribus conficit Perrone, *Dc Matrimonio christ.*'«no 1.1 c *6* a.1.

niae ullae praecesserant, ac nihilominus non ut diversa ab aliis matrimoniis christianis censebantur. Ergo signum est Patres non distinxisse inter matrimonium-contractum et matrimonium-sacramentum, sed totum quantum erat matrimonium in Ecclesia in contractu matrimoniali reposuisse.

200. Probatur consensu theologorum. Theologi iam inde a s.XII, cum in matrimonii sacramentalitate investigarunt, essentiam in contractu reposuerunt.

Et primi quidem canonistae, ius romanum commentantes, in nudo contractu matrimonium posuerunt: "Contractus id est ex utraque parte simul consensus tractus, sicut nuptiae et emptio"[9]. Unde theologi applicant doctrinam contractus ad sacramentum. Petrus Lombardus loquitur de *pactione coniugali*[10], et S.Albertus M. iam clare de contractu-sacramento agit: "... istud sacramentum, ut prius dictum est, consistit in quadam commutatione sive contractu ipsius personae contrahentis ; talis autem commutatio non potest fieri sine consetisu commutantis, sive contrahentis : et ideo in isto et non in aliis requiritur consensus" [11]. S.Bonaventura distinguebat inter benedictionem et contractum, qui requiritur ad essentiam: "Ad esse matrimonii ista duo sufficiunt, scilicet legitimitas in personis et unitas in consensu. Ad sollemnitatem vero et decorem sive honestatem requiritur et parentum traditio et sacerdotum benedictio" [12] Et sic unanimiter omnes theologi et canonistae usque ad M.Cano, qui suam proponens sententiam iam animadvertit extra theologorum communitatem in hac re versari: "Nulla autem harum rerum [sacrae scripturae vel apostolica instituta] efficere potest matrimonium sine ministro profane contractum esse novae legis sacramentum. Ubi ego, si thomistae omnes cum scotistis exsistant, si cum antiquis iuniores velint contra me pugnare, tamen superior sim necesse est" [13]. Hoc dicebat Cano, quia putabat theologos antiquos non attendisse ad distinctionem inter contractum et sacramentum, quapropter putabat se primus arripere novam viam in quam sequentes theologi ingrederentur: "Ita casu quodam communis forte consensio facta est, cum contra usu quoque venire potuerit, ut, si primus adseruisset non omne fidelium coniugium sacramentum esse,

[9] Petri. *Exceptiones Icouni romanarum,* App.1 c.20; apud Le Bras. *Mariage:* DTC 9.2182.
[10] *Sentent.* 4 d.27 c.4.
[11] *In 4* d.27 a.6.
[12] *In 4* d.28 a.1 q 5. Similiter Scotus, *In 4* d.26 a.2 q.2.
[13] *De loch theologicis* 1.8 c.S.

sed quod religiose sacrateque esset constitutum, secundus, tertius ac deinceps reliqui, quoniam probabile etiam id esset, eandem sententiam sequerentur". Sed Spes eum fefellit; ipse fere solus viam ingressus est, quam secundus et tertius non vero deinceps alii theologi sunt secuti. Hoc tamen ex ipsius testimonio eruitur, doctrinam theseos fuisse eo tempore communem theologorum sententiam.

201. Obiectiones. 1. Essentia sacramenti componitur ex materia ct forma. Atqui contractus matrimonialis non componitur ex materia et forma. Ergo confractus non est sacramentum.

Disl. mai. Essentia sacramenti componitur ex materia et forma tanquam ex rebus materialibus sive physicis, in sensu univoco cum materia et forma systematis hylemorphici, *nego mai.;* in sensu analogo ct non praecise ex rebus materialibus sive physicis, *cone. mai. Contradist. min.* et' *nego cons.* Iam explicatum in tr. de sacramentis in communi quomodo intclligatur materia ct forma in sacramentis. Praeterea iam animadvertimus nos in hac tractatione de essentia matrimoniali, distinguere inter essentiam et' constitutiva essentiae, id est, inter essentiam in genere et materiam et formam tanquam partes essentiales, dc quibus agemus statim. Nam revera etiam in sacramento matrimonii inveniuntur partes essentiales, quae se habeant ad modum materiae et formae.

2. Ad hoc ut habeatur matrimonii sacramentum requiritur intentio suscipiendi vel conficiendi sacramentum in contrahentibus. Atqui contrahentes possunt velle confractum facere, ct nihilominus non conficere sacramentum. Ergo in sacramento matrimonii separari possunt contractus et sacramentum.

Trans, mai. Nego mtn. vel *dist.,* si ipse contractus non est elevatus ad rationem sacramenti possunt distinguere inter contractum et sacramentum et velle unum sine altero, *cone, min.;* si ipse contractus est sacramentum possunt unum sine altero velle, *neg. min.*

Ad hanc (quae tst praecipua difficultas) obiectionem solvendam attendendum est ad modum quo matrimonium a Christo elevatum est ad rationem saci amenti. Matrimonium est contractus, et quidem contractus publicus (quatenus respicit ad ipsam societatem), quapropter subicifur competenti auctoritati, cuius est condiciones ad validitatem apponere. Ita v.gr. in emptionc-venditionc ut contractus sit validus potest auctoritas exigere ut determinatae clausulae, sive signatio diei et loci exprimantur, quae si totaliter vel partialiter desint, contractus ille nullus erit. In omni autem contractu requiritur (ct si contrarium expresse non dicitur, supponitur) intentio.

Matrimonium institutum est a Deo, estque res sacra, et a Deo pendet. Sed etiam praescindendo ab hac dependentia speciali. Deus, utpote generis humani auctor, legislator, dominus, potest condiciones apponere essentiales contractibus humanis. Hanc auctoritatem habet Christus, qui est Deus, et hac auctoritate utens decrevit ut inter baptizatos contractus matrimonialis esset sacramentum, ac consequenter quicumque baptizatus matrimonium validum contrahere vult, debet (saltem in confuso, non necessario explicite) velle eius sacramentalitatcm. Quicumque igitur Christianus, qui voluntate praevalente excludit sacramentalitatem a ratione matrimonii, ipso facto ex-

eludit condicionem essentialem contractui, ac proinde contractus ille non erit validus; si vero vult quidem sacramentum excludere, praevalet tamen voluntas efficiendi contractum validum, tunc de facto sacramentum non excluditur, et consequenter matrimonium validum fiet.

Nec valet comparatio statuta cum baptismo, in quo ablata intentione, deficit sacramentum et manet ablutio (ideo transmisimus maiorem). Nam Chrisfus non evexit ad dignitatem sacramenti *omnem* ablutionem naturalem; evexit vero *omnem* contractum matrimonialem.

3. Proprietates essentiales rerum fluunt ex essentia rei. Atqui proprietates essentiales matrimonii (unicitas et indissolubilitas) non proveniunt ex voluntate contrahentium seu ex contractu. Ergo matrimonium non est contractus.

Trans. mai. et dist. min., proprietates essentiales matrimonii non fluunt ex actu voluntatis contrahentium *libere* statuentis has proprietates, *conc. min.; 'necessario* illas statuentis, *neg. min.* Posset etiam negari suppositum, scilicet' agi de matrimonio in facto esse. Nam revera obiciens agit dc Matrimonio in facto esse, quod consistit in vinculo cum suis proprietatibus. Matrimonium vero in fieri, de quo agimus, est ipse contractus qui gignit vinculum et ordinat obligationes contrahentium. Ut in obicctione anteriori dictum est, in contractu non mere particulari, sed sociali, prout est matrimonium, auctoritas competens potest apponere condiciones et statuere iura sive obligationes et proprietates quae ex contractu *libere* accepto orientur ".

202. Corollarium 1. Cum essentia sacramenti matrimonii sit contractus, per se poterit admittere omnes illas formalitates, quas Ecclesia in tali contractu acceptet. Non, igitur, obstat sacramentalitati, quod *matrimonium per procuratorem* contrahatur, quia talis forma contractus tum ab Ecclesia, tum etiam ab auctoritate civili admittitur. Nec obstat comparatio cum aliis sacramentis, quae in absentia confici nequeunt "; nam alia sacramenta non constituuntur essentialiter ex contractu naturali, sed talis sunt naturae ut subiectum praesens exigatur.

203. Corollarium 2. *Sacramentum matrimonii est transiens et non permanens.* Est consequentia ex ipsa ratione contractus, qui res transiens est et non permanens. Manet quidem obligatio ex contractu orta, ct *in matrimonio manet* vinculum, sed hoc vinculum non est ipse contractus sed contractus effectus sive consequentia. S.Robertus Bellarmino, cx eo quod vinculum matrimoniale repraesentet unionem Christi cum Ecclesia, vult ut ipsum vinculum appelletur sacramentum: "Coniugii sacramentum duobus modis considerari potest: uno modo dum fit; altero modo dum permanet postquam factum est. Est enim sacramentum simile Eucharistiae, quae non solum dum fit, sed etiam dum permanet, sacramentum est; dum enim

M Cf O.RoblEda. *Sobre cl matrimonio in fieri:* EstKcl 28 (1945) 35-44. Aliae difficultates, quae oriuntur ex sanatione in radice, convalidatione simplici et celebratione matrimonii cum persuasione de nullitate ipsius, attingit et solvit ipse RoblEda, *l.c.,* 44-56. Ceterae obiectiones, quae fieri solent circa distinctionem inter Sacramentum et contractum, possunt plus minusve reduci ad allafas difficultates. Cf Otten. n.430, et Puio de la B., n.1084-1086.

15 Ita arguit Cano pro sua sententia, *o.c.,* 1.8 c.5.

coniuges vivunt, semper eorum societas sacramentum est Christi et Ecclesiae" ", Et Pius XII haec verba adhibet ad coniuges hortandos ut sancte vivant: "Magnopere autem ipsos [coniuges] ut hanc firmam voluntatem concipiant, retineant atque execution! mandent, iuvabit frequens sui status consideratio atque operosa recepti sacramenti memoria. Meminerint assidue, se ad sui status officia et dignitatem peculiari veluti consecratos et roboratos esse sacramento, cuius efficax virtus, quamquam characterem non imprimit, perpetuo tamen perseverat. Meditentur idcirco haec Sancti Cardinalis Roberti Bellarmino verba, solidi profecto solatii plena, qui cum aliis magnae notae theologis " ita pie sentit et scribit" Summus Pontifex haec, tanquam *piam considerationem* proponit, non tanquam doctrinam, et ideo non praeferenda est oppositae opinioni certae. Nam ipse S.Bellarmino comparat vinculum, ex contractu ortum, cum charactere baptismali; iam vero nemo dicet characterem esse sacramentum. Sic nec vinculum est *sacramentum tantum;* ut summum erit *sacramentum et res.* Praeterea, ut etiam ipse facit S.Doctor, distinguendum est inter matrimonium sacramentum et *statum* matrimonialem. Status est quidem permanens dum manet vinculum; actus autem, quo quis constitutus est in illo statu fuit actus transiens. Si vero comparatur matrimonium cum aliis sacramentis, quae characterem non imprimunt (excepta Eucharistia) hoc habet particulare, quod vinculum producit, quod est aliquid amplius quam merus titulus exigens gratiam. Attamen bene notandum etiam est, hoc vinculum non provenire formaliter a sacramento quatenus sacramentum sed a sacramento quatenus est contractus; et sic sacramentum semper apparet tanquam aliquid transiens, effectum tamen relinquens permanentem in sua virtute. Et hac ratione potest matrimonium cum sacramentis imprimentibus characterem comparari, vel cum ipsa Eucharistia.

204. Corollarium 3. *Usus matrimonii non est de essentia sacramenti.* Patet ex dictis. Nam matrimonium est contractus, ex quo oritur in unoquoque coniuge ius in corpus alius coniugis. Iam vero, ius non idem est atque usus iuris; sic possunt duo homines contractum sive pactum facere sese mutuo adiuvandi et nihilominus nunquam requirere de facto illud mutuum adiumentum. Eodem pacto contrahentes matrimonium per illum contractum matrimonialem solum sibi mutuo ius concedunt circa corpus, nec tamen requiritur, vi contractus, ut de facto una pars ab altera usum corporis requirat. Imo vero; verum et validum contrahunt matrimonium, qui sibi mutuo promiserunt virginitatem servare, sicut SS.Patres testantur verum fuisse matrimonium B.Virginis Mariae cum S.Ioseph contractum cum firmo proposito, vel etiam voto et pactione sollemni, servandi parfectissimam virginitatem ".

lß *Dc Controversus* 3; *De Matrimonio,* controv.2 c.6.

17 Hi theologi praecipui sunt P.SAnchez, *De Matrimonio* 1.2 d.5 n.7; Laymann, *Theologia moralis* 1.5 tr.10 p.2 n.4.

l8 *Encycl. "Casti connubii"*: AAS 22 (1930) 583.

w Fusius de hac quaestione agit Pesch, n.741-753; cf. J.A.Aldama. SthS 2. Mariologia n.75-78 cum ampla bibliographia pro matrimonio virginali B.Mariae V. cum S.Ioseph.

ARTICULUS III

DE MATERIA, FORMA ET MINISTRO SACRAMENTI MATRIMONII

205. Cum theoria hylemorphismi ad sacramenta applicata fuit, non exiguae statim obortae sunt difficultates et inter theologos discussiones; nam sacramenta, ut talia, entia moralia sunt, quamvis ex elementis physicis plerumque composita. Ideo mirum non est, non eodem pacto materiae et formae theoriam a diversis auctoribus diversimode singulis sacramentis applicatam fuisse.

Quod ad matrimonium attinet, difficultas orta est ex eo quod in ipso non inveniebant theologi materiam et formam ad modum quo in baptismo v.gr. et in extrema unctione aqua et oleum respective adhibetur. Alexander Halensis [20], propter difficultatem assignandi materiam ct formam ad sacramentum matrimonii, putavit exceptionem esse ponendam pro sacramentis legis naturae, quale est matrimonium, ad quae materia et forma designanda non esset. Scotus maluit non assignare ullam materiam in sacramento matrimonii [21].

At alii auctores non dubitabant materiam et formam aliquam quaerere in ipso matrimonio. Sic Hugo a S.Caro: "Melius potest dici, quod consensus in copulam maritalem per verba de praesenti expressus est sacramentum, et ipse est quasi materia sacramenti; forma verborum est quasi forma sacramenti eiusdem" [22].

Materiam reposuit Petrus de Palude in corporibus coniugum, quatenus corpora sunt id quod in matrimonio traditur [23]. Hanc sententiam secutus est postea S.Antoninus Diversimode concipit rem Richardus a Mediavilla [25], qui rationem materiae reperit in verbis primo ab alterutro prolatis in ordine ad contractum matrimonialem. Haec opinio admittitur a S.Alberto M. et S.Thoma, eritque postea communior s®. At Robertus Fitsacre, quem pauci secuti sunt, excogitavit materiam esse ipsum consensum et corporum coniunctionem [27].

A *Stenima* 4 q.5 m.1 a.1.
21 *Reportata parisiensia* d.2S n.23.
23 Ms. ineditum apud Le Bras. *Mariage:* DTC 9.2202.
23 Petrus de Palude, *In 4* d.26 q.4.
34 S.Antoninus, *Summa Sacrae Theologiae* p.3.° tit.1 c.2.
35 Richardus a Mediavilla, *In 4* d.26 q.2 ad 1.
M S.Albertus Magnus, *In 4* d.26 a.14 ad q.1 ad 2; S.Thomas, *In 4* d.26 q.2 a.1 ad 2.
27 Ms. 43 fol.207 Orici College (Oxfoid).

206. Quoad formam acrius disputatum est; etenim Scotus, negata materia pro matrimonio, totam vim sacramenti in forma reposuit, ac proinde totus fuit in ea investiganda. Ratio dubii pro Scoto oriebatur ex ipsa ratione contractus: nam cum matrimonium in contractu reponatur, statim ipse sibi hanc quaestionem proposuit: Matrimonium consistit in ipso contractu qua tale, an vero forma sacramenti erit modus ille specialis quo contractus fiat; "vel enim Deus instituit ita indeterminatum signum ut sit signum efficax gratiae, sicut indeterminatum signum requisitum ad contractum; vel magis determinavit illud, quod debet esse efficax gratiae, quam ex impositione humana determinetur signum sufficiens ad contractum; et si sic, vel determinavit aliqua verba praecise, puta, accipio te in meam, vel in meum; vel determinavit indifferenter quaecumque verba experientia talem consensum" [28]. Quaestio ita proposita non erat mere speculativa sed practica; si enim Deus determinasset verba aliqua pronuntianda ad formam contractus, vir mutus ea pronuntiare non posset ac neque matrimonium valeret contrahere. Doctor Subtilis hanc praebet solutionem: "Ad sacramentum autem matrimonii requiritur signum sensibile determinatum, ut audibile et certa verba, quia sine certis verbis non est sacramentum matrimonii, licet possit esse contractus ad matrimonium sine certis verbis... Istud autem signum audibile, quod est necessarium ad matrimonii sacramentum, vel ipsa certa verba, sunt forma sacramenti... Nisi enim hoc sacramentum haberet pro forma totali signum sensibile determinatum, ut certa verba, non esset unum sacramentum forte... et tunc forma ipsius sacramenti esset latissima, quia quaecumque signa sensibilia essent forma, quod non tenet ecclesia catholica; sed quod tantum fiat determinate per verba de praesenti" [29].

Haec Scoti opinio non paucos habuit asseclas, usque dum paulatim praevaluit opinio contraria; scilicet, non requiri verba aliqua determinata et pronuntiata. Iam illam docuerat

28 Scotus, *Opus oxouiense* d.26 q.unic. n.14.
29 Ibid. n.23. Haec Scoti opinio non obstat unanimitati theologorum in doctrina matrimonii-contractus in thesi propugnata. Nam Scotus supponit sacramentum matrimonii habete ex institutione Christi formam aliquam determinatam, quam homo mutus adhibere non potest ac proinde Deum pro hoc casu speciali providisse, ita ut, quamvis talis homo sacramentum non confceret, gratia tamen aliqua non careret. Logice haec opinio debebat separare sacramenta!-tatem a contractu, at non ita intellexit ncc ipse *Subtilis Doctor,* nec Cano. nec Vazquez, etc. Imo Scotus de opinione, quae non reponeret sacramentum in consensu aiebat: "Hanc autem opinionem, quia singularis esset, nullum arbitror habuisse hactenus assertorem, seu disputatorem, nam praeterquam quod nemo eorum, qui hucusque scripserunt, eius meminerit, non. apparet, quomodo sit sustentabilis" (Zn *4* d.26 q.2 a.3).

S.Bonaventura: "In aliquibus autem [Sacramentis] non venit vis a verbo exteriori, sed ab intrinseco, ut in paenitentia quantum ad confessionem, et in matrimonio; et in talibus sufficit qualiscumque fiat expressio, sive verbo, sive scripto, sive etiam quocumque nutu alio" [30].

207. Nunc quaestio haec iam non disputatur, sed *communiter* hoc tenetur: *materia* et *forma* sacramenti matrimonii erunt illae partes quae essentialiter contractum efficiant, siquidem in contractu consistit sacramentum; hae autem non sunt nisi mutua contrahentium traditio et acceptatio. Traditio assignatur ut materia et acceptatio ut forma. Cum non habeatur in hoc sacramento res materialis (sicut aqua in baptismo) pro materia *ex qua* remota, ideo in Instructione ad Armenos sacramento matrimonii non assignatur materia et forma, sed tantum "causa efficiens (quae) regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti expressus" (D 702).

Qui, ut Vâzquez, voluerunt ut materia esset corpora contrahentium, assignarunt potius materiam *circa quam* fit contractus, quam materiam *ex qua,* vel materiam *quae.* Similiter opinio M.Cano, reponentis in benedictione formam et in traditione corporum materiam, iam manet refutata in probatione nostrae theseos.

208. Ministri *sacramenti matrimonii* sunt ipsi contrahentes, siquidem illi sunt qui materiae formam applicant. Sacerdos quidem ab Ecclesia tanquam testis qualificatus requiritur; et quidem necessarius. Itaque inter baptizatos *matrimonium civile* invalidum est, quia Christus elevans ad dignitatem sacramentalem matrimonium, omnem contractum matrimonialem commisit Ecclesiae, cuius est apponere condiciones ad validitatem. Ecclesia vero exigit ut. contractui testis praesens adsistat sacerdos competenti iurisdictionis potestate, sive propria sive delegata, praeditus. In casu autem in quo habitualiter sacerdos praesens esse nequeat, admittit Ecclesia ut testem sufficientem et competentem illum, qui secundum leges civiles ad contractum matrimonialem validum requiritur.

Olim videbantur antiqui scholastici?1 supponere ministrum sacramenti matrimonii esse sacerdotem, qui benedictionem nuptialem impertit. Ipsi enim distinguebant in matrimonio finem sedandi concupiscentiam et procreandi prolem. Pri-

30 *In 4* d.28 a.unie. q.4.

81 SvkvIUS, *In 3 Th.,* q.42 a.1 q."2 conc.1-3.

mum pertinebant ad matrimonium ut tale, alterum ad sacramentum; non quod essent separabilia in ratione sacramenti contractus, sed quod distinguebantur secundum fines et intentiones contrahentium. Ad sacramentum requirebant benedictionem sacerdotalem.

At observandum est totam hanc quaestionem derivari ex praeoccupatione quam habebant de gratia sacramentali et de sanctitate matrimonii. Respectu vero ad benedictionem sacerdotalem,, certo non illam considerabant formam aut partem essentialem sacramenti: "In matrimonio actus nostri sunt causa sufficiens ad inducendum proximum effectum, qui est obligatio; quia quicumque est sui iuris, potest se alteri obligare; et ideo sacerdotis benedictio non requiritur in matrimonio quasi de essentia sacramenti"; ita S. Thomas[32], qui paulo ante scripserat: "verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quae est quoddam sacramentale"[33]. Et clarius adhuc Gabriel Biel: "Non est propria locutio, quod sacerdos conferat hoc sacramentum sicut cetera, sed coniuges sibi mutuo conferunt et accipiunt"[34]. Multoque pressius Duns Scotus: "Ministri sunt dispensantes sibi hoc sacramentum"; et "aliquando patres contrahunt pro filiis vel filiabus, praesentibus eis, non exprimentibus signa propria; si ergo ibi est sacramentum, oportet dicere quod minister huius sacramenti patest esse indifferenter quicumque potest esse minister in contractu matrimoniali"[35].

PiUS XII affirmavit: In matrimonio "coniuges sibi invicem sunt ministri gratiae"[36].

ARTICULUS IV

De indole sacramentali quorumdam matrimoniorum

209. Non defuerunt theologi qui affirmarent, omne matrimonium, etiam infidelium, esse sacramentum[37]. Sed hoc

32 *In 4* d.28 q.1 a.3 ad 2.
33 *In 4* d.26 q.2 a.1 ad 1.
34 *In 4* d.25 q.2 a.2 p.8; quamvis haec pars non *est* ipsius Bid sed cuiusdam continuatoris.
35 *Reportata parisiensia* 4 d.28 n.23-24; *Opus oxoniense* 4 d.26 q.unic. n.15.
36 *Encycl. "Mystici Corporis"*: AAS 35 (1943) 202 Aliquo sensu dici potest sacerdos minister matrimonii, non quidem minister .ontractus matrimonialis seu sacramenti matrimonii, sed sollemnitatis matr .nonii, quatenus ille est ab Ecclesia consecratus ad litus sacros exercendos .ri illo matrimoniali contractu.
37 Hi auctores innitebantur in prophetica significatione unionis CJiristi cum Ecclesia, quae a Deo erat intenta in ipsa matrimonii institutione in paradiso. Quod confirmabant verbis Honorii III (D 407), quibus nunc addi possent illa

manet omnino derelictum nec ab ullo sustinetur. In thesi anteriori egimus solummodo de matrimonio inter duos baptizatos; sed duo possunt praecipue casus occurrere, in quibus dubium de sacramentalitate esse possit:

1. *Matrimonium inter Christianum et infidelem.* Ex eo quod 1." contractus matrimonialis non sit nisi unus inter fidelem et infidelem, infidelis autem incapax sit sacramentorum; et 2.° matrimonium huiusmodi a Summo Pontifice dissolvi possit; aliqui auctores, ut Sanchez et Wirckburgensesss, negabant etiam parti fideli rationem sacramenti.

At nihilominus theologi non pauci38 " contrarium tenent. Rationes, quibus praecipue haec sententia innititur, sunt: o') Ex parte fidelis matrimonium refert similitudinem unionis Christi cum Ecclesia; est signum sacramentale; ergo sacramentalitas illi deneganda non est. *b~)* Pars infidelis potest esse minister sacramenti matrimonii, sicut potest etiam in baptismo. c) Non apparet difficultas in eo quod contractus sit unus quidem, sed cum in duobus recipiatur et a duobus conficiatur, in uno sit sacramentum, non vero in alio, *d)* Ritus matrimonialis fit ab Ecclesia, cum. dispensatione ecclesiastica, cum teste sacerdote, et sub condicionibus ab Ecclesia stabilitis, cumque non appareat repugnantia in eo quod infidelis sit minister sacramenti, non est ulla ratio dertegandi sacramentalitatem huic contractui in parte quae capax est sacramentorum.

Neque obstat quod huiusmodi matrimonium possit a Sum mo Pontifice dissolvi, dum hoc facere non potest Ecclesia in matrimonio *rato et consummato.* Nam radix indissolubilitatis non est neque sacramentalitas, neque consummatio, neque utrumque simul, sed lex naturalis (cf. n.253). Cum vero dicitur Summum Pontificem non posse dissolvere *matrimonium ratum* ct consummatum clare debet constare, ut argumentum r dversariorum valeat, agi de matrimonio *etiam, ex una tantum parte ratum,* non vero *solum de matrimonio ex utraque parte ratum.* Nisi, enim, hoc dare constet, ex solubilitate extrinseca non potest argui pro non-sacramentalitate. Etenim matrimonium huiusmodi potest esse (ob rationes allatas) ratum pro

Leonis XIII: "Etenim cum matrim >nium habeat Deum auctorem fueritque vel a principio quaedan Incarnationis Verbi adumbratio..." *(Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae":* Λ) S 2 [1879-18801 392).

·** SAnchez, *De Malt.nfonio, l.c.;* WirceburgKnsES. *De matrimonio* n.288s.

3iiŋ P.E Escanciano, S I·. qui contrariam sententiam tenet, citat in suum favorem SÀnchEz, Bili.iart, Billot, Huarte, Wernz-Vidal. Gasparri. Di: Smet, Payen, Dander; pro nostra vero sententia adducit mndernos Palmieri, Perrone. Pesch, Rosset. SassE, I.ercher-UmbErü. Cf. *^Sacramento indisobible?:* EstEcl 30 (1956) 228-229

parte fidelis, et legitimum (sive non ratum) pro parte infidelis; et ex peiore parte desumit denominationem generalem. Unde matrimonium huiusmodi potest in genere dici non ratum (ac proinde solubile), quamvis in parte fideli sit ratum seu sacramentum.

210. 2. *Matrimonium infidelium post conversionem coniugum.* Illi qui admittebant aliquo modo separabilitatem sacramenti a contractu matrimoniali, evidenter -nequibant admittere per solum baptismum receptum, matrimonialem contractum in infidelitate initum evehi ad rationem sacramenti; sed exigebant vel benedictionem sacerdotalem, vel renovationem consensus, prout sacramentalitatem pendere facerent a ritu externo Ecclesiae vel ab intentione contrahentium.

Alia ratione idem tenent multi thomistae[30], scilicet, eo quod Christus ipsum primum contractum matrimonialem elevavit ad dignitatem sacramenti, non vero consensum renovatum post baptismum.

211. Contrarium sentiunt multi theologi, et quidem magnae notae[40], qui docent ex.ipso facto conversionis iam matrimonium prius contractum exsistere sacramentum, quin ulla renovatio consensus requiratur[41]. Et quidem, quia nec S.Paulus, nec Romani Pontifices distinctionem unquam fecerunt inter matrimonium ante conversionem et post conversionem initum; tum etiam ex absoluta indissolubilitate quae ipso facto post baptismum exsurgit (ante baptismum erat matrimonium dissolubile ex privilegio Paulino); ubi iam non admittitur ulla dispensatio a lege indissolubilitatis. Quod vero non requiratur novus consensus, probatur his rationibus: a) "cum infideles destinatione ad Ecclesiam pertineant, eorum quoque matrimonia destinatione sunt sacramentum, quare iure merito censentur iniisse matromonium cum tacita condicione obiectiva, ut baptismo suscepto, contractus matrimonialis evaderet sacramentum, qua condicione purificata, nihil aliud requiritur; Z>) in susceptione baptismi saltem implicite profitentur se velle christiano more in matrimonio semel inito perseverare, quae quidem implicita professio satis esse videtur, ut eo ipso matrimonialis contractus antea praestitus fiat sacramentum;40

w Cum Capreolo, *In 4* d.26 q.1 a.3 ad 5. Item VaUquEz, *Dc Sacramentis in genere* d.138 c.5; *De matrintonio* d.2 c.10.

40 Sanche\z, *Dc matrimonio* 1.2 d.9 n.5; Palmieri, *Dc matrimonio* th.11 app. p.103; Pesch. n.727; Otten, n.427.

41 Attamen aliqui theologi, ut S.Robertus Bellarmino *(Dc matrimonio* 1 1 c.5), renovationem consensus requirunt; quia in hoc consistit materia et forma sacramenti; si vero non · fuit haec consensus renovatio, non erit sacramentum.

c) Ecclesia ab huiusmodi neoconversis expressam consensus renovationem non exposcit, eorum tamen matrimonium ratum habet, ut supra iam dictum est"

Contra hanc opinionem *difficultas petitur* ex principio antea admisso, sacramentum matrimonii esse transiens et non permanens (n.203) ; unde sic argui potest : Sacramentum matrimonii consistit in contractu, actu, de praesenti; atqui hic contractus est transiens et non perdurat; ergo non potest per baptismum elevari ad dignitatem sacramenti.

Ad quod *respondemus:* Hic est casus ordinarius de reviviscentia sacramenti ; unde hoc eodem argumento posset negari reviviscentia sacramentorum omnium, praeter Eucharistiam dum species sacramentales perdurant. Quare, sicut ht in reviviscentia sacramentorum, ita etiam in nostro casu respondendum est hac distinctione: Contractus matrimonialis nullo modo perseverat, *nega min.;* aliquo modo non perseverat, aliquo tamen modo perseverat, *conc. min.* (scilicet, permanet in vinculo indissolubili, quod est effectus contractus). Sicut in sacramentis characterem imprimentibus permanentia characteris, et in aliis sacramentis permanentia moralis sacramenti est ratio sufficiens reviviscentiae sacramenti ; ita etiam in nostro casu, permanentia vinculi (quod est *sacramentum et res')* sufficit ad elevationem contractus permanentis in vinculo.

212. *Nota.* Ob rationem supra allatam de absoluta indissolubilitate matrimonii exorta ex solo baptismo utriusque contrahentis, oritur matrimonium in infidelitate contractum non evehi ad dignitatem sacramenti *si una tantum parSi baptizatur.* Tunc, enim, matrimonium, etiam post baptismum unius partis, consummatum adhuc dissolvi potest ex privilegio Paulino, quod iam non accidit quando ambo coniuges baptizantur.

CAPUT III

De effectibus Sacramenti Matrimonii

213. Effectus sacramenti matrimonii duo praecipue sunt: vinculum intrinsecum inter contrahentes ortum, et gratia sacramentalis.

Verum est, vinculum non esse effectum exclusivum sacra-

42 Otten, n.427 p.373.

menti matrimonii inter christianos, siquidem omne legitimum matrimonium, etiam inter non baptizatos, vinculum internum gignit. Sed cum propter sacramcntalitatem hoc vinculum magis strictum sit, et res tanti momenti sit pro matrimonio Christiano; ideo maluimus de eo hoc loco tractare, quam in initio tractationis agentes de matrimonio in genere.

Itaque vinculum ex matrimonio ortum duas habet proprietates: unicitatem et indissolubilitatem, id est: matrimonium inter christianos producit vinculum exclusivum et perenne. Has duas proprietates in totidem articulis explanabimus, tertiumque ad gratiam sacramentalem apponemus.

Saepe unicitas et indissolubilitas designantur tanquam *matrimonii proprietates,* sicque CIC 1013,2, facit. At tunc matrimonium sumitur in facto esse, seu pro ipso vinculo permanente. Quapropter, ut constanter matrimonium sumamus pro contractu sive in fieri, malumus de *effectibus* quam de matrimonii *proprietatibus* loqui.

ARTICULUS I

De MATRIMONII UNITATE SIVE UNICITATE

Thesis 3. Vinculum matrimoniale ita exclusivum eSt, ut inter christianos polygamia, tum simultanea, tum successiva, iure divino positivo irrita sit.

S.Th., *Suppl,* q.65 a.1; S Bellarmino, c.IOs; Palmieri, 114-136; Pesch. 416-422; Huarte, 238-249; Puig de la B.. n.1090-1097; Otten, 390-400; Godefroy, *Mariage:* DTC 9,2050-2057.2062-2064; Lercher-Umberg, n.765-769.

214. Notiones. Vinculum matrimoniale, prout explicavimus (nn.145 et 168), est illa animorum unio (non quidem sensu psychologico accepta) quae inter coniuges oritur, ex mutua traditione et acceptatione iurium, per contractum matrimonialem. Hoc vinculum non est quid physicum (sicut character; nam matrimonium characterem non imprimit), sed morale et iuridicum, quod perdurat dum contractus perseverat. De duratione valoris contractus agemus in thesi sequenti.

Est exclusivum, id est, vinculum matrimoniale inter duas personas exsistens, excludit contractum matrimonialem cum tertia persona; itaque, perdurante matrimonio legitime contracto, nequit sponsus aut sponsa cum tertia persona coniungi.

Inter christianos. Quamvis ea, quae in thesi enuntiantur, ad omne matrimonium etiam infidelium, extenduntur,

tamen, prout in secunda parte adducimus ius divinum, et quia agimus de sacramento, non nisi de matrimonio inter baptizatos agere intendimus.

Polygamia (seu potius *polygynies)*1 est coniunctio unius viri cum pluribus mulieribus. Si plures mulieres simul habentur, vocatur polygamia simultanea; si derelicta una, alia admittitur, appellatur successiva. Haec autem polygamia successiva in terminologia *Encyclicae "Casti connubii",* intelligitur de unione cum alia muliere manente vinculo cum priori, quae derelicta est. Hoc modo utraque polygamia, simultanea et successiva, irrita est. Si vero, cum pluribus auctoribus, polygamia successiva habetur per unionem cum altera muliere, soluto vinculo (v.gr. per mortem) cum anteriori coniuge, non est prohibita, sed licita; hocque vocari solet *secundae nuptiae* 2.

Polygamiae affinis est polyandria, seu coniunctio unius mulieris cum pluribus simul viris. In thesi de ea explicite non agimus, sed reicitur etiam, et de ea loquemur in scholio.

Iure divino positivo. Relinquimus enim ad philosophos quaestionem de prohibitione ex lege naturae, ac propterea attendimus ad solos baptizatos. Ideo praescindimus etiam a quaestione de iuribus et obligationibus non Christianorum, et de legibus positivis, circa matrimonium, a statu civili non christiano et pro non baptizatis. De his partim actum est in principio huius tractationis (n.173), partim aliqua indicavimus postea (n.227).

Irrita est, scilicet, non modo est illicita coniunctio cum secunda muliere manente vinculo cum priori, sed nullum exsurgit matrimonium ex tali attentatione matrimonii, etiamsi prior mulier derelicta sit.

215. Adversarii. LuTiterus et Melanchthon polygamiam permisserunt: “Christianis plures simul habere uxores neque nunc prohibitum, sed liberum esse censeo; nolo tamen hanc novam consuetudinem inducere, nec possum improbare, cum exempla Patrum Veteris Legis etiam nunc sequi liceat” 3.

1 *Polygamia-* est terminus *gcnericus* qui comprehendit *polygyniam* ct *polyandriatn;* sed cum casus ordinarius habeatur in polygynia, ideo sub nomine *generico,* praecipua intelligitur species

- Ita Palmieri, Sasse et maior theologorum pars ante *Encyc. "Casti connubii"* (D 2231). Aliqui tamen auctores, ut LerchEr-UmbErg, hanc adhuc tcrminologiam servant; nos maluimus illam a Pio XI usitatam usurpare. Cf. F.Hürth. *Leo XIII ct Pius XI. De Matrimonio christiano* (Textus ct Documenta, Romae, 1942, Series Theologica, 25) n.21 ad *Encyc. "Casti connubif**. p.81.

3 In Gen. c.16 Doctrinam Luthcri aliorumque Protestantium v. in Bellarmjko, *Dc matrimonio* c.10.

Hanc doctrinam secuti sunt *anabaptistae,* repugnantibus in genere aliis Protestantibus ; imo Calvinus adulteros vocat antiquos Patriarchas, qui in Vetere Lege plures uxores habuisse leguntur.

Polygamiam etiam docuerunt et exercuerunt *Gnostici,* Simon Magus, Valentinus, etc.; et postea *Albigenses'**.

Socialistae et *communistae,* nostris temporibus, ad, excessum libertatis pervenerunt, ita ut etiam a polyandria non abhorreant.

216. Doctrina Ecclesiae. S.Siricius: "De coniugali autem velatione requisivisti si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus prohibemus: quia illa benedictio, quam nupturae sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur" (D 88a).

Nicolaus I: "Duas tempore imo habere uxores, nec ipsa origo humanae condicionis admittit, nec lex Christianorum ulla permittit" s.

Innocentius III: "Quia vero pagani circa plures insimul feminas affectum dividunt coniugalem, utrum post conversionem omnes vel quam ex omnibus retinere valeant non immerito dubitatur. Verum absonum hoc videtur et inimicum fidei christianae, cum ab initio una costa in unam feminam sit conversa... Nec .ulli unquam licuit insimul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelatione concessum... Sane veridica haec sententia probatur etiam de testimonio Veritatis, testantis in Evangelic: *Quicumque dimiserit uxorem suam,* [nisi] *ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur.* Si'ergo uxore dimissa duci alia de iure non potest, fortius et ipsa retenta. Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus habere..." (D 408)te.

Conc.Lugdunense II: "De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem coniugum alterius, secundas et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit" (D 465).

Concilium Tridentinum, cn.2 de Matrimonio: "S.q.d. li-

4 Ut constat ex *Professione fidei Waid. praescriptu* (D 424).
5 *Ad consulta Bubjar.* c.51: ML 119,999: Msi 15.
A *Epist. ad F.pisc. Tibcriad.* (D 408). In citatione textus Innocentius III omisit vocem "nisi" ante "fornicationem".

cere Christianis plures simul habere uxores, et hoc nulla lege divina esse prohibitum: A.S." (D 972). Et in cap.: "Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari et coniungi, Christus Dominus aperte docuit, cum postrema illa verba, tanquam a Deo prolata, referens, dixit: *Itaque iam non sunt duo, sed una caro* [Mt 19,6], statimque eiusdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto tempore pronuntiatam, his verbis confirmavit: *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*" (D 969).

Leo XIII: "Apostolis magistris accepta referenda sunt, quae Sancti Patres nostri, Concilia et universalis Ecclesiae traditio semper docuerunt, nimirum Christum Dominum ad Sacramenti dignitatem evexisse matrimonium simulque effecisse ut coniuges caelesti gratia, quam merita eius pepererunt, saepti ac muniti, sanctitatem in ipso coniugio adipiscerentur: atque in eo, ad exemplar mystici connubii sui cum Ecclesia mire conformato, et amore, qui est naturae consentaneus, perfecisse, et viri ac mulieris individuam suapte natura societatem divinae caritatis vinculo validius coniunxisse" (D 1853).

Ut indicat Leo XIII semper ita indicarunt Summi Pontifices (ut patet ex citatis testimoniis) et Concilia etiam particularia, ut *Illiberitanum* cn.9, *Milevitanum II,* cn.17[7], etc.

Pius XI: "Quapropter haec fides in primis postulat absolutam coniugii unitatem, quam in protoparentum matrimonio Creator ipse praestituit, cum illud noluerit esse nisi inter unum virum et mulierem unam. Et quanquam deinde hanc primaevam legem supremus Legislator Deus ad tempus aliquando relaxavit, nullum tamen dubium est quin illam pristinam perfectamque unitatem ex integro rest'luerit omnemque dispensationem abrogaverit Evangelica Le:;, ut Christi verba et constans Ecclesiae sive docendi sive agendi modus palam ostendunt... Nec vero tantum damnatam voluit Christus Dominus quamlibet, sive successivam, sive simultaneam, quae dicitur polygamiae et polyandriae formam, externumve aliud quodvis inhonestum opus, sed, ut sacra connubii septa inviolata prorsus custodiantur, ipsas quoque de his omnibus cogitationes voluntarias atque desideria prohibuit: *Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.* Quae Christi Domini verba ne alterutrius quidem coniugis consensu irrita fieri possunt; Dei enim et naturae exhibent

[7] *Conc. Ilîibcritanum* cn.9: Msi *2,7;* ed Loaisa, 20; ed. Gonzalez, 167«, *Milcvitanum II* cn.17: Msi 4,331.

legem, quam nulla unquam hominum voluntas infringere aut flectere valent" s.

Haec Ecclesiae documenta, praesertim Pii XI, omnes omnino polygamiae species damnant: simultaneam, successivam, polyandriam, polygyniam. C.Siricius, Innocentius III, Concilium Tridentinum et Leo XIII vel institutionem divinam in genere, vel praeceptum Christi in specie memorant. Pius XI, quasi argumentum affert ex ipsa natura rei, quatenus fides et matrimonii sanctitas unitatem postulant; idque confirmat et roborat ex lege divini Creatoris et Christi expressam restitutionem matrimonii ad unitatem. Idem facit Nicolaus I.

Verba *prohibere, vetare,* etc., quamvis per se non necessario important nullitatem sed possent etiam dici de mera illiceitate, tamen agendo de lege naturali strictiorem sensum habent. Concilium Tridentinum dicit quidem *licere,* at ini capite etiam ad validitatem refertur. Praeterea, ut postea notabimus in argumento, cum agitur de matrimonio hoc *non licere* aequivalet verae irritationi contractus.

217. Valor dogmaticus, Polygamiam inter christianos esse illicitam iure divino positivo est *de fide divina et catholica definita; esse etiam- irritam,* est *de fide divina et catholica* et videtur etiam *definita* °.

218. Probatur ex sacra Scriptura, *a)* Mc 10,11 : *Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit super eam.* Atqui si adulterium committit, unio cum illa muliere est non modo illicita sed etiam irrita (secus non esset adulterium, sed tantum fornicatio). Ergo polygamia est irrita. .

Ut omnino patet, si est irrita haec polygamia successiva, eodem pacto irrita dicenda est polygamia simultanea, in qua magis patet permanentia vinculi, quae est causa adulterii[10]. Hoq esse ex iure divino positivo, dubitari nequit, quia argumentum conficitur ex verbis Christi docentis et praecipientis.

b) Rom 7,1-3 clarissimis verbis S.Paulus doctrinam theseos tradit: *An ignoratis, fratres..., quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit? Nam quae sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir eius soluta est' a lege viri. Igitur, vivente viro, vocabitu^ adultera*

8 *Encycl. "Casti connubi?'*: AAS 22 (1930) 546-547.

0 Puig de la B.. n.1096 et nota 16; qui citat Palmieri, SassE, Pesch, Huartf. ct Umberg; Lercher-Umberg vocat *doctrinant catholicam.*

10 Sic Innocentius III: "Si ergo uxore dimissa, duci alia de iure non potest, fortius ct ipsa retenta (D 408).

si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

Quod hoc loco de. sola muliere affirmat, in 1 Cor 7,2-4 de utroque coniuge docet: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat* (έκαστο τήν έαυτοΰ γυναίκα έχέτω, καί έκάστη τον ίδιον άνδρα = cada uno la mujer suya, y cada una El, pr o pio [particular, exclusivo] varôn).

Et paulo post insistit (vv.lOs): *Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere inuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat.* Et in sermone Apostoli perpetuo mentio fit de unitate matrimonii, quatenus non loquitur nisi de unica uxore pro unico viro (Eph 5,31-33).

Iam vero, ut apparet, S.Paulus proponit diversas circumstantias in quibus possit casus divortii dari: discessio viri a muliere, repudiata comparte, et adhaesio ad aliam compartem; tum etiam divortium imperfectum, seu separationem quoad mensam et habitationem. In omnibus his casibus, vivente uxore, maritus non potest aliam ducere, nec mulier alium virum; si discessio fuit temporalis, id est, non per verum divortium civile secundum leges romanas, eodem pacto manent ligati, nec possunt aliud ducere matrimonium: aut reconcilientur et iterum simul commorentur, aut maneat utraque pars inupta, id est, nullas alias nuptias contrahere possunt. Ergo S.Paulus non admittebat valorem divortii legalis, nec ullum simpliciter admittebat divortium, ao proinde semper censebat adulterium quamlibet coniunctionem cum alia parte, vivente comparte. Ergo unitas matrimonii plane defendebatur. Ac praeterea S.Paulus dicit hanc matrimonii unitatem ipsum docere non propria auctoritate, id est, non tanquam consilium, sed auctoritate divina, quatenus ipse Dominus praecipit, et ipse nihil facit aliud, nisi in memoriam revocat et urget praeceptum Domini. Ergo revera polygaiihia reicitur ex iure divino positivo.

219. Nota. Agi de vera irritatione seu nullitate matrimonii attentati in his textibus, patet non modo ex eo quod sermo sit de adulterio, sed etiam ex ipsa natura matrimonii. Nam appellant Mc et S.Paulus ad legem positivam Christi, sive ad legem divinam respectu ad matrimonium; iam vero, matrimonium, ut supra diximus, consistit in contractu, in quo lex

positiva potest apponere clausulas» quae contractum irritum reddunt; quod quidem apparet in modo quo Scriptura meminit praeceptum Domini.

220. Probatur ex traditione. Doctrina catholica iam inde ab initio apparuit paganis sancta propter unitatem matrimonii et amorem virginitatis. Ideo testimonia traditionis abundantiora sunt, ut patet in commentariis ad Mc 10,11 [11]. Inter testimonia particularia, pauca sint in exemplum:

S.Iustinus: "Quemadmodum etiam ii qui ex lege humana duplex matrimonium ineunt, ita et qui mulierem aspiciunt ad concupiscendum eam, peccatores sunt apud Magistrum nostrum" [12]

Athenagoras: "Neque mediatione sermonum, sed demonstratione et disciplina actionum res nostrae continentur, ut quisque vel qualis natus est maneat, vel unicis in nuptiis" [13]; et adducit, ut rationem, textum Mc 10,11.

Clemens Alexandrinus: "Dominus dum vetera renovat, non amplius concedit polygamiam..., sed monogamiam propter liberorum procreationem et domus curam, ad quam data est mulier adiutrix".

S.Ambrosius: "Non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere; nam et aliam quaerere cum habeas tuam, crimen est adulterii" (R 1322).

S.Augustinus in multis libris de matrimonio contra manichaeos, et in sermonibus saepissime docet matrimonii unitatem et omnem prorsus polygamiam detestatur[14]; sufficiat unum exemplum: "Vir alligatus est quamdiu mulier cius vivit. Haec obligatio facit ut aliis coniungi sine adulterina copulatione non possit" [18]

221. Ratio theologica. 1." Matrimonium Christianorum debet referre unionem Christi cum Ecclesia. Atqui Christus unicam dilexit Ecclesiam (Eph 5,22s). Ergo...

2.® Polygamia non attentat per se contra finem primarium matrimonii, sed certe contra alios fines. Etsi, enim, potest iuvare ad procreationem, sed saepe erit nociva educatio-

11 V.gr. A.Lapide et KnabEnbauER, qui plures textus cuingunt.
12 *Apolog.* 1,15: MG 6.349.
13 *Leg. pro christ,* n.33: MG 6,965.
14 De doctrina S.Augustini circa matrimonium, multa scripta sunt; cf. Portalié, *Augustin:* DTC 1,2461-2; J.Peters. *Dic Ehe nach der Lehrc des hl.Augustinus;* N.Ladomersky, *Sain! Augustin docteur du mariage chrétien* (Roma' 1942); Pereira, *La doctrina du mariage selont St.Augustin* (Paris 19301.
18 *De adulterinis coniug.* 1.2 c.9: ML 40.476 et passim. Cf. supra n.189.

ni, et certe erit fomes discordiae inter membra familiae, etc., ut experientia docetlte.

222. Obiectiones. Solent repeti vel ex essentia polygamiac, quae non nocet fini primario matrimonii (et hae difficultates solvuntur in Ethica), vel ex quibusdam documentis. Ad difficultates solvendas, notandum est:

1. Verum est Christum non imposuisse praecepta moralia supra legem naturae. Sed polygamia, ut dictum est, obstat finibus secundariis matrimonii et potest etiam multum nocere educationi prolis. Praeterea Christus in hac re nihil innovavit, sed restituit matrimonium ad pristinam institutionem divinam, irritando privilegium sive concessionem temporalem.

2. Quando Patres loquuntur de *concubinis,* quas permittebant, intelligunt mulieres inferioris gradus socialis (matrimonium niorganaticum), non sponsas sive uxores secundarias, prout in V.T. et nostris temporibus intelligunus. Matrimonia morganatica erant prohibita in lege romar.a; sed Ecclesia catholica permittebat".

3. Saepe sancti Patres dicunt non reiciendos esse *digamos* a sacramentis, etc., sed intelligunt polygamiam improprie dictam, seu secundas nuptias post coniugis mortem

4. Obicitur etiam Valentinianum imperatorem habuisse duas uxores et legem tulisse qua polygamia permitteretur. At totum hoc videtur esse falsum"; et quamvis verum esset, nihil omnino contra thesim nostram faceret; saepe enim potestates civiles sua abutuntur auctoritate, caque praecipiunt quae nec eis licent, nec sub ipsorum potestate cadunt.

223. De polyandria bo. Argumenta directe agunt in genere de polygamia, unde iam apparet etiam polyandriam esse iure divino positivo prohibitam. Nihilominus, siquidem generatim vox polygamia ad unionem unius viri cum pluribus mulieribus referatur, ideo in specie de polyandria brevius agemus.

Non constat unquam fuisse permissam in V.T. Ratio deduci potest ex ipsa natura rei et ex usibus socialibus illius temporis21, a) Polyandria magis quam polygynia attentat ad

" Fusius hoc argumentum explanatur in Ethica; cf. Pesch. n.829-831; OttEN, n.461, in resp. ad diff. 1, et praesertim Lercher-Umberg. n.768- p.367-370.

17 Vox *concubina* invenitur in Patribus duplici significatione, quae ex contextu dignosci debet. Ius Romanum vocabat concubinas uxores, quae cum legitimae essent, non tamen habebant ius ad hereditatem, etc., sed tantum ad aliquam dotem praestabilitam. Cf. Palmieri, *o.c.,* 337.

38 Etiam in usu huius vocis attendendum est ad contextum. Fuerunt haeretici atque etiam aliqui Patres nimis rigidi, qui prohiberent secundas nuptias. Contra hos doctrina catholica asserebat posse quidem admitti *diffamas,* scilicet, qui secundas aut ulteriores nuptias contraherent. Cf schol. 2.

10 Quamvis Socrates *(Hist. Eccles.* 1.4 c.31) id dicat, non est sine temeritate credendus; quia nec Sozomenus, nec Theodoretus talia de Valentiniano narrant, sed e contrario eius sanctitatem extollunt; imo S.Hieronymus hunc Imperatorem tanquam castitatis defensorem proponit *(Epist.* 1: ML 22,326).

20 De polyandria cf. J.-A. Ryan, *Marriage (History of):* The Catholic Encyclopedia. 9,694-695; L.Vannicelli, *Podiandria:* Encyclopedia Cattolica (Città Vaticano, 1952) 9,1668-1669.

21 Iλην, *Archaeloffia biblica* 10,150: Cursus Scripturae (Migne, Paris) 2,919.

finem primarium matrimonii, qui est prolis procreatio; nam una mulier non plures potest habere filios eo quod plures habeat maritos; imo vero, polyandria facillime inducit sterilitatem mulieris. Cum polyandria reddat patrem incertum, mater sola tenetur ad educationem, prolis ; ipsa vero sola impar est.

b) Attento fine matrimonii, scilicet prolis procreatione, in antiquitate multum de augendis filiis curabatur, et ideo pluralitas mulierum permittebatur quia huic fini non obstabat, praesertim in casu sterilitatis mulieris. At cum sterilitas ex parte viri vix cognosceretur, consuetudo non fuit habendi plures viros ex parte unius mulieris. Ad hoc etiam conferebat conceptus mulieris, quae subiecta omnino viro habebatur ; quod ipse S.Paulus praecipiebat. Lex evangelica mulieris aestimationem elevavit, at ante Christum potius servas quam uxores (generatim) mulieres dixeris. Ideo ius romanum et in genere leges civiles, multo plura iura viris quam mulieribus concedebant. Itaque in hac vitae aestimatione et in hoc sociali statu hominibus facultas dabatur plures mulieres habere, non e converso.

Si haec inter paganos in usu erant a2, multo magis in populo electo, ubi praecepta et leges sociales sub directione Dei praecipiebantur. Ipse Deus, dum in polygynia induisit, nunquam permisit, sed graviter punivit, alia peccata contra naturam, ut in. punitione Onam, eversione! Sodomae, etc.

224. Scholion 1. *Polygamia in V.L.* Christus Dominus ad matrimonii dignitatem restituendam, provocavit ad decretum divinum Adamo prolatum: *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit cos, et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* (Mt 19,4s). Ubi notandum est Christum ponere in ore Dei ea, quae Gen 2,24 ponit in ore Adami"; et propterea unitatem matrimonii esse de praecepto divino positivo *ab initio.* Ideo sancti Patres et exegefae generatim admittunt monogamiam viguisse usque ad tempus diluvii. Quod magis patefit ex reprobatione Lamec: "Primus Lamec sanguinarius et homicida unam carnem in duas divisit: fratricidium et digamiam eadem cataclysmi poena delevit" *.

Admittitur vero iam post diluvium polygamiam in usu fuisse. Quod accidere potuit vel ex positiva permissione Dei, vel ex necessitate multiplicandi speciem humanam adeo tunc exiguam et paenitus extinctam ; ad quod putarent homines polygamiam sibi licere (sicut v.gr. filiae Lot magnum facinus commiserunt ex bona voluntate,

22 Hucusque adhuc in usu est apud aliquas gentes in Sinis, Indiis, Africa; cf. LVannicEli.!, *Poliandria,* l.c.

33 Ideo videtur, etiam in contextu Gen, Adamum locutum esse ex divina inspiratione, ac proinde verba Adami non nisi divinam mentem, exprimunt. Cf. *Tridentinum* (D 969).

31 S.Hieronymus, *Adversus levinianum* 1.1 n.14: MΓ, 23.230.

ni, et certe erit fomes discordiae inter membra familiae, etc., ut experientia docet[110].

222. Obiectiones. Solent repeti vel ex essentia polygamiae, quae non nocet fini primario matrimonii (et hae difficultates solvuntur in Ethica), vel ex quibusdam documentis. Ad difficultates solvendas, notandum est:

1. Verum est Christum non imposuisse praecepta moralia supra legem naturae. Sed polygamia, ut dictum est, obstat finibus secundariis matrimonii et potest etiam multum nocere educationi prolis. Praeterea Christus in hac re nihil innovavit, sed restituit matrimonium ad pristinam institutionem divinam, irritando privilegium sive concessionem temporalem.

2. Quando Patres loquuntur de *concubinis,* quas permittebant, intelligurit mulieres inferioris gradus socialis (matrimonium morganaticum), non sponsas sive uxores secundarias, prout in V.T. et nostris temporibus intellig'mus. Matrimonia morganatica erant prohibita in lege romana; sed Ecclesia catholica permittebat".

3. Saepe sancti Patres dicunt non reiciendos esse *digamos* a sacramentis, etc., sed intelligunt polygamiam improprie dictam, seu secundas nuptias post coniugis mortem",

4. Obicitur etiam Valentinianum imperatorem habuisse duas uxores et legem tulisse qua polygamia permitteretur. At totum hoc videtur esse falsum[1*]; et quamvis verum esset, nihil omnino contra thesim nostram faceret; saepe enim potestafes civiles sua abutuntur auctoritate, caque praecipiunt quae nec eis licent, nec sub ipsorum potestate cadunt.

223. De polyandria bo. Argumenta directe agunt in genere de polygamia, unde iam apparet etiam polyandriam esse hire divino positivo prohibitam. Nihilominus, siquidem generatim vox polygamia ad unionem unius viri cum pluribus mulieribus referatur, ideo in specie de polyandria brevius agemus.

Non constat unquam fuisse permissam in V.T. Ratio deduci potest ex ipsa natura rei et ex usibus socialibus illius temporis[21], a) Polyandria magis quam polygynia attentat ad

w Fusius hoc argumentum explanatur in Ethica; cf. Pesch, n.829-831; Otten, n.461, in resp. ad diff. 1, ct praesertim Lerciier-Umberg, n.768- p.367-370.

17 Vox *concubina* invenitur in Patribus duplici significatione, quae ex contextu dignosci debet. Ius Romanum vocabat concubinas uxores, quae cum legitimae essent, non tamen habebant ius ad hereditatem, etc., sed tantum ad aliquam dotem praestabilitam. Cf. Palmieri, *o.c.,* 337.

38 Etiam in usu huius vocis attendendum est ad contextum. Fuerunt haeretici atque etiam aliqui Patres nimis rigidi, qui prohiberent secundas nuptias. Contra hos doctrina catholica asserebat posse quidem admitti *digamos,* scilicet, qui secundas aut ulteriores nuptias contraherent. Cf schol.2.

w Quamvis Socrates *(Hist. Eccles.* 1.4 c.31) id dicat, non est sine temeritate credendus; quia nec Sozomenus, nec Theodoretus talia de Valentiniano narrant, sed e contrario eius sanctitatem extollunt; imo S.Hieronymus hunc Imperatorem tanquam castitatis defensorem proponit *(Epist.* 1: ML 22,326).

20 De polyandria cf. J.-A. Ryan, *Marriage (History of):* The Catholic Encyclopedia, 9,694-695; L.Vanniceil.lt, *Podiandria:* Encyclopedia Cattolica (Città. Vaticano, 1952) 9,1668-1669.

21 Ιαπν, *Archaclogia biblica* 10,150: Cursus Scripturae (Migne, Paris) 2,919.

finem primarium matrimonii, qui est prolis procreatio; nam una mulier non plures potest habere filios eo quod plures habeat maritos; imo vero, polyandria facillime inducit sterilitatem mulieris. Cum polyandria reddat patrem incertum, mater sola tenetur ad educationem, prolis; ipsa vero sola impar est.

b~) Attento fine matrimonii, scilicet prolis procreatione, in antiquitate multum de augendis filiis curabatur, et ideo pluralitas mulierum permittebatur quia huic fini non obstabat, praesertim in casu sterilitatis mulieris. At cum sterilitas ex parte viri vix cognosceretur, consuetudo non fuit habendi plurcs viros ex parte unius mulieris. Ad hoc etiam conferebat conceptus mulieris, quae subiecta omnino viro habebatur; quod ipse S.Paulus praecipiebat. Lex evangelica mulieris aestimationem elevavit, at ante Christum potius servas quam uxores (generatim) mulieres dixeris. Ideo ius romanum et in genere leges civiles, multo plura iura viris quam mulieribus concedebant. Itaque in hac vitae aestimatione et in hoc sociali statu hominibus facultas dabatur plures mulieres habere, non e converso.

Si haec inter paganos in usu erant a2, multo magis in populo electo, ubi praecepta et leges sociales sub directione Dei praecipiebantur. Ipse Deus, dum in polygynia induisit, nunquam permisit, sed graviter punivit, alia peccata contra naturam, ut in punitione Onam, eversiones Sodomae, etc.

224. Scholion 1. *Polygamia in V.L.* Christus Dominus ad matrimonii dignitatem restituendam, provocavit ad decretum divinum Adamo prolatum: *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit eos. et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* (Mt 19,4s). Ubi notandum est Christum ponere in ore Dei ea, quae Gen 2,24 ponit in ore Adami"; et propterea unitatem matrimonii esse dc praecepto divino positivo *ab initio.* Ideo sancti Patres et exegetae generatim admittunt monogamiam viguisse usque ad tempus diluvii. Quod magis patefit ex reprobatione Lamec: "Primus Lamec sanguinarius et homicida unam carnem in duas divisit: fratricidium et digamiam eadem cataclysmi poena delevit"",

Admittitur vero iam post diluvium polygamiam in usu fuisse. Quod accidere potuit vel ex positiva permissione Dei, vel ex necessitate multiplicandi speciem humanam adeo tunc exiguam et paenitus extinctam; ad quod putarent homines polygamiam sibi licere (sicut v.gr. filiae Lot magnum facinus commiserunt ex bona voluntate,

23 Hucusque adhuc in usu est apud aliquas gentes in Sinis, Indiis, Africa; cf. L.Vannicelt.i, *Poliandria,* l.c.

22 Ideo videtur, etiam in contextu Gen, Adamum locutum esse ex divina inspiratione, ac proinde verba Adami non nisi divinam mentem exprimunt. Cf. *Tridentinum* (D 969).

21 S.Hieronymus, *Adversus lovinianum* 1.1 n.14; ML 23,230.

putantes praeter ipsas et patrem iam nullum mortalium superfuisse post eversionem Soilomae). Postea vero ex consuetudine lex facta fuisset.

Nonnulli excgetae ” permissionem polygamiae innui saltem vident in Gen 21.12 quando Deus Abrahae dixit: *omnia, quae dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* Hoc tamen loco Sara commendabat Abrahae ut domo eiceret Ismaelem. At fortasse posset supponi Deum aliquid simile ad Abraham dixisse quando cum eo egit Sara de *matrimonio* cum Agar: *Ecce conclusit me Dominus, 'ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si /orte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque ille adquiesceret deprecanti, tulit Agar aegyptiam ancillam suam... et dedit eam viro suo uxorem.* Re vera, ex narratione videtur vel Abraham accepisse permissionem a Deo et tunc *adquievisse* deprecanti Sarai, vel polygamiam fuisse adeo frequentem ut nullo modo res mala putaretur. At si attenditur ad ascendentes Abrahae, etiam post diluvium, non constat polygamos fuisse; ille apponitur primus qui polygamia usus est. Cum, igitur, tam diligens et rectus appareat in his quae ad filios spectant (ut patet ex Gen 21.12, ubi non vult Sarai adquiescere commendanti ut Ismaelem proiciat; idque non facit nisi cum Deus praecipiat ut quae dixerit Sara faciat); valde probabile est Abraham non ante Agar uxorem accepisse, quam a Deo permissionem ’d faciendi obtinuisset. Quod si haec Dei dispensatio hoc loco probari non possit, certe Dei silentium in hoc casu posita praesertim promissione iam facta, de descendentia Abrahae ex Sara (Gen 15,4-6), signum est permissionis divinae quoad polygamiam Abrahae ”.

225. Quidquid sit de tempore aut momento in quo Deus polygamiam permisit populo Israelitico, factum certo constat ex verbis Christi: *Moyses ad duritiam cordis vestri permisit* (Mt 17,8). Haec autem dispensatio *propter duritiam cordis,* satis ostendit Deum, quasi ad minus malum illud tolerasse, quod de facto non erat contra finem primarium matrimonii, ne israelitae cum viderent iugum durum eis imponi relinquerent verum Deum et ad falsos deos, accurrerent. Hac ratione Deus permisit ut eas consuetudines retinerent aliorum populorum, quae primario et per se non repugnarent legi divinae et naturali, vel religioni. Voluit tamen consulere fini primario matrimonii, et, in quantum fuisset integrum, etiam secundariis finibus; quapropter multa Moyses praecepit circa matrimonium et polygamiam®7. Quod vero verba Christi respiciebant directe ad indissolubilitatem matrimonii, non ob-

» Cf V.IIRYI.ES, *Tractatus de Matrimonio* (1945) 307-308.

30 De polygamia. H.I.Esétre, *Polygamic:* DB 5.508-513; Ιλην. *Archa'{ς //'ς' biblica* 1.10,150: Cursus Scripturae Sacrae (Paris Mi iw) 2.919; M HetzEnauer, *Theologia Biblica 29;* Kittel, *Thcoloffischei Worterbnch tum Ncuen Testament* 4,737-743. ad vocem μοιχεωύ L.Vannicelli, *Pcligamia-PoTandria:* Enciclopcdia Cattolica (Cîttà Vaticano, 1952) 9,1669.

27 Dcut 25,25; I^ev 18 etc.

stat quominus etiam ad unitatem applicentur; nam verba Dei adducta, certe ad utrumque referuntur zs.

226. Scholion 2. *De secundis nuptiis.* CIC 984,4 recenset inter irregulares ex defectu sacramenti *bigamos,* "qui nempe duo vel plura matrimonia valida successive contraxerunt". Haec vigens disciplina, non est nisi genuina echo et constans traditio mentis Ecclesiae primaevae; quae etsi contra Manichaeos et alios haereticos defendebat ulteriorum nuptiarum liceitatem, semper nihilominus *commendavit* post primas nuptias continentiam. Hac de causa S. Paulus, dum extollens virginitatem et continentiam scribebat: *dico autem non nuptis ct viduis: bonum est si sic permanserint, ut ego* (1 Cor 7,8), addebat: *Quod si se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.* Nunquam Apostolus reprobavit secundas nuptias"; attamen noluit ut in supcrioribtts Ecclesiae gradibus constituerentur bigami ", neque inter viduas admittebat quae tales non permansissent a prima viduitate (1 Tim 5,9). Volebat, enim, ut splendor castitatis luceret in Ecclesia; in secundis vero vel successivis nuptiis videre videbantur antiqui indicium incontinentiae31

Ideo S.Ambrosius: "Non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus saepe repetitas" "; ct S.IIiBRONYMfS: "Quid igitur? damnamus secunda matrimonia? Minime, sed primum laudamus. Abicimtis ab ecclesia bigamos? Absit, sed monogamos ad continentiam provocamus" ". Clemens Alexandrinus: "Si cui Apostolus propter intemperantiam et ustionem veniam secundi concedit matrimonii..., hic quoque non peccat quidem ex testamento (non est enim lege prohibitus) non implet autem summam illam vitae perfectionem, quae agitur ex evangelio"M. Et similiter S.Epipiianius: "Quod si quis post uxoris obitum secundas nuptias pro sua imbecillitate desiderat, minime id quidem veritatis regula prohibet, in eo dumtaxat qui sacerdos non fuerit. At isti [montanistae] prohibent... Nos autem neque necessitate ulla adstringimus, sed suademus; nec aliter quam honestis praeceptis ac consiliis eum, qui quidem possit, ad id praestandum impellimus; cum vero, qui minus potest, nulla vi cogimus nec a salute prorsus excludimus" ".

Neque secundas solum nuptias, sed ulteriores semper permisit Ecclesia. S.Hieronymus expresse dicebat: "Erubescat calumniator meus dicens me prima damnare matrimonia, quando legit: non damno digamos et trigamos, et si dici potest, octogamos" *. Et in generaliorem legem veniens statuit S.Augustinus: "De tertiis et quartis et de ultra pluribus nuptiis solent homines movere quaestionem. Unde ut breviter respondeam, nec ullas nuptias audeo damnare...30

28 C G.ToycR. *Dic christfichc F.he.* Ein geschichtliclic und ddgmatïsèhc St·.·· die (Leipzig 1934).
» Cf. Rom 7.3: 1 Tim 4,14.
38 1 Tim 2.2; Tit 1.6. Cf. Knazexbaubk in h.l.
31 Aliqui Patres nimis rigidi videntur: sic S Basilics *(F.ptst.* 188.4: MG 32.674); S.Aucvsrisvs *(De bono viduitatis* c.12: ML 40 439). Et nonnum, quam poenae ecclesiasticae imponebantur, ut in *Cone.Laoditens.* (a.372) en 1 (Kch 520). *Conc.Neocacsar* (a.314) cn.3.7: Msi 2.540-541. Et Athenagoras iam scripserat: "Secundae (nuntiae) decorum adulterium (R 167).
32 *De viduis* c.U: ML 16.254.
33 *Epist.* 123 n.9: ML 22.1033.
31 *Stromata* 3.12: MG 8.1183.
38 *Adversus haeres.* 2.48,9: MG 41,870; haeres. 49,3: MG 41 1022s.
30 *Epist.* 48.9; cf. n.18: ML 22,499.507.

Quis enim sum, qui putem definiendum, quod nec Apostolum video definivisse? Ait enim: *Mulier alligata est quamdiu vir eius vivit.* Non dixit primus aut secundus aut tertius aut quartus, sed *mulier,* inquit, *alligata est, quamdiu vir eius vivit; si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est; cui vult, nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit.* Quid hic sententiae, quantum ad hanc rem attinet, addi vel detrahi possit, ignoro””, Et Eugenius IV, in Decreto pro lacobitis, docebat: “Declaramus non solum secundas, sed tertias et quartas atque ulteriores, si aliquod impedimentum non obstat, 'licite contrahi posse. Commendationes tamen dicimus, si ulterius a coniugibus abstinentes, in castitate permanserint”°8.

227. Scholion 3. *De restitutione unitatis matrimonii pro non baptizatis.* Disputant auctores an ad gentiles fuisset etiam extensa permissio Dei habendi plures uxores, sicut concesserat Deus populo hebraico. Tota ratio disputationis pendet a diverso supposito ufriusque partis: alii putant primo polygamiam exstitisse inter gentiles, et ex eis eam Saram hausisse quando consilium dedit Abrahae ducendi Agar uxorem; Deus tunc polygamiam permisit, ne populus electus esset in quadam difficiliori positione atque gentiles. Alii, e converso, putantes Deum permisisse primum polygamiam hebraeis, et ex illis eam hausisse gentiles, tenent Deum illam etiam gentilibus tolerasse vel permisisse, ne scandalum ex praxi hebraeorum paterentur.

Quidquid est dc hac quaestione * sive de origine *generali* polygamiae, videtur magis congruum supponere Deum induisisse etiam gentilium duritiae ef illis polygamiam permisisse.

At Christus exceptionem irritavit, et legem generalem, in primordio humanitatis latam, plenius restituit, addendo matrimonii primaevae institutioni sacramenti sanctitatem et significationem. Sacramentum quidem non nisi baptizatis conferri potest, at legis primaevae restitutio omnes omnino homines comprehendit. Quapropter non modo baptizatis, verum et omnibus hominibus unitas matrimonii obligat. Et hoc quidem ut *doctrinam certam* theologi docent40. Quoad obligationem vero pro singulis infidelibus standum erit ad normas generales de promulgatione legis evangelicae.38

57 *De bono viduitatis* c.12: ML, -10,439. B.A.Pereira. *La doctrine du mariage selon S.Agustin* (Paris 1930).

38 Ild 9.1028. Similiter BexEdictus XIV. *Constit. "Etsi Pastoral's"* 25 Maii 1742) 8 nJ3; *Constit. “Eo quamvis tempore"* (4 Maii 1745) 28.27.29: Magnum Bullarium Romanum 166.100.295s.

30 Videtur fere certum ante Abraham polygamiam in usu fuisse, saltem cum quibusdam limitationibus. In codice Hammurabi legitur: “Si aliquis vir uxorem duxerit et haec uxor ei ancillam dedit quao filios peperit, si hic vir vult habere concubinam, ei non conceditur, et non potest habere concubinam. Si vir uxorem duxerit, quae ei filios non dedit, si ille vult sumere concubinam, potest sumere concubinam et ad se introducere. Sed hanc concubinam non ad paritatem cum uxore sua habebit” (144,145; ed. Scheil [1904] 27-28.

*” Cf. De Smet. *Tractatus thcologico-canonicus dc sponsalibus et. matrimonio* (ed. 4 n.308; V. Heyi.EN, *o.c.,* p.311.

ARTICULUS II

De MATRIMONII INDISSOLUBILITATE

228. Nexus. Altera matrimonii proprietas seu effectus est indissolubilitas, quae cum unitate ipsius intime cohaeret. At leges civiles magnum discrimen faciunt inter hos duos effectus matrimonii ; nam dum generatim vix ullibi (nisi fere tantum apud mahumetanos) polygamia simultanea, seu unio unius viri cum duabus mulieribus, permittatur, solutio tamen vinculi matrimonialis per divortium frequentissime permittitur et leges de hac re statuuntur. Unde necesse est matrimonii indissolubilitatem arctissime tueri.

§ 1. De matrimonii indissolubilitate intrinseca

Thesis 4. Vinculum matrimoniale est intrinsece indissolubile ; nec per adulterium coniugis dissolvi potest.

S.Th., *Suppi,* q.67 a.l; S.Bellarmino. c 15-17.82; Sasse, 409-428; Pescii, 387-397; Palmieri, th.16.23; Huarte 178-207; Puig de la B., n.1098-1108; Otten. 401-419; Lercher-Umberg. n.770-777; A.Villien, *Divorce:* DTC 4.1455-1478; L Godefroy, *Mariage:* DTC 9,2116-2123.

229. Nexus. In hac thesi agimus tantum de Sacramento matrimonii, ac proinde praescindimus ab indissolubilitate contractus matrimonialis in lege naturali (de qua egimus nn.169-172) et a dispensatione divina in Vetere Testamento, de qua in n.224. Circumscribimus etiam hanc thesim ad indissolubilitatem intrinsecam, mox explicandam, quia de extrinseca loquemur in paragrapho sequenti.

230. Notiones. Prout supra diximus (n.169), contractus aliquis dicitur *intrinsece dissolubilis,* si ex voluntate utriusque vel cuiuslibet partis dissolvi potest. Si autem solutio non est in potestate partium, sed pendet ab aliqua auctoritate competenti, contractus dicitur intrinsece quidem indissolubilis, sed *extrinsece dissolubilis.*

Vinculum matrimoniale (cf. n.145 et 167), seu relatio moralis inter coniuges ex contractu matrimoniali orta, est *intrinsece indissolubile,* videlicet eius solutio nullo pacto pendet a voluntate coniugum, qui quamvis libere contractum matrimonialem inierunt, non tamen illud possunt dissolvere.

Adulterium dicitur copula cum persona coniugata, *Distinguitur a polygamia,* quia in adulterio non attentatur aliud

matrimonium, sed tantum carnale commercium habetur cum tertia persona. Potest adesse tum ex parte mulieris, tum ex parte viri ; et attentat contra fidelitatem coniugalem, at non est causa sufficiens ad matrimonium intrinsece aut extrinsece dissolvendum. Per se includitur in ipsa ratione indissolubilitatis, at de eo facimus quaestionem specialem propter Graecos, et quia Concilium Tridentinum singulari ratione de illo egit; tum etiam quia specialis difficultas oritur ex verbis Christi.

231. Sicut unitati matrimonii opponitur polygamia, sic indissolubilitati divortium, quod definiri potest : separatio coniugu.m a matrimonio legitimo. Potest esse *perfectum* (solutio vinculi matrimonialis, ita ut partes separatae possint aliud matrimonium inire) ; vel *improprie dictum* seu *imperfectum,* quod consistit in separatione quoad habitationem, vel solummodo quoad torum seu matrimonii usum; vinculum manet in hoc casu, et coniuges ita separati non possunt secundas nuptias contrahere nisi post unius mortem.

232. Adversarii. Thesi adversantur *Protestantes,* qui a s.XVI plures assignant causas propter quas divortium perfectum obtineri posse dicunt. *Moderni* laxiores sunt in hac doctrina, et non modo facile divortium perfectum concedunt, sed etiam aliquando *nuptias temporales* (scilicet contractum matrimonialem ad tempus, v.gr. ad tres quatuorve annos) practice permittunt. *Socialismus* et *Communismus* omnem Christianam et naturalem matrimonii notionem pervertunt [1] estque effectus logicus doctrinae *materialistae.*

Secundae parti adversantur *Orientales dissidentes,* qui etiamsi theoretice non aliam causam divortii admittunt, quam adulterium ; tamen de facto multas ob alias causas matrimonia solvunt[2].

233. Doctrina Ecclesiae. *Concilium Illiberitanum:* "Cn.8: Item feminae, quae nulla praecedente causa reliquerint viros suos et alteris se 'copulaverint, nec in fine accipiant communionem. Cn.9: Item femina fidelis, quae maritum reliquerit fidelem et alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquerit de saeculo exierit, nisi forsitan necessitas infirmitatis dare compulerit. Cn.10: Quod si fuerit fidelis, quae ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, et scierit eum habere uxo-

1 Error fortasse magis est *practicus* quam *thcoricus,* scilicet, theoriam non cx principiis, sed ex desiderio libertatis ct voluptatis conficiunt.
2 M.JugiE: DTC 9,2323-2329; 2332-2334.

rem, quam sine causa reliquit, placuit huic nec in fine dari communionem"[3]. Hi canones referunt primaevam rigidam disciplinam ecclesiasticam (saltem in Hispania) relate ad divortium.

S.Innocentius I: "... De omnibus haec ratio custoditur, ut, quaecumque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendae paenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex eis defunctus fuerit" (R 2015).

Cone.Carthaginense (a.407): "Placuit ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur"[4].

S.Deo M. proposito casu de mulieribus, quae, absente marito propter bellum aut captivitatem ut mortuo reputato, secundas inierunt nuptias, postea vero reverso incolume marito ancipites haerebant circa secundum matrimonium, respondit: "Sed quia novimus scriptum quod *a Deo iungitur mulier viro* (Prov 14,14) et iterum praeceptum agnovimus ut *quod Detis iunxit homo non separet* (Mt 19,6), necesse est ut legitima foedera nuptiarum redintegranda credamus, et remotis malis, quae hostilitas intulit, cuique quod legitime habuit reformetur, omnique studio procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium est"; si vero acciderit ut tempore absentiae mariti uxores affectum versus eum amiserint, eC reverso marito, iterum cum eo degere "mulieres noluerint, excommunicandae erunt"[5].

Alexander HI: "Si inter virum et mulierem legitimus consensus... interveniat de praesenti, ita quidem ut unus alterum in suo mutuo consensu verbis consuetis expresse recipiat... sive sit iuramentum interpositum sive non, non licet mulieri alii nubere. Et si nupserit, etiamsi carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, et ut ad primum redeat, ecclesiastica districtione compelli, quamvis alii aliter sentiant, et aliter etiam a quibusdam praedecessoribus nostris sit aliquando iudicatum" (D 397). Et ad Episc.Brix. distinguit inter matrimonium *iratum et consummatum* atque *ratum et non consummatum;* hoc secundum potest solvi (extrinsece) aliquando (ipse adducit casum ingressus in religionem); illud vero nunquam, et ratio est, quia "sane quod Dominus in Evangelio dicit, *non*

3 Kch 332a 3322; ed. Loaisa, *Collectio Conciliorum Hispanorum* (Madrid 1593' 6; ed. Em.Gonzâlîz TεïΛ,ϋζ (Lugduni 1665) 163.167.181.
4 Msi 4,331.
6 *Epist.* ad Nicetam cpiscop. Aquilens. 1-4: ML 54.1136-1137.

licere viro, nisi ob causam fornicationis uxctrem suam dimittere (Mt 5,32; 19,9), intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua matrimonium consummari non potest, et ideo, si praedicta mulier non fuit a viro suo cognita, licitum est sibi ad religionem transire" (D 395).

Innocentius III de matrimonio Christiano dicit: "Inter fideles autem verum quidem et ratum [matrimonium] exsistit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentum, ut ipsum in coniugibusi illo durante perduret" (D 406); et hinc eruit discrimen a matrimonio infidelium, quod per privilegium Paulinum solvi potest; sed utrumque intrinsece est indissolubile. Etiam in Professione fidei Waldensibus praescripta (D 424).

Cancilium Florentinum·. "Tertium [bonum est] indivisibilitas matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem coniunctionem Christi et Ecclesiae. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit" (D 702). Vinculum intrinsecum exigit absolutam indissolubilitatem matrimonii, adulterium autem poterit esse ratio ad separationem tori solummodo.

234. *Concilium Tridentinum* theologis examinandum proposuit hunc articulum 3 ex protestantibus eductum: "Eicere post repudiatam uxorem causa fornicationis, vivente priori uxore, erroremque esse, extra illam causam fornicationis divortium facere"[10]. Postea propositi sunt canones discutiendi, inter quos hi ad rem nostram: "Cn.5: Si quis dixerit propter haeresim aut molestam habitationem aut affectatam absentiam a coniuge dissolvi posse matrimonii vinculum: A.S." [7] "Cn.6: Si quis dixerit, propter adulterium alterius coniugum posse matrimonium dissolvi et utrique coniugum, vel *saltem* innocenti, qui causam adulterio non dederit, *licere novare coniugwm,* neque moechari eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, neque eam, quae dimisso adultero alii nupserit: A.S."[8] Innumerae fuerunt discussiones circa hunc canonem, qui in sequentibus recensionibus occupavit septimum locum. Proposita fuit 2." formula, in qua mutata sunt illa verba *licere no-*

e In Congregatione habita die 4 febr. 1563: CTr 9,682.
7 Haec est formula definitiva; sed cum non fuerint discussiones circa hunc canonem, non ponimus diversas easque exiguas variationes.
8 Congregatio 20 iul. 1563: CTr 9,640.

vare coniugiwm, in haec alia: *licere, altero coniuge vivente, aliud matrimonium contrahere* 9.

3.a formula facta es ut satisfieret petitioni Venetorum, qui nolebant ut Graeci damnarentur eo quod admittebant divortium propter adulterium, at non dicebant Ecclesiam Latinam errare in sua doctrina de indissolubilitate matrimonii. Cardinalis Lotheringus proposuit sequentem formulam, cui adhaeserunt 69 Patres: "Si quis .dixerit, Ecclesiam catholicam errasse vel errare, quando propter adulterium alterius coniugum, docuit et docet, idque per Scripturas sacras, matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque coniugum, vel *etiam* innocentem, qui causam adulterii non dederit, non posse altero coniuge vivente, aliud matrimonium contrahere, et moechari eum, qui dimissa uxore alteram duxerit, et eam, quae dimisso adultero alii pupserit: A.S."10'

Nova instituta discussione, 4." formula redigitur, in qua tantum mutata sunt pauca verba: pro *idque per Scripturas sacras,i* positum est: *quod iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam;* et *matrimonium non posse dissolvi,* pro *matrimonii vinculum non posse dissolvi11.** At haec ultima clausula restituta est in pristinum modum/ in formula 5.® 1S Tandem post fere decem menses discussionis, perventum est ad 6.nra et definitivam formulam, quae non admisit nisi variationes stylisticas: "Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit et docet, iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam (Mc 10; 1 Cor 7), propter adulterium alteris coniugum matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge vivente, aliud matrimonium contrahere, moecharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, et eam, quae dimisso adultero alii nupserit: A.S." (D 977)13.*

Idem Concilium in cap. definivit: "Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primus humani generis parens, divini Spiritus instinctu, pronuntiavit, cum dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea. Quamobrèm relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo iri carne und'* (D 969).

Ut patet *Concilium Tridentinum,* loquitur de vinculo coniugali indissolubili intrinsece, quia non potest ratione sui dis-

0 Congregatio 7 august. 1563: CTr 9.680.
10 Congregatio 23 august. 1563: CTr 9,742.
11 Congregatio 5 sept. 1563: CTr 9.760
11 Congregatio 13 oct. 1563: CTr 9.889.
« Sessio 24, 11 nov. 1563: CTr 9,967.

solvi, quatenus haec indissolubilitas provenit ex ipsa institutione divina. Item notandum est Concilium voluisse damnare ut haereticam doctrinam ProtestandumM, quam determinat in casibus aliquibus particularibus (cn.6 et 7) ; non vero voluit damnare haereseos Graecos; ac proinde in can. non definit thesim nostram, quae est universalis ; illam vero expresse affirmat in capite.

235. Benedictus XIV in Praf. fidei Orientalibus (Maronitis) praescripta, proponit circa matrimonium: "Item sacramenti matrimonii vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, haeresim, aut alias causas possit inter coniuges tori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas est" (D 1470).

Pius VI : "Quod manifesto patet matrimonium, vel in ipso statu naturae, ac sane ante multo quam ad pfoprie dicti sacramenti dignitatem eveheretur, sic divinitus institutunq esse, ut secum afferat perpetuum indissolubilemque nexum, qui proinde nulla civili lege solvi queat. Itaque licet sacramenti ratio a matrimonio seiungi valeat, velut inter infideles, adhuc tamen in tali matrimonio, siquidem verum est matrimonium perstare debet, omninoque perstat perpetuus ille nexus, qui a prima origine divino iure matrimonio ita cohaeret, ut nulli subsit civili potestati. Atque adeo quodcumque matrimonium contrahi dicatur, vel ita contrahitur ut reapse sit verum matrimonium, tumque adiunctum habebit perpetuum illum nexum divino iure omni vero matrimonio cohaerentem ; vel contrahi supponitur sine illo perpetuo nexu, tumque matrimonium non est, sed illicita coniunctio divinae legi ex obiecto repugnans; quae proinde nec iniri potest nec retineri"1S.

Leo XIII saepe in *Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae"* de matrimonii indissolubilitate, deque malis a divortio obortis, sermonem facit. Dicit Christum restituisse matrimonio sanctitatem et proprietates pristinas, inter quas numeratur perpetuitas sive indissolubilitasPraeterea recenset casus quibus Summi Pontifices contra potestates saeculares acerrime indissolubilitatem vinculi tuiti sunt: "Pontifices vero Maximi quoties restiterunt principibus potentissimis, divortia a se

M D 97.3s.977, et dixerat: "Quorum Protestandum temeritati Sancta et universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores praedictorum eorum schism.at ı eorum haereses et errores, ne plurcs ad se trahat perniciosa eorum contagie. exterminandos duxit, hos 'in ipsos haereticos eorumque errores decernens anathematismos".

Rescriptio ad cpiscop. Agiens. 11 iul. 1789.

* *Encyc. "Arcanum divinae Sapientiae"*: ASS 12 (1879-1880) 386-387; ed F.HVrth (Textus et Documenta, ser. thcol. 25) n.4,19s.

facta ut rata Ecclesiae essent minaciter petentibus, toties existimandi sunt non modo pro incolumitate religionis, sed etiam pro humanitatis gentium propugnavisse. Quam ad rem omnis admirabitur posteritas invicti animi documenta a Nicolao I edita adversus Lotharium; ab Urbano II et Paschali II adversus Philippum I regem Galliarum; a Caelestino III et Innocentio III adversus Philippum II principem Galliarum; a Clemente VII et Paulo III adversus Henricum VIII; denique a Pio VII sanctissimo fortissimoque Pontifice adversus Napoleonem I, secundis rebus et magnitudine imperii exultantem"[17].

Pius XI in *Encyclica "Casti connubii"* renovabit ea omnia quae Leo XIII dixerat, ac insuper multa pro matrimonii indissolubilitate edixit, e quibus aliqua desumamus: "Attamen tantorum beneficiorum summa completur et quasi cumulatur illo christiani coniugii bono, quod Augustini verbo nuncupavimus *sacramentum,* quo denotatur et vinculi indissolubitas et contractus in efficax gratiae signum per Christum facta elatio atque consecratio. Et primo quidem, indissolubilem foederis nuptialis firmitatem ipse Christus urget dicendo: *Quod Deris coniunxit, homo, non separet* (Mt 19,6); et: *omnis qui dimittit uxorem suam, et alterant ducit, moechatur: et qui dimissam a viro ducit, moechatur* (Lc 16,18)... Atque haec inviolabilis firmitas, quamvis non eadem perfectissimaque mensura ad singula, ad omnia tamen vera' coniugia pertinet... Quod si exceptioni, etsi rarissimae, haec firmitas obnoxa videatur, Ut/ in quibusdam coniugiis naturalibus solum inter infideles initis vel, si inter christifideles, ratis illis quidem sed nondum consummatis, ea exceptio non ex hominum voluntate pendet, neque potestatis cuiuslibet mere humanae, sed ex iure divino, cuius una custos atque interpres est Ecclesia Christi. Nulla tamen, neque ullam ob causam, facultas huiusmodi cadere poterit in matrimonium christianum ratum atque consummatum. In eo enim, quemadmodum maritale foedus plane perficitur, ita maxima quoque ex Dei voluntate firmitas atque indissolubilitas, nulla hominum auctoritate relaxanda, elucet"[18].

Pius XII: "Tandem aliquando, quod attinet ad *solutionem* vinculi valide contracti, in quibusdam casibus etiam S.R. Rota vocatur ad investigandum, num omnia ea impleta sint, quae praevie requiruntur ad validam et licitam vinculi solu-

[17] *Encyc. "Arcanum divinae Sapientac"*: *l.c.,* 398s. Alia documenta exstant in J) (indic, system XII) et CIC. 1118.
[18] *Encycl. "Casti canmibii"*: AAS 22 (1«30) 5SO-552.

tionem, et consequenter num Summo Pontifici suaderi possit concessio gratiae de qua agitur. Haec praerequisita prae ceteris spectant ad ipsam dissolubilitatem matrimonii. Supervacaneum est coram Tribunali iuridico, quale est vestrum, congruit vero expositioni nostrae, iterum asserere, matrimonium ratum et consummatum esse iure divino indissolubile, quatenus nulla potestate humana solvi potest, dum alia matrimonia, licet intrinsece sint indissolubilia, non habent tamen indissolubilitatem extrinsecam absolutam, sed datis quibusdam praesuppositis necessariis (agitur, uti notum est, de casibus, si cum ceteris comparantur, sat raris) dissolvi queunt, non solum vi privilegii Paulini, sed etiam a Romano Pontifice vi potestatis qua gaudet ministerialis" [12]. Clare asserit Pius XII omnia matrimonia intrinsece esse indissolubilia, quamvis extrinsece aliqua dissolvi possint. Nec praetereundum est, verba Summi Pontificis sollemnia quadam gravitate esse prolata, nam, ut dixit in alia allocutione ad R.Rotam Praelatis Auditoribus locutus est "ut exponamus mentem et voluntatem Ecclesiae, quae matrimonio summum momentum attribuit" [20].

CIC, 1013,2: Essentiales Matrimonii proprietates sunt unitas et indissolubilitas, quae in matrimonio christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti.

236. Valor dogmaticus. Matrimonium esse intrinsece indissolubile in casu haeresis aut molestae cohabitationis, aut affectatae absentiae coniugis, est *de fide divina et catholica definita* (D 975).

Etiam est *de fide divina et catholica definita* Ecclesiam non errare in sua doctrina de indissolubilitate matrimonii propter adulterium.

Si thesis *universaliter* sumitur, sicut nos facimus, *non est definita* de fide, at est *saltem proxima fidei.* Imo, si praescinditur a casu adulterii, posset dici simpliciter *de fide ecclesiastica,* vel etiam *de fide divina et catholica.* Quod si quis admittat valorem definitionis in capite allato Tridentini, et prae oculis habet assertiones Leonis XIII et Pii XI, poterit eam dicere *de fide divina et catholica definita* [21].

237. Probatur. Nota. Quamvis thesis videatur habere

""Allocutio ad S.R.Rotam 3 oct. 1941: ASS 33 (1941) 424-425. Textus latinus S.Tromp: Textus et Documenta, series theol. 27 (Roma 1944).

30 Allocutio ad S.Rotam 2 oct. 1944: AAS 36 (1944) 281; cf ed. Tromp p.3.

21 Pesch vocat simpliciter *dc fide* n.761; Otten, *saltem fidei proximant,* n.465; Puto de la B., *videtur esse de fide* n.1100. et adducit Prof, fidei Orientalibus praescriptam.

duas partes, attamen cum secunda pars non sit nisi casus Specialis legis generalis, utraque pars imo eodemque argumento probabitur.

Probatur ex sacra Scriptura. 1. Mt 19,3-6: *Et accesserunt ad eum Pharisaei tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex cawsa? Qui respondens, ait eisg Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimittet horno patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed. una caro. Quod ergo Deus cdniunxit, homo non separet.* Mc 10,11: *Quicumque dimiserit uxorem suam et alteram duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum, et alii nupserit, moechatur.* Lc 16,18: *Omnis qui dimittit uxorem suam et alteram ducit, moechatur; et qui dimissam a viro ducit, moechatur.*

Proposita quaestione de dissolubilitate matrimonii ob aliquam causam, Christus absolute respondet matrimonium esse indissolubile; et rationem desumit ex ipsa institutione divina *ab initio,* id est, in primordiis humanitatis: unde eruit conclusionem: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Pharisaei, audito Christi responso, insistunt: *Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii et dimittere?·* (Mt 19,7). lesus vero respondet urgens indissolubilitatem: *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic* (v.8). Postea discipuli domi iterum de eadem re interrogant: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere* (v.10). Et lesus insistit: *Quicumque dimiserit uxorem suam, et aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum, et alii nupserit, moechatur* (Mc 10,11-12).

Ergo ex textibus et ex contextu clare apparet matrimonii vinculum esse prorsus intrinsece indissolubile, nam. ex voluntate coniugum dissolvi non potest. Etenim neque uni coniugum conceditur ut alterum relinquat, neque derelictus potest alias nuptias contrahere, quin adulterium committat. Et hoc est discrimen inter Legem Novam et Antiquam; quia in Vetere Lege permittebat Deus ut libellum repudii daretur, cum vera solutione vinculi, in Lege autem Nova nullum libellum repudii conceditur; mulier antea dimissa, libera remittebatur et vir eius poterat iterum nubere; in regno Christi mulier dimissa et vir dimittens manent ligati nec nubere possunt.

238. 2. 1 Cor 7,10: *Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere inuptam, aut uxorem non dimittat.* Rom 7,1-3: *An ignoratis, fratres... quia lex in homine dominatur quanto tempore vivitr Nam quae sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a legè viri. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri: ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.*

Doctrina S.Pauli cohaeret omnino cum doctrina Christi, et expresse asserit vinculum matrimonii esse indissolubile, siquidem durat toto tempore vitae, ita ut, si vir aut mulier coniugem dimiserit vel ab eo discesserit, mainet vinculo ligatus nec secundas nuptiast inire poterit, nisi post mortem coniugis. Ergo re vera vinculum est prorsus indissolubile, et quidem intrinsece.

239. Probatur ex traditione. Patres contra consuetudines paganas saepe extollunt et commendant matrimonii indissolubilitatem, non solum innixi rationibus naturalibus, sed etiam argumentum desumentes ex textibus allatis Scripturae et ex primaeva matrimonii institutione.

Pastor Hermae·. "Dico ei: Domine, permitte mihi, ut te pauca interrogem. Dic, inquit. Domine, inquam, si quis uxorem habet Fidelem in Domino eamque deprehendit in adulterio aliquo, numquid peccat vir, si convivit cum ea? Quandiu nescit, inquit, non peccat; si autem vir peccatum eius cognoverit neque paenitentiam egerit mulier, sed permanet in fornicatione sua, ac convivit vir cum ea, particeps fit peccati eius et socius adulterii eius. Quid igitur, inquam, Domine, faciat maritus, si uxor in hac libidine permanserit? Dimittat eam, inquit, et vir maneat secum: *sin vero uxore dimissa aliam duxerit,* et ipse *adulterium committit*" (R 86).

Clemens Alexandrinus: "Quod autem consulit Scriptura uxorem ducere et nec a coniugio unquam permittit discedere, legem aperte constituit: *Non dimittes uxorem, praeterquam propter fornicationem.* Adulterium autem existimat coniungi matrimonio dum vivit alter ex separatis... *Qui autem dimissam, accipit uxorem, moechatur,* inquit, *Si quis* enim *dimiserit uxorem, moechatur ipsam,* hoc est, cogit eam moechari. Non solum autem qui dimisit est eius causa, sed etiam

qui earn suscepit, praebens mulieri peccandi occasionem; si enim non suscipiat, revertetur ad virum" (R 420).

Origenes: "Tam vero, contra Scripturae legem mulieri, vivente viro, nubere quidam Ecclesiae rectores permiserunt, agentes contra id quod scriptum est, in quo sic habetur: *Mulier alligata est quanto tempore vir eius vivit,* et contra illud: *igitur, vivente viro, mulier vocabitur adultera si fuerit cum alio viro;* non omnino tamen sine ratione, haec enim contra legem initio latam,ct. scriptam, ad vitanda peiora, alieno arbitrio morem gerentes, eos.'permisisse verisimile est" (R 506). Postea obicit sibi textum; Mt 5,32 (de quo agemus postea) et quaerit an libellum repuoii solummodo potuisset dari propter adulterium; et tandem concludit: "Quemadmodum autem adultera est uxor, etiamsi viro alteri nupta videatur, priore etiamnum vivo; ita et virum repudiatam duxisse visum non tam ipsius maritum quam adulterum esse dicendum, a Servatore nostro demonstratum est" (R 507).

Lactantius: "Ne quis divina praecepta circumscribere se putet posse, adduntur illa, ut omnis calumnia et occasio fraudis removeatur, adulterium esse qui a marito dimissam duxerit, et eum qui praeter crimen adulterii uxorem dimiserit, ut alteram ducat; dissociari enim corpus et distrahi Deus noluit" (R 642).

Eodem modo S.Hilarius 28 (R 854), S.Basilius 23 (R 922); S.Gregorius Naz. (R 1002), S.Ioannes Chrysostomus: "Igitur, quaenam est illa lex, quam nobis Paulus posuit? *Mulier,* inquit, *alligata est legi.* Oportet igitur ut minime separetur, vivente viro, neque alium superinducat maritum, neque secundas nuptias adeat. Et vide quanta cum diligentia verborum usus sit proprietate. Non enim dixit: Cohabitet viro quoad vixerit; sed *mulier alligata est legi quanto tempore vixerit vir illius;* atque adeo, etiamsi libellum repudii det, etiamsi domum relinquat, etiamsi ad alium abeat, legi adstricta adulteraque est... -Ne mihi leges ab exteris conditas legas, praecipientes dari libellum repudii, et divelli. Neque enim iuxta illas indicaturus est te Detis in die illa, sed secundum eas quas ipse statuit" (R 1212).

S.Ambrosius, cognoscens leges romanas, quae divortium aliquando concedebant, dicit supra leges humanas esse legem

23 S.Hilarius prima fronte videtur admittere exceptionem pro casu adulterii, sed si recte perpendatur contextus, potest recte interpretari.

23 S.Basilius in *Epist.* 188,9: MG 32,677, meminit consuetudinem contrariam legi Christi, at illam non probat.

divinam, quae divortium semper prohibet (R 1308; cf. etiam 1322). S. Hieronymus etiam contraponit leges Romanas sive Caesarum legi Christi, quae nullum patitur divortium ob nullam causam: "Omnes, igitur, causationes apostolus amputans apertissime definivit, vivente viro, adulteram esse mulierem quae alteri nupserit... Quandiu vivit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus et ab uxore propter haec scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet" (R 1351). Et "apud nos, quod non licet feminis, aeque/non licet' viris; et eadem servitus pari condicione censetur" (R li'52).

240. Egregie praesertim S. Augustinus, qui de hac re integrum librum scripsit, *De adulterinis cOniugiis,* et cuius auctoritatem meminit saepius Pius XI in *Encycl. "Casti connubii".* Praeter ea, igitur, quae in memorata Encyclica referuntur, haec habet: "Quemadmodum, igitur, si dixerimus: Quicumque mulierem a marito praeter causam fornicationis dimissam duxerit, moechatur, procul dubio verum dicimus; nec tamen ideo illum, qui propter causam fornicationis dimissam duxerit, ab hoc crimine absolvimus, sed utrosque moechos esse minime dubitamus; ita eum, qui praeter causam fornicationis dimisserit et aliam duxerit, moechum pronuntiamus; nec ideo tamen eum, qui propter causam fornicationis dimiserit et alteram duxerit, ab huius peccatï labe defendimus. Ambos enim, licet alterum altero gravius, moechos tamen esse cognoscimus" (R 1861). "Semel autem initum connubium in civitate Dei nostri, ubi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam sacramentum nuptiae gerunt, nullo modo potest nisi alicuius eorum morte dissolvi. Manet enim vinculum nuptiarum, etiamsi proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur, ita ut iam scientibus coniugibus non se filios habituros separare se tamen vel ipsa causa filiorum atque aliis copulari non Liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulaverint, adulterium committunt, ipsi autem coniuges manent" "Propter quodlibet tamen fornicationis genus, sive carnis sive spiritus, ubi et infidelitas intelligitur, et dimisso viro non licet alteri nubere, et dimissa uxore, non licet alteram ducere, quoniam Dominus nulla exceptione facta dicit: *si uxor dimiserit virum suum et alii nupserit, moechatur;* et: *omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram,*

■n *Dc bono coniugali* 15: CSIX 41,209-210. Cf. *Dc nuptiis et concupiscentia* 1,10.

moechatur"[24]. "Haec verba Apostoli (Rom 7,3) toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plena sunt. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desiverit. Esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licite itaque dimittitur coniux ob causam fornicationis; sed manet vinculum pudoris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob hanc causam fornicationis" (R 1863).

241. Ratio theologica. Matrimonium christianum est symbolum unionis Christi cum Ecclesia. Atqui unio Christi cum Ecclesia est prorsus indissolubilis. Ergo etiam matrimonium inter christianos;

Hanc rationem exponit S.Thomas [26], et Summus Pontifex Pius XI refert adducendo verba S.Augustini: "Huius autem divinae voluntatis intimam rationem si reverenter investigare velimus, Venerabiles Fratres, facile eam inveniemus in mystica Christiani connubii significatione, quae in consummato inter fideles matrimonio plane perfecteque habetur. Teste enim Apostolo, in sua (quam ab initio innuimus) ad Ephesios Epistola (5,32), Christianorum connubium perfectissimam illam refert coniunctionem quae Christum inter et Ecclesiam intercedit: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo et in Ecclesia;* quae quidem coniunctio, quamdiu Christus vivet et Ecclesia per ipsum, nulla profecto separatione unquam dissolvi poterit. Quod etiam Sanctus Augustinus diserte docet his verbis: 'Hoc enim custoditur in Christo et Ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio separetur. Cuius sacramenti tanta observatio est in civitate Dei nostri... hoc est in Ecclesia Christi... ut cum filiorum procreandorum causa, vel nubant feminae, vel ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere ut alia fecunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege huius saeculi (ubi interveniente repudio, sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia; quod etiam sanctum Moysen Dominus propter duritiam cordis illorum Israelitis permisisse testatur); sed lege Evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa si alteri nupserit'[21].

242. Obiectiones. 1. S.Innocentius I quendam casum solvit hoc modo: "Statuimus, fide catholica suffragante, illud esse coniugium, quod erat primitus gratia divina fundatum; conventumque se-

25 *Dc adulterinis coniug.* 1,25,31: CSEI? 41,379.
30 *Suppi,* q.67 a.1 ad 2.
27 *Encycl. "Casti connubii"*. AAS 22 (1930) 557-554.

«eundae mulieris, priore superstite, *nec divortio eiecta,* nullo pacto ,posse esse legitimum" (R 2017). Ergo, secundum fidem catholicam, si mulier divortio eiecta est, potest vir cum alia nubere.

Dist. antec. Summus Pontifex dicit matrimonium esse solvendum, *ncg. antec.;* dicit non esse solvendum, *conc. antec.* Vel aliter: *Dist. antec.* clausula *nec divortio eiecta* sumitur complexive cum anteriori, *nego antec.,* sumitur ad modum citationis legis, *conc. antec.* et *nego cons. et consequentiam.*

Solutio casus recta est, nam matrimonium non esse solvendum declaratur. Rationem autem dat S.Innocentius adducens legem civilem, quae admittebat solutionem vinculi in casu divortii ; sed ex hac lege Summus Pontifex sumit primam partem, quae ei favebat ct quae *fide catholica suffragabatur.* Constantinus concesserat Episcopis ut in causis matrimonialibus munere fungerentur indicis civilis, ita ut decissiones valorem haberent etiam in foro civili ; ideo Summus Pontifex applicat legem civilem ex ea parte quae cum iure divino cohaerebat. Ceterum iam supra citavimus alia documenta S.Innocentii 1, quae matrimonii indissohibilitatem perfectam tuentur.

2. Gregorius II ad Bonifacium, scripsit: "Nam quod proposuisti, quod si mulier infirmitate correpta (al. corrupta) non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciet iugalis? Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentiae vacarent. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non potuit' continere, nubat magis; non tamen subsidii opera subtrahat ab illa, quam infirmitas praepedit et non detestabilis culpa excludit" ®.

Resp. Cum non habeatur casus propositus, sed tantum solutio, :responsum cum certitudine dari nequit, in re obscura; sed neque obiciens potest' quidquam pro lege generali ex hoc incerto casu ducere. Portasse agebatur de impedimento impotentiae ", vel de dispensatione in matrimonio rato et non consummato in casu gravi ".

3. Concilium Verberiacum (a.756) et Conc.Compcndianum (a.757) Sl concesserunt solutionem vinculi in casu mulieris leprosae, et in aiiis diversis casibus. Ergo matrimonii vinculum non est indissolubile.

Dist. antec. Illa concilia particularia haec concedentia repraesentabant doctrinam Ecclesiae, *ncg. antec.;* illam non referebant, *conc. antec.* Verum est illa concilia concessisse (melius permisisse) divortium; at notandum est: *a)* agitur de conciliis particularibus; *b)* et praecipue, in his conciliis intererat potestas civilis, erant enim concilia mixta, ubi Status cum Ecclesia convenire volebat in legislatione matrimoniali, praesertim in quibusdam casibus difficilioribus. Lex civilis multos concedebat casus divortii. Quapropter in illis conciliis potestas civilis tendebat ad se trahere, quantum poterat, auctoritatem ecclesiasticam in suum favorem; potestas vero ecclesiastica curabat non urgere, citra limites, legem de indissolubMitate matrimonii, ut' compositionem cum Statu posset perficere. Non igitur, in his conciliis mixtis vera Ecclesiae doctrina quaerenda est; si enim Episcopi pressissent disciplinam ecclesiasticam, legati regii ex integro illam reiecissent. Defuit episcopis illa libertas necessaria ct fortasse etiam pectoris ardor ",

28 *Epist.* ad Bonifacium: ML 59.525.
35 Ut interpretatur S.Robertus Bei.i.armino, *De Summo Pontifice* 1.4 c.12.
31 Cf. Vil l iEN, *Divorce:* DTC 4,1164-1165.
31 Cf. Vu.i.lEN. *Divorce:* DTC 4,1164-1165.
23 De historia horum Conciliorum egit M.EsnKïn, *Le mariage en droit canonique* (Paris 1891) 2,64.

4. Iuxta Mt' 5.32 Christus dixit: *Omnis qui dimiserit uxorem suam,* excepta fornicationis causa, *facit eam moechari; et qui dimissam duxerit adulterat.* Et in 19,9: *Quicumque dimiserit uxorem suam,* nisi ob fornicationem, *et aliam duxerit moechatur; et qui dimissam duxerit, moechatur.* Atqui cx his textibus apparet Christum pcrmitlere divortium in casu adulterii mulieris. Ergo matrimonii vinculum non est intrinsece indissolubile.

Resp. 1." *Conc. mai.* et *dist. min.,* comma *nisi ob fornicationem* (πορνεία) significat *adulterium, neg. min.;* significat concubinatum seu *matrimonium putativum, conc. min,* (v. infra n. 244,4).

2° *Conc. mai.* et *dist. min.,* Christus permittit in casu aduh'erii midieris divortium perfectum, *neg. min.;* permittit divortium imperfectum, *conc. min.*

243. Multae explicationes datae sunt horum textuum", unde praecipuas solutiones quae admitti possunt, recensemus. At:

a) *Contextus* exigit omnimodam indissolubilitatem vinculi. Nam, interrogantibus Pharisacis: St' *licet homini dimittere uxorem suam, quacumque cx causa·"* (19,3), respondet lesus in memoriam revocando institutionem matrimonii, et concludit: *Quod Deus coniunxit homo non separet* (v.6). InVelligunt Pharisaei Christum negare facultatem divortii, et insistunt: *Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, et dimittere?* (v.7). lesus autem non explicat suam sententiam, v.gr. dicendo: "non licet qualibet de causa repudium dare, sed tantum ob fornicationem"; sed perseverans in sua universali sententia de indissolubilitate matrimonii, respondet: *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic* (v.8). Ergo manet lex universalis stabilita a Christo. Imo vero, Apostoli intelligunt difficultatem quae inde oritur omni matrimonio, et interrogant: Si *ita est causa hominis cum uxore, non expedit 'nubere* (v.10); Christus vero tacite consentit explicans velate praestantiam virginitatis (v.12).

b) *Materia* sermonis etiam exigit indissolubilitatem vinculi. Nam matrimonium dat aequalitatem iuris utrique contrahenti. Iam vero, si in verbis Christi permitteretur divortium propter adulterium mulieris, non par esset ius viro et mulieri.

c) Si ageretur de divortio perfecto in casu adulterii vel fornicationis, sequeretur absurdum, scilicet, legem novam laxiorem esse lege antiqua. Nam in V.T. poenae erant gravissimae pro adulteris mulieribus", in N. non modo nulla ponitur poena, sed adulterio facile redderetur divortium, et hac exceptione posita, facile inducerentur mulieres, quae divortium vellent, ad adulterium committendum.

d) *Ipsa verba* Christi exigunt indissolubilitatem. Etenim Chris-

30 Earum summam invenies in A.Tλι'τ, *Excepta fornicationis causa; Nisi ob fornicationem:* VerDom (1948) 18-26 (sententiae exponuntur in pag 22-25); M.Brunec, *Dc ciaustisuUs divortii* (1940) 3-16: T.SchwbciSv. *De clausulis divortii* (194S) 214-217. Tum Λ.Mancini, *Intorno ai passi di X.Maleo in · alPindissotiibilità del matrimonio:* Palestra del Clero (1949) 50. Tum et'.am in Lîrcher-UmrHrc.. η.773; et A.Ai.lc.kihr. *Die crux interpretum im neutestamentlichen Ehcscheidunqsverbot:* Ang 20 (1943) 128-142: U.Holzmeistkr *Dc Strcifraqc der Ehcschcidungstextc bei Mt.:* Bibi (1945) 143s; .T.Bonsxrven. *Le divorce dans le nouveau testament* (Paris 1948), suam sententiam exponit in pag.46; A.Vaccari, *De Matrimonio ct divortio apud Matthaeum:* Bibi' 30 (1955) 149-151.

M Deut 22,22-24; Eev 20,10.

tus dicit: *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur; et qui dimissam duxerit, moechatur.* Ultima verba: *et qui dimissam duxerit, moechatur,* sunt universalia, et referuntur ad quamlibet mulierem *dimissam* (sive ex causa fornicationis sive ex qualibet alia causa in lege vetere permissa); si igitur, ille qui dimissam uxorem ducit, moechatur, signum est mulierem illam manere vinculo matrimoniali innodatam.

c) Idem suadent *loca parallela* Mc 10,11 Lc 16.18, in quibus nulla ponitur exceptio. Nec dici potest explicandos esse Mc et Lc ex Mt, ut si Mt regulam et exceptionem, Lc et Mc tantum regulam ferrent'. Etenim cum Mc et Lc velint (sicut etiam Mt) ostendere diversitatem inter legislationem antiquam et novam seu evangelicam, falsum esset quod dicerent nisi exceptionem posuissent. Ergo Mt ex Mc et Lc, non e converso, explicandus est ®.

244. Praecipuae solutiones, seu explicationes textus sunt:

1) Ilia fraditionalis a S.Augustino ad nostra tempora: Christus nullam admittit causam ad vinculum solvendum, neque generatim ad separationem habitationis, at adulterium esset ratio sufficiens ad separationem tori et habitationis, manente tamen vinculo. "Christus negat' in suo regno libellum repudii, quo mulier dimissa libera esset a vinculo; hinc in nova lege mulier a viro dimissa manet ligata, et propterea is. qui eam dimittit, facit eam meochari, inducit eam in periculum adulterii; excipitur casus, in quo ipsa mulier erat adultera; si enim talis dimittitur, iuste dimittitur, neque dimittens dici potest: *facit eant moechari;* iam enim est adultera. Ergo lex antiqua dixit: Qui mulierem dimittit, det ei libellum repudii, i.e. *faciat eam liberam* a vinculo; nova lex dicit: qui mulierem dimittit, *facit eam moechari''**. Unde S.Augustinus: "Qui ergo nos sumus, ut dicamus: est qui moechatur uxore sua dimissa alteram ducens, et est, qui hoc faciens non moechatur, cum evangelium dicat omnem moechari qui hoc facit? Proinde si quicumque hoc fecerit, id est, omnis qui hoc fecerit, ut uxore sua dimissa alteram ducat, moechatur, sine dubitatione ibi sunt ambo, et qui praeter causam fornicationis et qui propter causam fornicationis dimittit uxorem; hoc est enim: quicumque dimiserit, hoc est: omnis qui dimittit"

2) Verba παρεκτδ λόγου πορνεία [= excepta fornicationis causa] et μή ἐπί [= nisi ob] non significant exceptionem, sed contrarium; aequivalcrct—αρεκτό =praeter, quod significare potest: *excepto hoc,* vel *etiam hoc.* Ita interpretantur Innocentius III, Salmeron alii38. Tunc sensus esset: Quicumque dimiserit uxorem, etiam in casu fornicationis, et aliam duxerit, moechatur.

3) Christus volebat solum dirimere quaestionem inter iudaeos disputatam, vel ad matrimonium, prout inter iudaeos vigebat, verba referebat30. Re vera, in Dcut 24,1 praescripserat' Moyses: St *acceperit homo uxorem et habuerit eam et non invenerit gratiam ante*

x Ita expresse S.Aucustinus, *Dc adulterinis cohiug.* 1,12,11: CSEL 41,359-360.

'' LbnnErz, *Tres theses dc Matrintonio* (Roma 1946) n.45.

·' *De adulterinis eoniug.* 1.9.10: CSEL 41.358.

* Innocentius III. *Epist.* ad Episcop. Tiberiad.: Decretales 4.9,8. de divortio: ed. Friedberg. 2,723: cf. A.Allceier, *Die crux interpretum im neutestainentlichc Ehcscheidungsvcrbot:* Ang 20 (1943) 141s.

" J.Sickenberc. *introducionc at Nuovo Testamento* (Torino 1942); cf. LebchEr-Ujmberg, n.773,1 (2), (b), (d).

oculos eius propter aliquam foeditatem [êrwat dâbâr], *scribet libellum repudii et dabit in manu illius et dimittet eam de domo sua.* Duae erant interpretationes illius êrwat dâbâr *(propter aliquam foeditatem")*: schola Hillel, sensu laxiore, intelligebat sufficere quidlibet (etiam res minutissima), quae viro displiceret, ad hoc ut dimittere posset uxorem; schola Schammai, rigidior, exigebat veram causam gravem ct quidem ad honestatem pertinentem. Ergo interrogantibus Pharisacis an liceret qualibet de causa dimittere uxorem, Christus respondisset dirimendo quaestionem in favorem scholae rigidioris".

4) Vox πορνεία non significat adulterium, sed matrimonium nullum, invalidum, attentatum cum impedimento dirimente (prout illa matrimonia de quibus Lev 18,6-18), concubinatus. Sensus verborum Christi esset: Non licet dimittere uxorem, nisi in casu concubinatus sive matrimonii putativi seu invalidi.

Aliae explicationes minus aptae inveniuntur in auctoribus citatis in nota 33; quaelibet ex his supra propositis admitti potest. Nonnullis exegetis modernioribus arridet tertia explicatio; at' in hac interpretatione debet supponi Mt referre dialogum inter Pharisaeos et Christum, dum Mc et Lc potius adducerent verba Christi prout alias, vel etiam eo ipso die, protulisset.

Prior interpretatio habet commodum quod est sententia *traditionalis.* Nobis tamen magis placet quarta interpretatio ob has potissimum rationes: *a)* Christus in hoc v. et in sequentibus, ubi agit de *divortio* adhibet vocem μοιχάσθαι μοιχεύειν. ; debuisset etiam adhibere substantivum μοιχεία pro πορνεία, b) Ubi sermo est de concubinatu S.Paulus utitur voce πορνεία (1 Cor 5, 1). c) Sententia prima habet, inter alia incommoda, quod paenes Iudaeos non cognoscebatur divortium imperfectum sive separatio legalis habitationis remanente vinculo; ac proinde requirebatur aliqua explicatio. *d)* Casus autem concubinatus erant frequentes, fit in muliere Samaritana (Io 4,18 *:et nunc* [virum] *quem habes, non est tuus vir)""*.

§ II. De matrimonii indissolubilitate extrinseca

245. Apprime distinguendum est inter *dissolutionem* matrimonii et decretum *nullitatis.* In hoc postremo casu matrimonium obiective nunquam exstitit, sed tantum fictitium (si mala voluntate) vel supposititium sive putativum (si bona voluntate) contractum, quatenus, nempe, exsistebat aliquod impedimentum dirimens celatum vel ignotum; quo detecto Ecclesia declarat praesumptos coniuges nullo de facto matrimoniali vinculo fuisse ligatos.

Nullum matrimonium, ut constat, *intrinsece* dissolvi potest quoad vinculum; *extrinsece* vero solvi potest vinculum

·"· *Cf.* v.gr. Pirot-Caimhr, *La Sainte Bible* IX (Paris 1950) 66-67 in h.l : U.Tramja, *L'indissolubilità del matrimonio ucltu N.L. e ie parole di Gesit Cristo presso Mateo 5,32 r 19,9:* ScuoCatt 56 (1948) 419.

** Alias rationes inducit A.Viccari, *De Matrimonio ct divortio apud Matthaeum:* Bibi 36 (1955) 149-151, contra Ç.Vawer. qui defendit secundani interpretationem.

matrimoniale unice per *potestatem* vicariam Romani Pontificis, quae ei a Christo divinitus concessa est; nulla alia potestas valet matrimonium legitimum (tam inter fideles quam inter infideles, sive consummatum sive non) solvere. Hinc sequentia asserta proponuntur:

Assertum 1. Nulla humana potestas matrimonium legitimum solvere potest.

246. Matrimonium legitimum (per oppositionem ad matrimonium *ratum)* illud est quod inter infideles valide contrahitur.

Circa hoc matrimonium Ecclesia nullam habet per se potestatem, quatenus infideles non subiciuntur legibus Ecclesiae nisi hire, non de facto[41]; scilicet, Ecclesia, utpote a Christo condita, ius habet erga omnes gentes a Christo redemptas, sed hoc ius non exercet nisi in subditos, seu illos qui ad ipsam per baptismum pertinent. Infideles vero, cum ad Ecclesiae corpus non pertineant, non subiciuntur eius legibus.

Sed potestas civilis nullam auctoritatem habet in causis matrimonialibus, nisi in quantum potest apponere impedimenta quaedam antequam matrimonia contrahantur; et quidem quatenus matrimonium est contractus, circa quem Status exercet aliquam auctoritatem. At hoc tantum respicit ad matrimonium inter infideles, quod non est sacramentum. Cum vero matrimonium iam est valide contractum, tunc *iure divino* est indissolubile, ac proinde sola illa auctoritas poterit matrimonium solvere, quae a Deo potestatem acceperit. Hanc autem non constat accepisse Statum. Ergo non potest ullum legitimum matrimonium solvere.

247. Imo, positive constat contrarium, scilicet. Statum civilem non habere hanc potesiatem. Sic expresse declaraverunt Summi Pontifices:

Pius VI: “Quo manifesto patet, matrimonium vel'in ipso statu naturae, ac sane ante multo quam ad proprie dicti sacramenti dignitatem eveheretur, sic divinitus institutum esse, ut secum afferat perpetuum indissolubilemque nexum, qui proinde nulla civili lege solvi queat. Itaque licet sacramenti ratio a matrimonio seiungi valeat, velut inter infideles, ad-

41 *Conc.Tridentinum* loquens dc baptismo ait: "Const t ccrtc baptismi ministrum iudiccm esse non oportere, cum Ecclesia in. nullum indicium exerceat qui non prius in ipsam ner baptismi ianuam fuerit ingressus" (D 895).

huc tamen in tali matrimonio, siquidem verum est matrimonium, perstare debet, omninoque perstat perpetuus ille nexus, qui a prima origine divino iure matrimonio Hta cohaeret, ut nulli subsit civili potestati" (D 2235), Quae verba Pii VI sua facit Pius XI[42].

Leo XIII: "Principia christianismi potissima, necnon elementariae iuris naturalis notiones respuendae forent, ut affirmari queat matrimonium esse status creationem, et nihil aliud quam ignobilem contractum et sociale consortium, omnino civile"[43]. Unde deducit Summus Pontifex matrimonium nullo modo subici potestati humanae.

Pius XII: "Alia res, quae diversitatem inter iudiciariam ordinationem ecclesiasticam et civilem, clare ostendit, est matrimonium. Istud est, secundum Creatoris voluntatem, *res sacra.* Quapropter, eum de coniunctione inter baptizatos agitur, illud manet, suapte natura, extra ambitum auctoritatis civilis. Verum etiam inter non baptizatos matrimonia, legitime contracta, sunt in ordine naturae res sacra, adeo ut civilia tribunalia potestatem illa solvendi nullam habeant, neque in eiusmodi casibus Ecclesia sententiarum divortii valorem unquam agnovit. Hoc tamen non impedit quominus simplices declarationes nullitatis talium matrimoniorum—«at rarae si cum decissionibus divortii comparentur—possint in quibusdam circumstantiis iuste a civili tribunali pronuntiari, ac proinde ab Ecclesia agnosci"[44].

In *Syllabo* Pius IX damnaverat hanc propositionem: "Iure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest" (D 1767). Haec propositio respicit ad casus aliquod particulares; quare ex illa sola assertum nostrum non probaretur. .

Tandem *ra/io* etiam id suadet. Nam solutio vinculi esset contra praeceptum legis naturalis (quamvis praeceptum secundarium). Atqui auctoritas civilis non potest dispensare in praeceptis legis naturae. Ergo ad civilem auctoritatem non spectat solvere matrimonia ulla legitima.

43 *Encycl. "Casti connubii":* AAS 22 (1930) 551-552.
48 *Litt. "Ingens Nobis"* 1 iun. 1879, ad Episc. Prov. Eccles. Taurini. Vercellae ct Genuae: ASS 12 (1879-1880) 4. Etiam in *Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae:* ASS 12 (1879-1880) 396-399.
44 Allocutio ad Praelatos S.R.Rotae, 6 oct. 1946: AAS 38 (1946) 395.

Assertum 2. Nulla potestas humana solvere potest matrimonium ratum et consummatum.

247. Matrimonium ratum (per oppositionem ad *legitimum')* est illud quod inter baptizatos contrahitur estque sacramentum, ut constat ex Innocentio III: "Etsi matrimonium verum quidem inter infideles exsistat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum quidem et ratum exsistit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentum, ut ipsum in coniugibus illo durante perduret" (D 406).

Consummatum autem dicitur matrimonium, si actus coniugalis' peractus est, licet proles non sit secuta45. Si vero actus coniugalis locum habuit ante contractum matrimonium, postea vero talis actus non perficitur, matrimonium erit quidem ratum sed non consummatum.

248. *Probatur.* Si matrimonium ratum et consummatum solvi posset, constaret exsistere aliquam humanam auctoritatem illud solvendi. Atqui non modo non constat, sed positive constat contrarium. Ergo.

Maior est clara. Potestas vero, vel esset civilis, vel ecclesiastica. Non tamen potestas esset potestas civilis, ut probatum est in assertione anteriori. Nam si civilis potestas nihil potest in matrimonia legitima, multo minus in matrimonia rata. Ergo debet esse potestas ecclesiastica.

Minor probatur ex dictis et factis potestatis ecclesiasticae.

a) *Ex dictis.* Summi Pontifices saepe dixerunt se nullam habere potestatem in matrimonia rata et consummata: Innocentius III, consultus an privilegium Paulinum extendi posset ad casum matrimonii Christiani in quo unus coniugum in haeresim aut gentilitatem transierit, respondit: "N|on credimus, quod in hoc casu, is qui relinquitur, vivente altero, possit ad secundas nuptias convolare, licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris" (D 406). Et rationem dat, quam supra attulimus, scilicet, sacramentum ratum facere illud matrimonium ita firmum ut nullo modo solvi queat.

Benedictus XII damnavit hunc Armenorutn errorem: "Item, quod apud Armenos, si post matrimonium contractum, et carnali copula subsecuta, et prole suscepta, viro non placet uxor, vel e converso; ille cui non placet alter coniux46

46 Dc his vide in Theologia morali, v.gr. Mondrîa-FerrErEs. 2.548s.

vel ambo si sibi mutuo non placent, vadit vel vadunt ad episcopum seu sacerdotem, et eis data pecunia, secundum quod ad invicem conveniunt, episcopus seu sacerdos separat dictum matrimonium, et dat licentiam alteri nubendi, etiam tum altero coniuge invito, et hoc fit multoties apud Armenos"

Gregorius XVI: Matrimonium si semel valide contractum et consummatum fuerit, iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam... solvi inter christianos, quoad vinculum, omnino nequeat..." [47]

Pius IX: "Quae quidem perpetua atque indissolubilis matrimonialis vinculi firmitas, non ex ecclesiastica disciplina profluens, tanta est in matrimonio consummato, tum ex divino tum ex naturali iure, ut nullam ob causam, nec ab ipso quidem Romano Pontifice, dissolvi unquam possit, etiamsi ab alterutro coniugum fides cyniugalis adulterio frangatur" [48].

Pius XI: "Quod si exceptioni, etsi rarissimae, haec firmitas obnoxia videtur.... nulla tamen, nqque ullam ob causam, facultas huiusmodi cadere potest in matrimonium Christianum ratum atque consummatum. In eo enim, quemadmodum maritale foedus plene perficitur, ita maxima quoque ex Dei voluntate firmitas atque indissolubilitas, nulla hominum auctoritate relaxanda, elucet" (D 2236).

Pius XII: "Supervacaneum est... congruit vero expositioni Nostrae, iterum asserere, matrimonium ratum et consummatum esse iure divino indissolubile, quatenus nulla potestate humana solvi potest, dum alia matrimonia, licet intrinsece sint indissolubilia, non habent tamen indissohibilitatem extrinsecam absolutam..." [49]

b) *Ex factis.* Romani Pontifices non modo nunquam conati sunt solvere vinculum matrimonii rati et consummati, sed saepe a saecularibus potestatibus requisiti ut id facerent, renuerunt. Iam supra meminimus facta a Leone XIII enumerata (n.235): contra Lotharium, Philippum I Galliarum regem, Philippum II principem Galliarum, Henricum VIII, Napoleonem I. Quibus accedunt innumerae S.R.Rotae decissiones, quae petitiones divortii perfecti reiciunt[50].

249. *Kalio* cur matrimonium christianum consummatum sit prorsus indissolubile, debet expeti a *voluntate divina* (ut

40 Error 102: Msi 25,1265.
47 *Litt. "Accepimus",* 8 feb. 1836: Acta Gregorii XVI. 2.98.
48 *Epist. "Verbis exprimere,* 15 august. 1859: Acta Pii IX 3,100.
49 Allocutio ad Praelatos S.R.Rotae, 3 oct. 1941: AAS 33 (1941) 424.
50 Cf. *Romanae Rot* I decissiones,* vel ASS et AAS passim.

indicat Pius XI, textu modo allato). Nec potest repeti a sola significatione sacramentali (quae etiam exsistit in matrimonio rato et non consummato, quod solvi potest); neque a sola consummatione matrimonii (cum matrimonium consummatum inter infideles solvi possit per privilegium Paulinum); sed debet attendi ad utrumque simul, ut congruentia aliqua inveniatur, cur Deus in his Matrimoniis non dispensaverit.

Nani ex una parte significatio sacramentalis inducit quandam indissolubilitatem, quae intrinsece est infrustrabilis, at potestas ministerialis sive vicaria potest vinculum dissolvere, quod nondum per carnalem unionem perfectum quodammodo est. Etenim significatio mystica matrimonii duplex est: *unio Ckristi cum Ecclesia, et unio Verbi divini cum Humanitate Christi*[51]. Prior est unio spiritualis per gratiam, cui respondet in matrimonio unio moralis inter coniuges per contractum matrimonialem; unio hypostatica est substantialis et physica, quae significatur in unione corporum, quae unio magis perficit unam carnem. Itaque haec duplex significatio mystica matrimonii solum adest in matrimonio rato et consummato. Nam in matrimonio legitimo, adest quidem unio corporalis, sed manet in ordine naturali et non habet nisi adumbrationem illius repraesentationis mysticae quam habet matrimonium Christianorum. Unde bene intelligitur posse aliquando tale matrimonium legitimum solvi, ut pervenire possit ad perfectionem spiritualem. Ex alia parte matrimonium ratum sed nondum consummatum, non habet repraesentationem Incarnationis, ac proinde sicut matrimonium ratum et consummatum non potest solvi nisi morte, sic etiam matrimonium ratum potest solvi morte spirituali, qualis est professio religiosa, vel etiam per auctoritatem Summi Pontificis, quando haec solutio est ad maius bonum spirituale. Matrimonium autem ratum et consummatum, iam habens plenitudinem significationis sacramentalis, non poterit ulla ratione dissolvi.

Quod etiam Pius XI asserit: "Huius autem divinae voluntatis intimam rationem si reverenter investigare velimus, facile eam inveniemus in mystica Christiani connubii significatione, quae in consummato inter fideles matrimonio plene perfecteque habetur. Teste enim Apostolo..., Christianorum connubium, perfectissimam illam refert conjunctionem, quae

51 Leo XIII. "*Arcanum divinae* Sapientiae*": ASS 12 (1879-1880) 392: "Etenim cum matrimonium habeat Deunt auctorem, fuerittue vel a prine p'o quaedam Incarnati Verbi Dei adumbratio..."

Christum inter et Ecclesiam intercedit: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo ct in Ecclesia;* quae quidem coniunctio, quamdiu Christus vivet et Ecclesia per ipsum, nulla profecto separatione unquam dissolvi poterit. Quod etiam S.Augustinus diserte docet his verbis: "Hoc enim custoditur in Christo et in Ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio separetur. Cuius Sacramenti tanta observatio est in civitate Dei nostri..., hoc est in Ecclesia Christi..., ut cum filiorum procreandorum causa, vel nubant feminae, vel ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere ut alia fecunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege huius saeculi... sed lege Evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa si alteri nupserit" [52].

§ 3. De solutione vinculi

a) de solutione vinculi per potestatem ecclesiasticam

250. Hucusque diximus de matrimoniis intrinsece et extrinsece indissolubilibus. Nunc de his agemus quae aliquando solvi possunt. Solus Deus potest matrimonia solvere; sed ipse hanc potestatem contulit Summo Pontifici, qui potestate ministerial!'sive vicaria utens, aliqua matrimonia solvit. At Summus Pontifex potest hanc potestatem in singulis casibus applicare, vel legem generalem edere, iuxta quam, aliqua facta secum ferant vinculi solutionem. Ideo distingui solet inter solutionem vinculi *per potestatem ecclesiasticam* (sive Pontificis) et *per facta aliqua.* Quam distinctionem, claritatis gratia, et nos facimus. Et primum quidem agemus de solubilitate vinculi per potestatem ecclesiasticam.

Assertum 3. Summus Pontifex, potestate vicaria, solvere potest matrimonium ratum et non consummatum.

251. Ut patet agimus de matrimonio inter Christianos, seu inter duos baptizatos. Et quidem de illo matrimonio, quod non ex aliquo facto, sed per solam Pontificis auctoritatem solvi potest.

Potestas vicaria opponitur potestati *propriae,* et illa dicitur, quae vice et iure alterius, cuius est propria, a subiecto exercetur [53].

53 *Encyd. "Casti coitut;bii";* AAS 22 (19130› 552-554. Cf. etiam S.Th., 0'r/·;·/. q 61 a.2 ad 1; Pescji, n.820; Lercher-Umberc, n.779.31).
M Cf. SThS vol.1, tr. dei Ecclesia n.252.

Aliquando theologi nonnulli[54] negarunt, vel in dubium revocarunt, Summum Pontificem potestatem vicariam habere ad matrimonia rata, licet non consummata, solvendum. At iam nemo potesC hoc dubium serio fovere ; est enim doctrina *saltem theologice certa* exsistentia' huius facultatis °5.

252. Probatur. Summus Pontifex non potest errare in his quae ad fidem et mores pertinent., Atqui ad mores pertinet solvere matrimonia, et Pontifices saepe hoc fecerunt in matrimoniis ratis non consummatis. Ergo Summus Pontifex habet facultatem solvendi talia matrimonia.

Maior est certa. Neque obici potest cum D.Soto[56], Summum Pontificem posse errare in aliquo casu particulari. Nam non agitur nunc de aliquo casu particulari, sed de multis casibus a diversis Summis Pontificibus dispensatis. Ergo, re vera, si Summus Pontifex non haberet potestatem dispensandi, cum toties eam exercuerint Pontifices, graviter erravissent in re ad mores pertinente.

Minor quoad primum, scilicet, dispensare seu solvere matrimonia pertinere ad mores, est nimis clarum. Quoad secundum, seu Summos Pontifices saepe hoc fecisse, imo etiam, expresse id declarasse, probatur:

Alexander III in casu sibi proposito de matrimonio rato et non consummato, sed in quo mulier discesserat et secundas nuptias inierat, respondit: "Non licet mulieri alii nubere. Et si nupserit, etiamsi carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, et ut ad primum redeat eçclesiastica districtione compelli, quamvis alii aliter sentiant, et aliter etiam a quibusdam praedecessoribus nostris sit aliquando iudicatum" (D 397). Hic non vult Summus Pontifex, propter rationem, quam non tradit, solvere primum matrimonium ; at fatetur alios aliter sentire, scilicet esse canonistas vel theologos qui censent saltem oportere, ut talis solutio fiat. Imo, admittit fuisse praedecessores qui ita fecerunt. Ergo admittit de facto possibilitatem solutionis, quamvis ipse iusta de causa nolit solvere primum matrimonium

Ipse Alexander III matrimonium solvendum declaravit ratum et non consummatum, in casu quo uxor religionem in-

M Tapper. *Dc matrimonio* a.18; D.Soto, *In 1* d.27 q.1 a.4, aliique pauci quos citat Perrone, *Dc matrimonio* 3,504.

Vide Ballerini. *jOpus Morale* 6 n.76.3; FerrERES-Monuria. *Compendium Theologiae Moralis* 2 n.1041.

M In 4 ‹C27 q.1 a.4.

67 Gasparri, *Dc matrimonio* 1,627, qui tamen aliter explicat hunc locum Alexandri III.

gredi volebat; at ratio, quam dat, est generalis pro omni matrimonio rato et non consummato: "Sane quod Dominus in Evangelio dicit, *non licere viro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere* [Mt 5,32; 19,9], intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua matrimonium consummari non potest" (D 395).

Multi alii casus referuntur Maktini V, Eugenii IV 5S; iam saeculo XVI erat satis frequens haec dispensatio, ita ut postea Benedictus XIV potuerit scribere: "Nullam de potestate Summi Pontificis moveri amplius posse quaestionem in eo quod attinet ad dispensandum super matrimonio rato et non consummato, cum hodie opinio affirmativa sit communis inter theologos et canonistas et in praxi recepta, ut notorium est" °8.

Ipse Benedictus XIV declaravit: "Cessat quoque indissolubilitas matrimonii rati [et non consummati] in omnibus aliis casibus extra professionem religiosam, in quibus Summus Pontifex, iustis et gravissimis de causis censet eius dissolutioni esse locum, ita suadente Traditione, ita exposcente Observantia, ita demum convincente continuata plurium saecolorum praxi Sedis Apostolicae, ex quibus interpretatio iuris divini optime colligi potest" eo.

His accedunt verba supra allata Pu XI et Pit XII, qui distinguebant inter matrimonium ratum et consummatum, quod dicebant prorsus indissolubile, et matrimonium ratum sed non consummatum, quod permittebant aliquando solvi posse.

Pius IX: "Neminem Vestrum latet iuxta catholicae Ecclesiae doctrinam fidelium matrimonium ratum, ante consummationem posse dissolvi per sollemnem alterutrius coniugis in aliqua probata religione professionem, vel per canonicam dispensationem, quae a Romano Pontifice concedi potest, quaeque nonnisi ex gravissimis causis rarissime indulgetur" ®.

Pius XI: "Quod si exceptioni, etsi rarissimae, haec firmitas obnoxia videatur, ut in quibusdam coniugiis naturalibus solum inter infideles initis vel, si inter christifideles, ratis illis quidem sed nondum consummatis, ea exceptio non ex hominum voluntate pendet, neque potestatis cuiuslibet

M Notam historicam huius rei cf. in Lercher-Umbekg. n.791,2.
A* *Quaestiones canonicae* q.479; etiam q.108 et 546
e" *Quaestiones canonicae* q.546 n.36.
61 *Epist,. "Verbis exprimere".* 15 august. 1859: Acta Pii IX 3,99.

mere humanae, sed ex iure divino, cuius una custos atque interpres est Ecclesia Christi" s2.

Et Pius XII dum dixit matrimonia rata et consummata esse prorsus indissolubilia, addit: "Alia matrimonia, licet intrinsece sunt indissolubilia, non habent tamen indissolubilitatem extrinsecam absolutam, sed datis quibusdam praesuppositis necessariis (agitur, uti notum est, de casibus, si cum ceteris comparantur, sat raris) dissolvi queunt, non solum vi privilegii Paulini, sed etiam a Romano Pontifice vi potoctatis qua gaudet ministerialis" ".

Ut recte notat Summus Pontifex, casus sunt rarissimi, sed relative si cum aliis comparentur; at sunt sufficienter frequentes ut possit dici Summum Pontificem uti frequenter hac potestate ministerial! seu vicaria M.

253. *Ratio* solubilitatis est *voluntas divina,* quae rem ita determinavit et Ecclesiae potestatem ministerialem concessit solvendi aliqua matrimonia. At Summi Pontifices et theologi investigant aliquas quasi congruentias quibus ostendant cur Deus in his matrimoniis dispensaverit indissolubilitatem. Uniusmodi sunt: «) defectus *consummationis* (Alexander **III**); i>) quod non perfecte seu plene habeant significationem sacramentalem; *c)* quia matrimonium nondum consummatum non tam perfecte adimplet illa Christi verba, quibus matrimonii indissolubilitatem proclamavit: *et erunt duo in carne una.* (Cf. quae supra, n.249, dicta sunt de ratione indissolubilitatis matrimonii rati et consummati).

Assertum 4. Summus Pontifex, potestate vicaria, potest solvere matrimonium eorum, quorum alteruter tantum est baptizatus, etiamsi matrimonium fuerit consummatum.

254. Agitur de casu in quo fidelis cum infideli coniuncti sunt; ac proinde non est matrimonium *simpliciter* ratum (licet probabiliter sit sacramentum ex parte fidelis, cf. n.209). Consummatio autem matrimonii potest haberi ante vel post conversionem unius partis. Unde casus, qui afferuntur, sunt:

1. Fidelis cum infideli consummarunt matrimonium ante conversionem partis fidelis; non vero postea.

40 *Encycl. "Casti connubii":* AAS 22 (1930) 552.
®3 Allocutio ad I^raelatos auditores S.R.Rotae, 3 oct. 1941: AAS 33 (1941) 424-425.
M Longam recensionem decissionum pontiftearum affert 1*EIJE. *Dc impedimentis et dispensatione matrimoniali,* Appendix.

2. Matrimonium consummarunt etiam post conversionem partis fidelis.

3. Consummato vel non consummato matrimonio post conversionem, pars infidelis discedit, v.gr. propter captivitatem, non tamen vult vinculum solvere; pars vero fidelis durante absentia coniugis secundum contrahit matrimonium; et interea pars infidelis convertitur.

In his, igitur, tribus casibus, et in omnibus qui proponi possint, dicimus Summum Pontificem solvere posse vinculum matrimoniale. Assertum, quod nunc defendimus, non est confundendum cum privilegio Paulino; nam in hoc casu requiruntur condiciones speciales, prout videbimus, quae possunt non adesse in casu nostri asserti.

255. De hac potestate constat ex praxi Ecclesiae, quae saepius talia matrimonia dissolvit. Gregorius XIII in casu in quo mulier conversa ignorabat ubinam prior maritus esset vel an viveret, solvit illud matrimonium, et addidit: "quod si postea innotuerit coniuges infideles suam voluntatem iuste impeditos declarare non potuisse et ad fidem, etiam tempore contracti secundi matrimonii, conversos fuisse, nihilominus rescindi nunquam talia secunda matrimonia debere, sed rata et firma prolemque inde suscipiendam legitimam fore decernimus" °5. Similiter, Paulus III, Pius V, Urbanus VIII ***.

Et *ratio* est, quia in his matrimoniis^ sive consummatio ante, sive post conversionem facta sit, nunquam fuit matrimonium ratum; cum vero coniux captivus conversus est, non potuit consummare matrimonium post conversionem, ac proinde matrimonium, quod factum est ratum (inscia fortasse alia comparte cum ignoraret conversionem coniugis captivi) non fuit, qua tale, consummatum; ac proinde nunquam fuit matrimonium ratum et consummatum, quod esset absolute indissolubile.

His addi potest alius casus, in quo dispensavit Pius XI: vir acatholicus (Protestans), sed non baptizatus, contraxerat matrimonium cum acatholica baptizata; obtento divortio civili, pars non baptizata conversa est ad catholicam fidem. Tunc Summus Pontifex "in favorem fidei" dissolvit primum matrimonium. Etiam hic casus ad anteriores reducitur; nam non fuerat unquam matrimonium simul ratum et

ω *Litt. "Populis ct Nationibus",* 25 iul. 1585.
w Paulus III. *Altitudo,* 1 iun. 1537; S.Pius V, *Romani Pontifices, 2* aug. 1571; Urbanus VIII,, 20 oct. 1624, 17 sept. 1627; cf. C1C 1125 ut document, VT-VTTT ad calcem CIC.

consummatum. Quod autem Summus Pontifex concesserit "in favorem fidei" non significat Pium XI applicasse privilegium Paulinum (quod supponit contractum esse a duobus infidelibus), sed se esse motum ad dispensandum "in favorem fidei" ®7.

b) de solutione vinculi per aliquod factum

256. Cum dicimus *factum* aliquod solvere matrimonium, non excludimus auctoritatem ecclesiasticam, ut si independenter ab illa factum illud matrimonium solveret. Sed tantum significamus *per se* non requiri in singulis casibus particularibus declarationem ecclesiasticam, sed sufficere ut factum illud ponatur, ad hoc ut matrimonium sit solutum.

Diximus *per se,* quia fieri potest ut auctoritas ecclesiastica aliqua requisita apponat (v.gr. interpellationem, declarationem, etc.), quae quidem sub ratione nullitatis adimplenda sint. At in hoc casu non erit illa condicio apposita, quod vinculum solvet. Sic in usu privilegii Paulini, necesse est ut pars baptizata interpellationem faciat, at matrimonium non solvitur nisi per matrimonium sequens.

Facta quae matrimonium solvere possunt, sunt: professio sollemnis et privilegium Paulinum.

Assertum 5. Matrimonium ratum et non consummatum solvitur per professionem sollemnem unius coniugis.

257. Non quaelibet professio religiosa, sed debet esse professio sollemnis; quare neque professio votorum simplicium, quamvis in religione emissa aut vota sint perpetua, neque ordinum sacrorum susceptio matrimonium solvunt. Professio religiosa est emissio votorum publicorum in aliqua religione ab Ecclesia approbata. Vota dicuntur sollemnia si ab Ecclesia ut talia fuerint agnita (CIC, 1308,2).

Professionem sollemnem solvere matrimonium ratum et non consummatum est doctrina sollemniter definita in Concilio Tridentino,.ac proinde est *de fide divina et catholica definita·* (D 769).

258. Probatur ex Magisterio Ecclesiae. Alexander III: "Quia praefata mulier, licet a praefato viro desponsata fue-

°* Dispensationes recenter concessae, sunt: Pius XI: Decretum Cons. S.Officii 2 april 1924, 10 iui. 1924, 5 nov. 1924. 25 mai. .1933, oct. 1936. Pius XII. 18 iul. 1947, 10 aug. 1947, 30 ian. 1950. Cf. E.Escanciano, S.I., */Sacramento e indisoluble?:* EstEcl 30 (1956) 228 nota 2. 231-236; I.Prieto, *Una nueva aplicaciôn del "privilegio de la fc":* RevDcrCan 10 (1955) 233-236..

rit, adhuc tamen, sicut asserit, ab ipso est incognita, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus si praedictus vir mulierem ipsam carnaliter non cognoverit, et eadem mulier... ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire vel ad virum suum redire infra duorum mensium spatium debeat..., si ad religionem transierit, uterque restituat alteri, quod ab eo noscitur recepisse, et vir ipse, ea religionis habitum assumente, ad alia vota licentiam habeat transeundi" (D 395).

Et tanquam' legem generalem statuit ad Archiepiscopum Salermitanum: "Post consensum legitimum de praesenti licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium, sicut Sancti quidem de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non intervenerit inter eos: et alteri remanenti, si commonitus continentiam servare noluerit, licitum est ad secunda vota transire; quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, et alter in saeculo remanere" (D 396).

Innocentius III supponit agi de doctrina recepta et in praxim adducta: "Nos nolentes praedecessorum nostrorum vestigia in hoc articulo subito· declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, liceri alteri coniuguin, reliquo etiam inconsulto, ad religionem transire, ita quod reliquus extunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulimus observandum" (D 409).

Pius IX: "Neminem vestrum latet iuxta catholicae Ecclesiae doctrinam fidelium matrimonium ratum, ante consummationem posse dissolvi per sollemnem alterutrius coniugis in aliqua probata religione professionem"[168].

CIC, 1119: "Matrimonium non consummatum inter baptizatos vel inter partem baptizatam et non baptizatam, dissolvitur tum ipso iure per sollemnem professionem religiosam..."

259. Ex SS.Patribus testimonia specialia non habentur, at narrantur historiae, etiam antiquissimae, Sanctorum in quibus solutio matrimonii ad professionem sollemnem (unica quae tunc aderat, vel in genere ad vitam religiosam) exsequendam.

In *Actis Pauli el Theclae* (s.II) apparet Thecla, castitatis

08 *Epist. "Verbis exprimere"* 15 august 1859: Acta Pii IX 3.99.

amans, et relinquens sponsum ut Paulum in castitate sequatur. Verum est in hoc apocrypho nihil dici de solutione vinculi ut relictus vir posset iterum nubere, sed cum ipsa a SS.Patribus laudatur'00, et nihil dicatur de viri consensu, supponendum est illum liberum mansisse ad secundas nuptias contrahendas; praesertim cum esset gentilis.

Similia facta narrat S.Augustinus70, et frequenter leguntur in vitis Sanctorum antiquorum. Quod persuadet opinionem fuisse generalem posse matrimonium relinqui propter desiderium vitae perfectioris. Hoc certe notandum est, quod in casu nostro est necessarium ad explicandam evolutionem doctrinae: a) semper Patres habebant prae oculis matrimonii indissolubilitatem ; *b)* prohibebant semper separationem, etiam quoad habitationem solam, nisi ob gravissimas causas; c) cum degerent in media gentilitate multum urgebant verba'Christi : *Omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari* (Alt 5,32). Ex quibus colligitur SS.Patres intellexisse ingressum in viam perfectionis esse causam sufficientem ad dimittendum coniugem, quin tamen illum moechari faceret. Quod uiagis patet, si consideratur in exemplis a Patribus adductis saepe ingressum ad vitam monachalem fieri ex subito impulsu, non. monito consorte.

260. Quo iure matrimonium ratum non consummatum, dissolvatur per sollemnem professionem religiosam diversimode tradunt auctores. Alii71 appellant ad *ius divinum naturale,* quatenus semper licet a statu minus perfecto ad perfectiorem transire ; cum autem matrimonium non est consummatum, inter coniuges adest vinculum spirituale quod, solvi potest per mortem spiritualem alterutrius, sicut per mortem physicam solvitur vinculum carnale ex copula ortum. Alii72 Recurrunt ad *ius ecclesiasticum;* quia, aiunt, de iure divino positivo non constat,·et ius divinurrç naturale non solvit vinculum, nam tale vinculum, etiam post consummationem matrimonii non obstat professioni religiosae, ut constat in casu quo uterque coniux talem statum acceptat. Tandem alii73 repetunt indissolubilitatem ex *iure divino positivo simul et ecclesiastico* : ius divinum positivum decrevit dissolutionem

S.Ambrosius, *Dc I'irgin.* 2,3.19: ML 16,211; S.Epiphanius, *Haeres. 7S* 16: MG 42.726.

10 *Confessiones* 8,6.15: ML 32,756.

71 S.Th., *Suppi,* q.61 a 2; cf. q.53 a.2.

77 Suarez, *De religione* 1.9 c.33 ».20; I.essius, *De iure et iustitia* 1.2 oil dub.8

73 SÂNCHEtz, *De matrimonto* 1.2 <1.19 n.3; Perrone, etc. Palmieri in prima editione (Romae 1880) postea mutavit sententiam.

vinculi propter rationem amplectendi statum perfectiorem; ius ecclesiasticum determinavit non sufficere quamlibet professionem, sed tantum sollemnem.

At simplicius videtur dicendum, professionem religiosam in tantum dissolvere matrimonium, in quantum Summus Pontifex, utens sua potestate ministeriali, decrevit generaliter professionem religiosam esse causam sufficientem ad solutionem vinculi, ac proinde, semper atque talis causa detur, iam non erit necessarium recurrere ad Sanctam Sedem; in aliis vero casibus hic recursus, erit necessarius.

Assertum 6. Matrimonium legitimum et consummatum potest dissolvi in favorem fidei ex privilegio Paulino.

261. Quod vocatur privilegium Paulinum habetur in his verbis S.Pauli: *Si quis frater uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum... Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subtectus est frater, aut soror in huiusmodi: in pacte autem vocavit nos Deus* (1 Cor 7,12-15) M.

Hoc privilegium in se est casus iam supra memoratus de solutione matrimonii inter baptizatum et non baptizatum: nam agitur de matrimonio in infidelitate contracto, scilicet inter duos infideles, quorum alter convertitur ad fidem Christianam (vel saltem ad fidem catholicam). In tali matrimonio Summus Pontifex habet facultatem vicariam ut dispenset, si causae sunt graves. Iam vero si causa est in favorem fidei (iuxta illa quae statim dicemus) talis dispensatio fit sine necessario recursu ad S.Sedem, vi privilegii Paulini. Attamen S.Sedes exigit interpellationem. Quomodo privilegium Paulinum intelligendum sit, determinavit Innocentius III et CIC:

Innocentius III postquam sibi casum proposuit, haec respondit: "Nos, igitur, consultationi tuae de communi fratrum nostrorum consilio respondentes distinguimus... an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam convertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in haeresim vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo vel sal-

74 Circa privilegium Paulinum. praeter commentatores S.Pauli, et probatos theologos moralistes. cf. A.Bride, *Ptivilèyc Paulin:* DTC 13,400-416.

tem non sine blasphemia divini nominis, velut eum pertrahat ad mortale peccatum ei cohabitare volente: qui relinquitur ad Secunda, si voluerit, vota transibit et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus... [1 Cor 7,15], Et canonem etiam, in quo dicitur: Quod contumelia creatoris solvit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur" (D 405). Et iterum ;i "Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad, Udem Christi conversus^ habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiamsi consentiat* non tamen absque contumelia creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum... Quod si conversus ad fidem et illa conversa sequatur, antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur" (D 408).

CIC in en.11201 ad 1127 statuit: 1.° Hoc privilegium non obtinet quando matrimonium contractum fuit cum dispensatione disparitatis cultus ab impedimento; 2.° antequam pars baptizata novum matrimonium ineat, debet partem non baptizatam interpellare an velit et ipsa converti et baptismum suscipere, vel saltem velit cum ea habitare pacifice sine contumelia Creatoris; 3.° exponit quomodo interpellationes faciendae sint; 4.° si infidelis negative responderit, potest pars baptizata novum'matrimonium contrahere, nisi ipsa post baptismum dederit parti non baptizatae iustam discedendi causam; 5.° si infidelis pacifice cohabitare velit, pars baptizata non amittit ilis ad novum matrimonium, si, forte pars infidelis voluntatem suam postea mutaverit; 6.° .vinculum matrimonii non solvitur nisi cum pars fidelis reapse novas nuptias valide iniverit; 7." tandem, in re dubia privilegium fidei gaudet favore iuris.

262. Ex his apparet *delimitatio* et *extensio* privilegii Paulini75. Agitur de matrimonio contracto inter duos infideles, non inter fidelem et infidelem; quorum unus ad fidem convertitur et baptismum recipit. Si pars infidelis vult pacifice cum baptizata permanere, neque ullum periculum 'contra fidem aut contumelia Creatoris exurgit, non datur licentia ad alias nuptias; si hoc periculum fidei exsistit aut talis Creatoris contumelia, aut pars infidelis non vult cohabitare, datur optio parti fideli ad alias nuptias. Praeterea optio ad alias nuptias habetur ex parte baptizata, non ex parte infideli; ac proinde

70 Longiorem explicationem et evolutionem huius privilegii, v. apud A.Bride. *lc.,* et Lercher-Umberc. n.784s; I'erreres-Mosdrîa, *Compendium Theologiae .Moralis* 2 n.1042-1048.

matrimonium solvitur per matrimonium subsequeris partis baptizatae ; quapropter si pars baptizata discedit at novas nuptias non contrahit, matrimonii vinculum non solvitur, et pars non baptizata non potest cum alia nubere. Sic Ecclesia explicat sensum verborum S.Pauli.

Interpellationes fieri debent ad validitatem matrimonii subsequentis, sed Sedes Apostolica dispensare potest.

Privilegium Paulinum non est confundendum cum *privilegio fidei,* de quo in cn.1127. Privilegium fidei latius patet et includit privilegium Paulinum, sed etiam includit casus de quibus in cn.1125^ scilicet, de' infideli polygamo, qui convertitur, et conceditur ei ut in matrimonium retineat illam mulierem quae cum eo baptizetur, quamvis haec mulier non sit principalis ex illis quas habebat.

263. An privilegium Paulinum *extendatur etiam ad partem infidelem quae baptizetur ad sectam haereticam,* disputatur; sed probabilior sententia est, etiam ad haereticos extendi. Et ratio est, quia S.Paulus loquitur simpliciter de baptismo, et baptismus est qui dat ius ad hoc privilegium. Deus quidem sine dubio hoc privilegium pro catholicis concessit, sed cum illud alligaverit ad baptismum, etiam secundario ad haereticos illud extendit.

ARTICULUS III

De gratia sacramentaei

264. Quemadmodum cetera sacramenta, matrimonium confert ex opere operato gratiam sanctificamtem et ius ad auxilia specialia huic sacramento propria suo tempore conferenda. De gratia sanctificante definit *Conc.Tridentinum* : “Si quis dixerit matrimonium... neque gratiam conferre, A.S.” (D 971). Et quoad gratias actuales idem Concilium asserit: “Gratiam vero, quae naturalem illum amorem perficeret et indissolubilem unitatem confirmaret coniugesque sanctificaret, ipse Christus venerabilium sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit, dicens : *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea* [Eph 5,25], mox subiungens: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo et in Ecclesia* [v.32]” (D 969).

Gratia sanctificans, quam hoc sacramentum confert, est

gratia *per se secunda,* eum matrimonium sit vivorum sacramentum ; at *per accidens,* sicut alia vivorum sacramenta, *primam* gratiam conferre potest[76].

Gratia confertur in ipso momento quo conficitur sacramentum. nisi obex eius infusionem impediat. *Reviviscit* tamen cum obex aufertur. Ratio vero reviviscendae· potest peti vel a vinculo, quod perseverat, tanquam effectus sacramenti, et communiter vocatur *res et sacramentum* [77], vel etiam, et praecipue ex necessitate gratiae sacramentalis, quam coniuges experiuntur. Iam vero, cum matrimonii sacramentum, durante vinculo matrimoniali iterari non possit, videtur divinae bonitati congruum ut coniuges non destituantur illa gratia sacramentali tam necessaria ad munera matrimonialia exercenda, et propter quam matrimonium ad sacramenti dignitatem elevatum est.

265. *Auxilia specialia* illa sunt, quae Deus ad melius et perfectius matrimonii munera exsequenda, cum necessitas ferat, coniugibus impertiri paratus est. Haec indicat Pius XI cum dicit: "Cum igitur sincero animo fideles talem consensum praestant, aperiunt sibi sacramentalis gratiae thesaurum, ex quo supernaturales vires hauriant ad officia et munera sua fideliter, perseveranter ad mortem usque adimplenda. Hoc enim sacramentum, in iis qui obicem, ut aiunt, non opponunt, non solum permanens vitae supernaturalis principium, gratiam scilicet sanctificantem, auget, sed etiam peculiaria addit dona, bonos animi motus, gratiae germina, naturae! vires audendo ac perficiendo, ut coniuges non ratione tantum int"lligere, sed intime sapere firmiterque tenere, efficaciter velle et opere perficere valeant quidquid ad statum coniugalem eiusque fines et officia pertinet; itis denique iis concedit ad actuale gratiae auxilium toties impetrandum, quotiescumque munera huius status adimplenda eo indigent" (D 2237\

Quod idem brevius Leo XIII innuerat: "lamvero Apostolis magistris accepta referenda sunt, quae Sancti Patres nostri, Concilia et universalis Ecdesiae Traditio semper docuerunt: nimirum, Christum Dominum ad sacramenti dignitatem evexisse matrimonium; simulque effecisse ut coniuges, caelesti gratia, quam merita eius pepererunt, septi ac muniti, sanctitatem in ipso coniugio adipiscerentur: atque in eo, ad exemplar mystici connubii sui cum Ecclesia mire conformato, et

[76] Cf. inter alios auctores, A. de Bellkure. *La grâce sacramentelle* (Paris 1900) 383-39.3: E.NKVEUT, *La gratec sacramentelle:* DivTh (Pî) 38 (1935) 282s.
[77] Billot, *De sacramentis Ecclesiae 2,377.*

amorem qui est consentaneus perfecisse, et viri ac mulieris individuam suapte natura societatem divinae caritatis vinculo validity coniunxisse" (D 1853).

Statim vero addit quomodo coniuges gratiae auxiliis continuo indigeant quibusque de causis: "Nam primo quidem nuptiali societati excelsius quiddam et nobilius propositum est, quam antea fuisset; ea enim spectare iussa est non modo ad propagandum genus humanum, sed ad ingerendam Ecclesiae sobolem... Secundo loco, sua utrique coniugum sunt officia definita, sua iura integre descripta. Eos scilicet ipsos necesse est sic esse animo semper affectos, ut amorem maximum, constantem fidem, sollers assiduumque praesidium alteri alterum debere intelligant... Ad liberos quod pertinet, subesse et obtemperare parentibus, hisque honorem adhibere propter conscientiam debent; et vicissim in liberis tuendis atque ad virtutem potissimum informandis omnes parentum curas cogitationesque evigilare necesse est... Ex quo intelligitur, nec pauca esse coniugum officia, neque levia; ea tamen coniugibus bonis, ob virtutem, quae sacramento percipitur, non modo tolerabilia fiunt, verum etiam iucunda" [78].

266. Itaque gratiae sacramentales respiciunt ad fines matrimonii, tum primarium tum secundarios. Ad finem *primarium,* quatenus parentes gratia indigent ad difficultates superandas, quae ex prolis generatione oriuntur. Quod magis magisque nostris diebus ponderandum est, cum tam execraiidum malum, *limitationem scilicet filiorum,* non modo familiare ulcus, verum etiam nationale evaserit[70]. Pius XI non dubitavit cum gravissima sollemnitate haec proferre: "Cum, igitur, quidam, a Christiana doctrina iam inde ab initio tradita neque unquam intermissa manifesto recedentes, aliam nuper de hoc agendi modo doctrinam sollemniter praedicandam censtK'rint, Ecclesia catholica, cui ipse Deus morum integritatem honestatemque docendam et defendendam commisit, in media hac morum ruina posita, ut nuptialis foederis castimoniam a turpi hac labe immunem servet, in signum legationis suae divinae, altam per os Nostrum extollit vocem atque denuo pro mulgat: quemlibet matrimonii usum, in quo exercendo, actus, de industria hominum, naturali sua vitae procreandae vi de-

'*s Encycl. "Arcanum divinae Sapientiae":* ASS 12 (1879-1880) 3e-3'O

" I.B Bras, *Mariage:* DTC 9,2310s; F.A.Vuii.i.hrmkt. *Le suicide d'::ne rue.* (Paris 1911«),

stituatur, Dei et naturae legem infringere, et eos, qui tale quid commiserint, gravis noxae labe commaculari" so.

Causas tunc recenset seu rationes quibus homines procreationem prolis vitare contendunt : matris periculum, egestatem rei familiaris, et alia huiusmodi. Haec vero omnia facile superantur gratiae divinae auxilio ; imo vero fortasse maiores erunt calamitates in familiam corruentes propter offensionem Dei, ob peccatorum poenam, quam quae ex prolis procreatione evenire poterunt81.

267. *Ad secundarios matrimonii fines respiciens,* gratia sacramentalis sanctificans *habitum caritatis theologicae* secum fert, et in matrimonio speciali ratione confertur attentis relationibus quae inter sponsos intercedunt. Matrimonium contrahentes sunt ipsius sacramenti ministri, et qua tales sponsus "confert sponsae, qua recipienti, caritatem theologicam cuius obiectum materiale specialiter est ipse sponsus, et viceversa" 82.

Idem omnino dicendum est de gratiis et auxiliis specialibus quae tempore conferuntur, quaeque respiciunt specialiter ad concupiscentiam sedandam, mutuum adiutorium sibi praestandum, etc. Quare ait S.Bonaventura: "Ratione enim expressionis consensus in individuam consuetudinem vitae, ct ratione benedictionis Ecclesiae, cuius est sacramenta Ecclesiae debite tractare, sublevatur anima a corruptione concupiscentiae inordinata, et datur gratia ad copulam singularem et ad copulam utilem, et ad copulam inseparabilem... Datur gratia homini, ut soli uxori velit coniungi... Datur gratia, ut non recognoscat uxorem nisi propter prolem... Datur gratia, ut semper velit esse cum una" ss.

268. Sed etiam necesse est ut *coniuges gratiae cooferentur:* "Attamen, ait Pius XI, cum divinae providentiae in ordine supernatural! lex sit ut homines ex sacramentis, quae post adeptum rationis usum recipiant, fructum plenum non colligant, nisi gratiae respondeant, gratia matrimonii magna ex parte talentum inutile in agro reconditum, manebit, nisi coniuges supernaturales vires exerceant ac recepta gratiae semina colant atque evolvant. Si autem faciendo quod in se est, ad

An verba Summi Pontificis contineant definitionem ex cathedra, necne, controvertitur. Cf. F.Hürth, *Litterae Encyclicac... Dc matrimonio Christiano:* Textus et Documenta, ser. theol. 25 p.83-84.
ei Encycl. "Casti connubii": AAS 22 (1930) 560-565.
83 Lerchjîr-Umberg, n.762; B.Rivr-J.Umberg, *Dic Ehc in doymastischer, moralischer und sosialier Bcsichuna* (1921) 111.
8' *In 4* d.26 a.2 q.2.

gratiam se dociles praebeant, sui status onera ferre atque officia implere poterunt eruntque tanto sacramento roborati et sanctificati et quasi consecrati. Nam, ut Sanctus Augustinus docet, sicut per baptismum et ordinem homo deputatur et iuvatur sive ad vitam christiano more degendam sive ad sacerdotale munus gerendum, eorumque sacramentali auxilio nunquam destituitur, eodem fere modo (quanquam non per characterem sacramentalem), fideles, qui semel matrimonii vinculo, iuncti fuerint, eius sacramentali adiutorio ac ligamine privari nunquam possunt. Quin imo, ut addit idem S.Doctor, viriculum illud sacrum, etiam adulteri facti, secum trahunt, quanquam non iam ad gratiae gloriam, sed ad noxam criminis, sicut apostata anima, velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit.

"lidem vero coniuges, aureo sacramenti ligamine non constricti sed ornati, non impediti sed roborati, omnibus viribus ad hoc nitantur, ut suum connubium non solum per sacramenti vim ct significationem, sed etiam per ipsorum mentem ac mores sit semper et maneat viva imago fecundissimae illius unionis Christi cum Ecclesia, quae est venerandum profecto perfectissimae caritatis mysterium" 84.

Recte itaque S.Augustinus coniuges hortatur ut "mores congruos huic tanto proposito adiungant, ut de praepollenti praemio certam securitatem gerant, scientes sane sibi atque omnibus fidelibus dilectis et electis Christi membris multis ab Oriente et Occidente venientibus, etsi inter se distante pro meritis gloriae luce fulgentibus, hoc* tamen magnum in commune praestari, ut cum Abraham et Isaac et lacob recumbant in regno Dei, qui non propter hoc saeculum, sed propter Christum coniuges, propter Christum patres fuerunt" 8B.

269. Scholion. *De quasi-characlere sacramenti Matrimonii.* Ex omnibus effectibus Sacramenti matrimonii, praesertim ex vinculo indissolubili, eruunt aliquando auctores ", matrimonium aliquem quasi-cliaracterem imprimere: "Concludere possumus constanti doctrina a magni nominis theologis doceri tamquam rem et sacramentum aliquid *imprimi,* uti quidam aiunt, in animis quo ad indivisibilem determinantur coniuges, quo permanenter exigitur gratia, quo significatur unio Christi et Ecclesiae. Illud tamen symbolum efficax non est character eodem sensu ac pro aliis sacramentis

M *Encycl. "Casti connub'i"*. AAS 22 (1930) 55S-556.
Dc bono coniugali 26,35: CSEL 41.230.
M Sckwetz, *Thcoilogia dogmatica* 3.166s; Oswald, *Die dogmatische Lettre von den heiligen Sakramcnten* p.104; O.Laaque, *Übcr dcn sakranientajen charakter* (Munich 1903) 156-201; J.E.Farine, *Dcr sakramcnlalc charaktcr* p.77-95: Strasburg theol. Studien 6,5,

quae characterem imprimunt, praecipue quia ornatus ille, uti aiunt, non videthr perpetuo indelebilis" K.

Huius doctrinae fundamentum inveniunt in aliquorum theologorum et doctorum dictis, ut S.Rob. Bellarmino: "Est enim matrimonium simile Eucharistiae, quae non solum dum fit, sed etiam dum permanet, sacramentum est: dum enim coniuges vivunt, semper eorum societas sacramentum est Christi et Ecclesiae"K. Haec verba etiam citantur a Pio XI ®.

Clarius autem S.Antoninus: "Imprimit autem matrimonium, prout est sacramentum novae legis, ornatum, qui vocatur vinculum vel nexus; quod non solum est relatio rationis, sed aliquid absolutum disponens ad gratiam; qui ornatus non imprimitur in matrimonio contracto ante baptismum sicut nec etiam imprimitur character disponens ad gratiam in confirmato ante baptismum. Unde et infideles coniugati, recepto baptismo, si de novo contrahunt inter se vir et uxor seu persistunt in primo consensu, tunc imprimitur ille ornatus et matrimonium eorum est sacramentum novae legis" ".

270. At re vera hoc quod permanet in matrimonio non potest character appellari, neque recte ei convenit denominatio quasi characteris, quamvis si bene explicatur quaestio potius esset de voce quam de re".

Nam quod attinet ad S.Robertum Bellarmino, iam supra diximus (n.203) non habere in hac re ipsum sententiam communem, nisi in quantum intclligitur matrimonium in facto esSe, quod tamen non proprie dicitur sacramentum permanens. Nec Summus Pontifex verba S.Doctoris affert asserendo, sed tantum ut ostendat matrimonii dignitatem et sanctitatem".

S.Antoninus admittit quidem vinculum esse aliquid absolutum quod est fundamentum dispositionis ad gratiam, sed etiam aperte docet illud non esse characterem; nam comparando illud permanens, quod dicit esse *vinculum* seu ornatum, cum charactere confirmationis, plane distinguit inter ornatum in matrimonio et in confirmatione. In matrimonio, *ornatus* (quod idem est ac viculum seu nexus) disponit ad gratiam, sicut *character* disponit ad gratiam in sacramento confirmationis. Ergo in matrimonio hic ornatus supplet characterem.

Rem melius declarat S.Thomas: "Sicut aqua baptismi vel forma verborum non operatur ad gratiam immediate, sed ad characterem; ita actus exteriores et verba exprimentia consensus, directe faciunt nexum quemdam, qui est sacramentum matrimonii |in facto esse]; te huiusmodi nexus ex virtute divinae institutionis dispositive operatur ad gratiam" **.

ModerniM, qui primarium finem matrimonii nolebant ut esset

M V.HeyiBN, *Tractatus dc Matrimonio* (1945) 381.

88 *Dc nfatrimonio* 1.6,

80 *Encycl. "Casti connubiiT:* AAS *22* (1930) 583.

w *Summa sacrae theologiae* 3. tit.1 c.2.

w CT, summa refutationis H.Moureau, *Caractère:* DTC 2,1708; G.Le Bras. *Mariage:* DTC 9,2304.

M H.Doms, *l'om Sinn und Zwcck der Ehe* (trad, gallic, p.117-153); N-Rochet.L. *Die Ehe ais aevueihtcs Leben* 137-145; A.W.HoEgen. *Over de sin van*

98 Ceterum Summus Pontifex paulo post animadvertit matrimonium ηοη invprimere characterem.

w *In 4* d.26 q.2 a.3 ad 2.

procreatio prolis, multum etiam insistebant in hoc quasi-charact'ere matrimonii ; sed melius est, ut putamus, ab hac terminologia abstinere.

CAPUT IV

De potestate in matrimonium christianum

ARTICULUS I

De potestati; Ecclesiae

271. Ex his quae supra dicta sunt, scilicet, Christum evexisse ad dignitatem sacramenti ipsum contractum matrimonialem, iam facile deducitur Ecclesiae competere ius circa ea quae ad matrimonium christianum spectant. Nihilominus propter adversariorum difficultates et errores adhuc practice vigentes, speciali ratione doctrinam catholicam de Ecclesiae potestate in matrimonium christianum duabus thesibus enucleabimus.

Diversis modis potest Ecclesia potestatem suam in matrimonia exercere, videlicet: matrimonii contractui condiciones aliquas sub nullitate apponendo, vel condiciones exigendo quae ad ipsas personas contrahentes afficiant, vel aliis modis. Haec omnia sub nomine.generali *impedimenti* significantur.

Thesis 5. Ecclesiae competit iure divino potestas statuendi impedimenta matrimonium christianum dirimentia.

S.Tit., *Suppi,* q.50; S.Bellarmino, c.21,114; Palmieri, 245-292; Pesch, 44M44; IIuarte. 251-258; Puic de la B., n.1109-1118; Otten, 456-464; Lercber-Umberc, n.792-801; Godeerov, *Mariage:* DTC 9.2109-2123; Le Bas, *Aīαriage:* DTC 9,2261-22>3.

272. Nexus. Matrimonium, utpote contractus, videtur spectare non modo ad Ecclesiam verum etiam ad civilem potestatem. Sed cum Christus ad dignitatem sacramentalem omnem contractum matrimonialem inter baptizatos evexerit, quaeri potest an potestas, quam Ecclesia in matrimonium exercet, derivet a potestate civili, an iure divino. Hoc alterum vindicamus in praesenti thesi.

het huuvlijk (Utrecht 1938) 117-135; H.JoanntobErns, *Dc praecipuis effectibus gratiae matrimonii paenes theologos s.XI/I* (Verona 1940).

273. Notiones. Ecclesiae nomine intelligimus in hac thesi non societatem fidelium, quatenus ii constituunt unam moralem personam, sed auctoritatem ecclesiasticam, per oppositionem ad civilem potestatem seu auctoritatem. Potestas sive auctoritas (pro uno eodemque haec duo nomina sumimus) ecclesiastica ad impedimenta dirimentia apponenda, dispensanda, etc., uni Romano Pontifici aut Oecumenico Concilio competit.

"Supremae tantum auctoritatis ecclesiasticae est authentice declarare quandonam ius divinum matrimonium impediat vel dirimat" (CIC,. 1038,1). Episcopi vero possunt in suo territorio vetare matrimonia in casu peculiari, sed ad tempus tantum, iusta de causa eaque perdurante (CIC, 1039,1).

Iure divino, id est, Ecclesiae spectat haec potestas auctoritate propria, seu a Christo accepta, non a potestate civili mutuata. Sed nolumus dicere omnia impedimenta esse iuris divini, sed Ecclesiam, etiam in impedimentis iuris ecclesiastici apponendis, uti auctoritate it Deo directe ipsi collata.

Concedimus tamen potestatem civilem posse et debere in multis intercedere, quae ad civiles leges spectant circa matrimonia, ut sunt iura hereditatis, etc. Sed haec potestas non afficere potest ad ipsum contractum matrimonialem. In scholio agemus de matrimonio civili inter baptizatos.

Impedimenta definiri possunt: leges inhabilitantes homines ad matrimonium contrahendum [1]; seu circumstantia personam aiffciens, ut est obiectum contractus, propter quam valida aut licita celebratio prohibetur [2][3]

Haec est definitio impedimenti *stricto sensu* accepti, prout contraponitur obstaculis quae non personam sed vel formam matrimonii vel consensum afficiunt. Sic Ecclesia potest condiciones aliquas apponere, v.gr. praesentiam testium, quae ipsam contractus validitatem afficiant.

Haec impedimenta prout importent nullitatem matrimonii vel solam liceitatem impediant, appellantur *dirimentia* vel *impedientia* 8. In hac thesi tantum ad impedimenta dirimentia respicimus, quia, hac potestate Ecclesiae concessa, evidens est

1 Coronata, *Institutiones Iuris Canonici, Dc Sacramentis tractatus canonicus* (1947) 3 n.115.

2 V.HeylEn, *Tractatus de Matrintonio* (1945) 453; eodem fere modo Coronata, *l.c.;* Wernz-Vidal, *Ius matrimoniale* 146; De Smet, *Tractatus theologico-canonicus de sponsalibus ct matrimonio* (1927) 463.

3 M.A. de Dominis, *Dc Republica Ecclesiastica;* J.Launoy, *De Regia in macst* saeculo XIJ antiquior. Prima divisio apparet in Magistro Rolando (115>-1181); primum catalogum impedimentorum refert Gregorius II (a.721).

ei, etiam ad impedimenta mere impedientia, potestatem denegandam non esse.

Ecclesia statuens aliquod impedimentum dirimens, non mutat ipsam naturam contractus (quod esset mutare essentiam sacramenti) faciens, v.gr. ut talis contractus matrimonialis non sit sacramentum; sed sua utens potestate, statuit ut *persona,* quae determinatum contractum matrimonialem agere vult, sit inhabilis ad talem contractum perficiendum.

Aliqua impedimenta proveniunt ex ipso *iure naturae,* alia ex *iure divino positivo,* alia vero ex *iure mere ecclesiastico;* et secundum haec, diversimode impedimenta appellantur.

Ad nostra non attinet determinare quaenam sint impedimenta actu in Ecclesia stabilita, neque cetera determinare quae ad Theologiam moralem vel Ius canonicum potius pertinent[4].*

Cum dicimus Matrimonium Christianum, intelligimus etiam matrimonium inter baptizatum et non baptizatam vel viceversa.

274. Adversarii. 1. Lutherus et Calvinus non admiserunt nisi impedimenta quae in Sacra Scriptura reperiuntur, scilicet, consanguinitatis et affinitatis in primis gradibus [5]. Neque ullam Ecclesiae concedebant auctoritatem circa matrimonia. Hanc doctrinam secuti sunt fere omnes *Protestantes,* et moderni *Rationalistae, Socialistac* et *Communistae.*

2. Saeculo XVII Marcus Antonius de Dominis (Archiepiscopus Spalatensis, postea apostata et excommunicatus ad anglicanam sectam evectus) et Ioannes Launoy duces *Regalistarum* constituti sunt[6]. Hi, distinguentes inter contractum et sacramentum, totam auctoritatem circa matrimonia ad civilem potestatem transferebant; Ecclesia vero non poterat nisi quae ad sacramentum spectarent, determinare. Potestas civilis poterat matrimonia solvere vel determinare condiciones contractus [7].

3. Hanc doctrinam secuti sunt *Jurisperiti* et *losephinistae* (ab Imperatore Iosepho II ita appellati) in Imperio Germanico; *lansenistae* in Gallis cum *Synodo Pistoriensi;* et

4 Ideo ab hac quaestione omnino praescindimus. Consule, sis, probatos moralistas et canonistas.

5 Lutherus in *sermone dc aetate matrimonii* (1519) adhuc rectam tenebat doctrinam, sed in *Dc Captiv. Babylon,* sententiae catholicae opponitur. Calvinus, *Institutio Religionis Christianae:* Corpus Reformatorum 32,1121s.

6 M.A de Dominis, *Dc Republica Ecclesiastica;* J.Launoy, *De Regia in matrimonia potestate.*

7 Dc hac quaestione L.GodEFroy, *Mariage:* DTC 9,2108s.

aliqui pauci *iuristae hispani* (s.XIX), ut Franciscus a P.Vigil 89

275. Documenta Ecclesiae. *Conc.IUiberitanum, Neocaesarense* et *Arelatense* (s.IV), canones disciplinares ediderunt, qui supponunt iam tunc esse in Ecclesia leges aliquas circa matrimonia, et quibus Christiana coniugia regi debebant ®.

Idem postea *Conc.Chalcedonense, Milevitanum II, A(jathense*™ et plura alia ecclesiasticam disciplinam determinant et aliqua impedimenta agnoscunt, quae matrimonia reddunt invalida (cf. argumentum ex Traditione).

S.Callixtus III permisit, contra ius Romanum, matrimonia clandestina Patriciorum cum uxoribus inferioris condicionis socialis, et admisit etiam ut valida et legitima (vel etiam rata) matrimonia inter liberum et servam aut viceversau. Simili modo S.Leo Magnus 12.*

Concilium Tridentinum: "Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse: A.S." (D 974). Cn.12. "Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos: A.S." (D 982)1S.

Pius VI: "Dogma est fidei, ut matrimonium, quod ante adventum Christi nihil aliud erat nisi indissolubilis quidam contractus, illud post Christi adventum evaserit unum ex septem legis Evangelicae Sacramentis... Hinc fit, ut ad solam Ecclesiam, cui tota de sacramentis est cura concredita, ius omne ac potestas pertineat suam assignandi formam huic contractui ad sublimiorem sacramenti dignitatem evecto ac proinde de matrimoniorum validitate aut invaliditate sententiam ferre" 14. Quod Summus Pontifex confirmat auctoritate canonis 12 Concilii Tridentini10.1 Cf. D28 1500 a.

Idem Pontifex contra *Synodum Pistoriensem*: "Doctrina Synodi asserens, ad supremam civilem potestatem dumtaxat originarie spectare, contractui matrimonii apponere impedimenta... quasi Ecclesia non semper potuerit ac possit in Chris-

8 F.Vigil, *Defensa de la autoridad. de lof Gobicrnos y dc los Obispos contra las pretensiones de la Curia Romana.* Opus a Pio IX damnatum (10 iun. 1851), ex quo desumpta est prop.68 in *Syllabo* proscripta.

9 *Conc.IUiberitanum* cn.13.15.16.17: Msi 2.8; cf. HefelE-LeclErcq. *Histoire des Conciles* 1,226s; *Conc. Neocaesar.,* cn.2: Msi 2,543; *Arelatense IV* (a.314).; Msi 2,472.

'° *Conc.Chalcedonense* cn 16: Msi 7,365; *Conc. Milevitanum II* cn.17: Msi 4,331 (habetur etiam pro cn.8 *Concilii Carthaginensis XI).*

11 Apud Hippolytum, *Philosophumena* 9,12: MG 16,3386.

« *Epist.* 167,4: ML 54.1204s.

n Quaestiones circa cn.12 exponuntur in thesi, sequenti, n.286.

14 *Breve* 16 sept. 1788 ad episcop. Motulensem.

M Cf. de hoc *Brevi* Palmieri, *o.c.,* 284-285.

tianorum matrimoniis iure proprio impedimenta constituere, quae matrimonium non solum impediant, sed et nullum reddant quoad vinculum, quibus christiani obstricti teneantur, etiam in terris infidelium, in eisdemque dispensare: canonum 3.4.12 sessionis 24 Conc.Tridentini eversiva, haeretica" (D 1559). I

Pius IX in *Syllabo* damnavit sequentes errores: "Ecclesia non habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, sed ea potestas civili auctoritati competit, a qua impedimenta exsistentia tollenda sunt". "Ecclesia sequioribus saeculis dirimentia impedimenta inducere coepit, non iure proprio sed illo iure usa, quod a civili potestate mutuata erat". "Tridentini canones qui anathematis censuram illis inferunt, qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiae negare audeant, vel non sunt dogmatici vel de hac mutuata potestate intelligendi sunt" (D 1168-1770)ie.

L'Eo XIII: "Christus igitur, cum ad talem ac tantam excellentiam matrimonia renovavisset, totam ipsorum disciplinam Ecclesiae credidit et commendavit. Quae potestatem in coniugia Christianorum omni cum tempore tum loco exercuit, atque ita exercuit, ut illam propriam eius esse appareret, nec hominum concessu quaesitam, sed auctoris sui voluntate divinitus adeptam"[17]. Et paulo post: "Igitur, cum matrimonium sit sua vi, sua natura, sua sponte sacrum, consentaneum est, ut regatur ac temperetur non principum imperio, sed divina auctoritate Ecclesiae, quae rerum sacrarum sola habet magisterium... Postremo magnum pondus est, magna vis historiae, qua loculenter docemur, potestatem legiferam et iudicialem, de qua loquimur, libere constanterque ab Ecclesia usurpari consuevisse iis etiam temporibus, quando principes reipublicae consentientes fuisse aut conniventes in ea re, inepte et stulte fingerentur... Igitur, iure optimo in Concilio Tridentino definitum est in Ecclesiae potestate esse impedimenta matrimonium dirimentia constituere, et causas matrimoniales ad indices ecclesiasticos spectare" 18.

Eandem doctrinam renovat Pius XI iam inde a primis verbis magnae de matrimonio Encyclicae: "Casti connubii quanta sit dignitas, ex eo maxime dignosci potest, V.F., quod Christus Dominus... [matrimonium] ad verum et magnum Novae

ie Plura alia edidit in Epist. ad regem Sardiniae, etc. Cf. Gasparri, *Fontes luris Canonici.*

17 *Encycl. "Arcanum divinae Sauicntia":* ASS 12 (187^-1880) 390.

38 Jhidem, 392-393. Cf. etiam textus qui in thesi sequenti a<jducenty|·.

Legis Sacramentum evexit, eiusque propterea disciplinam curamque totam Ecclesiae Sponsae suae commisit''[19].

276. Valor dogmaticus. Thesis, prout affirmat Ecclesiam habere potestatem circa matrimonia et posse impedimenta dirimentia apponere, est *de fide divina et catholica definita* (D 974). In quantum documenta Ecclesiae affirmant hanc potestatem in matrimonia Christianorum spectare ad *solam* Ecclesiam (quod tamen expressius constabit ex thesi sequenti) est *saltem theologice certa.* Habere Ecclesiam hoc ius a Deo acceptum, est etiam *de fide divina et catholica* ex damnatione Synodi Pistoriensis (D 1559).

277. Probatur. Nota. Probabimus per modum unius totum carmen theseos, nam argumenta, ut patebit, simul ostendunt Ecclesiam habere potestatem in matrimonia Christianorum, posse apponere impedimenta et hoc habere iure divino.

Probatur ex sacra Scriptura. 1. Christus habebat potestatem legiferam circa matrimonia, et quidem in his quae ad proprietates matrimonii respiciunt. Atqui Christus hanc potestatem Ecclesiae commisit. Ergo Ecclesia iure divino habet potestatem legiferam in matrimonia saltem Christianorum. Ergo etiam potest impedimenta dirimentia apponere.

Prob. mai. Christus promulgans novam Legem auctoritate divina avocavit permisionem polygamiae, et matrimonii indissolubilitatem restituit. Nam expresse opponens veteri Legi novam Legem ait: *Dictum est: 'Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis,: quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari; et qui dimissam duxerit adtdterat* (Mt 5,32). Iam vero Christus in toto sermone montano apparet ut legatus divinus, qui auctoritate divina, mutat legem antiquam et suam novam legem proclamat. Ergo revera Christus habet potestatem legiferam in matrimonia[20].

Prob. min. Hanc potestatem Christus Ecclesiae tradidit. Quia in illo sermone proposuit normas morales et principia quibus societas ab eo condita regi debebat; et apostolis ac suis successoribus, sub auctoritate Petri eiusque successorum, tradidit regimen suae societatis cum plenitudine potestatis. Ergo eis potestatem dedit in matrimonia[31]; eo vel magis, quod matrimonium est quid essentiale ad hoc ut societas durare

» *Encycl. "Casii connubii":* AAS 22 (1930) 539.
20 SThS vol.1 tr. De Christo legato divino.
i1 Çf. verba Pix VI supra allata, n.275,

possit, et bonum societatis multum pendet a bonitate seu sanctitate societatis familiaris.

Prob. ultima conseq., scilicet Ecclesia potest apponere impedimenta ad matrimonia. Nam si potestas legifera, quam habet Ecclesia, exerceri debet, necesse est ut possit extendi ad ea, quae, servata essentia matrimonii, necessaria sint ad bonum regimen societatis a Christo conditae et Ecclesiae commissae. Atqui tale est quod possit impedimenta dirimentia matrimonii apponere. Ergo.

278. 2. Ex S.Paulo. Corinthii ad Apostolum scripserunt aliquas quaestiones de matrimonii indissolubilitate proponentes; quibus S.Paulus respondit auctoritative, auctoritate quidem a. Deo accepta, et in rebus gravissimis, ut in vocato privilegio Paulino. Atqui hic modus procedendi ostendit S.Paulum supponere Ecclesiam habere potestatem legislandi circa matrimonia, et hoc ex auctoritate divina. Ergo.

Prob. min. Etenim S.Paulus expressis verbis ait, v.gr. (1 Cor 7): *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium* (v.6)...< *Dico autem non nuptis sed viduis* (v.8)... *Praecipio non ego, sed Dominus* (v.10)... *Nam ceteris ego dico, non Dominus* (v.12)... *Praeceptum Domini non habeo; consilium autem do* (v.25)... *Ego autem vobis parco* (v.28)... *Porro haec ad utilitatem vestram dico* (v.28)..., et cetera. Ubi clare patet quam auctoritative procedat, repetito pronomine "ego", et quam accurate distinguat inter consilium, praeceptum ecclesiasticum et praeceptum divinum. Iam vero, si S.Paulus declarat se potestatem accepisse ad solvendum matrimonium infidelium in favorem fidei, non est ei negandum quod est minus, scilicet potestas impedimenta aliqua ponendi. Iam, si haec auctoritas penes Apostolum est, non est ei personalis nisi in quantum est Apostolus Ecclesiae cui talis potestas est concredita[32].

279. Probatur ex traditione. Traditio non tam directe scriptis, quam factis potestatem Ecclesiae profitetur in matrimonia quoad impedimenta et in genere quoad ius quod a Deo acceptum habeat.

Tertullianus meminit apud christianos praxim vitandi nuptias cum gentilibus[23], et ex modo loquendi videtur alludere ad aliquam legem exsistentem[24]; cognoscit etiam impe-

23 Quomodo Apostolis auctoritas a Christo concessa fuerit, cf. tract, de Ecclesia.
23 *Dc corona militis* 13: ML 2,116.
M *Ad uxorem* 2,3: ML 1,1405-1406.

dimentum clandestinitatis [25] [28], quod apud romanos non vigebat.

Concilium Illiberitcmum, aliqua concilia particularia (ut notavimus supra) legislationem specialem supponunt. *Concilium Ncocoes,* praeterea admittit impedimentum ex copula illicita [26]; quod etiam agnoscit S.Gregorius I (R 2301).

Inter Patres, S.Basilius praxim Ecclesiae Orientalis exponit, quam ad modum legis observandam esse dicit: "Primum itaque quod in huiusmodi rebus maximum est, morem nostrum obicere possumus, *ut vim legis habentem,* eo quod nobis a viris sanctis traditae sint regulae" [27]. Inter has *leges* enumerat impedimentum ex copula illicita [28], affinitatis [29], voti [30].

Pari modo S.Gregorius Magnus: "Terrena lex in Romana Republica permittit ut sive fratris et sororis, seu duorum fratrum germanorum vel duarum sororum, filius et filia mjsceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere... Unde necesse est, ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi libeat. Nam secunda, quam praediximus a se omnino debet abstinere" (R 2299).

Eodem modo Ecclesiae praxim proponunt S.Siricius [31], [32] Auctor libri *De lapsu virginis consecratae^,* S.Innocentius I [33], [34] etc. Unde saquentes conclusiones [314] statui possunt:

1. Primis saeculis Ecclesia noluit quasi in abstracto sibi vindicare potestatem in matrimonia, sed suam auctoritatem exercuit in casibus singulis solvendis, quibus paulatim lex definiebatur.

2. Exercebat tunc potestatem vere legislativam; nam suam potestatem non restringebat ad casus in Evangelio contentos, sed extendebat ad ea omnia quae opportunitas temporis et casus ferebat.

3. Hanc potestatem non habet Ecclesia ab auctoritate civili mutuata, sed iure proprio illam exercet; saepe enim (ut

25 *De pudicitia* 4: ML 2,987; CSEL 20,225.
20 Cn.2: Mii 2,543.
27 *Epist.* 160.2: MG 32,624.
28 *Epist.* 188.4: MG 32 647; *Epist.* 160,2: MG 32,624.
20 *Epist.* 199,23: MG 32,723.
M *Epist.* 188,6: MG 32,674.
21 *Epist.* 1.5 et 8: ML 13,1136s.
32 ML 16,373 inter opera S.Ambrosii.
« *Epist. ad Victor.* n.15: ML 20,478-479.
34 Cf. L.Godefroy, *l.c.,* col.2113; E.Valton, *Empêchements de Mariage:* DTC 4,2445s. Summam historiae huius quaestionis habet Palmieri, *De matrimonio* c.4, praesertim th. 29-30.

expresse constat ex verbis allatis S.Gregorii, et melius patefiet ex thesi sequenti) contra civilem legem statuebat.

4. Tandem Ecclesiae; potestas plena est et integrum matrimonium comprehendit, ita ut definire possit et apponere condiciones, impedimenta, aliaque omnia, quae legi divinae non transgrediantur.

280. Ratio theologica. Natura contractus matrimonialis exigit ut potestas, cui competit, possit statuere impedimenta impedientia. Atqui potestas in matrimonia Christiana est apud Ecclesiam. Ergo Ecclesiae competit impedimenta dirimentia apponere posse.

Mai. Matrimonium est contractus ex quo multa bona vel mala possunt societati derivare. Quapropter si nulla esset potestas determinare valens quales personae essent ad tam gravem contractum habiles, quaenam inhabiles, gravissima mala evenirent, v.gr. matrimonia clandestina, occissio coniugis ad secundas nuptias contrahendas, etc.

Min. Matrimonium inter Christianos est sacramentum. Atqui quae ad sacramenta spectant sunt a Christo Ecclesiae tradita. Ergo Ecclesia habet hanc potestatem circa matrimonia; et quidem ex institutione divina.

281. Obiectiones. 1. Sancti Patres cum loquuntur de impedimentis dirimentibus provocant ad Leviticum (18,6-18). Atqui hoc modo indicant' impedimenta non apponi ab Ecclesia, sed Ecclesiam solummodo urgere ea quae iam a Deo posita sunt. Ergo Ecclesia per se non habet potestatem imponendi impedimenta dirimentia.

Dist. mai. Patres semper provocant ad Leviticum, *nego mai.;* aliquando hoc faciunt, *subdist.;* et appellant' ad normam quam Ecclesia sequatur, *conc. mai.;* significant Ecclesiam teneri V.T. quoad impedimenta, *nego mai. Contradistincta min., nego consequens et consequentiam.*

2. Matrimonium est contractus civilis. Atqui Ecclesia non habet ius in contractus civiles. Ergo non habet ius ad impedimenta dirimentia matrimonia ponendum.

Dist. mai. Matrimonium est contractus mere civilis, *'nego mai.;* est contractus cuius effectus partim pertinent ad ius civile, *conc. mai. Contradist. min., nego cons. et consequentiam.* Posset etiam simpliciter negari maior, quatenus ipse contractus matrimonialis elevatus est ad dignitatem sacramenti, ac proinde iam non est contractus civilis, sed religiosus.

ARTICULUS II

De potestate civili

Thesis 6. Auctoritati civili nullo modo competit potestas statuendi impedimenta dirimentia matrimonia Christianorum.

S.Th., *Suppi,* q.17 a.2; S.BEllarmino, c.21.115; c.32,142; Palmieri, 282-311; Sasse. 452-465; Huarte, 258-266; Puig de la B.. nJ 119-1130; Otten. 464-467; Valton, *Empêchements de Mariage:* DTO 4,2450s; Le Brass, *Mariage:* DTC *9,*2261s.2275s; Lercher-Unberg, n.799.

282. Nexus. Probato in thesi anteriori Ecclesiam habere iure divino auctoritatem ad impedimenta dirimentia imponenda matrimoniis christianis, iam videtur nullum ius civili auctoritati relinqui ; sed quia et theologi aliqui contrarium affirmarunt, et posset fortasse theoretice loquendo, adhuc aliquod ius auctoritati civili adesse, ideo praesentem thesim apponimus, quam plures auctores tanquam corollarium vel secundam partem theseos anterioris considerant.

283. Notiones. Auctoritati civili leges et normas stabilire competit, quibus effectus civiles matrimonii Christiani regantur ; huiusmodi sunt bona coniugum, iura hereditaria,t et alia similia[1].

Imo in, matrimoniis non christianis multi theologi concedunt auctoritatem civilem potestatem habere statuendi impedimenta dirimentia[2][3] et Ecclesiam posse etiam admittere illa impedimenta, quae potestas civilis statuerit sive pro matrimoniis non christianis, sive etiam (abutendo sua auctoritate) pro matrimoniis christianis ®.

Sed in thesi negamus auctoritatem civilem posse proprio iure talia impedimenta imponere matrimoniis christianis. Imo vero, ea ipsa, quae statuerit et Ecclesia sanxerit, ideo valorem habere non ex civili auctoritate, sed ex iure ecclesiastico. Quapropter quaelibet impedimenta dirimentia, a lege civili decreta, si Ecclesia sua illa non fecit, irrita sunt et nullo pacto christianis obligant. Vindicamus igitur in favorem Ecclesiae, ius exclusivum in matrimonia Christiana:

1 Consuli possunt W.Onclin, *De regimine matrimonii fidelem inter et -infdeleni:* EphThLov 10 (1933) 47-62; V.Coucke. *De potestate principis civilis in niatrimonium baptisatorum:* CollBrug 32 (1932) 40-44.

3 Gasparri affirmat: “est controversia quae nostris praecipue temporibus inter catholicos libere agitatur” *(De matrimonio* 1,169 nota 1).

’ Cn.1080: “qui lege civili inhabiles ad nuptias inter se ineundas habentur, ut cognationem legalem ex adoptione ortam, nequeunt vi iuris canonici matrimonium inter se valide contrahere”.

284. Adversarii. Thesi opponuntur *Regalistae,* de quibus egimus in n.193, qui distinguentes inter sacramentum et contractum, hunc ad potestatem civilem, illud ad Ecclesiam referebant.

His theoretice accedebant pauci theologi[*] magnae quidem notae, sed iam antiquiores, qui tamen concedebant sive ex concessione, sive ex praxi, sive aliis de causis, iam non nisi ecclesiasticae potestati tale ius competere.

285. Doctrina Ecclesiae. Omnia documenta in thesi superiori allata inserviunt etiam ad hanc thesim quatenus ita affirmant Ecclesiae ius competere ad matrimonia, ut de facto (saltem implicite, ut patebit ex argumento) excludant competentiam civilis auctoritatis. Addi possunt, inter alia multa, sequentia:

Benedictus XIV: "Haec lex [Theodosii], utpote a laico principe condita, nullam habere vim in matrimoniis debet"; quapropter inquirendum est "num iure canonico· tale impedimentum decretum fuerit, aut communi Ecclesiae catholicae consuetudine stabilitum" B.

Pius VI: "Ad solam Ecclesiam... ius omne ac potestas pertinet suam assignandi formam huic contractui, ad subliniorem sacramenti dignitatem evecto, ac proinde de matrimoniorum validitate aut invaliditate iudicium, ferre" °.

Pius VIII: "Id [matrimonii sanctitas, etc.] porro fiet unice, si non humana tantum ex lege, sed ex divina regi ipsum debere, ac non terrenis, sed sacris rebus ipsum accensum esse, ideoque Ecclesiae omnino subici, Christianus populus accurate edoceatur" '. Et postquam edixit matrimonium evectum esse ad sacramenti dignitatem, concludit: "Ita ergo populos instrui opus est, et quae Ecclesiae regulis conciliorumque decretis sancita, quaeque damnata sunt, explicari iisdem, ut quae ad vim sacramenti pertinent, ea perficiant, nec quae Ecclesia detestata est, audeant ipsi attentare" 8.

Gregorius XVI: "Memores sacris illud [matrimonium] rebus adnumerari et Ecclesiae proinde subici, praestitutas de

[*] P.Soro. *Dc matrimonio* lect.4; Catharinus, *Opusculum de clandestino coniug.;* Sanchez, *De matrimonio* 1.7 d.3 n.2s. Aliquid simile habet Gaspar de Casale. Episc. Leriensis, in discussionibus circa cn. de matriiconio in Congres, die 27 iul. 1563: CTr 9,661.

6 *Litt.* 9 febr. 1749 ad Card. Eborac. nn.7-8: Opera omnia (Prati 1845) 17,11.

e *Breve* 16 sept. 1788, ad episcop. Motulcnsem.

7 *Breve* 8 oct. 1803, ad archicp. Maguntinum.

8 *Encvcl. "Traditi humilitati**,* 24 mai 1829: Bullarium Romanum (Prati, 1856) 9,26-27.

ipso eiusdem Ecclesiae leges habeant ob oculos, iisque pareant sancte accurateque, ex quarum exsequutione omnino pendet eiusdem connubii vis, robur atque iusta consociatio" 9. /

Pius IX: "Non datur igitur, aliud conciliationis medium, nisi ut Caesar servet quae sunt Caesaris, et Ecclesiae relinquat, quae ad eam pertinent. Potestas civilis statuat tantum de effectibus civilibus, qui ex matrimonio proveniunt; /sed relinquat Ecclesiae illius valorem inter christianos ordinare"

Leo XIII: Gravissimis verbis'et exemplis doctrinam'proponit in *Encyclica "Arcanum divinae Sapientiae"*, ex qua haec tantum adducimus: "Christus, igitur, cum ad talem ac tantam excellentiam matrimonia renovavisset, totam ipsorum disciplinam Ecclesiae credidit et commendavit. Quae potestatem in coniugia Christianorum omni cum tempore, tum loco exercuit, atque ita exercuit, ut illam propriam eius esse appareret, nec hominum concessu quaesitam, sed auctoris sui voluntate divinitus adeptam... Postremo, magnum pondus est, magna vis historiae, qua loculenter docemur, potestatem legiferam et iudicialem, de qua loquimur, libere constanterque ab Ecclesia usurpari consuevisse iis etiam temporibus, quando principes reipublicae consentientes fuisse aut conniventes in ea re, inepte et stulte fingerentur. Illud enim quam incredibile, quam absurdum, Christum Dominum damnasse polygamiae repudiique inveteratam consuetudinem delegata sibi a procuratore provinciae vel a principe ludaeorum potestate; similiter Paulum Apostolum divortia incestasque nuptias edixisse non licere, cedentibus aut tacite mandantibus Tiberio, Caligula, Nerone!..." Recolit Summus Pontifex aliqua facta et decreta Ecclesiae contra legislationem romanam circa matrimonia, et ostendit ipsos principes, Honorium, Theodosium iuniorem, lustinianum non sibi arrogasse potestatem in matrimonia, sed eam penes Ecclesiam esse agnovisse. Et tandem concludit: "Quapropter nec ratione efficitur, nec teste temporum historia comprobatur potestatem in matrimonia Christianorum ad principes reipublicae esse iure traductam. Quod si in hac re alienum violatum ius est, nemo profecto dixerit esse ab Ecclesia violatum" u. Postea Leo XIII meminit matrimoniales causas "cognationem et necessitudinem habere cum rebus ipsis humanis, quae matrimonium quidem

• *Litt. Apostol.* *"In hac Suprema"*, 15 aug. 1832: Opera 1,171.
10 *Litt.* 15 sept. 1852, ad regem Sardiniae.
v *Çncycl. "Arcanum divinae Sapientiae":* ASS 1? (18794880) 39(k394.

consequuntur sed invenere civili versantur: de quibus rebus iure decernunt et cognoscunt qui rei publicae praesunt". Quapropter desiderat ut inter Ecclesiam et Statum amicitia sit at concordia [12].

1 Pius XI, sicut in ceteris quae ad matrimonium, spectant, sic etiam in hac re, Leonis XIII vestigia premens, declaravit: "Quod si exceptioni, etsi rarissimae, haec firmitas obnoxia videatur, ut in quibusdam coniugiis naturalibus solum inter infideles initis vel, si inter christifideles, ratis illis quidem, sed nondum consummatis, ea exceptio non ex hominum voluntate pendet, neque potestatis cuiuslibet mere humanae, sed ex iure divino, cuius una custos atque interpres est Ecclesia Christi" (D 2236).

Pius XII inter alia multa, haec habet: "Condicionum, a quibus matrimonii validitas dependet, impedimentorum quoque et effectuum vinculi coniugalis (salva competentia reipublicae circa effectus mere civiles) custodiam et defensionem gerit Ecclesia eiusque auctoritas, accepta a divino Fundatore, et supremo gradu residens in persona Romani Pontificis" [13].

286. *Concilium Tridentinum* definivit: Cn. 12. "Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad indices ecclesiasticos: A.S." (D 982). Hic canon apparet, prout iacet, iam in prima redactione facta die 20 Iui. 1653[14], etsi occupat numerum 11 ; nec tamen respondet ulli ex propositionibus damnandis quae theologis discutiendae erant. Patres aliqui animadverterunt circa hunc canonem: "Non placet, ne videamur ambitiosi. Et dixit quod hae causae matrimoniales in primaeva ecclesia non pertinebant ad ecclesiasticos, ne irritemus saeculares"[15]; "Tollatur"[15]; "non ponatur sub anathemate"[17]. Vel etiam alia formulae sunt propositae: "dicatur causae matrimoniales concernentes sacramentum"[18]; "si quis ausus fuerit deferre ad saeculare tribunal causas

» Id. p 398-400.

13 Allocutio ad Auditores S.R.Rotae. 1 oct. 1942: AAS 34 (1941) 338. Versio latina S.Tromp: Textus et Documenta, series theol.27 p.22.

« CTr 9,639-640.

15 Ep. *Aurcliancnsis:* CTr 9,660, cui accesserunt *Ccromancnsis* (663); *Venctensis, Sucssionensis* (664); *Nemauscnsis* (667).

w Ep *Aquinatcnsis* (CTr 9,660); similiter *Vaurcnsis* (664); *Hyprensis* (669); *Aure/ianensis* (714).

,T Ep. *Illerdensis:* CTr 9,666; ipsi adhaeserunt *Elcusensis (667)Nemauscnsis* (667); *Aliphanus, Rosscnsis, Rapotensis* (676); *Ursellcnsis* (677); *Yprcnsis* (669); *Assapcusis,* qui hanc rationem dedit: "quia etiam saecularibus est potestas ut sint ministri sacramenti matrimonii" (716); *Bobbiensis* (734); *Guadiscensis* (792); *Rossanensis* (899) cum aliis quinque (903-906).

13 *Larincnsis:* CTr 9,662; J.Laynbz (740).

matrimoniales: A.S.''19; vel hoc alio modo: "S.q.d. ecclesiasticas leges quibus dicitur, causas matrimoniales ad ecclcy siasticos pertinere, esse tyrannicas: A.S. Idem: s.q.d. leges saeculares circa matrimonia praeferendas legibus ecclesiasticis: A.S,''20

Aliqui Patres putabant esse canonem nimis amplum, quia "non est verum quod omnes causae matrimoniales pertineant ad Ecclesiam, et in decreto dicatur quod omnia matrimonia fiant in facie Ecclesiae''21.*

Alii e contra desiderabant maiorem rigorem, et claritatem: "Placet ut iacet; et probavit ex pluribus Conciliis causas matrimoniales pertinere ad forum ecclesiasticum. Nec mirum quod lustinianus statuerit aliquid circa matrimonia, quia lustinianus de facili leges condebat et de facile eas antiquabat" "Dicatur [causas matrimoniales] nullo modo pertinere [ad saeculares]" 23. "Canon placet, quia causae matrimoniales pertinent ad Ecclesiam''24.

Quamvis diversae essent opiniones circa hunc canonem, tamen semper immutatus permansit usque ad definitivam redactionem omnium canonum, et sic approbatus est in sessione 24 Concilii25.

At *Regalislae* dicebant hunc canonem non esse dogmaticum sed disciplinarem, nec omnes prorsus causas matrimoniales comprehendere, sed tantum aliquas. Sed contra ipsos Pius VI declaravit: "Ignotum nobis non est quosdam adesse, qui saecularium principum auctoritati plus nimio tribuentes et verba huius canonis captiose interpretantes illud defendendum susceperunt, ut, quoniam Tridentini patres hac dicendi formula usi non fuerint: ad *solos* indices ecclesiasticos aut *omnes* causas matrimoniales, potestatem reliquerint iudicibus laicis cognoscendi saltem causas matrimoniales, quae sunt meri facti. Sed scimus etiam hanc captiunculam et fallax hoc cavillandi genus omni fundamento destitui. Verba enim canonis ita generalia sunt, omnes ut causas comprehendat et complectatur. Spiritum vero sive ratio legis adeo late patet,

19 Patriarcha *Hierosolymitanus:* CTr 9,666.

30 Ep. *Civitatensis:* CTr 9,668; Archicp. *Hyruntinus* hanc aliam formulam proposuit: "S.q.d errare Ecclesiam, quae dixit, causas matrimoniales spectare ad forum ecclesiasticum, A.S." (688).

21 Ep. *Oppidcnsis:* CTr 9,673.

23 Ep. *Corososopitanus:* CTr 9,662-663.

28 Ep. *Columbiensis:* CTr 9,673. Ep. *Andegavensis* volebat ut diceretur: "causas matrimoniales spectare ad episcopos tantum" (703).

24 Ep. *Licicnsis:* CTr 9,673.

26 Quamvis propositae fuerunt mutationes supra indicatae, iam post tertiam canonum recensionem Patres vix quidquid huic canoni opposuerunt; CTr 9,743.

at nullum exceptioni aut limitationi locum relinquat..." (b 1500a).

\ Et idem Summus Pontifex damnavit propositiones Synodi \Pistoriensis, quae contra hunc Tridentini canonem vergebailt (D 1559). Pius IX declaravit in *Syllabo* dogmaticos esse canones Tridentini qui de impedimentis dirimentibus ponendis agunt (D 1770) ; qui quidem sunt saltem cn.3.4.9.12 quos recenset Pius VI in damnatione Synodi Pistoriensis. Simili modo Leo XIII sine ulla restrictione intelligit sensum canonis 12 Tridentini: "Igitur iure optimo in Concilio Tridentino definitum est in Ecclesiae potestate esse impedimenta matrimonium dirimentia constituere, et causas matrimoniales ad iudices ecclesiasticos spectare"[26]; idque praecise dicit quando vult ostendere nullum ius civili auctoritati adesse circa matrimonia Christianorum.

287. Idem *Concilium Tridentinum* in cap. *Tametsi* de matrimoniis clandestinis, dicit haec "rata et vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit" (D 990) ; ubi sufficienter intelligitur (et ex longissima disputatione habita in Tridentino constat) soli Ecclesiae competere auctoritatem in matrimonia, quippe quae a civili auctoritate admittebantur.

Itaque ex Concilio Tridentino et ex documentis Summorum Pontificum apparet solam Ecclesiam habere potestatem in matrimonia Christianorum. Canon 12 Tridentini est vere dogmaticus, quamvis aliqui Patres volebant ut doctrina ibi tradita ad capita de reformatione transferretur[27].

Valor dogmaticus. Thesis est *theologice certa.*

288. Probatur ratione theologica. 1. Omne matrimonium Christianorum est sacramentum. Atqui sacramenta ad solam Ecclesiae potestatem spectant. Ergo sola Ecclesia potestatem habet in sacramenta, non vero auctoritas civilis.

2. Ecclesia habet potestatem in matrimonia (constat ex thesi anteriori). Atqui hoc exigit ut auctoritas civilis non habeat eandem potestatem. Ergo auctoritas civilis non habet potestatem in matrimonia Christianorum.

Min. Cum saepe oppositio sit inter Ecclesiam et Statum, etiam oppositio esset circa matrimoniales leges, unde gravissimi exurgerent abusus et animorum periculum. Nam v.gr.

38 *Encycl. "Arcanum· divinae Sapientiae"*: ASS 12 (1879-1880) 393.
21 Circa valorem dogmaticum canonum dc matrimonio, cf. Palmieri, *o.c.*, nota 1.

Status posset permittere matrimonia mixta cum gravi detrimento partis catholicae. Iam vero incongruum est supponere Deum in re tam societati essentiali, ut est matrimonium, voluisse ut perpetuae exsisterent lites inter Ecclesiam et Statum ex oppositione usus legitimae potestatis. /

3. *Praxis Ecclesiae* idem evincit. Nam si potestas civilis posset statuere impedimenta dirimentia, Ecclesia non ppsset declarare valida matrimonia a potestate civili vetita. Atqui Ecclesia saepissime hoc fecit. Ergo quoad matrimonia Christiana potestas civilis nihil potest.

Mai. Etenim Ecclesia non potest facere contra ius a Deo concessum. Quod si hoc ius civile subordinatum Ecclesiae esset, tum iam esset inutile, et in praxi nullum; nec ulla potestas civilis hoc sibi vindicat.

Min. Plura exempla adduximus in thesi anteriori et Leo XIII recenset etiam< plura in *Encyc. "Arcanum Divinae Sapientiae"* supra memorata.

289. Probatur ex traditione. Argumentum in thesi anteriori datum valet etiam pro hac thesi, quia textus et facta ostendunt soli Ecclesiae potestatem competere in Christianorum matrimonia.

Expresse S.Hieronymus declarabat: "Aliae sunt leges Caesaris, aliae Christi; aliud Papinianus, aliud Paulus noster praecipit"

S.Ioannes Chrysostomus contraponens leges Ecclesiae legibus civilibus circa divortium, ait: "Igitur, quaenam est illa lex, quam nobis Paulus posuit? *Mulier,* inquit, *alligata est legi.* Oportet igitur ut minime separetur... Ne mihi leges ab exteris conditas legas, praecipientes dari libellum repudii, et divelli. Neque enim iuxta illas iudicaturus est te Deus in die illa, sed secundum eas quas ipse statuit" (R 1212).

De eadem lege divortii loquitur S.Ambrosius: "Dimittis ergo uxorem, quasi iure, sine crimine; et putas id tibi licere quia lex humana non prohibet; sed divina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi legem Domini cui obsequuntur etiam qui leges ferunt..." (R 1308).

Ita etiam S.Augustinus et S.Gregorius Magnus (R 1867 2299).

290. Obiectiones. 1. S.Thomas ait: "In quantum est officium naturae matrimonium statuitur lege naturae; in quantum est sacramentum, statuitur iure divino; in quantum est in officium com-

■ *Epist.* 77,3: ML 22.691.

munitatis, statuitur lege civili; et ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonia illegitima" x. Ergo iuxta S.Thomam auctoritas civilis potest it. sedimenta dirimentia imponere matrimonio.

S.Doctor loquitur vel in genere de matrimoniis etiam non Christianis, vel dc illis impedimentis quae a civili auctoritate statuuntur et ecclesiastica auctoritate approbantur. Quod quidem patet, quia ipse S.Thomas scribit: "Matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium; et ideo magis subiacet ordinationi ministrorum Ecclesiae quam baptismus, qui est sacramentum tantum; quia sicut contractus et officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus et officia spiritualia, lege Ecclesiae" ". Atque etiam: "Prohibitio legis humanae non sufficeret ad impedimentum matrimonii, nisi interveniret auctoritas Ecclesiae, quae idem etiam interdicit" ".

2. Auctoritati civili competit statuere impedimenta etiam dirimentia contractum civilem. Atqui matrimonium est contractus civilis. Ergo.

Dist. mai. Auctoritas civilis potest imponere impedimenta dirimentia contractus qui sub eius potestate cadunt, *conc. mai.,* etiam illos qui sub eius potestate non cadunt, qualis contractus matrimonialis inter christianos, *nego mai. Contradis/, min.*

3. Omnia quae spectant ad finefn civilis societatis competunt auctoritati civili. Atqui matrimonium spectat ad finem societatis civilis. Ergo.

Dist. mai. Si tantum spectant ad finem civilem societatis et non subiciuntur alii potestati superiori, *conc. mai.;* secus, *nego mai.* De facto matrimonia Christianorum non solum spectant ad finem civilis societatis, sed etiam ad ordinem supernaturalem, quippe quae sint sacramenta. Ideo non subiacent potestati civili. Praeterea, quamvis non respicerent ad finem supernaturalem, si supra potestatem civilem est alia potestas (ut potestas ecclesiastica) quae iam invigilat circa aliquod quod spectat ad finem civilis societatis, tunc potestas civilis non necessario debet invigilare et competere in illa re. Societas, enim, civilis est societas imperfecta, quae proinde debet semper cedere societati perfectae, qualis est Ecclesia. Ergo non simpliciter omnia quae specfant ad finem societatis civilis iam eidem auctoritati civili competunt primo et per se.

291. Scholion 1. *De potestate in matrimonia mixta.* Matrimonium inter baptizatum et infidelem spectat ad Ecclesiam; quia pars fidelis Ecclesiae subditur, nec matrimonium validum contrahere valet, quod ab Ecclesia non sit sancitum.

Et quamvis pars infidelis per se Ecclesiae non sit subiecta, nihilominus cum Ecclesiae auctoritas auctoritate Status sit praestantior, debet pars infidelis Ecclesiae auctoritati cedere.

292. Scholion 2. *De potestate in matrimonia infidelium.* Quaestio controvertitur. Pro sententia affirmante matrimonia infidelium subiecta esse potestati civili, haec argumenta afferri solent":

In 4 d 34 q.unic. a.1 ad 4; *Suppi,* q.50 a.unic. ad 4.
30 *In 4* d.40 q.unic. a.4 ad 2; *Suppi,* q.54 a.4 ad 2.
31 *In 4* d.42 q.2 a.2 ad 4; *Suppi,* q.57 a.2 ad 4.
33 Inter alios theologos ita senserunt Sânchez, *De matrimonio* 1.8 d.3 n.5: Scha»zgrübes, P<* *Sponsalibus* n-367. Cf. Gasparri, *De ntatrimonio* 1,169 note 1«

1. Matrimonium infidelium non est sacramentum, sed contractus civilis. Ergo subiacet civili potestati, sicut ceteri contractui.
2. Ecclesia non habet ius directum in infideles. Ergo auctoritbs civilis debet hoc ius habere; secus Deus male providisset societati.
3. Multa essent incommoda si potestas civilis non posset impedimenta dirimentia apponere; nam est res quae respicit ad ipsam societatem.
4. Habentur quaedam decissiones S.C. de Propaganda Fide in quibus asseritur hoc ius in favorem civilis potestatis[83].

Contra haec argumenta respondetur:

Ad 1. Matrimonium infidelium est contractus civilis quatenus opponitur sacramento, *conc. antec.,* quatenus opponitur contractui religioso, *nego antec.* Iure naturae, matrimonium, ut tale, est religiosum quid, ac proinde auctoritati religiosae subiectum Iam vero post Christi adventum nulla alia est legitima auctoritas religiosa praeter Ecclesiam catholicam.

Ad 2. Ecclesia non habet ius directum, *trans, antec.;* nullum ius, *nego antec.* Omnes homines Christo subiciuntur, et lege naturali submitti debent auctoritati religiosae. Iam vero Christus in terris suam potestatem per Ecclesiam exercet et post eius adventum nullam aliam auctoritatem religiosam admittit nisi ipsam suam Ecclesiam.

Ad 3. Ex eo quod incommoda oriantur non sequitur oportere ut habeat auctoritas civilis ius in matrimonia infidelium, quia Deus sufficienter providit tradens Ecclesiae potestatem.

4. Responsum S.Congregationis de Propaganda Fide est solutio practica, non dogmatica. Ac praeterea non constat de promulgatione authentica huius responsi cum tantum exstet scriptum Consultoris, et in Actis non fuerit inclusum.

293. Pro sententia affirmante ius in matrimonia infidelium competere potestati Ecclesiae, haec sunt praecipua argumenta":

1. Matrimonium, ut tale, non subicitur potestati civili, sed religiosae. Atqui post Christi adventum nulla alia legitima potestas religiosa est praeter Ecclesiam. Ergo soili Ecclesiae subiciuntur matrimonia infidelium.
2. Ecclesia est authentica interpres iuris naturae. Ergo infideles etiam Ecclesiae submittuntur, praesertim in matrimonia contrahenda, quae respiciunt ad ius naturale.
3. Secundum Pium VI "fallifur quisquis existimat matrimonium, dummodo absit ab eo ratio sacramenti, non esse nisi contractum mere civilem, atque ideo civili auctoritati solubilem. Quod secus est, nam primo matrimonium non est contractus mere civilis sed est' contractus naturalis, divino iure ante omnem societatem institutus et firmatus, qui etiam hoc in-33

33 Sept. 1821: "Licet inter infideles verum* sit matrimonium, illud tamen ad naturae et communitatis officium referri tantummodo potest ac proinde a iure naturali et civili plane est moderandum. Sequitur hinc principes sacculares. sive fideles, sive infideles, plenissimam potestatem retinere in matrimonia subditorum infidelium, ut scilicet, appositis impedimentis, quae iuri naturali ac divino adversa non sint, eadem non solum quoad civiles effectus, sed etiam quoad coniugale vinculum penitus rescindunt" (Collectanea, ed. 1893, n.1447 nota 1). Cf. Gasparri, qui plura citat responsa (Dc *matrimonio* 1,240-255).

*. Cf. quae superius diximus, n.174s.

" In hanc sententiam inclinat Perrone (De *matrimonio* 2,439); OTTEN, pag.467.

signi discrimine differt ab alio quocumque mere civili contractu, quod in eo genere civili consensus certis de causis interdum per legem suppleatur; in matrimonio vero nulla humana potestate suppleri consensus valet" ", Ergo ante societatem est matrimonium, nec ius civile quidquam valet.

Ad haec argumenta respondetur:

Ad 1. Verum est Ecclesiam catholicam esse unicam legitimam auctoritatem religiosam, sed cum non exerceat ius nisi in subditos, non potest illud urgere erga infideles, qui non accepto baptismo, eius subditi non sunt constituti.

Ad 2. Ex eo quod Ecclesia sit interpres authentica iuris naturae, tantum sequitur illam habere ius ad invigilandam auctoritatem civilem, et contra eam vindicare ius naturale, quando v.gr. Status impedimenta statueret' aut leges matrimoniales ederet contra ipsum ius naturale.

Ad 3. Hoc argumentum etiam valeret contra matrimonia baptizatorum, quia etiam prius fuit societas quam sacramentum.

294. Ut facile apparet, possunt argumenta pro ufraque parte urgeri. Documenta Pontificia (cf. n,174s) potius videntur sibi vindicare ius in matrimonium etiam infidelium. Argumenta intrinseca fortasse melius pro sententia contraria militant. Licet igifur libere de hac re opinari ",

Nobis magis probabilior videtur sententia quae affirmat, per se ad Ecclesiam spectare quidquid ad matrimonium, etiam infidelium, pertinet, quamvis iustis de causis Ecclesia ordinarie suum ius non urgeat; attamen nec illi renuntiat.

Cum civilis potestas tendat semper ad iura Ecclesiae auferenda et coarctanda, et nimis iam in Ecclesiae campum ingressa sit, iura Ecclesiae vindicanda sunt, quae respiciunt praecipue ad res religiosas. Cum igitur matrimonium res religiosa sit, *nisi constet positive* Statum habere ius ad illud, nullo modo hoc ius illi concedi debet... Evidens autem non est Statum habere hanc potestatem, quippe quae a bonis doctoribus ob bonas rationes negetur. Ergo concedenda non videtur ".

295. Scholion. 3. *De matrimonio civili.* Appellatur *civile matrimonium* illud quod apud civilem auctoritatem celebratur. Dividitur in facultativum, obligatorium, subsidiarium ".

Dicitur *facultativum* cum leges civiles ad liberam contrahentium voluntatem relinquunt ut coram Ecclesia aut coram indicé civili matrimonialis contractus peragatur.

Obligatorium est, si necessario contrahentes debent coram civili tribunali sistere, nec aliud admittitur matrimonium nisi quod coram ipso celebretur.

Subsidiarium, si ponitur pro casibus in quibus Ecclesia non vult aut non potest determinatum matrimonium permittere.

Hoc modo intellectus matrimonialis contractus, apud Christianos

M *Litt.* ad episcop. Agriensem, 11 iul. 1789.

3T Pesch: "Ceterum, quamdiu Ecclesia nihil definivit, liberum erit suam cuique sequi opinionem" (n.896). Cf. Gasparri, *o.c.*. 1,169 nota 1.

38 Cf. Pesch, p.450.

* Circa quaestionem de matrimonio civili, cf. theol. moral., v.gr. FERRERES-Mondrîa, *Compendium Theologiae Moralis* 2 n.863.

nullus est. Neque leges civiles possunt in his casibus in conscientia obligare, cum sint graviter illicitae ct contra ius divinum attentantes. Quapropter:

1. Matrimonium civile obligatorium, si pro vero matrimonio usurpari putetur, nullum omnino est, neque auctoritas civilis illud praecipere valet.
2. Matrimonium civile facultativum. non potest a Christianis contrahi; validum erit paganis seu non baptizatis.
3. Matrimonium subsidiarium etiam nullum est pro catholicis, etenim supponitur attentari quando Ecclesia non vult aut non potest illud in casu matrimonium permittere.

At si matrimonium civile non consistit nisi in *inscriptione civili,* ad hoc ut sponsi possint civilibus iuribus frui, status protectionem obtinere, etc., non modo non erit illicitum, verum etiam obligatorium ad civilem auctoritatem sistere**. Sed notandum est:

1. Huiusmodi assistentia ad civilem auctoritatem, non ante, sed post matrimonium coram Ecclesia contractum, fieri debet. Quod si leges iniustae et illegitimae Status contrarium praescribant, curandum erit ut quam primum verum matrimonium contrahatur, nam etiamsi inscriptio civilis facta sit, et iuxta Status leges contrahentes pro veris habeantur sponsis, nondum tamen vere matrimonialiter coniuncti sunt, nisi postquam apud Ecclesiam matrimonialem contractum inierint.
2. Hac civili inscriptione seu caeremonia non contrahitur proprie matrimonium, sed auctoritas civilis dumtaxat annotat matrimonium iam contractum ut effectus civiles sortiatur.

296. Ecclesia semper damnavit hunc civilis potestatis abusum. Leo XIII in litteris *Ingens nobis,* agendo de matrimonio civili in quibusdam nationibus catholicis (specie in Galliis et Italia) praescripto, aiebat: "Principia christianismi potissima, necnon elementariae iuris naturalis notiones respuendae forent, ut affirmari queat, matrimonium esse status creationem, et nihil aliud quam ignobilem contractum et sociale consortium, omnino civile. ... Quamobrem Christiano iure matrimonium, quoad substantiam et vinculi sanctitatem, actus est essentialiter sacer et religiosus, cuius moderamen, suapte natura ad religiosam pertinet potestatem, minime per delegationem Status, aut per regum assensum, sed ex mandato divini Fundatoris Christianismi et Sacramentorum Auctoris. ... Verumtamen quidquid iurisperiti acatholici, vel status autocratiae addicti referam', pro certo habetur, nunquam vere catholicorum conscientiam excipere huiusmodi posse doctrinam, seu quod dogmatico errori innitatur, pluries ah Ecclesia damnato, mpote qui ad externam caeremoniam, et ad meri ritus condicionem sacramentum redigat... Quamobrem in Christiana societate connubium profanare, idem est ac illud de gradu dciccrc, fidei subiecVorum religiosae iniuriam inferre, atque exsitiosas eorundem conscientiae intexere insidias, eo quod sola civilis actus legalitas nec sufficit, nec sufficere potest ad honestandas eorum uniones, et felices reddendas eorum familias."

"Neque catholicarum nationum prodest exemplum, quae diris funditus agitatae luctis motibusque socialibus, talem subire reforma-

** Fhrusr ES-Monurîa, q.ç,. 2 n.865.

tioncm coactae fuere, quam vel inspiraverunt doctrinae et opera heterodoxorum, aut indidit imperantium vis; quae tamen reformatio praeter quam quod uberrimos dederit amaritudinis fructus, nunquam pacifica usa est possessione, sed incessanter reprobata fuit per proborum catholicorum conscientiam, nec non per legitimum Ecclesiae magisterium" ".

Eadem gravitate et integritate contra matrimonium civile egit Leo X1Π in *Encyc. "Arcanum Divinae Sapientiae"* t2 et Pius XI in *Encyc. "Casti connubii"* a.

APPENDIX

De excellentia matrimonii et praestantia virginitatis

297. Ex tota tractatione de sacramento matrimonii apparet eius excellentia et bonitas, quippe quod a Deo institutum est ad filios Dei procreandos in continuationem operis divini creationis; a Christo elevatum est ad sacramenti dignitatem, ab ipso in Cana Galilaeae benedictum et consecratum miraculo, et tanquam symbolum unionis Ipsius cum Ecclesia electum. Ideo *Gnostici, Montanistae* et *Manichaei* damnati sunt quod matrimonium malum dixerint et diaboli inventionem.

Sed falso etiam *Novatores* ita matrimonium extollebant ut prae ceteris statibus perfectissimum indicarent. Quae quidem doctrina a Concilio Tridentino damnata est: "S.q.d. statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel coelibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate aut coelibatu quam iungi matrimonio: A.S." (D 981). *Est igitur de fide coelibatum et statum virginitatis esse quid melius ac beatius quam matrimonium.*

298. Haec doctrina originem habet in ipso Evangelio. Nam Christus a Matre Virgine concipi et nasci voluit, a castissimo loseph tanquam a patre custodiri, pueros innocentes summopere diligebat et virginitatem saepe commendaverat. Ostendens tamen scholam virginitatis non omnibus patere, aiebat: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est... Sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt, propter regnum caelorum. Qui potest capere capiat* (Mt 19,1 Is).

« *Liti. "Ingens Nobis".* 1 iun. 1879: ASS 12 (1879-1880) 4-6.
42 *Encycl. "Arcanum- divinae Sapientiae":* ASS 12 (1879-1880) 391.
43 *Encycl. "Casti connubii":* AAS 22 (1930) 569.

Difficile quidem erat in tanta paganismi corruptione, doctrinam virginitatis commendare, praesertim ubi non nubere probrosum erat. Attamen Apostoli, exemplo et, oblata occasione, verbis et scriptis, coelibatum et virginitatem matrimonio anteponebant: *Polo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori; et divisus est. Et mtdier inupta et virgo cogitat quae Damini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu; quae autem nupta est cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam, sed ad id quod honestum jest, et quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi* (1 Cor 7,32-36). *Dico autem non nuptis sed viduis: Bonum est illis si sic permaneant sicut et ego. Quod si se non continent, nubant... De virginibus autem praeceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino ut sim fidelis. Existimo, ergo, hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? Noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem* (7,8-9.23-27). Et paulo post: *Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit super adulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem habens suae voluntatis, et hoc indicavit in corde suo, servare virginem suam bene facit. Igitur, et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit; et qui non iungit melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit; quod si dormierit vir eius liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam* (36-40). Vix maiori emphasi poterat S.Paulus commendare statum virginitatis ut praestantiorem matrimonio; et simul ostendit non omnibus inesse illam animi alacritatem ad hunc statum perfectiorem amplectendum. Indirecte virginitas commendatur etiam in Apocalypsi (14,1-5) cum virginis magnis efferantur laudibus et describantur cantantes *canticum novum... et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines, enim, sunt.*

299. Litteratura patristica tractatibus abundat in laudem virginitatis et coelibatus: S.Cyprianus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus. Quos theologi omnium temporum secuti sunt, qui virginibus in caelo praemium sive gloriam specialem, quam *aureolam virginitatis* appellant, assignant. Quae doctrina fundamentum habet in citato Apocalysis loco. Pulcherrime S.Augustinus, postquam coniugum bona enarravit, concludit: "Haec tamen omnia humani officii sunt munera; virginalis! autem integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuae meditatio. Cedat huic omnis fecunditas carnis', omnis pudicitia coniugalis ; illa non est in potestate, illa non est in aeternitate: fecunditatem carnalem non habet liberum arbitrium, pudicitiam coniugalem non habet caelum. *Profecto habebunt magnum aliquid* praeter ceteros in illa communi immortalitate, qui habent aliquid iam non carnis in carne" 4'1.

De Satieta Virginitate c 12s: ML 40.401. De coelibatu ecclesiastico confert Vacandard. *Célibat Ecclésiastique:* DTC 2.2068-2088; Dublanchy. *Chasteté:* DTC 2,2319-2331. Opus generalius, sed magni meriti et utilitatis: Vizmanos. *Las virgenes crisliattas* (Madrid, B.A.C. 1949).

TRACTATUS VI

De novissimis seu de Deo consummatoi'e

Auctore
P. Iosepho F. Sagüés, S.I.

INTRODUCTIO

Deus, omnium rerum creator et conservator et cooperator et rector, est etiam earum consummator, quatenus eas ad fines eis praestitutos perducit. Ea vero quae cum creaturarum visibilium fine, sive ut huius conditio praevia sive ut constitutivum sive ut privatio connectuntur, *novissima,* i.e. ultima, dicuntur, voce hausta ex Eccli 7,40 : *Memorare novissima tua et in aeternum non peccabis* (cf. Prov 4,11).

In hoc ergo *De novissimis* tractatu, qui et *Eschatologiae* voce derivata ex voce graeca ἔσχατον i.e. ultimum, designatur, considerantur: a) *Novissima hominis,* scii, mors et indicium particulare, quae duo sunt omnibus hominibus communia; gloria, infernus, purgatorium, quae tria singulis sunt diversa pro meritorum vel demeritorum in momento obitus unicuique remanentium diversitate, b) *Novissima mundi,* quibus concluduntur et *novissima generis humani,* scii, resurrectio mortuorum, indicium universale, et *novissima mundi materialis,* scii, huius destructio ac renovatio per ignem.

Hic tractatus in fine Theologiae iure ponitur, ut Deus, qui nobis in aliis apparuit ut unus et trinus, ut omnia creans et creaturam rationalem supematuraliter elevans, hominem lapsum per Christum redimens, eum gratia sua et quidem per sacramenta donans, proponatur tandem ut eum pro meritis aeterna animae corporisque gloria consummans. Sic noster tractatus etiam vocatur *De Deo consummatore seu remuneratore.*

Eorum vero novissimorum consideratio magnae vis est, ut, tam spe futuri gaudii quam timore poenae propositis, et peccatores ad pravas cupiditates vincendas moveantur ac a viis pessimis prohibeantur, et iustorum alacritas in laboribus pro Deo ferendis ac in eius mandatis implendis foveatur.

Sanctus Thomas novissima ad *resurrectionem* refert. Hinc de iis agit post tractatum de sacramentis: “postquam enim dictum est de sacramentis, quibus homo liberatur a morte

culpae, dicendum est de resurrectione, per quam homo liberatur a morte poenae" *{Suppl,* q.69 initio), ita ut primo de resurrectionem praecedentibus, dein de eam comitantibus, tandem de eam subsequentibus disputet. Hunc ordinem, quoad fieri potest, servandus est nobis, ita. vero ut, ratione claritatis, primo de novissimis hominis, dein de novissimis generis humani, tandem de novissimis mundi agamus.

Doctrina vero de novissimis hauritur, ut patet, ex S.Scriptura et divina traditione, duce magisterio Ecclesiae. Ea tamen sic praecise nunc a theologis expressa, nonnisi paulatim explicatur in Scriptura, ita ut in Vetere Testamento adhuc imperfecte proposita claritatem suam in Novo obtineat.

Illa enim idea generalis qua initio (v.gr. in Pentateucho) omnes vita functi dicebantur in "sehol" descendere, ita vero ut iusti populo suo accenserentur, dein! in id apertius processit, ut cum essent apud homines et boni et mali, iudicium Dei exspectaretur, qui bonis daret vitam perpetuam, et quidem etiam per corporis resurrectionem, malis vero mortem aeternam ; immo ut teneretur iustos defunctos in ea conditione esse posse, in qua precibus vivorum a peccatis liberarentur. Quae tandem amplius declarata sunt in N.T., ubi ea, quae ad eschatologiam spectant, congruenti perspicuitate traduntur\

At, etiam posita revelatione Novi Testamenti, non omnes catholici statim rectam doctrinam sic quoad omnia intellexerunt, ut aliqui, pauci tamen et quidem bona fide, in nullum errorem devenerint. Prioribus enim saeculis christianis putarunt alii retributionem solum imperfectam ante iudicium finale defunctis dari ; alii (Millenaristae), Christum, facta resurrectione iustorum, apud hos in terris per mille fere annos

1 Cf. A.Durand, S.I., *Les rétributions de la vie future dans l'Ancien Testament:* Et 83 (1900) 22-48; F.Schmid, *Der Untcrblichkeits- und Auferstehungsglaube in der Bibcl* (Brixcn 1902); A.Hulsbocii, *De Eschatologie van het bock der Wijsheid:* StudCath 27 (1952) 113-123; G.PerrEl i.a. CM.. *La dottrina deli'oltrctomba ncl Vecchio Testamento:* DivThom(Pi) 12 (1953) 196-204; J.Royer, *Die Eschatologie des Bûches Job unter Berücksichtigung der vorexilischcn Prophetcn* (Freiburg im Br. 1901); R.Tournay, *L'eschatologie individuelle dans les Psaumes:* RevBibl 56 (1949) 481-506; H.Bückers. *Die Unstcrblichkcistichre des Weishèitsbuches. Ihr Ursprung und ihre Bedcutung* (Munster im W. 1938); M.J.IvAGRanje, O.P., *Le livre de la Sagesse, sa doctrine des. fins dernières:* RevBibl (1907) 85-104; R.Schütz, *Les idées eschatologiques du livre de la Sagesse* (Paris 1935); A.Vacant, *Ame:* DB 1,561-572; LAtzbErger. *Die christlichc Eschatologie in den Stadien ihrer Offenbarung im Alten und Ncucn Testament* (Freiburg im Br. 1890); F.Guntermann, *Die Eschatologie des heiligcn Paulus* (Münster 1932); O.Schilling, *Der Jenseitsgedankc im Alten Testament. Seine Entwicklung und deren Triebkrafte* (Mainz 1951); E.F.Sutcliffe, S.I., *The old Testaient and the future Life* (Bums Oates 1946); M.García Cordero, O.P., *La vida dc ujtratumba segun la mentalidad de los antiguos Hebreos:* Salm 1 (1945) 343-364; Id., *Intuiciones de retribuciôn en el màs allé en la literatura sapiential:* CienTom 65 (1955) 3-24; A.Meunier, *eschatologie de ['Ancien Testament:* RevEcclLtège 4 (1954) 115-120.180-186.

ante definitivam eorum beatitudinem regnaturum esse; alii (qui Misericordes vocari possent), defunctos peccatores Christianos, vel eorum aliquos, post poenas caelum obtenturos esse; alii (Origenistae), omnes inferno damnatos, vel saltem homines, aliquando, praevia eorum conversione, gloria esse donandos. De iis opportune in tractatu dicetur.

Ecclesia tamen, sanam doctrinam eschatologicam semper professa, eam, data occasione, saepissime docuit. Eius vero documentorum de ea re hic pauca memorentur.

Symbola fidei. Ea quae in traditione Ecclesiae sunt, aut ab aliquo Concilio vel Pontifice proposita (D 2 6 3 13s 19 40 54 86 278 344 994), tradunt in genere has veritates: adventum Christi ad indicandum vivos et mortuos; resurrectionem mortuorum; vitam aeternam; poenam perpetuam.

Pontifices. Benedictus XII (D 530s) docet immediatam retributionem aut beatitudinis et quidem per visionem intuitivam Dei, at praevia purgatione si hac opus, sit, aut poenae aeternae; resurrectionem; iudicium finale. Clemens VI (D 570s 574a) docet infernum; purgatorium; beatitudinem per visionem facialem Dei.

Concilia. Lateranense (D 429) docet adventum Christi omnes iudicaturi; resurrectionem mortuorum; aeternam et gloriam et poenam. Lugdunense (D 456s) docet purgatorium et in genere suffragia; infernum aeternum; aeternam gloriam. Lugdunense II (D 464) docet adventum Christi ad iudicandum; purgatorium et irt specie suffragia; infernum; caelum; resurrectionem. Florentinum (D 693; cf. 696) loquitur, fere ut praecedens, de purgatorio ac suffragiis, inferno, caelo; at memorat visionem Dei et quidem unius ac trini.

Proferantur in specie: De inferno aeterno, Vigilius approbans (?) damnationem quandam restitutionis Origenistarum (D 211); Innocentius III (D 410). De purgatorio et de suffragiis, C.Tridentinum (D 983). De indulgentiis quoad defunctos, Sixtus IV (D 723a); Pius VI (D 1540-1542). De Millenarismo, Pius XII (AAS 36 [1944] 212),

BIBLIOGRAPHIA GENERALIS

Praeter cursus theologicos generales alibi (t.1 tr.1 n.34s) indicatos haec studia, ex plurimis quae a primis saeculis de nostra re scripta sunt, et quidem maxime ex recentioribus selecta, hic memorare volumus.

Arendzen, J., *What Becomes of the Dead* (New York 1951).

Atzberger, L., *Die Christliche Eschatologie in den Stadien ihrer Offenbarung im Alten tend Neuen Testamente* (Freiburg im Br. 1890). *Geschichte dcr christlichcn Eschatologie innerhalb der vornicanischen Zeil* (Freiburg im Br. 1896).

Bautz, J., *Die Hoile, ini Anschluss an die Scholastikl* (Mainz 1905). *Das Eegfcuer* (Mainz 1883). *Dcr Himmel, spekulativ dargestcllt* (Mainz 1881). *Die Lehre vom Auferstehungsleibe nach ihrer positivai und spekulativen Seite dargestellt* (Paderbon 1877). *Weltgericht und IVeltende* (Mainz 1886).

Beraza, B., S.I., *De Deo Elevante, de peccato originali, de Novissimis* (Bilbao 1924).

Billot, L-, S.I., *Quaestiones de Novissimis** (Romae 1946).

Bujanda, J., S.I., *Teologia del mas alia* (Madrid 1951).

Brandt, J., C.SS.R., *Christelijke Eschatologie* (Bruxelles 1935).

DaFFara, M., O.P., *De Sacramentis et de Novissimis* (Taurini 1944).

Dander, D., S.l, *Summarium Tractatus Dogmatici de Novissimis* (Oenipotente 1949).

Denis, L., S.I., *Elementa theologiae dogmaticae. Tractatus de sacramenti';... Secunda pars necnon et de Novissimis* (Braine-le-Comte 1947).

Ferland, A., *De Sacramentis in Speciali, de Novissimis* (Montreal 1940).

GarRigou-LagrangE. R., O.P., *L'Eternelle vie et la profondeur de l'âme* (Paris 1950).

Gigon, A., O.P., *De Novissimis* (Fribourg 1947).

Goubert. J.-Christian, L., *Les plus beaux textes sur l'au-delà* (Paris 1950).

Guardini. R., *Die letzten Dinge.* Die christliche Lehre vom Tode, der Lâuterung nach dem Tode, Auferstehung, Gericht und Ewigkeit, (Würzburg 1940).

Guntermann; F., *Die Eschatologie des heiligen Paulus* (Munster 1932).

Huarte, G., S.T., *De Deo Creante et Elevante ac de Novissimisl* (Romae 1935).

Jungmann, B., S.I., *Tractatus de Novissimis** (Ratisbonae 1898).

Katschthaler, J., *De regni divini çonsummaligne seu çsçhatglogici* (Ratisbonae 1888),

Lahousse, G., S.I., *Tractatus de Deo Creante et Elevante* (Brugis 1904).
Lanslots, DJ., *The End of the World and of Men* (New York 1925),
Lattey, C., S.I., *Man and Eternity* (London 1937).
Lennerz, H., S.L, *De Novissimis** (Romae 1950).
Lepicier, A.M., O.S.M., *De Novissimis* (Parisiis 1921).
Lorson, P., S.I., *El misterioso futuro de las almas y del mundo,* trad. (Madrid 1955).
Mazzella, C., S.I., *De Deo Creante"* (Romae 1908).
Michel, A., *Les Mystères de l'Au-de-lèi3* (Paris 1953).
Moran, J., S.I., *Alpha et Omega. Theses quaedam selectae de Deo uno et trino, creante et elevante et de Novissimis* (Vigornii U.S.A. 1935).
Muncunill, J., S.I., *Tractatus de Deo Creatore et de Novissimis* (Barcelona 1922).
O'Connell, J.P., *The eschatology of Saint Jerome* (Mundelein U.S.A. 1948).
Oswald, J., S.L, *Eschatologie** (Paderborn 1893).
Oxenham, H.N., *Catholic Eschatology2* (London 1878).
Otten, B.J., S.L, *De Deo Creante et Elevante, de Novissimis* (Chicago 1924).
Palmieri, D., S.I., *Tractatus Theologicus de Novissimis* (Prati 1908).
Piolanti, A., *De Novissimis3* (Taurini-Romae 1950).
PohlE-PrEus, *Eschatology* (Saint Louis 1929).
Rath, M., *Tractatus de Deo Consummatore seu eschatologia3* (Amsterdam 1914).
Royo, A., O.P., *Teologia de la salvacion* (Madrid 1946).
Scaglia, P.S., *I "novissimi" nei monumenti primitivi della Chiesa* (Roma 1923).
Schiwietz, St., *Die Eschatologie des heiligen Johannes Chrysostomus und ihr Eerhaltnis zu der origenistischen:* Kath (1913, 2) 445-455; (1914, 1) 45-63.200-210.271-281.370-377.436-448.
Schmaus, M., *Von den letzten Dingen* (Munster 1953).
Schneider, W., *Das audere Leben. Ernst und Trost der christlichen Weltanschauung3** (Paderborn 1919).
Siuri, M., *Theologia Scholastico-positiva de Novissimis* (Valentiae 1707).
Soitben, J., O.S.B., *Les fins dernières* (Paris 1906).
Staudinger, J., *Das Jenseits* (Einsiedeln 1950).
Van Coppenolle, E., C.SS.R., *Leer dcr uitersten* (Louvain 1935).
Van Noort, G.-Verhaar, J., *De Novissimis* (Hilversum in Hollandia 1935).
Zahn, J., *Das Jenseits3* (Paderborn 1920).

LIBER I

De novissimis hominis

CAPUT I

De morte

1. *Mors* est novissimorum hominis *ontologice* primum, quod consequuntur iudicium particulare et, pro lata in eo sententia, beatitudo vel infernus vel purgatorium. Hinc primo de morte nobis agendum est, ut dein de reliquis dicamus. *Factum* autem mortis, seu mortem apud homines regnare, non eget demonstratione. Eam non esse ex prima institutione hominis, constat ex iis argumentis quibus in tractatu *De Deo Elevante* probatur, omnes homines in Ada innocenti dono *immortalitatis* ornatos fuisse. Item eam *per se* naturam humanam consequi, constat ex *praeternaturalitate* illius doni ibidem probata.

Eam vero nunc esse *poenam peccati,* constat ex iis rationibus, quibus in tractatu *De peccato originali* demonstratur "Adae praevaricationem... eius propagini... nocuisse, ... aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum mortem et poenas corporis... in omne genus humanum transfudisse" (D 789), seu nos illo immortalitatis dono ob peccatum originale privatos fuisse.

Item inde illud patet, *debitum mortis* esse adeo universale ut ipsum peccatum originale, ut eruitur ex argumentis quibus in eodem tractatu parallclismus inter illud peccatum et mortem ostenditur. Ulterius ex iisdem rationibus et ex testimonio fontium de resurrectione universali et ex experientia constat de facto *saltem morali* mortis universalis.

Nunc vero his, quae potius de morte *originaliter* sumpta sunt, praetermissis, de *morte eschatologice sumpta* nobis agendum est.

ARTICULUS I

De MORTE UT FINE STATUS VIAE

Thesis 1. Tempus probationis hominis, seu status viae, morte finitur definitive in statu naturae lapsae-reparatae. 1

S.Th., *Suppi,* q.69 a.7; 4 CG 92s; Lercher, IV.23 n.816-824; Beraza, n.949-1011; Lennerz, n.159-185; A.Michel, *Mort:* DTC 10,2489-2500; J.Pohle, *Tod:* KL 11,1809-1815.

2. Nexus. Ea praecipua quaestio de morte *eschatologice* sumpta exsistit, qualis sit eius relatio ad finem ultimum hominis obtinendum vel amittendum. Cum qua quaestione hae intime connectuntur, sitne mortis *factum* adeo *universale* ut nemo (nisi forte ex rarissima exceptione) ab ea subeunda eximatur, et sitne *unica* mors futura iis qui de 'facto moriuntur. Nunc ergo de prima in thesi, de reliquis duabus inferius, nobis dicendum est.

Quaestioi vero de *natura mortis* spectat ad theologum qua talem, non ut mors *physice* sumitur, modo admittatur animam simul cum corpore non perire, sed solum ut *moraliter* respicitur seu pro momento eius circa sortem hominis aeternam. S.Thomas, more veterum, non tractat ex professo hanc thesim, sed eam, ut tenendam supponens, indicat indirecte, seu agens de receptaculis animarum post mortem vel quaerens de animae separatae (l.c.) immutabilitate.

3. Notiones. Tempus probationis est illud vitae spatium in quo homo libere potest, aut suis actibus meritoriis ad Deum ut finem suum ultimum definitive tendere, aut ab ipso actibus demeritoriis se definitive avertere. Dicitur *probationis,* quia homo quasi probationi subicitur, ut inter finis ultimi assecutionem et inter eius reiectionem eligat.

Status viae vocatur illud ipsum tempus, cum in eo homo sit quasi *in via* ad finem; opponitur *statui termini* seu statui definitivo finis vel meritis obtenti vel demeritis amissi.

Mors sumitur in thesi pro *privatione vitae:* non *aeternae* seu pro statu damnationis (Apoc 21,8), nec *gratiae* seu pro statu peccati gravis (Iac 1,15), sed *naturalis* seu pro separatione animae a corpore (1 Reg 15,32; Eccl 12,7). Huic *morti*

reali, quae *sola* hic consideratur, saepe praeit *mors apparens,* seu qua homo extrinsecus iam mortuus esse *videatur*[1].

Donec homo non moritur *realiter,* censetur *posse,* saltem *remote,* actus humanos elicere et sic mereri vel demereri. At *de facto* potest aequivalenter assignari ut finis viae momentum quo ille definitive usu rationis omnino privatur.

Finitur, scii, sic sors definitiva[1] hominis unice ex meritis vel demeritis vitae mortalis pendet, ut ille post mortem nil amplius quoad ipsam finis *assecutionem* vel quoad eius *amissionem* mereri vel demereri queat. De ulteriori capacitate merendi post mortem *augmentum* praemii vel poenae nil nunc dicitur (cf. n.19).

Definitive, seu immutabiliter in aeternum. Huius vero essentialis adiuncti probatio completur, ubi agitur inferius de praemii vel poenae aeternitate.

In statu, naturae lapsae-REParatae, seu in oeconomia in qua natura humana est post peccatum, originale. Non ergo est hic quaestio de statu iustitiae originalis.

4. Ea mors exhibetur in Scriptura ut *terrestris domus nostrae huius habitationis dissolutio* (2 Cor 5,1; cf. 2 Tim 4,6; Phil 1,23), *exspoliatio huius tabernaculi* (2 Cor 5,4), *peregrinatio a corpore* (2 Cor 5,8), *depositio tabernaculi* (2 Petr 1,14), etc.

Homines in statu viae dicuntur *viatores.* In statu finis definitive obtenti sunt beati seu *comprehensores* (finis). Damnati sunt in termino damnationis seu finis definitive amissi. Animae purgatorii nec sunt in via, cum finem mereri vel amittere nequeant, nec sunt in termino definitive obtento; possunt ergo dici esse in statu medio, scii, in termino gratiae, nondum vero gloriae.

Disputatur, nec id nunc a nobis tractatur, utrum vis asserto nostro sit' *ex natura rei,* ut aliqui volunt '*, ea nixi ratione quod anima separata sit physice immobilis respectu finis ultimi obtenti vel amissi, an potius *ex libera Dei ordinatione,* ut, illa negata ratione, probabilius esse iure putatur[2], ita ut Deus etiam de potentia *ordinaria* terminum merendi et' demerendi ante vel *post* mortem statuere potuerit.

Fontes adhibendi agunt per se *de adultis,* quos ergo nunc maxime respicimus; at cum ii nullibi ab illa lege excipiant infantes ante usum rationis defunctos, de his etiam sumenda est thesis, ut traditio Christiana tenet ac semper tenuit[2]*.

3 Cf. J.B.FerrerEs, S.I., *La muerte real y la muerte aparente* (Barcelona 1930); M.D'Halluin, *La morte, cette inconnuel** (Paris 1952), de quo ^pere cf. G.Bosio. SX. La *morte, questa sconosciuta:* CivCatt (1953.1) 630-640.

Billot, th.l § 2 p 36-38; M.Richard, *Enfer:* DTC 5,97. Sic generatim Thomistae: cf. Michel, *Niort:* 10.2494.

2 Suârez. *De gratia* 12.15,12-15; Beraza, n.956; Pesch, n.574.

2· Ideo M.FernXndez JiménEz, *A propôsito de una teoria reciente sobre la suerte de los ninos que mueren sin bautismo:* RevEspT 15 (1955) 286-292, iure refutat M.LaurENGB. S.M., *Esquisse d'une étude sur le sort des enfants morts sans baptême:* AnnTh (1952) 150s.169-171, iuxta quem nostra thesis non probaretur esse de iliis infantibus.

5. Adversarii. Defensores *metempsychosis* (vel *metensomatosis,* seu, latina voce, reincarnationis, vel *palingenesiae* seu novae nativitatis), relictis differentiis inter eos, in id plus minus convenire videntur: anima quae e corpore moraliter maculata exit, purificanda infunditur in aliud corpus vel hominum vel animalium vel etiam plantarum vel etiam entium anorganicorum, pro diversis theoriis, et quidem successive in aliud ac in aliud carpus, in periodo durationis, pro varia theoria, diversae.

Ea idea, ignotae originis, nata, ut videtur, in India et ibi ex Brahmanisme in Budismum hausta, transiit in Graeciam, ubi religioni orphicae annexa est, item sectatores habuit Pythagoram, Empedoclem, Platonem, a quo Plotinus et in genere *Neoplatonici* eam didicerunt, saeculis XVIIIs in Occidente incepit propagari, et in nostro saeculo a multis *Spiritistis* ac maxime a *Theosophismo* est accepta[3].

6. Defensores *apokatastasis* seu restitutionismi statuunt restaurationem finalem seu animas damnatorum aliquando in amicitiam Dei per earum conversionem definitive esse restituendas.

Ea idea 'Origeni iam a S.Hieronymo et nunc communiter tribuitur[4]* «ed alii ipsum vario modo vel defendunt vel excusant, saltem quatenus ipse, recto animo agens ac semper orthodoxus esse volens, has quaestiones mere hypothetice disputaverit et ad summum inscienter erraverits. Certe in Oriente et in Occidente ab *Origenistis* et a multis aliis accepta est ®. Citantur aliqui Patres qui forte eandem saltem aliquatenus admiserint: sic Didymus Alex.[7], Clemens Alex.[8],

3 R.Hedde, *Metcmpsychose:* DTC 10.1574-1591; Lagrange. *Les mystères: l'orphisme* (Paris 1937) 17.80.85.170; P.Siwek, S.I., *La réincarnation des esprits* (Rio dc Janeiro 1942); L.Roure, S.I., *Spiritisme:* DTC 14.2518s; J.BrugErETÎE, *Théosophie:* DTC 15,550s.

* S Hieronymus, *Adv. lib. Rufini* 1.1 η.27: ML 23,419; G.Bardy, *Origène:* DTC 11,1547s; B.Altane». *Patrologic"*2 (Freiburg 1950) 173; J.Danielou. S.I.. *Origène* (Paris 1948) 271-283. At minus clara est Origenis mens relate ad restitutionem daemonum, saltem omnium (Bardy, 1550s).

û F,Prat, S.I., *Origène* (Paris 1907) 100s; J.Denis. *De la philosophie d'Origène* (Paris 1884) p.344; Bardy. *Les Pères de l'Eglise en jace des problèmes posés par l'enfer: L'Enfer,* 226-231, memorans eas ideas esse maxime in opere *Dc principiis,* nobis noto solum ex versione serius facta ac identidem emendata Rufini et ex textibus minus fide dignis Hieronymi. Cf de his F.CavallEra. S.I., *Saint Jerome. Sa vie et son oeuvre,* 1 (Louvain 1922) 229-278; 2,121-127.

e J.Tixeront. *Histoire des dogmes,* 1 (Paris 1930) 329; 2.199s.333-336; G.Fritîz, *Origènisme:* DTC 11,1574-1580; Bardy, *Les Pères...* 231-236.

7 Bardy, *Didymc l'Aveugle* (Paris 1910) 165-167; *l.c.,* 231s.

8 TixEront, 1,296.

SS. Gregorius Nyss. (R 1033)°, Gregorius Naz., Hieronymus, Ambrosius 30.

Tandem ea idea, quam *Anabaptistae* et *Sociniani* suam fecerunt, hodie est in professione plurimorum *Protestantium,* maxime, auctore Ritschl, *Liberalium,* et aliorum ut K. Barth, IW. Michaems 31.

Sunt qui putent Origenem docuisse spirituum *circulationem successivam* ex virtute ad peccatum, ad corpus, ad poenam, ad bonum per conversionem ad beatitudinem, iterum ad peccatum, etc., vel *temporalem,* iuxta alios, ita ut tandem definitivus beatitudinis status obtineretur", vel *indefinitam* per saecula, iuxta alios". Ceterum Origenistae (s. IV-VI) videntur sui magistri magis restitutionismum quam palingenesiam respexisse".

De memoratis Patribus, qui ut' forte origenismo faventes citantur, dicetur inferius (cf. n.173-175).

7. Iis partim, accedunt: a) Hirscher, cum praeter peccata *plene* mortalia, utpote procedentia ex statu mortis moralis seu corruptionis, et poenis aeternis punienda, alia peccata dari teneat, quae cum gratia sanctificante componi non possint, at ob quae anima post mortem inferno tradatur, sed in statu quodam probationis ponenda, ut, si convertatur, caelum, secus infernum tandem adeat 16; *b)* Schell, asserens animam damnati non irretitam peccatis in Spiritum S., posse libere aut post longam purgationem converti, aut in peccato obstinari velle et sic in aeternum puniri 30.

8. Doctrina Ecclesiae. Aeterna animarum vel gloriae vel inferni sors ostenditur ut pendens ex eo quod eae, dum decedunt, vel in gratia vel in peccato sint. Ipsa vero sortis immutabilitas, in documentis non semper expresse memorata, iure hic ut alibi probanda supponitur (th.6.9).

Benedictus XII (D 530s): "Definimus quod *animae sanctorum omnium* qui de hoc mundo... decesserunt..., *mox post mortem* suam et purgationem... sunt et erunt in caelo... et

° Cf. Altanêr, 265; J.B. Schoemann, *Gregors von Nyssa theologische Anthropologie ais Bildtheologie:* Schol 18 (1943) 195-198; Bardy, *l.c., 232.* At contra, cf. DanîSlou, *LAApocatastase chez Saint Grégoire dc Nysse:* RechScRel 30 (1940) 328-347.

10 Pετavius. *De angalis,* 1.3 c.7.

11 Richard, 87s; J. Koesti.in: REPT Is.618-622; W. Michaelis, *Versohnung der Alls. Die Frohe Botschaf* (Günrlichcn 1950): cf K. Adam, *Zwn Problem der Apokatastasis:* ThQschr 131 (1951) 129-138; S. Fruschione, S.I., *Gli uomini parlano dclTinferno:* CivCatt (1952.1) 6-8.

32 Bardy: DTC 11.1548-1550; Denis, p.359.

13 Richard, 86s; Altaner, 173. Manet dubius DaniElou. 280-283.

14 Richard, *l.c.,* 88 Cf. tamen Lennerz, n.25.

18 J. Kleutc.en, S.I.. *Théologie def Vorzeit* 23 (Münster 1872) η.293-298.

16 I. StuflEr, S.I., *Die Heiligkcit Gottes und der ewige Tod* (Innsbruck 1903) 232-237.

habent vitam... aeternam... Definimus insuper, quod... *animae decedentium in actuali peccato mortali mox post mortem suam* ad inferna descendunt..."

Cum hic definiatur formula "mox post' mortem", eo ipso etiam definitur *eos* praecise, *qui in gratia vel peccato decedunt, mox* adire caelum vel infernum. Ergo *implicite definitur* etiam mortem esse *momentum a quo* pendet retributio definitiva.

C.Lugdunense II (D 464): "Credimus... Quod si vere paenitentes in caritate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis... mox post mortem purgari... Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam... sunt purgatae, mox in caelum recipi. Illorum autem animas, qui in mortali peccato vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere... puniendas". Sic fere et *C.Florentinum* (D 693).

Hic sine dubio etiam definitur *eos* praecise, *qui in peccato decedunt,* mox adire infernum.

Similia docent Ioannes XXII (D 493a), Clemens VI (D 573a).

Leo X damnavit errorem Lutheri (D 778): "Animae in purgatorio non sunt securae de earum salute, saltem omnes: nec probatum est ullis aut rationibus aut Scripturis ipsas esse extra statum merendi vel augendae caritatis".

Pius XII: "Ad solum Deum pertinet verum iudicium de statu morali uniuscuiusque hominis et decretum de eius sorte definitiva. Ipse iudicium exercet, prout hominem invenit momento quo eum ad aeternitatem vocat...

Nulla sententia humana decernit ultimo ac definitive sortem alicuius hominis, sed solum iudicium Dei, sive quoad singulos actus sive quoad totam eius vitam, Ideo ubi iudices humani falluntur, supremus ludex iustitiam restituet, primo statim post mortem, in iudicio definitivo de tota uniuscuiusque hominis vita, et dein, serius ac plenius, coram omnibus, in iudicio universali" 16 *.

Sumus Pontifex, iis qui interfuerunt VI Conventui... Consociationis ex turis peritis...: AAS 47 (1955) 64s: "Per questo spetta unicamente a Dio l'ultimo giudizio sopra il valore de un uomo e ia decisione suila sua sorte definitiva Egli pronunzia questo giudizio, come trova l'uomo ai momento in cui lo chiama nella eternità.

.Nessuna sentenza umana decide in ultima istanza e definitivamente la sorte di un uomo, ma soltanto il giudizio di Dio, sia per i singoli atti, come per ia vita intera. Quindi per tutto cio ira cui i giudici umani vcngono a fallirc,

In *C.Vaticano* parata erat ea definitio: "Ut enimvero, qui in gratia decedunt, vitam aeternam... certo consequentur; ita qui ea privati moriuntur, ad illam nunquam perventuri sunt. Post mortem enim, quae est' vitae nostrae terminus, mox ad Dei tribunal sistimur, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, neque ullus post hanc mortalem vitam relinquitur locus paenitentiae ad iustificationem."

"Si quis dixerit, etiam post mortem hominem justificari posse, aut poenas damnatorum in gehenna perpetuas fuVuras esse negaverit, anathema sit" ". 4

9. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica (implicite') definita* (D 530s 464 693).

Cum vero thesis nullibi *explicite* definiatur, theologi vario modo valorem eius theologicum aestimant. Lennerz: *doctrina catholica, immo forte dici potest definita";* Bcraza: "in Scriptura sancta, in traditione, in professione Ecclesiae aperte contentam, *fide divina et catholica tenendam esse";* Ottcn: "sententiam omnino *certam et communem";* Michel: *de fide divina et catholica*l*.

10. Probatur ex sacra Scriptura. 1) Sors aeterna decernitur ex operibus huius vitae. Mt 25,31-46: *Venite benedicti Patris mei..., esurivi enim et dedistis mihi manducare... Discedite a me maledictiin ignem aeternum...; esurivi enim et non dedistis mihi manducare... Et ibunt hi in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam.*

2 Cor 5,10: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisqué propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum,* i.e. ea quae gessit per corpus seu per corporis tempus.

Lc 16,19-31 (de divite epulone): *d)* moritur Lazarus et mox portatur in sinum Abrahae ; moritur dives et mox sepelitur in inferno; *b)* sors est immutabilis, cum chaos'magnum inter utrumque firmatum sit.

2) Solum ante mortem possumus operari. Io 9,4 : Christus agens de suis operibus ponendis *donec dies est,* seu dum ipse est in vita mortali, profert principium universale et pro singulis et pro genere humano: *Venit nox* (i.e. mors) *quando nemo potest operari.*

3) Quaedam monitiones Christi, etsi forte directe solum respiciant secundum Christi adventum, in Ecclesia etiam de singulorum hominum morte ' recte intelliguntur : *Vigilate..:*

il Giudice supremo ristabilira l'equilibrio, dapnrima. immediatamente dopo la morte, e quindi, più tardi, c più completamente, dinanzi a tutti, nell'ultimo giudizio universale."

37 *Schema reformatum constitutionis dogmaticae de doctrina catholica* p.2 c.S n.6 et cn.6: CL 7,564.567; cf. 517.550.

15 Lennerz, n.174; Bekàza. n.952; Otten, n.438; Michel, *Que pense ΓEglise de la "réincarnation"?:* AmCl 64 (1954) 439.

quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit... Ideo at vos estote parati... (Mt 24,42.44; 25,13; Mc 13,35.37; Lc 12,40).

Monitiones operandi huius vitae tempore, quae sunt in V.T. supponunt sat clare peccatori non esse post mortem occasionem bene agendi et conversionis ad Deum (Eccl 9,10; Eccli 11,20-28; 17,26; 18,22).

11. Probatur ex traditione. A. *SS.Patres* non solunt reiciunt *metempsychosim*[18] et, cum ex inferius dicendis aeternitatem inferni doceant, *apokatastasim,* sed et expresse thesim saepe docent.

1) *Appellantes epulonis parabolam, dicunt post mortem non esse vel impiis paenitentiam vel iustis peccatum.* Aphraates (R 693): "Cum dixit Abraham diviti: Abyssus magna est inter nos et vos..., ostendit post mortem et resurrectionem nullam fore paenitentiam. Neque impii resipiscent regnumque ingredientur, neque iusti peccabunt amplius ut ad cruciatum abeant..." Item S.Io. Chrysostomus (R 1200).

2) *Comparant vitam cum tempore:* a) *Seminationis.* S.Hieronymus (R 1364): "... Tempus sementis... tempus est praesens et vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare; cum ista vita transierit, operandi tempus aufertur..." b) *Vel in quo solo sit locus coronas merendi.* S.Io. Chrysostomus (R 1138): "... Convertamus nos in posterum a via qua erravimus. Veniet enim hora quando theatrum vitae huius solvetur, et nullus postea certabit; non est post huius vitae finem negotiatio; hoc soluto theatro coronas, mereri non datur. Hoc tempus est paenitentiae, illud iudicii".

3) *Dicunt aeternam vitam solum ante.mortem acquiri posse.* S.Fulgentius (R 2268): "Tempus,vero acquirendi vitam aeternam in ista tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse etiam paenitentiam fructuosam".

4) *Dicunt solum in hac vita esse paenitentiae fructuosae locum.* S.Cyprianus (R 561): "Quando istinc recessum fuerit, nullus iam paenitentiae locus est, nullus satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur aut tenetur... In isto adhuc mundo manenti paenitentia nulla sera est..." (cf. et R 576 578).

Similia docent SS.Hilarius (R 687), Basilius (R 966), Greg.Naziancenus (R 980).

19 L-Bükowski. S.I., *La réincarnation selon les Pères:* Greg 9 (1928) 65-91; Id.. *L'opinion de Saint Augustin sur la réincarnation des âmes:* Greg 12 (1931) 57-85; S.Lüdwic. *ïrenäus und Tertullian gegen die Rcinkarnalionstlchere:* ThGI 7 (1928) 228-235. Ceterum de thesi in genere cf. J.A.Fischer, *Siudietn sum Todesgedankcn in der alien Kirche* (Munich 1954) 122-142.

12. B. *Liturgia. a) Positive:* Ecclesia moribundis magna cura consulit, etiam speciales facultates sacerdotibus vel excommunicatis pro illis tribuendo (CIC 882, cf. 884). *b) Negative:* Ecclesia nec pro perseverantia beatorum nec pro damnatorum conversione rogat.

13. Ratio theologica. Si post mortem esset locus finis assecutioni, sacramenta baptismi et paenitentiae non essent adultis necessaria necessitate medii prout suscipienda *in hac vita.*

Ratio naturalis etiam videtur *moralem* facti *necessitatem* probare: *a)* Sapienter ponitur ut terminus probationis humanae momentum, quo compositum ex anima et corpore dissolvitur, i.e. principium totale merendi et demerendi, esse desinit, cum nec anima sola nec solum corpus, sed *totus homo* actibus meritoriis in finem tendere debeat. &) Si probatio humana non clauditur morte, deest sanctio *efficax* qua homines *in hac vita* a malo deterreantur et ad bonum impellantur.

14. Obiectiones. 1. 1 l'etr 3,18-20: *...Christus semel pro peccatis nostris mortuus est... ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. In quo et his qui in careers erant, spiritibus veniens praedicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca...* (cf. ct 4,5s).

Ex his, Christus praedicavit in inferno incredulis, ut in Spiritu vivant. Ergo conversio post mortem dari posse videtur.

Nego mai. Hic locus, utpote obscurus et variae interpretationis capax, inepte obicitur thesi, quam alii loci Scripturae omnino clari et uno eodemque modo in Ecclesia intellecti testantur.

Ceterum ii qui increduli fuerunt aliquando: a) Non dicuntur in incredulitate mortui esse. Quo posito, nil obstat illi communiori loci explicationi, quod ibi Christus inducatur ut descendens in sinum Abrahae et ibi detentis Redemptionis consummationem ac eorum liberationem ex carcere nuntians; ita ut speciatim increduli temporis Noe memorentur (utpote qui certo damnati viderentur) ad magnam passionis Christi efficaciam ostendendam[3'], *b)* Etiam, in explicatione minus probabili, ii esse censeri possunt, qui tempore diluvii damnati essent, quibus Christus descendens in infernum damnationem confirmarit vel, iudicis munere fungens, nuntiarit

30 Consentiunt quoad substantiam (agi de annuntiatione Redemptionis effectae) W.VrEdE, *Pctrusbricfe* (Bonn 1924) in h.l.; A.ViTTt. S.I.. *Descensus Christi ad inferos:* VcrDom 7 (1923) 111-118; E-QuiuliET, *Descente de Jésus aux infers:* DTC 6.592-595; J.Chaîne, *Descente du Christ aux enfers:* DBS 4. 418-429; A.Chauve, *Les epitres catholiques3:* PirCIam 12 (Paris 1951) 462-474.467; G.PiriLirs. *La descente du Chrrist aux enfers:* RcvEcclLii-ge (1032-33) 144-156.273-286: quoad rem ct O.Rousseau. *La descente aux enfers, fondement sotériologiquc du baptême:* RechScRel 40 (1051-52) 273-297; Intelligit utrumque locum de conversis tempore diluvii M.Meis'SRTZ. *Théologie des Ncuen Testantentes,* 2 (Bonn 1950) 258; U.Holzmeister, SI., *Commentarius in Epistolas SS.Petri et ludae, 1* (Parisiis 1937) 295-355, interpretans locum de iis qui suis peccatis diluvium provocarunt sed ante mortem paenitentiam egerunt, et aliter sumens locum 4.6 (364-367).

21 J.pRiNGS. *Zu 1 Petr 3,19 und 4.6:* BiblZeitschr 17 (1925) p.86-88; qui ceterum (p.85) aliter interpretatur 1 Petr 4,6. Apud ipsum (p.80-85) cf. aliam

15. N.B. 1 Cor 15,29: *Alioquin quid facient qui baptizantur pro Mortuis, si omnino mortui non resurgunt?* De hoc versu nobis adeo obscuro plurimae (supra quadraginta) exstiterunt opiniones. Agitur de usu, quem Paulus, quin hunc approbet vel vituperet, in resurrectionis argumentum ad hominem profert; at omnino nescimus de qua praxi neophytorum ageretur v.gr. qua quis caerimonias baptismi in se suppleret pro catechumeno ante baptismum morte correpto, sic coram Ecclesia testans eum in fide Christi decessisse, vel qua quis, dum ipse baptizaretur vellet suos cognatos vel amicos sine baptismo defunctos facere, quoad id liceret, suae gratiae participes; vel forte qua ritum a baptismo distinctum at ei ad modum sacramentalis annexum in se susciperent pro defunctis quorum sors ignoraretur

16. 2. Anima post mortem libera manet. Ergo mereri et demereri potest.

Dist. mai. Anima post mortem libera manet quoad aliqua, *conc. mai.;* quoad finem ultimum obtentum amittendum, vel non obtentum obtinendum, *nego mai.*

Caret enim homo libertate quoad haec, *remote* quia Deus solum tempus praesens ad merendum vel demerendum constituit, *proxime* quia beati in bono confirmati sunt ac impeccabiles (id valet et' pro animabus purgatorii), damnati vero sunt in malo obstinati et gratia conversionis privati Nec de essentia libertatis est facultas se avertendi a fine ultimo iam obtento vel se convertendi ad eum amissum.

17. 3. Sunt qui ob resurrectionem miraculosam bis moriuntur. Ergo saltem in iis tempus probationis morte non finitur.

Dist. cons. In iis tempus probationis non finitur prima morte, *conc. cons.;* secunda, *nego cons.*

Cum Deus sciat eos vitae mortali esse reddenoos, sors eorum non deciditur in prima morte, ut patet, sed in secunda, quae pro iis est mors definitivaM.

N.B. Ergo Deus rationem non habet totius boni in vita acti, in eo qui moritur in peccato gravi, cum huius anima, utpote gratia sanctificante carens, a Deo aversa sit.

18. Corollarium 1. *De momento ultimae decisionis.* Ea opinio recentius proposita (sed mere hypothetice) ut non improbabilis, quod anima ipso indivisibili mortis momento, at iam ad modum spiritus separati, actum liberum eliciat, a quo sors eius aeterna

interpretationem quam proponit K.Gkschwixu, *Dic Nicdcrfahrt Christi in dic Unterwclt* (Münster 1911) 97-144.

“ PraT, *La théologie dc Saint Paulll* 1 (Paris 1925) 162s; J.Huby, S.L, *Première Epître aux Corinthiens* (Paris 1946) 376-378; E.B.Allô(O.P., *Première epitre aux Corinthiens* (Paris 1934) 411-414; C.Srico, O.P.. *Epîtres aux Corinthiens* 11 (Paris 1951) 285; J.Bonsxrvex, S.I.. *L'Evangile dc Paul* (Aubier 1948) 316 not.1; J.M.Bovs». S.I.. *Epistolas de San Pablol* (Barcelona 1950) 176. Alias difficiliores interpretationes proponunt J.Delazex, O.F.M., *Baptismus pro mortuis:* Ant 6 (1931) 113-136; B.M.Fosciuxt. *Those who are baptised for the Dead 1 Cor. 15.29. An exegetieal historical Dissertation* (Worcester 1951). de quo cf. M.E.Boismard: RevBibl 61 (1954) 461.

23 De conditione animae post primam mortem eius qui suscitandus ac denuo moriturus "est. cf. Pai.mix.ri, § 10.2; Michel, *“Mors ct vita”. Considérations sur la mort, la résurrection et l'autre vie:* AmCl 61 (1951) 17-22.

pendeat[53]*, nullo modo admitti posse videturM. Nam, cum istud momentum sit indivisibile ac ilium actum anima eliciat' ad modum spiritus separati, is actus acquivaleret decisioni finali positae *post mortem* seu post statum viae; item nullo iure probatur *singulis* hominibus per illuminationem *specialem* permitti pro ultimo momento locum ac libertatem eligendi inter Deum et creaturam, etsi id sine dubio nonnunquam vel saepius detur.

19. Corollarium 2. *Meritum post mortem augeri nequit,* ut pater ex argumentis theseos v.gr. ex 2 Cor. 5,10. *Id tenetur:* Quoad meritum *essentiale* communiter ut saltem *certum in theologia.* Quoad praemium *accidentale, communius* cum S.Thoma (2.2 q.182 a.2 ad 2) contra Vazquez putantem beatos praemia accidentalia et sibi et aliis mereri posse[53]. Hinc beati nobis non merentur; si quid vero nobis impetrant, id est ex eo quod, dum viverent, meruerunt ut hoc impetrarent *(In 3* dist.18 q.l a.2 ad 2). Actus ergo boni beatorum, quin sint meritorii, ad beatitudinis praemium pertinent (2.2 q.13 a.4 ad 2). Immo et Christus dicendus est mere ut viator meruisse *(In 3* dist.18 q.l a.2; 3 q.19'a.3 ad 1).

Unde vero est actibus beatorum ea merendi incapacitas? Actibus amoris necessario visionem consequentibus ea est ex defectu libertatis requisitae ad merendum (cf. 1.2 q.4 a.4s). Actibus qui visionem mere concomitantur, sed in alia beatorum cognitione fundantur, ea est: o) Iuxta Suarez, alios, ex libera Dei ordinatione, cum ex natura rei non repugnet iis, utpote supernaturalihus ac libens, meritumM. *b)* Iuxta Lugo, alios, ex libertatis moralis (non vero physicae) defectu, qui beatis ad non eligendum optimurp in omni materia pro eorum viribus et auxiliis acceptis insit *c)* luxta Esparza, ex eo quod actus beatorum arduitate carcant, quae iuxta ipsum semper ad merendum requiritur5'.

N.B. *Dicta de beatorum incapacitate merendi, et pro damnatis quoad demeritum, servata proportione, valere dicenda sunt.* Hinc ii augmentum poenae vel essentialis vel etiam solum accidentalis mereri nequeunt, etsi admitti possit poenam eorum accidentalem,

333 Ita P.Glorieux, *Endurcissement final et grâces dernières:* NouvRevTh 39 (1932) 865-892; Id.. *Tη hora mortis:* MélScRel 6 (1949) 185-216. Similia hypothetice tradit J.B.ManvA, Pbtcr., *Dc ratione peccati poenam aeternum inducentis* (Dertosae 1947) 16,205-236.

" A.d'Aucs, S.I., *La lucidité des morts:* Et 214 (1933) 314-317; A.Vaxdknberchb, *De morte, status viae termino:* CollatBrug 36 (1936) 428-454; T.ürdAnoz, O.P., *Bolctin de Tcologla Moral:* CienTom 75 (1948) 133-135; R.Lombardi, S.I . *La salvacién del que no ticne fc* (Barcelona 1953) 333-356; Ch.V.Hbris, O.P.. *Lc dogme de l'enfer et la théologie. Le.,* 277-285; A.ZvcnMnski, *Der wichtigste Auoenblick in Menschcnlcben. Bemcrkungen su Sum. Theol. T-II q.89 a.6:* DivThom (Fr) 31 (1953) 326; Michel, *Les mystères...* 18-21. Λ fortiori rcicitur unanimiter opinio Caietani *(In 1* q.64 a.2 n.18) quod anima fiat obstinata primo actu quern elicit post mortem ct quod sic demereatur, non ut in via, sed ut in termino: cf Garricoii-I,acranc.B. *La vida eternn y la profundidad del alma* (Madrid 1951) 81-83; In.. *Thomisme:* DTC 15,959s; Michel. *Les mystères...* 17-19.

35 VAr-OUSte. *In 1.2* d.216 c.4 n.31; P.Lombabdüs putavit angelos praemium *essentiale* meritos esse et in eo usque *ad indicium finale* meritis proficere posse (2 dist.5,11; cf. S.Tn., 1 q 62 a.9 ad 3 et *Suppi,* q.98 a.6). Ipse S.Doctor *initio* de augmento meriti ad nraemium *accidentale* eodem modo opinatus erat *(In 2* dist.5 q.2 a.2; *In 4* d.50 q.2 a.1 qc.6).

M Suarez, *Lc.,* n.17-19.

31 I.DB Luco, *De Incarnat,* disp.26 s.10 n.142; ef. n.136s et disp.2 n.24; Pesch, 3 n.463; 9 n.575.

33 M.db Esparza, *Dc act. hum.* q.31 ; q.32 a.4.

usque ad diem iudicii, at non ut novum demeritum, quadantenus augeri posse (cf. 3 q.59 a.6; *Suppl.* q.98 a.6). Hine actus mali damnatorum, quin sint demeritorii, ad damnationis poenam pertinent (2.2 q.13 a.4 ad 2).

20. Scholion. *De unicitate mortis.* Unica mors est singulis hominibus (de lege tamen ordinaria, cum ex Io 11,43s; 12,9; Mt 9,18-26; Lc 7,11-16, aliqui resurrexerint, qui dein iterum sint mortui). Id *implicite definitur* documentis supra allatis statuentibus *mox post mortem* caelum, praevia purgatione forte requisita, vel infernum adiri et quidem *in perpetuum.* Constat: *a)* Hebr 9,27s: Ut homines semel mori debent, sic Christus semel oblatus est. *b)* SS.Patres idem supponunt et negative, cum duas mortes non memorent·, et positive v.gr. reincarnationem reicientes (cf. n.ll). c) Ex iisdem fere argumentis pro thesi superiori allatis.

ARTICULUS II

De universalitate mortis

21. Eo posito quod *debitum moriendi* omnibus hominibus inest ut debitum peccati originalis contrahendi, estne ipsum *factum moriendi* sic universale, ut nemo unquam ab illo subeundo excipiatur?

A. *Elias et Henoch.* Ut traditionalis ea habetur persuasio, quod Henoch (ex Gen 5,24; cf. Hebr 11,5; Eccli 44,16) et Elias (ex 4 Reg 2,1is; Eccli 48,13; 1 Mach 2,58) vivunt, etsi utrum ii sint in caelo“ an in paradiso terrestri30 an in loco ignoto31 disputetur; quod ii ad finem mundi venturi sint. Item, etsi plures negaverint eos in fine mundi morituros esse, tamen id communius invaluit, immo ita, iuxta plures, ut ii ab ;Antichristo occidendi sint ”.

Nunc vero, relicta quaestione de eorum adventu, utpote inferius indicanda, quoad mortem eorum attinet, nuper Michaud ex Hebr 9,27 ac ex eo quod Christus mortuus sit, putavit eos mortuos esse et hoc supposito locos scripturisticos qui obiciuntur esse intelligendos ".

a S.Ambrosius, *Epist.* 38,7: ML 16,1097.
33 S.Augustinus, *Op. imperf. cent. lut. 6* c.30: ML 45,1581.
31 S.LChrvsostomus, *Hom.22 in Hebr* n.2: MG 61,157.
32 Cf. de his, E.Palis, *Henaph:* DB 3,593; E.Mancenot, *Elie:* DB 2,1075s; F.dB HummeuauEr, S.I., *Comntcntarius in Genesim* (Parisiis 1908) 209; I.Knabf.nbauBr, S.I., *Commentarius in Prophetas minores* 22 (Parisiis 1923) 583. De Elia cf. SriCQ. *L'Ecclésiastique:* PirClam 6 (Paris 1946) 821s; D.Scnorz, O.F.M.. *Erstes und srveites Buch der Makkabacr* (Wurzburg 1954) 40; M.Rhhm. *Die Bûcher der KBnige* (Würzburg 1954) 75; A.MedKbiel i.K. *Les livres des Rots:* PirClam 3 (1949) 702. De Henoch cf. SriCQ, 802; H.Junker, *Genesis:* Echter Bibel (Würzburg 1953) 25; A.CuamBr, *La Genèse:* PirClam 1 (Paris 1953) I68s; E.Zotvi, *Henoch:* EncCatt 6 (1951) 1404s: Mrdebiel1ê, *Epitre aux Hébreux:* PirClam 12 (Paris 1951) 352; Bover, *o.c.,* § 359; Danielou, *L'Ascension d'Hcnoch:* Iren 28 (1955) 263-266 (de traditione).
33 H.Michaud. *Le cas d'Hcnoch ct d'Elic:* RevApol 62 (1936) 249s. Earn vero opinionem ut personalem ipsius Michaud habuit et ut contra docrinam “traditionalem” reiecit Directio ephemeridis in qua eam ille proposuerat (cf. 631-633).

Nec defuerunt qui ei adhaeserint, vel saltem eam opinionem ut probabilem habuerint, ut Perrella (eo quod mors sit universalis ac mirum esset illis viris esse datum privilegium quo lesus et Maria de facto caruerint, et cum non constet agi de re unanimiter a Patribus proposita atque connexa cum fide), Grill, Piolanti s'.

Eos vero mortuos non esse, nos tenemus iuxta sensum theologorum communem. Quo posito, ut putamus, ii sorti iustorum postremae generationis sine dubio accensendi erunt.

22. B. *Morientur iusti postremae generationis?* Haec quaestio surgit occasione quorundam locorum S.Pauli (1 Cor 15,51.«; 2 Cor 5,1-5; 1 Thess 4,13-18) qui viderentur supponere *iustos* (de quibus solum in his, ut patet, agitur) postremae generationis non esse morituros.

Negative respondent plerique Patres graeci: S.Gregorius Nyss., S.I.Chrysostomus 35*; ex latinis: Tertullianus, S.Hieronymus 38; ex scholasticis plurimi: Lennerz, Pesch, etc.37, exegetae recentiores communiter, v.gr. Comely, Prat, Knabenbauer, Ogara, Huby, Bover, Colunga, Vosté, Spicq, Bonsirven 3β.

Rationes pro ea opinione hae fere sunt: Christus "venturus est iudicare vivos et mortuos" ex *symbolo Apostolico* (D 2 6 13), *Epiphanii* (D 13), *Athanasiano* (D 40), *Nicaeno* (D 54), *Nicaeno-Constantinopalitano* (D 86). Ex Act 10,42, ubi dicitur Christus *constitutus... iudex vivorum et mortuorum* (cf. 2 Tim 4,1; 1 Petr 4,5). Ex 1 Thess 4,13-16, ubi distinguuntur *viventes... in adventum Domini,* ab iis *qui dormierunt,* ita ut illi simul cum his, *postquam* hi resurgant, in nubibusi cum Christo esse rapiendi dicantur. Triumphus Christi in mortem.

Maxime vero ex 1 Cor 15,51 (cf. *v.52): Ecce mysterium vobis dico: omnes quidem non dormiemus, omnes vero immutabimur.* Quae verba respondent lectioni graecae quae habetur universaliter ut genuina39, prae lectione A^ulgatae: *Omnes*

« G.M.PERR8LI.A. C.M.: DivTliom (Pi) 13 (1936) 395-398; P.J.Grux. *Dic Himmelfaht des Elias:* BilZeitschr 24 (1938) 246s; Piolanti. *o.c.,* p.5.

05 S.Gregorius Nyss., *Dc hom. opif.:* MG 44,205.208; S.I.Chrysostomus, *In 1 Cor. hom. 42,2:* MG 61,364. Cf. L.Simeone, *Doctrina resurrectionis iustorum in epistolis S.Pauli* (Romae 1938) p.49ss.

94 Tertullianus, *De resurr. carnis* c.41: ML 2,853; S.Hieronymus, *Ep.* 59 n.3; *Ep.* 119: ML 22,587s.967s: ML 22.587s.967: cf. O.Connell, *o.c.,* 17-19.

37 Lennerz. n.169; Pesch, 9 n.57O.

* Prat, *l.c·,* 1.166; KnabenbauEr, *Commentarius in S.Pauli epistulas* 5 (Parisiis 1913) p.91-95; F.Ogara. S.I., *Los justos de la ultima gencraciôn, jmorirân o no morirdn?:* EstEcl 4 (1925) 154-177; Huby, *l.c.,* 397-400; Bover, *Teologfa dc San Pablo* (Madrid 1946) p.868s; A.Colunga, O.P., *Un mistcrio rcvclado por San Pablo y la historia dc una tesis tcolôgica:* ViencTom 58 (1939) 161-193; J Vosté, O.P., *Studia Paulina* (Romae 1928) 60-63; Spicq. *Epîtres...* 291; Bonsirven, *Théologie du Nouveau Testament,* (Aubier 1951) 382s. Cf. ct Ph.Oppenheim, *1 Cor 15.51. Eine kritischc Untersuchung su Text und Auffassung bei den Pdtcrn.:* ThQschr 112 (1931) 92-135.

38 A.Vaccari, S.I., *Il testo 1 Cor 15,51:* Bibl 13 (1932) 73-76; P.Brandhuber, C.SS.R., *Die sekundarcn Lcsartcn bei 1 Kor 15.51. Ihre Perbreitung und*

quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur, et prae illa alia a Patribus latinis fere communiter usurpata: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur* (cf. 2 Cor 2-4). Iam vero: a) "Dormire" significat, ut patet, mortem. Et saepe hac voce in Scriptura mors indicatur (1 Cor 7,39; 11,30; 15,16; Mt 9,24; Io 11,11). *b)*· Paulus nullum mysterium diceret, nisi assereret non omnes morituros esse.

Ceterum res fere posset explicari ut exemptio B.Virginis a peccato originali.

23. *Affirmative respondent* plerique Patres latini, ut S.Hilarius Pict., S.Fulgentius, otc.[40], ex graecis Didymus Alex., S.Cyrillus Alex.[41]; ex theologis v.gr. S.Thomas (1.2 q.81 a.3 ad 1, *Suppl,* q.78 a.8), Suarez, Hurter, Ocerin-Jâuregui, etc.[42] ex exegetis v.gr. Oecumenius, Hetzenauer, Delatte[43], etc.

Rationes pro hac opinione sunt: α) Asserta resurrectio universalis in *Symb.Athan.* (D 40), *C.Later. IV* (D 429), etc. *b")* Asserta mortis propagatio per Adam ad omnes homines in *C.Araus.* (D 175), *C.Trident.* (D 789), etc. c) Rom 5,12 (cf. Gen 3,19); 1 Cor 15,22; Hebr 9,27. *d) Catechismus Rom.* [44]

Rem in medio relinquunt v.gr. Huarte, Otten, Vandenberghe, etc.[45], cum bonae rationes pro utraque opinione sint.

24. *Quid vera dicendum?* Rationes primae opinionis sic possent explicari: a) Ut in Symbolis et in 1 Thess 4,13-16 (2 Cor 2-4) *vivi* dicaniur, vel viventes in fine mundi, qui, etsi moriantur, statim resurgent, vel probabilius viventes tempore quo verba recitantur i.e. sive tunc v.gr. Paulus, etc., sive nunc i.e. nos, in oppositione ad eos qui iam mortui sunt, *b)* Ut in specie eo loco Pauli oppositio sit in eo, quod mortui resurgant

Lnstehung: Bibi 18 (1937) 303-333.418-438. Eam lectionem tradunt communiter recentiores editores critici Von Soden, Vogels, Merk, Nestle, Tischendorf, Bover, etc.

40 S.Hilarius Pict., *In ps.69* n.3: ME 9.491; S.Fulgentius. *Dc fide* n.70: ME 65,702. S.Augustinus in hac rc incertus erat (cf. Ocara, 161-164; EennErz, n.166s).

14 Didymus Alex, apud S.HiEron., *Ep.119* 5: ME 22,968-970; S.Cyrillus Alex., *In Cor 15,51:* MG 74,912».

42 SuAr^z, *De myst. vit. Ch.* d.50; Hurter. 3 n.639; B.Ocerîn-JAuregui, O.F.M., *Historia de la controversia sobre la suerte de los justos de la ultima gencraciôn:* VerVid 1 (1943) 687.

43 Oecumenius, *In 1 Cor 15,51:* MG 118.892; M.HetzenauEr, O.C., *Novum Testamentum 2* (Oeniponte 1899) p.367s; P.Delatte, O.S.B., *Les epitres des Saint Paul* 2 (Tours 1928) p.389.

44 Catech. Rom. 1,12,6. Ibi quaedam historica sunt parum exacta: cf. Prat, 2 p.449 nota.

45 Huarte, n.591; Vanderberghe, *De universalitate mortis:* CollatBrug 38 (1938) 174-180; Otten, n.446. Simeone (tf-c.) putat eam quaestionem solvi non posse.

antequam vivi moriantur, *e)* Ut in 1 Cor 15,51 (consequenter v.52): *Dormire* sumatur pro *statu mortis* in oppositione ad mortem quasi *momentaneam* resurrectioni praeviam (cf. 3 Reg 11,43; Ps 75,6; Is 14,8.18; Ez 31,18; 32,27s; Dan 12,2; Mt 27,52). Et mysterium sit in eo quod nemo sine sui immutatione gloriam adire queat, *d)* Ut triumphus Christi in mortem sit maxime in iustorum resurrectione gloriosa et quidem ad incorruptionem. *e}* Ut tandem exceptio adeo mira non admittatur nisi firmiter probetur.

Quoad vero alteram opinionem: Quidquid sit de Patrum latinorum unanimitate de qua forte non constat, et quae, si datur, ex eo forte explicari posset quod illi lectionem *omnes quidem resurgemus* (vel dormiemus), *sed non omnes immutabimur* potius nossent, tamen de unanimitate *omnium Patrum in genere* circa unam alteramve opinionem non constat. Aliunde lex mortis est adeo universalis, ut nec Christus nec, ut communiter tenetur, B.Virgo ab ea excepti sint, et ei legi adeo universaliter expressae exceptio, non unius alteriusve hominis, sed integrae alicuius generationis, consonare non videtur, nisi firmiter probetur.

Hinc opinio asserens homines postremae generationis esse morituros, nobis ut *probabilior praeferenda esse videtur*[46].

N.B. De B.Virginis morte, quam in praecedente expositione supponimus, ut quae sit "*sententia communis* theologorum per plura saecula, ...unica ...quae dici potest *conformis traditioni* et magisterio ordinario Ecclesiae", dictum est supra (t.I tr.II n.202-212).

25. Scholion 1. *De adiunctis quibusdam mortis,* a) *Mors est incerta quoad eius momentum,* ita ut homo ne unum quidem vitae instans futurum sibi promittere possit. *Vigilate quia nescitis diem neque horam* (Mt 25,13; 24,42-44; Lc 12,19s.40). Id vero Deus benigne statuit: "Horam vero ultimam Dominus noster idcirco voluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut, dum illam praevidere non possumus, ad illam sine intermissione praeparemur", ut ait S.Gregorius M.[47], scii, ut vivamus vitantes peccata quibus in discrimen vitae aeternae adduceremur et alacriter ac heroice virtutes ad merita nobis comparanda exercentes vivere studeamus, *b)* At *hora mortis est proxima,* cum vita hominis vel longissima adeo brevis sit, maxime prae magno vivendi desiderio, Iob 14,1s: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore... quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut umbra.* Eccli 18,8: *Numerus dierum hominum, ut multum centum anni, quasi gutta aquae*

[46] Haec thesis recenter confirmata est egregia quadam exegetica dissertatione ab A.Romeo: *"Omnes quidem resurgemus" seu "Omnes quidem nequaquam dormiemus" (1 Cor 15,51):* VerDom 14 (1934) 142-148.250-255.267-275.313-320.328-336.375-383; cf. Id., *Nos qui vivimus qui residui sumus (1 Thess 4,15-18):* VerDom 9 (29) 307-312.339-347.360-364.

[47] S.Gregorius M., *Hom.13 in Evang.* n.6: ML 76,1126.

maris deputati sunt, et sicut calculus arenae sic exigui anni in die aevi.

26. Scholion 2. *De Christiana observantia in catholicorum cadavera.* Quanta ea observantia esse debeat, ostendit praxis Ecclesiae defunctos cum maternis ritibus sepeliendi Sane ea corpora sacramentis, maxime Eucharistia, olim ditata, quae templa fuerint Spiritus Sancti, iis praeterea tamquam organis et vasis ad omnia bona opera utentis, quaeque speratur in gloria esse resurrectura, digna sunt quae magna reverentia afficiantur. Id vel ipsa ratio naturalis exigit, cum illa velut templum animae spiritualis fuerint et cum ea quaslibet alias res materiales, quae ad defunctos nobis caros pertinuerint, pretio longe superent.

Hinc praxis *humandi* corpora defunctorum, quae, vel inspecta tota generis humani historia, in multo frequentiore usu prae crematione fuit, adeo moribus Christianis ingenita est, ut forte non immerito ea praecepto apostolico referretur accepta. Et simul *crematio,* etsi absolute non sit mala, ab Ecclesia semper, maxime vero nostris diebus, pro *ordinariis* adiunctis acerrime vetita est.

Sic nuper *De crematione cadaverum Instructio* quaedam Sancti Officii, memorans "barbarum hunc morem, nedum christianae sed et naturalis erga defunctorum corpora pietatis sensui constantique Ecclesiae, inde a primis eius initiis, disciplinae plane repugnantem... Christiani gregis Pastores quam vehementissime hortatur ut concreditas sibi oves omnimodis edocendas curent hoc reapse consilio a Christiani nominis hostibus cadaverum cremationem laudari ac propagari ut, animis a mortis consideratione speque corporum resurrectionis paulatim aversis, materialismo sternatur via. Quamvis igitur cadaverum crematio, quippe non absolute mala, in extraordinariis rerum adiunctis... revera permittatur; communiter tamen ac veluti ex regula ordinaria eidem operam vel favorem praestare, impium et scandalosum ideoque graviter illicitum esse nemo non videt; meritoque proinde a Summis Pontificibus pluries, novissime vero per recens editum Codicem iuris canonici (cn.1203 § 1) reprobatum fuisse ac reprobari"W.

a *Rit. Rom.* tit.6. Cf. ea quae narrat S.Augustinus *(Confess.* 9,12: ML 32,776s) de funeralibus defunctae matris suae. Cf. et A.C.Rusch, *Death and Burial in Christian Antiquity* (Washington 1941).

40 AAS 18 (1926) 282s. Item cf. Sancti Officii (D I863s) *Decretum quoad cadaverum cremationes* (ASS 19 [1886] 46) et *Decretum quoad corporwnt cremationem* (ASS 25 [1892] 63); CIC 1203.1240 §1-5,» 2339; *Rit. Ro>nt.* tit.6 c.3,5i> Ceterum de hac re, cf. E.Vai.ton, *Crémation:* DTC 3,2310-2323; A.Bride, *Sépulture:* DTC 14,1884-1887; C.Righi, *Cremazione o inumazionef:* ScuoCatt 74 (1946) 132-147; 75 (1947) 28-42.198-211.

CAPUT II

De iudicio particulari eiusque exsecutione

Thesis 2. Statim post mortem anima hominis procedit aut in caelum, vel prius in purgatorium si forte purganda sit, aut in infernum, et quidem definitive. Ergo iudicium Dei particulare subit, quod mox exsecutioni mandatur.

S.Th., *Suffi.* 69 a.ls; 4 CG 91; Suarez. *l.c.,* d.50 s.2; Bbraza, n.1012-1057; Lennerz, n.186-231; J.Rivière, *Jugement:* DTC 8,1721-1828 passim, maxime 1804-1812; X.Le Bachelet, S.I., *Benoit XII, constitution "Benedictus Deus...":* DTC 12,657-696.

27. Nexus. Statu viae finito, cum homo iam sit incapax meriti vel demeriti et proin mutationis essentialis relate ad ultimum finem, pronum est ut ei mox post mortem conditio definitiva, iuxta eius rationem agendi tempore praecedentis probationis, iuridice assignetur. Id autem fieri et quomodo fiat, in hac thesi determinatur. Nos vero proponimus thesim ut S.Thomas, qui de iudicio particulari agit, quatenus statuit receptacula seu caelum, praevia purgatione forte necessaria, vel infernum animabus, pro cuiusvis meritis, assignari, ita ut quaelibet mox post mortem terminum suum adeat *{Suppi.* q.69 a.ls; 4 CG 91).

28. Notiones. Statim post mortem i.e. saltem ante iudicium universale; immo sine *ulla* prorsus dilatione etiam *physica,* ex sensu theologorum ac fidelium communi, ita intelligentium, prout eae sonant, formulas fontium.

Anima hominis i.e. quaevis anima humana, bona vel'mala, sive adulti sive pueri.

Procedit in caelum, seu in statum beatitudinis essentialis inferius definiendum, vel immediate, si est iusta coram Deo et nihil purgandum habet, vel post debitam purgationem, si hac eget. Ceterum, cum purgatorium sit temporale ac post statum viae et mera conditio praevia interdum necessaria ad caelum, non mutatur, eo posito, fontium assertum ingressus in hoc mox post mortem. Ideo ad purgatorium expresse nunc non attendimur.

Vel prius in purgatorium si forte purganda sit. Ex

praecedentibus patet, cur et quo sensu ea verba ad thesim referantur.

Aut in infernum, seu in statum poenae essentialis (inferius describendum), si anima non est iusta coram Deo. Voce vero *inferm* indicatur etiam *limbus puerarum,* de quo tamen alibi agitur.

Et quidem definitive seu ita ut ea sors sit immutabilis in aeternum. Id vero quod alii hic probant, non venit nunc nobis directe probandum.

Ergo... Ea particula consecutiva clare indicatur assertum, .cui ea immediate praeit, ex praecedente deduci, cum assignatio praemii vel poenae praeviam decisionem seu iudicium Dei supponat. Ideo expressa huius iudicii probatio a nobis praetermittitur.

Iudicium est actus iustitiae quo competens auctoritas, cognita causa, aliquem pro huius meritis vel demeritis absolvit vel condemnat.

Iudicium Dei particulare est actus iustitiae quo Deus in singulos homines e vita decedentes praemium vel poenam, iuxta cuiusque merita vel demerita, decernit. Distinguitur ergo a *iudicio universali,* seu totius generis humani, habendo in fine saeculi.

Quod mox exsecutioni mandatur, scii, etsi sententia indicis non necessario per se sit immediate exsequenda, tamen sententia in illo Dei iudicio lata impletur de facto *mox,* sumpta hac voce eo fere sensu quo in priori asserto sumitur vox "statin?'. Consequenter anima post iudicium particulare statim suam sortem novit.

N.B. Ea quae ad conditionem naturalem animae separatae spectant, nempe quoad modum cius agendi, etc., utpote potius philosophica, philosophis disputanda relinquimus.

Infantes ante usum rationis decedentes, utpote meritis et demeritis carentes, non subire illud iudicium putandi sunt, nisi quatenus vel praemio vel ob peccatum originale poena afficiuntur ct quidem, ex parallélisme cum adultis, statim post mortem. Ideo in thesi ad cos specialiter non attenditur.

29. Adversarii. 1) *Negant^ primum assertum,* seu immediatam praemii vel poenae retributionem, ct censendi sunt etiam *secundum assertum* negare *seu* dari iudicium particulare, cum nemo putetur admittere iudicium dari et tunc animae non reddi notam sententiam: a) *Thnetopsychitae,* dicentes animam simul cum corpore perire et ad iudicium finale sus-

citari. Sic quidam *Arabes* s.III[1]. b) *Hypnopsychitae,* dicentes animam usque ad finem mundi in statu somnolento, vigiliae nocturnae simili, esse. Sic forte (de sanctis) Vigilantius Aphraates (R 688), multi *Nestoriani**, Lutuerus'interdum id ut verisimile habens[4]. Plurimi *Adventistae,* nisi potius videantur dicere animam cum corpore mori usque ad resurrectionem; quibus addendi sunt *Testes lehovae* et *Amici hominum s. Ancipitistae,* dicentes animam usque ad indicium finale esse de sua sorte incertam: Lactantius (R 646).

2) *Negant iudicium particulare* et retributionem ante indicium universale: a) *Protestantes recentiores non paud,* auctore maxime Th.Burnet. Idea vero quod animae post mortem sint in somno, sat est apud eos propagata[e]. b) *Aliqui graeci orthodoxi*[l].

30. 3) *Differunt exsecutionem {saltem plenam) sententiae ad iudicium finale:* S.Iustinus, dicens post mortem animas piorum in loco meliori, impiorum vero in deteriori, exspectantes iudicium versari (R 132), ita ut tunc mali perpetue igni tradantur, boni vero statum immortalitatis obtineant. S.Irenaeus, dicens animas iustorum invisibilem locum adire et post resurrectionem "ad conspectum Domini" venturas esse (R 259). Tertullianus, dicens "omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini" (R 351), ita ut illic "et supplicia et refrigeria sint...? sub exspectatione iudicii", dum "nemo... peregrinatus a corpore statim immoratur penes Dominum, nisi ex martyrii praerogativa"[s].

In genere *Millenaristae,* de quibus inferius est agendum, ponentes regnum mille annorum sub Christo rege in fine mundi ante definitivum ascensum in caelum.

Calvinus, dicens "animas piorum... in beatam requiem ■.concedere, ubi cum felici laetitia fruitionem promissae gloriae exspectant; atque ita omnia teneri suspensa, donec Christus appareat Redemptor... Reprobis... eandem esse sortem,

1 Eusebius Caes., *Hist. cccl.* 6,37: MG 20.597.
- S.Hierokymus, *Cont. Vigil.* 6: ME 43,344.352.
3 M.Jugie, *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ah Ecclesia catholica dissidentium* t.5 (Paris 1935) c.9 a.2.
4 Lutherus, *Epist.* 13 ian 1522 (cf. Enders, *Luther's Brief-wechscl* t.3 p.269s): "Proclive mihi est concedere tecum, in cani sententiam, iustorum animas dormire ac usque ad iudicii diem nescire ubi sint... Igitur sententia mea est. incerta haec esse. Verisimile autem, exceptis paucis, omnes dormire insensibiles".
6 Cf. A.Tanquerev, *Adventistes:* DTC 1,513; P.Lavaud. O.P., *Sectes modernes ei foi catholique* (Aubier 1954) 135-140.154s.J78-181.210-213.228.
rt Cf. Rivière, 1727. Alii vero multi protestantes iudicium particulare admittunt et somnum animarum reiciunt: cf. Katschthaler, *o.c.,* p.43.
T Cf. JugiE, *o.c.,* t.4 (Parisiis 1931) n.19-22.
8 Tertullianus, *Dc anima* c.58: ME 2,750; cf. R 352.

dubium non est, quam ludas diabolis assignat, vinctos catenis teneri* donec ad supplicium, cui addicti sunt, trahantur" 8.

Apud *Gracco-russos,* idea retributionis *plenae* ad ultimum iudicium differendae iam a Focio proposita et ab aliis (Theophylacto, Simeone Thessalonicensi, etc.) propagata, docebatur: a) usque ad C.Florentinum a multis graeco-russis; *b)* s.XVI-XVIII fere communiter ab auctoribus graecis, et nunc perseverat, ut patet ex operibus Messoloras, etc.; slavi vero saltem s.XVIII catholicae doctrinae adhaerebant, dum, post reformationem Comitis Protasov, eorum pauci expresse eam dilationem tradunt, multi autem de ea re obscure loquuntur 10.

S.Bernardus saepius docuit iustos defunctos mox post mortem immensam obtinere felicitatem, non vero nisi, cum resurgant, visionem beatificam10 *.

Ipsum fere ad litteram appellavit Ioannes XXII, S.Pontifex, cui *Minoritae* adhaeserunt, ut communiter fertur 1X, tenens mox post mortem iustis praemium aliquod dari, utpote humanitatem Christi in caelo iam videntibus, et malos in inferno aliqualiter puniri; at *ante ultimum iudicium nec facialem divinitatis visionem beatis nec poenam ignis damnatis conferri.*

Ea vero docuit ut doctor privatus, non ut Pontifex, et quidem theoretice seu ad modum controversiae, putans se in iis decipi posse et permittens alios aliter sentire, donec quaestio auctoritative decideretur; unde ipse curavit rem esse a doctoribus investigandam, et frequens habita est coram ipso de ea re disputatio, ipso parato suam opinionem relinquere, si haec contra fidem esse ostenderetur; immo verae doctrinae declarationem coram omnibus cardinalibus, etc., pridie suae mortis legi iussit, testans in ea se antea mere conferendo ac recitando aliter sensisse, et qua illius verae doctrinae definitioni edendae viam Benedicto XII, successori suo, munierit*12.

° Calvinus, *Institut, reliff. christ.* 1.3 c.25 n.6s. Ceterum in suo opere *Psychofiannychid* (Strassburg 1542) refellit dicentes animas post mortem quasi sopitas esse.

J0 J.HkrgEnroethEr, *Photius* 3 (Regensburg 1869) 634; JuciE. *l.c.,* p 43-84; M.Gordillo, S.I., *Compendium theologiae orientalis*2 (Romae 1939) 193-197; G.Hoffmann, S.I., *Ponnulac praeviae ad definitionem Concilii Plorentini de Novissimis:* Grcg 18 (1937) 340-346.

10* B.de VrEc.il1E, S.I., *L'attente des Saints d'après Saint Bernard:* NouvRevTh 70 (1948) 225-244.

11 Cf. tamen I/Wadding, *Annales Minorum* t.lC p.118.

12 Le Bachelet, *l.c.;* N.Valois, *Histoire littéraire de Prance* 34 (Paris 1915) 551-627; F.Lakner, S.I.. *Zur Eschatologie bci Johannes XXII:* ZkathTh 72 (1950) 326-332. Cf. pro historia controversiae etiam D.DouiE. *John XXII and the Beatific Vision:* DornSt 3 (1950) 154-174.

31. Doctrina Ecclesiae. Ea tradit *explicite* primum assertum seu immediatam praemii vel poenae retributionem; *implicite* alterum, seu iudicium particulare dari, cum assignatio praemii vel poenae iudicium! supponat.

Benedictus XII (D 530s): "Hac in perpetuum valitura constitutione auctoritate apostolica definimus: quod secundum communem Dei ordinationem animae sanctorum omnium..., in quibus nihil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum, vel si tunc fuerit aut erit aliquid purgabile in eisdem, cum post mortem suam fuerint purgatae..., mox post mortem suam et purgationem praefatam..., etiam ante... iudicium generale post ascensionem Salvatoris..., fuerunt, sunt et erunt in caelo..., ac viderunt et vident divinam essentiam visione intuitiva etiam faciali... Definimus insuper, quod secundum Dei ordinationem communem animae decedentium in actuali peccato mortali mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi poenis infernalibus cruciantur..."

Eadem fere docent *C.Lugdunense II* (D 464), *C.Florentinum* (D 693 696)w *. Similiter *C.Lugdunense I* (D 457), Ioann'Es XXII (D 493a), Clemens VI (D 570s).

C.Tridentinum (D 984) sanctos vocat "una cum Christo regnantes", "aeterna felicitate in caelo fruentes".

Canonizationes sanctorum eandem fidem testantur.

Pius XII: "Ad solum Deum pertinet verum iudicium de statu morali uniuscuiusque hominis et decretum de eius sorte definitiva. Ipse iudicium exercet, prout hominem invenit momento quo eum ad aeternitatem vocat...

Nulla sententia humana decernit ultimo ac definitive sortem alicuius hominis, sed solum iudicium Dei, sive quoad singulos actus sive quoad totam eius vitam. Ideo ubi iudices humani falluntur, supremus Judex iustitiam restituet, statim post mortem, in iudicio definitivo de tota uniuscuiusque hominis vita, et dein, serius ac plenius, coram omnibus, in iudicio universali" (cf. n.8).

In *C.Vaticano* parata erat definitio (cf. n.8).

32. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita: Explicite,* quoad primum assertum seu immediatam retributionem. *Implicite,* quoad alterum assertum, seu exsis-

D* Dc historia et sensu definitionis florentinae, cf. M.Candal, S.I., *Processus discussionis dc Novissimis in Concilio Florentino*: OrChP 19 (1953) 303-349.

tentiam indicii particularis, cum assignatio praemii vel poenae praesupponat iudicium (D 530s).

luxta Pohle-Gierens, Piolanti, cfc., exsistentia iudicii particularis est “proxima fidei”; iuxta Michel, de fide catholica”.

33. Probatur ex sacra Scriptura. Ea agens de futura hominum retributione, etsi maxime iudicium universale, et forte nunquam iudicium particulare memoret explicite, tamen interdum immediatam post mortem poenae vel praemii *essentialem* collationem sufficienter indicat.

Lc 16,19-31: *Homo quidam erat dives... Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus... factum est autem ut moreretur mendicus ct portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno... Et ait* [dives]: *Rogo ergo te pater ut mittas eum* [Lazarum] *in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum...*

In hac ergo parabola, quae, etsi de personis historicis forte non sit, est manifeste *doctrinalis', a)* Moritur Lazarus et portatur *(statim,* ex serisu obvio) in sinum Abrahae et proin in beatitudinem *tunc possibilem* (cum nullus homo *visione Dei* ante mortem Christi donetur); moritur dives et sepelitur *continuo* in *igne* inferni, *b)* Ea fiunt *ante resurrectionem, ex* colloquio divitis illius cum Abraha de fratribus suis adhuc in mundo viventibus; immo ex sensu obvio, nulla interposita mora post mortem[13] *.

N.B. Ex textu graeco, versus 23 sonaret: *Et sepultus est. Et in inferno elevans oculos...* Ergo sensus non mutatur.

Lc 23,43: *Hodie mecum eris in paradiso.* Bonus ergo latro statim post mortem, cum nihil in contrarium dicatur, censetur eiusdem gloriae Christi particeps fieri, etsi id ex sola voce “paradisus” deduci nequeat[14].

34. 2 Cor 5,6-8: *Dum sumus* (ἐνδημοῦντε) *in corpore, peregrinamur* (ἐκδημοῦμεν) *a Domino; per fidem enim ambula-*

13 Pohle-Gierens, 3 p.656; Piolanti. 19; Michel, *o.c.,* 33.

Λ· Ut patet ex contextu, nequit esse dubium, quod suscitat Chaîne, *Lc.,* 410 (cf. et Lagrange. *Evangile scion Saint Luc** [Paris 1927] 445), quin ibi agatur de gehenna: cf. L.Marchal. *Evangile scion Saint Luc:* PirClam 10 (Paris 1950) 201-203; Knabenbauer, *Evangelium secundum Lucam* (Parisiis 1905) 480-483; Bonsirven, *Théologie...* 163; M.MeinErtz, *Théologie des Ncuen Tcstantcnt,* 1 (Bonn 1950) 68s. ”

« Suarez, *Lc.,* q.46 a.11 n.4-8; d.43 s.3 n.2-4; Knabenbauer, *Evangelium* (Parisiis 1905) 626; Lagrange, *o.c.,* 591; Marchal. *o.c., 277.* Cf tamen de sensu vocis “paradisus” apud aliquos Patres Petavius. *De Deo Uno* 1.7 c.14 n.7-10; I.Ayer de VuippEns. O.M.Cap., *Ou plaça-t-on lc paradis terrestre?:* EtFranç 36 (1924) Ï17-140.

mus et non per speciem (οὐ διὰ εἴδου) i.e. non per ipsam formam obiective visibilem, ergo non per intuitionem (ex comparatione cum 1 Cor 13,12). *Audemus* (θαρροῦμεν) *autem et bonam voluntatem habemus* (εὐδοκοῦμεν) *magis peregrinari a corpore* (seu mori) *et praesentes esse ad Dominum*14 *.

Ergo ut ex idearum contrapositione patet, iusti, quibus Paulus se annumerat, ut viventes, seu *dum sunt in corpore, peregrinantur a Domino* et ambulant *per fidem,* sic per mortem seu cum *peregrinantur a corpore,* sunt *praesentes ad Dominum* et *ambulant per speciem* seu Dominum intuitive vident. Ille vero transitus a vita corporali ad Dei visionem fit, ex sensu obvio, nulla interposita mora post mortem, et proin a fortiori ante resurrectionem: a) ex sensu obvio loci; *b)* quia vanus esset appetitus cito moriendi ad videndum Christum, si id nonni post resurrectionem obtineretur; c) quia illud "peregrinari a corpore" careret sensu post resurrectionem.

His ea consonant: Phil 1,23: *Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo,* ubi "dissolvi" et "esse cum Christo" pariter coniunguntur. 1 Thess 5,10: *Mortuus est* (Christus) *pro nobis ut sive vigilemus sive dormiamus* (i.e. moriamur) *simul cum illo vivamus.*

His locis paulinis agitur *de uno eodemque obiecto* nunc per fidem dem per speciem cognoscendo. Cum vero inepte supponeretur illud obiectum *fidei* esse sola Christi humanitas, immerito pariter haec sola, non vero divinitas Christi, illud visionis obiectum esse putaretur. Ceterum illi iusti censentur *gloriae ipsius Christi participes* fieri; quod sane est bene notandum.

Pro iudicio particulari citari solent: 2 Cor 5,10; Hebr 9,27; 2 Tim 4,8. Et quidem iure, at non plena cum certitudine, cum iis loots directe de iudicio universali forte agatur. Item de eodem iudicio intelligi possunt: Mt 18,23-35; 25,14-30; Lc 16,1-8; 19,11-27.

35. Probatur ex traditione. A. *SS.Patres.* Si Lactantius et forte Aphraates (cf. n.29) excipiantur, nullus Pater citatur, qui iudicium particulare negaveritJ0; immo, id implicite illi statuunt, dum supponunt animae post mortem diversum locum, prout ea iusta vel impia sit, assignari. At illud iudicium mox exsecutioni tradi, praesertim quoad praemium essentiale, de quo maxime hic agitur, etsi non negatur, saltem

D.Petavius, S.I., *l.c.t* 1.7 c.13 n.6: "Illustris hic locus et ad quaestionem nostram imprimis accommodatus." Cf. Le Bachelet, *l.c.,* 674.694; qui ceterum effert non dari unanimitatem commentatorum de interpretando Lc 23,43

15 Nec iure diceretur S.Cyrillus Alex. (R 2140) istud ignorare; nam v.gr. agens de hora mortis dicit omnia hominis cogitata, dicta, facta tunc in iudicium vocari MG 77.1076). Unde illa verba eius sumi possunt de retributione totali, seu et quoad corpus, sane ad ultimum iudicium differenda. Cf. J.Mahé, *Cyrille d'ÂJéxandric (Saint"):* DTC 3,2522.

indubie, nisi ab illis paucis (n.29) memoratis, non ab omnibus nitide proponitur [30].

Vera tamen doctrina clare a plurimis traditur, quatenus verbis propriis vel aequivalentibus docent, animas iustorum mox post mortem visionem Dei seu beatitudinem obtinere, animas vero impiorum mox post mortem inferno tradi:

a) *Agunt simul de beatitudine et de inferno.* Origenes (R 446): "Anima..., cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur, sive vitae aeternae ac beatitudinis haereditate potitura..., sive igni aeterno ac suppliciis mancipanda".

S.Caesarius Ar'EL. (R 2234): "... Quando caro... vermibus coeperit devorari in sepulcro, anima Deo ab angelis praesentatur in caelo, et ibi iam, si bona fuerit, coronatur, aut, si mala, in tenebras proicitur".

S.Gregorius M. (R 2320): Ut iusti iam sunt in caelo seu gloriantur, sic iniusti iam sunt in inferno seu cruciantur. "Nam sicut electos bcatitudo laetificat, ita credi necesse est, quod a die exitus sui ignis reprobos exurat".

S.Hieronymus: "... Quod... in die iudicii futurum est omnibus, hoc in singulis die mortis impletur"[17].

36. b) *Agunt in specie de beatitudine.* S.Ignatius Antioch.: "Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet"[18]. S.Clemens Rom. (R 11): "Ponamus nobis ante oculos... Petrum, qui... plures labores sustulit, atque ita testimonio perhibito in debitum gloriae locum discessit... Paulus... e mundo migravit et in locum sanctum abiit... Mulieres Danaidae et Dircae... ad firmum fidei cursum pertigerunt et... nobile praemium acceperunt".

S.Cyprianus: "... Amplectamur diem (mortis)... qui nos istinc ereptos... paradiso restituit... Magnus illic nos carorum numerus exspectat..., et copiosa turba desiderat... Qualis illic caelestium regnorum voluptas..., quam summa et perpetua felicitas"[18].

S.Ephraem (R.721): "In caelo sunt iusti" (cf. R 739)[20]. S.Gregorius Nyss.: "Non ablatus est a nobis sponsus... Non30

30 Bardy, *Les Pères...* 175-192, putat plures Patres primis saeculis prorogasse retributionem plenam praemii (nisi pro martyribus et quibusdam aliis iustis) vel poenae ad iudicium finale.

37 S.Hieronymus, *In loci comment,* c.2: ML 25,965; cf. *Ep-22 ad Eust.* n.41: ML 22,424s. Cf. tamen Tixeront, *l.c.,* 2,342, quoad damnatos.

18 S.Ignatius Antioch., *Ad Rom.* 4; cf. *Ad Rom.* 7; *Ad Trail.* 13: MG 5,690.694.696. (F.X.Funk, *Patres Apostolici* [Tubingae 1901] 1,257.261-251.)

30 S.Cyprianus, *De mortalit.* c.26: ML 4,601s.

20 G.Ricciotti, *S.Efrem Siro* (Torino 1925) 176-189.

amplius per speculum atque per transennam et aenigma, sed ipse facie cum facie collata intercedit apud Deum'"[21].

S.Gregorius Naz.: "Non dubito, quin iis quae oculis cernuntur, multo praestantiora sint ea quibus nunc frueris, nempe... angelorum chorea, caelestis ordo, gloriae contemplatio..., supremae Trinitatis ...perfectior illuminatio, non iam vinctam mentem ac per sensus diffusam suffugientis, sed totam sese toti menti contemplandam... praebentis..."[22]*

37. c) *Agunt in specie de inferno.* S.Hilarius (R 886): "Non morosa haec ira est..., ne quis sibi interim, poenae lucro inter moras iudicii blandiatur... Excipit enim nos ultor infernus, et decidentes de corpore, si ita vixerimus, confestim viae rectae perimus. Testes nobis sunt evangelicus dives et pauper, quorum... alium statim poenae regio suscepit. Adeo autem statim poena mortuum excepit, ut etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. Nihil illic dilationis aut morae est..."

S.Io.Chrysostomus: "Magna est calamitas hinc excedere habentes magna peccatorum onera... Illic est indicium... Quantum flebat dives et nihil effecit. Quam multa dixerunt, qui Christum non aluerunt, sed tamen abducti sunt in ignem aeternum".

S.Augustinus: "Mali plus dolendi sunt, quia post hanc vitam a poenis aeternis excipiuntur" a'.

38. At nihil mirum, si in doctrina nondum clare proposita ab Ecclesia locus esset dubitationibus forte ob difficultatem conciliandi eam cum aliis doctrinis certis (v.gr. resurrectione). Immo, sic se res habet, ut iidem qui rectam doctrinam negare vel in dubium vocare dicuntur: aut eam alibi doceant vel explicite vel implicite v.gr. in doctrina descensus Christi ad inferos ut sanctos glorificaret, intercessionis sanctorum, etc.; aut supponi possint simpliciter docere beatitudinem *integram,* seu corporis et animae, in resurrectione dari, vel beatitudinem essentialem etiam quoad animam per resurrectionem augeri, non vero de beatitudine eis iam data dubitent. Hinc non esset facile reprehendendus qui v.gr. cum Bellarmino eos omnes catholice interpretaretur[14].

a) S.Hilarius Piet., qui dicit, ut vidimus, immediate poenam damnatis tribui, et gloriam martyribus mox conferri, de aliis iustis asserit: "...Exeuntes de corpore ad introitum illum regni caelestis per custodiam Domini fideles omnes reservabuntur, in sinu scii, in-

21 S.Gregorius Nyss, *De Mclctio epis.:* MG 46.862. Cf. *In funere StaeJ,ulcheriae:* MG 46,870

23 S.Grf.corius Naz.. *In laudent Gorgoniae 'sororis suae* n.23: MG 35.815.

22 S.Io.Chrysostomus. *In ep. ad Eph. hom.* 24,6.5: MG 62,175s; S.Augustinus, *Serm.* 202 c.20: ML 38,1392.

" S.R.Bbllarmino, *De Ecclesia triumphante* 1.1 c.4s. Cf. LB Bachelet, *l.c.,* 684-688.

terim Abrahae collocati, ...quousque introeundi rursum in regnum caelorum tempus adveniat...''[35] At haec verba non sunt clara, cum constet sinum Abrahae iam non exsisterq, et cum alii saltem Patres iis verbis caelum exprimant

b) S.Io.Chrysostotnus: "Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus... Quoniam si maneat anima et millies sit immortalis, sicut est revera, absque carne non accipiet bona illa ineffabilia, sicut neque punietur... Si enim non resurgit corpus, incoronata manet anima extra illam beatitudinem, quae est in caelis...''''

Haec vero, quae animam ante resurrectionem beari vel puniri negare viderentur, cum locis S.Doctoris nuper ^allatis de inmediata iustorum et peccatorum retributione recte concilientur, si ipse assertum Pauli sic intelligit, ut volens efferre *factum resurrectionis,* quasi neget *in hoc ordine* dari sine ea aeternam vel beatitudinem vel poenam, ct hoc posito quasi dicat *in hoc ordine* nullam futuram esse beatitudinem vel poenam, nisi sit resurrectio.

c) S.Augustinus: "Habent omnes animae, ait, cum de saeculo exierint, diversas receptiones suas. Habent gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur..." [38]

Ex his, anima post mortem habet requiem vel poenam, at vehementer augendam per resurrectionem; ergo iis non negatur, saltem clare, beatitudo vel poena essentialis post mortem dari, etsi ea non sit illa perfectissima dein habenda. At ea beatitudo animae separatae estne sicut angelica, quasi anima ut angeli Deum videat? Id Augustinus solvere non audet'',

d) S.Ambrosius dicit: animae mox post mortem iudicantur; hinc "alias manet poena, alias gloria, et tamen nec illae interim sine iniuria, nec istae sine fructu sunt". At in concreto: a) Animae aliquae v.gr. S.Ioannis Evang. et sine dubio martyrum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, quorundam aliorum (perfectorum) iustorum N.T. mox gloriam obtinent, *b)* Animae impiorum et apostatarum mox infernum adeunt et ibi puniuntur, c) Christiani, quorum opera non respondent fidei, igne plus minus alii aliis probantur ita ut ii quorum bona opera peccata superant, seu habentes peccata levia, puniantur iuxta eorum defectus, per aliquod tempus et iam plene purgati aliquam felicitatem obtineant, at non plenam ante indicium finale, dum ii quorum peccata superant bona opera puniantur, saltem usque ad indicium finale, cum impiis et apostatis ".[30]

" S.HiLARtvs Pier., *In ps.* 120.16: ML 9.660.

M Palmieri, § 8 n.10.

a S.Io.ChRYSOSTOMUS. *In t Cor* hom.39 n.3: MG 61.336. Cf. Sciiiwisrz, *I.C.:* Kath (1914.1) 51s.200-204.408.

æ S Augustinus. *In Io evang.* tr.49 n.10: ML 35.1751s. Cf. *Serin.* 280 c.S: ML 38,1283.

^S.Augustinus. *Dc gen. ad utt.* 1.12 c35: MΓ, 34.483: *Retract.* 1.1 n.2: ML 32.606. Cf. E.Portalik, S.I.. *Augustin (Saint)* 1,2244-2247; V.oE Uoglie. S.!.. *Dc fine ultimo humanae vitae tractatus theologicus:* Pars prior (Parisiis 1948) p.82s

30 S.Ambrosius. *Dc bono mortis* c.10 n.45-48: ML 14.560s; *In psJ18* scrm.20.12: ML 15,1487; *De fide* 1.4 n.8: ML 16,619; *De excessu fratris* 2.94: ML 16.1341s; *In ps.40* 7: ML 14,1071: *In ps.HS* serm.20,13: ML 15.1487. Cf. J.NiEOERHUBER. *Die Eschatologie des heiligen elmbrosius* (Paderborn 1907)

39. B. *Monumenta antiqua.* Martyres putant se statim post mortem vitam aeternam obtinere. Cultum sanctorum a primis saeculis exercefi constat. Inscriptiones antiquae sepulchrorum testantur persuasionem de vita aeterna a sanctis iam obtenta: "Vivas in Deo et roga. Ora pro nobis parentibus tuis", etc.S1.

40. Ratio theologica. Descensus Christi in inferos ita communiter ab initio sumptus est, ut animae iustae ibi degentes ab illa côndítione liberenturSB. At nulla alia animarum iustarum liberatio, nisi ad definitivum earum triumphum cum Christo glorioso, assignari potest iuxta Scripturam, quae post mortem Christi unam vitae aeternae sortem definitivam pro iusto plene purgato memorat. Ergo a pari post triumphum Christi omnis anima iusta mox post mortem vitam aeternam definitive obtinet.

Ratio naturalis thesi consonat. Cum nec iudicium necessario mox post mortem habendum esset, nec istud necessario exsecutioni statim esset mandandum, ab una libera Dei voluntate duo illa nostrae theseos asserta pendent. Hinc ratio sola nonnisi eorum *congruentiam* ostendere potest: Tempus merendi et demerendi morte finitur; meritum vero et demeritum hominis maxime et praecipue et essentialiter ab anima pendet; anima vero separata iam est fructui Redemptionis accipiendo et in concreto visioni Dei apta. "Nulla igitur ratio est, quare in punitione vel praemiatione animarum exspectetur resumptio corporum" *(Suppi.* q.88 a.1; 4 CG 91).

41. Obiectiones. 1. Apoc 6,9-11: *Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum- Dei... et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine..., non iudicas et non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? Et datae sunt illis singulae stolae albae; et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum... qui interficiendi sunt sicut et illi.*

Ex his, animae martyrum sunt subtus altare et aliquod tempus requiescere debent. Ergo eae nondum gloria fruuntur.

Dist. mai. Animae martyrum... requiescere debent exspectantes iudicium de his qui habitant in terra, *conc. mai.;* exspectantes gloriam definitivam, *nego mai.*

De sensu formulae *subtus altare* non consentiunt auctores. At eas animas iam früi gloria, sal' patet ex verbis "datae sunt illis sin-

p.32-41; A.Largent, *Ambrosie (Saint)'.* DTC 1,950s, qui S.Doctoris doctrinam ut rectam, etsi forte non semper claram, indicat.

81 Cf. O.Marvcchi, *Manuale di Archcologia cristiana* (Roma 1925) part.4 p 223ss; Tu Ruinart, *Acta primorum martyrum* (Amstelaedami 1713) p.122.133 196.349.534, etc.; Scaglia, *o.c.,* p.S3-89. Cf. et H.Dei.Eiiave. *"Sanctus" Essai sur le culte des Saints dans l'antiquité* (Bruxelles 1927); P.Dorpuîr, *Die Anfange der Heiligenvcrehrung nach den rbmischcn Inschriften und Bildwerken* (München' 1913).

83 Cf. H.Quil1iET. *Descente de Jésus aux enfers:* DTC 6,598-611. Dilatio visionis non erat iis poena *personalis,* sed solum quoad naturam humanam nondum perfecte regeneratam; cf. Garricou-Lagrange, *o.c.,* 204s.

gulae stolae albae", quin eae in contextu gloriam, sed iudicium de his qui habitant in terra, exspectare dicantur[33][34]

42. 2. Mt 25,34-43 (de iudicio finali): *Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi... Tunc dicet et his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius...*

Ex his, praemii vel poenae retributio datur in iudicio finali. Ergo non mox post mortem.

Dist. mai. Retributio datur in iudicio finali per modum confirmationis indicii praecedentis mox exsecutioni mandati, *conc. tnai.;* per modum primae collationis, *nego mai.*

Sane textus obiecti id postremum non exigunt. Aliunde Scriptura, etsi saepius iudicium universale memoret, forte ut homines efficacius a peccaris retrahantur, tamen iudicium particulare, quod mox exsecutioni mandetur, saltem implicite sat docet, ut patet ex probationibus.

Cum vero, ex dicendis de aeternitate praemii et poenae, sententia iudicii particularis sit immutabilis, hoc iudicium et universale dicenda sunt, non quoad substantiam, sed solum quoad modum et adiuncta differre. Quibus tamen rationibus universale, praeter particulare, sit institutum, alibi dicetur, ac proin illud non esse inutile.

43. 3. In *missa defunctorum* dicitur: "Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultionis, et lucis aeternae beatitudine perfrui" (Tractus). "Domine I.Christe... libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam... Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam, quam olim Abrahae promisisti..." ^*Offertorium).*

Ex his, sors animarum defunctorum post mortem manet incerta. Ergo eae nec indicantur nec praemio vel poena donantur mox post mortem.

Nego mai. Illa enim verba aliis modis intelligi apte possunt, sic: a) Ex more liturgico preces velut dramatice instituendi (v.gr.: "Rorate, caeli, desuper, et nubes pluant iustum"), quasi tota res fiat coram oculis Ecclesiae, haec, animo sibi fingens hominem ut iamiam moriturum, pro eius salute aeterna fundit preces: quae ceterum ei prodesse possunt, atpote a Deo praevisae, ut ab inferno prohibeatur, et, si anima eius est in purgatorio, in levamen poenae temporalis ".

33 C.a Lapide, S.I., *Commentaria in Apocalypsim Sancti loannis* (Parisiis 1859) 146ss; II.B.Aτ.τ.ò, O.P., *L'Apocalypse* (Paris 1921) 85s; A.Geein, *Apocalypse:* PirClain 12 (Paris 1951) 614s.

34 Jüngmann, n.119; Suarez. *Dc paenitentia* 48.5,12; J.C.Martîniîz, S.T.. *jQué hay sobre el infiernot* (Madrid 1936) 181; N.Gikr, *Dos heilige Messopfer* (Freiburg im Br. 1919) § 45 n.3.

b) At cum illa verba videantur agere de animabus post mortem inspectis, alii ea malunt de purgatorio interpretari ®.

Cum vero ea verba sic gravia purgatorio minus convenire putemus, potius ea primo sensu sumimus, ita vero ut anima defuncti modo anthropomorfico fingatur etiam post mortem, quasi iamiatn indicanda esset.

• N.B. Ecclesia orans pro sanctis "ut illis proficiat' ad honorem...", non petit pro iis beatitudinem essentialem ut dandam vel ut augendam, "sed ut apud nos gloria eorum crescat et illi ubique magis glorificentur. Nec videtur absurdum si petamus illis augmentum gloriae accidentalis...", quae "augeri videtur honore qui eis exhibetur...". "Fortasse... et gloria corporis petitur, quam consequentur in die generalis resurrectionis"M.

4. Daemones non sunt' in inferno (Mt 8,28-34; Eph 6,1 Is; 2 Petr 5,8). Ergo sententia damnationis eorum nondum est exsecutioni data.

a) Trans, mai., cum nos de hominibus agamus.

è) At ii daemones poenam totam essentialem iam patiuntur, etsi accidentalis per definitivam inclusionem eis sit augenda, ut constat ex dictis in tractatu *De angelis.*

44. Scholion. 1. *Ulteriores indicii particularis determinationes, quae sane 'non omnes sunt eiusdem certitudinis*:

1) Dum in iudicio humano est et discussio causae per examen testium, etc., et' praemii vel poenae retributio, in hoc iudicio est *sola retributio,* non ergo discussio, cum requisita ad omne iudicium cognitio causae non habeatur hic ex causae inquisitione, quae sane Deus, omnia sciens, non eget.

2) *Illud iudicium essentialiter consistit*: a) *Ex parte Dei,* in cognitione causae et in decreto praemii vel poenae, non praecise sensibiliter expresso, b) *Ex parte animae,* in cognitione clarissima, per illuminationem internam a Deo in anima productam, meritorum ac demeritorum eius et sententiae cis convenientis

3) *Communiter tenetur iudicium fleri instantanée, et quidem "in ipso instanti mortis"* ita ut, cum dicitur "mortuus est", dici iam possit "iudicatus est". Non antea, nam "instans ante mortem adhuc est tempus merendi et demerendi...". At "in instanti mortis iam exsistit' extra statum viae... et consequenter non est cur in eo ipso mortis instanti non recipiat ex Dei sententia iustam suorum operum retributionem..." *

4) *ludex est sine dubio Christus,* ut communiter tenetur, etsi

85 Valencia, *In 2.2* d.6 q.2 punct.8; Benedictus XIV. *Dc sacrificio missae* 1.2 c.9; Λ.Franz, *Dic Messe im deutschen Mittclattcr* (Freiburg 1904) 222s; F.X.Hecht, P.S.M.. *De offertorio missae defunctorum:* EphLitur 50 (1936) 415-418; L.Eisenhoeer, *Handbuch der katholischcn Liturgik 2* (Freiburg 1933) F 138s. Iuxta J.Sticlmayr *(Das Offertorium in der Rcquicmsrrtesse und der Seetcndiirchgang:* Kath [1913.11 248-255) origo eius antiphonae ex ea conceptione vulgata in antiquitate Christiana esse posset, quod animae e corpore exeunti ac per aera transeunti daemones occurrant ut eam in abyssum deiciant, angeli vero ei auxilientur et cam in illa pugna triumphantem in caelum comitentur. At, etsi antiphona eius originis esset, nequivit unquam ab Ecclesia sumi quoad cum sensum obvium, utpole dogmati repugnantem. De probabili eius antiphonae ciformatione *litterali,* cf. J.Beran. *I.'offcrtorio "Dentine lesu Christe" delta messa per i defunti:* EphLitur 50 (1936) 140-147. De teloniorum theoria graecorussa, cf. JuciE, 4 p.23-31.

x S.R.Beu.armino, 2,18; LakoussE. n.303,5 °

" S.Avcustinus, *De civit. Dei* 20.14: ML 41,680.

38 SiURi, 2,1,5; S.R.Beil.armino, 1.2 c.4; M-icirEt., *o.c.,* 37.

id revelatio expresse non doceat; nec solum ut est Deus, sed et ut homo, cum ipsi omne iudicium a Patre collatum sit (Io 5,22-27; Act 10,42). Cum tpse ex unione hypostatica sit rex ac proin iudex, expedit ut ipse in singulos sententiam ferat, ut eam in omnes in iudicio universali feret. At censendus est id muneris a momento mortis suae seu consummatae Redemptionis exercere (Mt 28,18)".

Ipsum vero anima separata, utpote carens organo corporeo, visione oculari vel imaginaria non attingit; at *visione intellectuali* Ipsum *videt.: a)* Indubie si est iusta ac plene purgata, et secundum humanitatem et, cum a momento morl'is incipiat esse beata, etiam secundum divinitatem, b) Probabiliter, iuxta Siuri et alios quos ipse refert, anima iusta ac nondum purgata, et anima damnanda, at solum secundum humanitatem, cum id a quibusdam Patribus asseratur, et cum visio humanitatis Christi, utpote reprobis in iudicio universali non prohibenda, reatui culpae ct .poenae non repugnet. At haec ut incerta habenda sunt".

5) *Iudicium ipso mortis loco haberi putatur,* non vero quasi Christus illuc e caelo descendat vel anima iudicanda in caelum intellectualiter feratur, ut quidam putarunt, sed quatenus eo loco quo exit c corpore intclligit se a Christo remunerari vel damnari, ita ut iudicium ante exitum localem—non vero substantialem—animae e corpore forte habeatur",

6) *Aliquis interventus angelorum, bonorum vel malorum, in exsecutione sententiae, sat colligi videtur* ex Lc 16,22 (de Lazaro ab angelis in sinum Abrahae portato) et ex Rituali Rom.: "...Occurrite, angeli Dei, suscipientes animam eius...""

7) Cum in eo iudicio sors animae irrevocabiliter defigatur, illud iudicium eo sensu *finale* dici potest.

45. Scholion 2. *De receptaculis animarum post mortem.* Iuxta communem theologorum doctrinam, eae non solum in quodam statu beatitudinis vel damnationis vel purgationis, sed in *loco determinato* constituuntur, ut videtur facile deduci ex Lc 16,22; Act 1,25, et a C.Florentino id supponi (D 693) et a Patribus id unanimiter asseri (S.Augustino, R 1829 1930). Immo, Patres et Theologi communiter putant eas e suis locis egredi, secundum legem ordinariam, non posse, etsi id fieri per modum exceptionis non excludatur4'.

30 Cf. SuârEz, *De myst. vit. Chr* d.52 s.2 n 13-16.

40 S.Gregorius M.. *Tn Evang.* 1.1 hom.13.3: ML 76.1124; Siuri. *l.c.,* 2 n.28s; Suarez ait *(ibid.,* n.16): "An vero ipsam humanitatem clare intueantur omnes animae damnatae vel purgandae incertum est, quia nullum est sufficiens fundamentum ad affirmandum."

41 SuXrez, *ibid.,* n.13-16; Palmieri, §16. S.R.Bellarmino (/.<*., c 4) ait haec esse incerta, ut illud, nempe, utrum Christus in humanitate immediate an potius ' virtute divina ubique praesenti iudicet sententiam per angelos animae manifestans.

42 Cf. J.Rivière, *Rôle du ddrnon au Jugement particulier chez les Pères:* RevScRel 4 (1924) 43-64; JuciE, *l.c.,* 4 c.l a.3. Illa vero? Patrum, condonatorum et in libris asceticis aliquando inventa descriptio de angelo custode a dextris nos defendente, de diabolo a sinistris nos accusante, dum anima timoré correpta dc sententia audienda haeret, non formaliter, sed solum virtualiter et aequivalenter accidunt, quatenus cognitio de suis actibus animae tunc habenda his omnibus aequivalet, excepta ea haesitatione, cui uno temporis momento locus esse nequit. Ea enim est vivida descriptio iudicii divini more humano propositi ad maiorem fidelium fructum spiritualem obtinendum (cf. SuârEz, *ibid.,* n.11),

43 S.Th., *Suppi,* q.69 a3; LépiciEr. *DcUanima itmana separata dal corpo* (Vicenza 1935) c.l n.5; S.Bellarmino, 1.2 c.8.

CAPUT III

De beatitudine

46. *Supponitur hic,* cum ea ex tota oeconomia Christiana tam in docendo, quam in agendo pateant: *a)* Deum esse finem ultimum creaturae rationalis (Apoc 1,8); in hoc vero ordine hominem esse destinatum ad finem ultimun *supernaturalem. b)* Quemlibet hominem in statu viae, elicientem actus illi fini supernatural! proportionates, istum tandem obtinere.

Etiam, licet finis ultimus et bcatitudo *formaliter* differant, cum ille potius rationem formalem finalis causae, hacc vero rationem boni perfecti et consummati indicet, *supponitur hic: a)* Ea esse *re* unum idemque. Nam finis, cum sit bonum ratione sui appetibile, si est ultimus, ratione sui appetitur, dum eius ratione omnia cotera saltem ultimo appetuntur; secus, praeter eum, esset aliquid in quo appetitus ultimo quiesceret et quod proin rationem finis ultimi haberet, ita ut—id quod est impossibile—pro una natura multiplex finis ultimus esset, *b)* Unde finem ultimum et esse necessario unicum et omne bonum aliquo modo continere, ut omnia ratione eius amari et intendi queant.

Hinc si *finis qui* est bonum intentum, et *finis cui* est subiectum cui illud intenditur, et *finis quo* est illius boni possessio, *finis* creaturae *ultimus:* a) *qui,* est béatitude obiectiva, b) *quo,* est bcatitudo formalis.

47. Item *supponitur:* a) *Ut saltem certum,* hominem in hac vita posse obtinere aliqualem beatitudinem supernaturalem, quae sit perfectae inchoatio, seu imperfectam (Mt' 5; Ps'118,1; 1,1), quatenus in hac vita aliquid est optimum et ultimum in ordine gratiae, per quod homo suo fini supernatural! maxime coniungatur, quantum id pro hoc statu licet; non vero per se, saltem de lege ordinaria, perfectam (Rom 8,23; Hebr 13,14; 1 Petr 1,3-5; 2 Tim 2,1-6; 4,6-8; etc. Cf. D 474 530)[1]. b) *Ut saltem implicite de fide definitum* (D 809 834), hominem pro alia vita beatitudinem, quae sit supernaturalis, non per vires naturae, sed adiutum gratia per bona opera consequi et posse ct debere.

48. *Justis vero promittitur ut finis:* «■) In documentis Ecclesiae: Vita aeterna (D 6 40). Patria sempiterna (D 457). Caelum (D 464). Regnum caelorum et paradisus caelestis (D 530). Visio et fruitio Dei (ibid.). Vera beatitudo (ibid.). Requies aeterna (ibid.). Aeterna beatitudo (D 570s). Visio Dei unius et trini (D 693). Gloria (D 842). Aeterna retributio (D 836). Supernaturalis finis (D 1669 1786).

b) In Scriptura: Vita (Mt 18,8), vita aeterna (Mt 25,46 et alibi saepe), corona vitae (lac 1), lignum vitae (Apoc 2,7). Gloria (Rom

1 S.Th., 1.2 q.5 a.3; q.69 a.2; Lkssius, *Dc summo bono et aeterna hominis beatitudine* (Antuerpiae 1615) 1.9.57-62. Christus vero in hac vita iam erat beatus, utpote viator simul ct comprehensor. Quoad alios sanctos, si forte quis eorum in hac vita Deum vidit (n.74,1), non diceretur simpliciter beatus ex defectu perpetuitatis, quae est de beatitudinis ratione (SuXrez, *De fine ho·nfinis* 14,3,4).

8,18), gloria caelestis (2 Tim 2,10), gloria Dei aeterna (1 Petr 5,10). Requies (Hebr 4,3.11). Salus (2 Tim 2,19). Corona iustitiae (2 Tim 4,8). Regnum (Mt 25,34). Domus aeterna (2 Cor 5,1). Paradisus (Lc 23,43).

Ii erunt in caelo, ubi habebunt mercedem copiosam (Lc 6,23), thesauros (Mt 6,20), (ruentur hereditate incorruptibili et incontaminata (1 Petr 1,3s), erunt cum Deo (Apoc 21,3), cum Christo (Mc 16,19, etc.), cum angelis (Mt 22,30, etc.). Erunt in domo Patris, ubi mansiones multae sunt (Io 14,2), cum Christo (17,24), ut eius coheredes ct' quidem Dei (Rom 8,17) seu Deum facie ad faciem videntes (1 Cor 13,9-12) sicuti est (1 Io 3,2). Regnabunt in saecula saeculorum illuminati a Deo (Apoc 22,3-5), immortales ct physice ac moraliter incorruptibiles (21,4s) ct impeccabiles (1 Pctr 3s).

Nil ergo mirum, si, his praecuntc Scriptura, Patres et Theologi felicitatem beatorum magnis extulerint laudibus. S.Anselmus: "... Cogita (anima mea) intente quam delectabile sit illud bonum, quod continet iucunditatcm omnium bonorum; et non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt Creator a creatura... O qui hoc bono fruetur. Et quid illi erit et quid illi non erit? Certe, quidquid volet, erit; ct quod nolet, non erit..."[1]

Ex his ergo ct aliis, patet iustum post mortem et esse sine malo et solum bonum habere ac sic eum esse vere beatum.

49. Praeter auctores initio tractatus memoratos, possent v.gr. hi, ex multis qui expresse de beatitudine scripserunt, proponi: S.R.Bellarmino, *De aeterna felicitate sanctorum libri quinque* (Romae 1616); D.Banez, O.P., *De fine ultimo et de actibus humanis,* ed. V.Beltrân de Heredia, O.P. (Madrid. 1942) q.1-5; C. Cruysberghs, *De hominis ultimo fine naturali* (Mechliniae 1941); Lessius, *o.c.;* J.M.Ramîrez, O.P.. *De hominis beatitudine tractatus theologicus* (Matriti 1942.1943.1947); De Broglie, *o.c.;* J.Theissing, *Die Lehre lesu von der e-tviger Seligkeit. Ein Beitrag sur ncutestamentlichen Théologie* (Breslau 1940); E.Krebs, *IEas Kein /luge gesehen. Unser Lcben im Jcnseils, ansere Gestesschau und seliges Il'icderscheii mit unseren Lieben* (Freigurg 1936); G.Joannes. *La vie de l'au-delà dans la vision béatifique* (Paris 1932); Antoine de Jésus, O.C., *L'au-delà béatifique* (Paris 1947); L.Brémond. *Le ciel. Ses joies. Ses splendeurs* (Paris 1925); J.A.Chollet, *La psychologie des élus* (Paris 1924); L.Hertling, S.I., *Der Himmel* (München 1952); Lercher. *iiteige HeimaP* (Innsbruck 1939); P.Bernard, *Ciel;* DTC 2,2474-2511; A.Gardeil. *Béatitude:* DTC 2,497-515; A.Michel, *Gloire:* DTC 6,1393-1425; Garrtgou-Lagrange, *De beatitudine. de actibus humants ct habitibus* (Romae 1951); K.Schilder. *ITac is de HemcP* (Kamp 1954); P.Lumbreras, O.P., *De fine ultimo hominis* (Madrid 1954); G.Panneton, *Le ciel ou l'enfer* (Paris 1955).

J S.Asseuaus, *Proslogiii»! e2-1-26:* ML 158,239-242; S.Augustinus: R 1786-1788.

ARTICULUS I

De essentiali beatitudinis obiecto

Thesis 3. Beatitudo supernaturalis essentialis obiectiva quoad animam est solus Deus.

S.Th.. 1 q.26 a.3; 1.2 q 2; 3 CG 27-37; SuÂxnz, /.<·., <1.5 s.1s; Ramlrï|z, 2 n.340-354; Pesch, 3 n.423-429; I/ENNEidz, n.4-20.

50. Nexus. Ea beatitudo supernaturalis in fontibus descripta, quae in hoc ordine est finis ultimus viatoris, venit nunc consideranda, et quidem primo *in se ipsa,* tam ex parte obiecti quam ex parte subiecti eius, dein vero *in suis proprietatibus.* Unde imprimis, qualis est beatitudo *in s.e ipsa* spectata? Cum vero beatitudo sit alia essentialis alia accidentalis, nunc agimus imprimis de *essentiali,* accidentali in locum inferiorem remittenda. At cum ea beatitudo intelligi plane nequeat, nisi eius *obiectum* cognoscatur, primo de hoc disputatur. Ergo cum supponatur esse aliquod obiectum beatitudinis et necessarium et sufficiens, nunc de eo determinando agitur.

51. Notiones. Beatitudinem definit Boethius ut "statum omnium bonorum aggregatione perfectum"[3]. Potest ea etiam simpliciter definiri: "Summum bonum appetitus rationalis adaequate satiativum". Ergo ratio formalis ob quam summum bonum vel aggregatio bonorum hominem reddit beatum ea est, quod totaliter satiet appetitum rationalem.

Ex his beatitudo: a) Est *bonum naturae rationalis proprium,* cum irrationalia summum bonum agnoscere nequeant. b~) Includit *omne bonum* necessarium vel utile ad appetitum rationalem plene satiandum, c) Consequenter excludit *omne malum, d)* Est *conditio permanens* seu status et ut talis cognitus.

Multae aliae definitiones beatitudinis proponuntur, at quae omnes supponant eam esse talem, qua anima plene quieta reddatur, ac proin qualis ex communi omnium consensu est beatitudo[4]. Ex istis,

3 Boethius. *De consol. phil.* 1.3 pros.2:. MT/ 63 724
* S.Augustinus. *Enarr. in ps. 2* n.11: ML 36 72: "Bonorum omnium summa et cumulus." S.Gregorius Nyss., *De beati,* or 1: ML 44 1195: "Comprehensio quaedam est omnium earum rerum quae nomine boni intelliguntiir. n qua nihil abest eorum quae pertinent ad bonorum desiderium atque cupiditatem." S Th.. 1.2 q 3 a.2: "Ultima hominis perfectio*"; 1.2 q.2 a.8: "Bonum perfectum quod totaliter quietat appetitum"; Suârez. 4.1.5: "Consecutio ultimi ac supremi boni, quod ab homine desiderari potest, et in quo cetera virtute cont:nentur. aut ad illud referuntur." De nominibus quibus auctores profani beatitudinem voçant, cf. Ramîrez, 2 n.3-11.

aliae eam efferunt ut “aggregatum omnium perfectionum hominis”, na ut sic ea designet “statum quemdam felicem, in quo homo plenitudinem bonorum et complementum suorum desideriorum habeat”.

At iure aliae eam efferunt ut “summam quamdam perfectionem hominis, qua comiiiigitiir optimo ac summo bono, seu fini ultimo suo”. Nam "licet ad statum perfectum beatitudinis multa concurrant, tamen necesse est ut inter illa aliquid sit summum, ad quod cetera referantur vel ex eo tanquam ex primo fonte dimanent aut in eo eminenter contineantur”, cum nequeat esse aggregatio multorum perfecta sine eorum mutuo ordine. “Illud ergo summum et perfectum bonum dicitur essentia beatitudinis, cetera vero sunt velut proprietates et accidentia eius” ‘.

Supernaturalis beatitudo, quae una proprie in hoc ordine datur, est ea quae naturae vires et exigentias naturae superat, dum *naturalis,* de qua hic directe non agitur, eas non superat.

Beatitudo obiectiva est ipsum bonum beans, dum *subiectiva* seu *formalis* est possessio obiecti beantis ut talis.

Beatitudo obiectiva essentialis, de qua sola in hac thesi agitur, est obiectum necessarium et sufficiens ad beandum, dum *accidentalis* est obiectum beatitudinem complens, at ad eam nec necessarium nec sufficiens, vel etiam obiectum essentiale non ut tale (S.Th., 1.2 q.3 a.3).

Beatitudo et obiectiva et formalis unam beatitudinem efficiunt. Bonum enim nobis plene extrinsccum, seu nobis aliquo modo non unitum, nos beare nequit; item solum possessio obiecti beantis est vere beatificans. Cum vero simul requiratur et res beans et eius nobiscuin unio, utraque dicitur nostra beatitudo; ideo haec *simpliciter dicta* per modum unius est ct obiectiva et formalis.

Beatitudo imperjecta, quam supra diximus posse in hac vita itari, non est propria, utpote non plene appetitum satians, qualis est *perfecta.* Illa dicitur *viae, haec patriae* (S.Th., 1.2 q.3 a.2 ad 4; a.5; q.5 a.3). Nos in hoc tractatu solum de *perfecta* agimus, quae antonomastice dicitur beatitudo.

Quoad animam. Id addimus, ut vitentur omnes quaestiones de natura beatitudinis resurrectionem consequentis.

Deus sumitur materialiter seu prout est a parte rei, ita ut praescindatur in thesi et a ratione formali sub qua beatificat et a modo quo ut obiectum beatificans attingitur.

Solus Deus i.e. Deus cum exclusione cuiuslibet creaturae. Id vero constabit, si probetur Deus esse obiectum beatitudinis et necessarium et sufficiens; si enim est necessarium, eo ipso alia non sunt sufficientia, et si simul est sufficiens, alia non sunt necessaria.

6 SuaRSZ, 4,1,1-4.

52. Adversarii. Plurimi philosophi sive antiqui sive moderni, qui summum bonum seu beatitudinem vel in bono corporis vel in bono animae vel in utroque posuerunt.

a) *In voluptate.* Sic *Hedonismus* individualis sive bestialis et effrenatus Eudoxi, Aristippi, etc., sive scientificus et moderatus seu regulatus Epicuri, multorum *Humanistarum,* et cetera.

b) *In virtute et sapientia.* Sic *Stoicismus,* cuius auctori Zenoni finis ultimus hominis est "convenienter naturae (seu secundum rationem) vivere". Accedit is, quem Leibnitz iniit, Ch.Wolf perfecit et perpolitum docuerunt plus minus SchlEIERMacher, Wundt, etc., *Progressismes,* cui summum bonum sit continuus progressus ad maiorem perfectionem quoad omnes partes naturae humanae et maxime quoad animam rationalem.

c) *In collectione bonorum corporis et animae.* Sic multi, quorum tamen philosophi, ut Aristoteles, virtuti et sapientiae principatum tribuunt.

d) *In absentia doloris.* Sic Diodorus, Hieronymus Rhodius; dein et quidam *pessimistac,* ut Schopenhauer, felicitatem positivam ut impossibilem habentes.

e) *Hedonismus socialis,* quem Bentham invenit, Hobbes evolvit, Stuart Mill, perfecit et alii ut Lotze, Paulsen, etc., docuerunt, statuit finem ultimum vitae humanae in procuranda maxima delectatione possibili pro maximo numero possibili hominum. Eum hedonismum socialem statuunt Spencer et Darwin ut ultimum momentum evolutionis hedonismi individualis, posita perfecta harmonia inter egoismum seu inclinationes individui egoisticas et altruismum seu, prosecutionem boni communis e.

Nullus forCe philosophus beatitudinem in divitiis, gloria, potestate theoretice ponit; at practice non pauci homines in aliqua ex iis rebus summum bonum esse putant.

53. Doctrina Ecclesiae. In genere, supponit id esse unum ex dogmatibus basicis Christianis, beatitudinem nostram consistere in possessione Dei ut obiecti et necessarii et sufficientis.

In specie dicitur Deus esse obiectum beatitudinis, quin aliud obiectum memoretur, his documentis. Benedictus XII (D 530): "... Ex tali visione et fruitione (Dei) eorum animae,

» RamîbBz, *ibid.* n. 2ÎC-234.256-260.277-280.31I-315; cf. 29-39; Ds Broclis *l.c.,* c.2s.

qui iam decesserunt, sunt vere beatae..." His implicite definitur Deum esse obiectum beatitudinis supernaturalis sufficiens, cum ex sola ipsius visione anima *vere beata* esse dicatur.

C.Florentinum (D 693): "Animas... in caelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est" 7.

54. Valor dogmaticus. *De'fide divina et catholica definita* (D 530 693): Deus est obiectum beatitudinis supernaturalis. *De fide implicite definita* (D 530 et, ut videtur, 693): est obiectum sufficiens. Saltem *certum in theologia·,* est obiectum necessarium.

Pro Muncunill thesis est *communis et certa;* pro Mendive *est certa et apud omnes theologos communiter recepta;* sic et pro Suarez; pro Often, Deum esse obiectum beatitudinis necessarium est *theologice certum,* esse obiectum sufficiens est *certum et commune* '.

55. Probatur ex sacra Scriptura. Haec rem expresse non docet, at eas tradit ideas quibus non nisi nostra thesis consonat.

1) Proponit Deum, et quidem solum Deum, ut obiectum beatitudinis. Io 17,3: *Haec est autem vita aeterna: ut cognoscant te solum Deum verum...* i.e. vita aeterna hic per fidei cognitionem inchoata, dein per visionem perficienda. Mt 25, 21: *Fuge, serve bone..., super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

2) Proponit Deum ut finalem perfectionem hominis quoad cognitionem et proin quoad beatitudinem, quae sane cognitioni respondet. 1 Cor 13,8-12: ... *Ex parte enim cognoscimus...; cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est... Fidemus nunc per speculum in aenigmate; tunc autem facie ad faciem...* (cf. n.69).

3) Pro Dei Filio Deus est obiectum beatitudinis et necessarium et sufficiens, ut per se patet; at iusti eiusdem beatitudinis participes erunt. Rom 8,17: *Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Io 14,2s: *In domo Patris mei mansiones multae sunt: ... vado parare vobis locum... Accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis.*

4) Proponit Deum ut unum et summum bonum. Ps 72, 23-26: ... *Et ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria susce-*

' Cf. et Leo XIII. *Encyol. "Tametsi futura"·.* ASS 33 (1900) 277; Pius XI. *Encycl. "Ubi arcano":* AAS 14 (1922) 681; *Divini illius Magistri:* AAS 22 (1930) SOs; *Quadragesimo anno:* AAS (1931) 19; etc.

' Muncunill, n.860; Mendive, 6 tr.10 n.201; SuArez, 5,1.3; Otten, n.476.

pisti me. Quid enim mihi est in caela? et a te quid volui super terram? Defecit caro mea et cor meum; Deus cordis mei, et pars mea, Deus, in aeternum.

Haec vero sic sonant ex originali textu: "Ego autem semper tecum ero: apprehendisti manum dexteram meam; consilio tuo deduces me, et in gloriam (i.e. in statum gloriae, vel in visionem gloriae Dei) tandem (i.e. in fine, post hanc vitam) suscipies me. Quis praeter te mihi est in caelo? Et, si tecum sum, non delectat me terra. Deficit caro mea et cor meum, petra cordis mei et parsi mea Deus in aeternum".

Unde: "Comparata cum hoc summo bono, unice desiderabili, omnia bona terrena nihil sunt; unicum bonum est esse *prope Deum"* °.

5) Proponit Deum ut obiectum animam satians; ergo et ut sufficiens. Ps 15,11: *Notas mihi fecisti vias vitae* (i.e. non terrestris, qua iam vivit, sed beatae); *adimplebis me laetitia cum vultu tuo* (i.e. gaudiis satiabor, cum faciem tuam- videro), *delectationes in dextera tua usque in finem* (i.e. iugiter in aeternum). Quibus consonat Ps 16,15: *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo; satiabor cum apparuerit gloria tua* (i.e. satiabor, evigilans—e somno mortis—aspectu tuo)[10].

6) Proponit Deum ut ultimum finem hominis; ergo ut obiectum necessarium et sufficiens. Apoc 1,8: *Ego sum alpha et omega, principium et finis, dicit Dominus Deus.* Rom 11,36: *Ex ipso* (Deo) *et per ipsum et in ipso* (i.e. ipsum, ex textu graeco) *sunt omnia.* 1 Cor 8,6: *Nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo amnia et nos in illum;* ubi videremur induci ut rapti motu in ipsum [10a]. (Cf. Is 43,7; 48,11).

Docet directe vel indirecte beatitudinem non esse in rebus *huius mundi,* quatenus dicit omnia esse vanitatem vanitatum (Eccl 1,2; 12,8; ac per totum librum) et' quatenus nos movet ad divitias, voluptates, etc. abiciendas (L,c 6,20; Mt 16,25s; 1 Io 2,15), etc. At fortasse ex his solum deducitur beatitudinem non esse in rebus creatis, *quales eae sunt in hoc mundo.*

56. Probatur ex traditione. SS.Patres proponunt Deum ut beatitudinis obiectum sufficiens et quidem ut unum sufficiens, ac proin ut necessarium.

S.Augustinus (R 1591): "Fecisti nos ad te et inquietum

• *Liber psalmorum* cura Professorum Pont. Instituti Biblici (Romae 1945) p.142, nota ad v.25&. Cf. Knabenbauer, *Commentarius in Psalmos* (Parisiis 1912) 272.

10 Cf. *Liber psalmorum* p.22.24 Knabenbauer, in h.l p.71: "Laeta spe impletur, noctem tribulationis iri ablatum, se visurum diem felicitatis et tum se iri satiatum imagine Dei..."

F.M.MuSagnar. O.P., *A propos de 1 Cor 8,6:* EphThLov 26 (1950) 54-58.

est cor nostrum donec requiescat in te"; (R 1743): "Ipse (Deus) fons nostrae beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis... Ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus, ideo beati, quia illo fine perfecti" (cf. R 1749 1788).

S.Gregorius Nyss.: "Haec propria conveniensque intellectuali naturae vita est, si Dei particeps sit... Deum videre vita animae est" w.

S.Gregorius Naz.: "Deus... ipse tamen intelligibilium omnium summus est vertex, in quo desiderium omne consistit ac defigitur, et nequaquam supra eum fertur... Hoc etenim rerurrt ommum expetendarum extremum est, quo cum pervenerimus, omnis speculatio conquiescet" w.

57. Ratio theologica. 1) Deus est finis ultimus hominis. At de ratione finis ultimi est: ut *sufficienter* appetitum quietet, nam secus aliquid ulterius esset appetendum; et ita sit *necessarius* ut sine eo appetitus impleri nequeat, nam secus eius persecutio facile omitti posset. Ergo Deus est obiectum beatitudinis et sufficiens et necessarium.

2) Deus est beatitudinis obiectum: à) *Sufficiens,* cum, utpote summum bonum et in se omne bonum eminenter seu illimitato ac excellentissimo modo continens, id omne quod homini beatitudinem afferre possit, habeat, b) *Necessarium,* cum enim obiectum voluntatis humanae sit omne bonum et obiectum intellectus sit omne ens, Deus, utpote summum bonum et summum ens, est earum facultatum obiectum et quidem praecipuum, ita ergo ut sine hoc illae satiari nequeant.

Si ergo Deus est beatitudinis obiectum sufficiens, nihil creatum est obiectum necessarium; *si est necessarium,* nihil creatum est obiectum sufficiens. De facto beatitudo hominis obiectiva non est in divitiis, in honore, in fama, in potestate, in bono corporis, in voluptate, in bono animae, in ullo bono creato, utpote quae sint bona vel instabilia vel admixta malis vel partialia vel saltem imperfecta, et proin appetitum rationalem plene implere nequeant ".

58. Obiectiones. 1. Deus est infinitus, homo vero finitus. At ens infinitum nequit esse obiectum beatitudinis necessarium entis finiti. Ergo Deus nequit esse obiectum beatitudinis necessarium hominis.

Dist. min. Ens infinitum nequit esse obiectum necessarium entis finiti ut possidendum infinito modo, *conc. min.;* ut possidendum finito modo, *nego min.*

11 S.Gregorius Nyss.. *De infant, fracmat. abrcflis:* MG 46.174s.

" S.Gregorius Naz.. *Or.* 21,1: MG 35 1083. Item S Ambrosius, *De offic.* 2,2.5: ML 16.104; Lactantius, *Div. Inst.* 3.12: MG 6.383.

" De hac re, cf. S.Augustinus, *De civ. Dei* 19,1-10: ML 41,622-636: SZT?D 1 0.2 a.1-8; 3 CG 27-36; RamIrbz, n.5L3?9.

Homo nequit Deum possidere actu subiective seu entitative infinito; at potest actu finito eum attingere (sed, ut patet, non comprehensive).

2. Desiderium finitum bono finito impletur. At desiderium beatitudinis in homine est finitum. Ergo desiderium beatitudinis bono finito impletur.

Dist. mai. Bono finito impletur desiderium et subiective et obiective finitum, *conc. mai;* finitum solum subiective, sed obiective infinitum, *nego mai.*

Sane actus subiectivus quo homo beatitudinem appetit est entitas finita, at, utpote respondens intellectui capaci omnis veri cognoscendi et voluntati capaci omnis boni amandi, est objective infinitus et proin nonnisi bono infinito expleri potestl*.

59. 3. Homo, utpote finitus, nequit beari sine obiecto finito. Ergo Deus non est obiectum sufficiens.

Dist. mai. Nequit homo sine obiecto finito beari essentialiter, *nego;* acc'dentalîter, *subdist.,* convenienter, *conc.;* necessario, *'nego.*

Deus sic est obiectum beatitudinis hominis, ut hic plene quiesceret vel absente quolibet alio bono; at in concreto homo et aliis bonis beatur, sed pure *accidentaliter.* Qua distinctione beatitudinis essentialis ab accidentali bene solvitur dubium de beatitudinis obiecto inde exsurgens, quod Deus, etsi supremum sit bonum, non sit unicum, et homo aliis bonis obiecto essentiali additis quadantenus beetur.

4. Homo pluribus, praeter Deum, eget ad beatitudinem. Ergo haec non est solus Deus.

Dist. mai. Homo eget pluribus ad beatitudinem essentialem, *nego mai.;* ad accidentalem, *subdist.:* iis quae ob ultimum finem amentur, *conc.;* quae huius rationem habeant, *nego.*

Si quae beatus praeter Deum amat, ea non amat *ut ultimum finem* ac proin quasi iis necessario ad beatitudinem suam egeat, sed *frofter ultimum finem,* ac proin quin iis necessario egeat, si istum finem iam possidet. l I j

60. Scholion 1. *Quomodo Deus sit obiectum beatitudinis.* Cum in Deo sint essentia, attributa, relationes personales, quomodo est obiectum beatitudinis? Obiectum *materiale et totale* est secundum ea omnia, cum ea omnia de facto a beato attingantur. Obtectum vero *essentiale* est: a) *Ut est Deus,* seu secundum suam essmtiam. praecisis relationibus, et simul vel sine ullis attributis, ut videtur Scotus censere, utpote attributa ab essentia ex natura rei distinguens, vel secundum attributum bonitatis, ut videtur putare Medina, vel secundum quodlibet attributum sat perfecte apprehensum. iuxta Arriaga, vel cum omnibus attributis, iuxta Suarez, Pesch. b) *Ut est Deus unus ct trinus,* seu secundum essentiam cum omnibus attributis et relationibus personalibus, iuxta Caietanum, Vazquez. Ramirez ",

Haec postrema opinio probabilior esse videtur. Sane beatitudinis supernaturalis obiectum est Deus ut est videndus prout est in se (1 Io 3,2); at sic omne quod est in Deo continetl*.

." Cf. RamIrKz, n 33Ss.

15 Scotus. *In 1* d.1 q.2; d.8 q.4; Mebina. *In 1.2* q.3 a.5; Arriaca, *Dc beat.* d.50 s.1s; SvàrEz. 5.3; Pesch. 3 n.429; Caietanus, *l.c.;* Vazquez, *In 1.2* d.13 c.2; RamIrHz. 2 n.359-361.

" In hac ipsa opinione sunt quod verba Suâriîz. Mendive. Pesch *(l.c.):* qç quoad rem videntur excludere Personas ab obiecto essentiali, cum putent

61. Scholion 2. *De creaturis ut obiecto essentiali beatitudinis f>rout eae sunt in Deo.* Ex his ulterius sequitur ad essentiale beatitudinis obiectum creaturas, non vero secundum propriam et formalem rationem ac perfectionem, cum ut talia sint obiecta creata, pertinere, quatenus eae sunt vel eminenter in perfectione Dei vel in ideis divinis repraesentantur. Idem fere dicimus de actu libero voluntatis divinae, qui, inspectus ut actus immanens Dei quo vult' et alia a se, est perfectio essentialis Dei et sic ad obiectum beatitudinis pertinet, non vero inspectus ut ille idem actus Dei, at prout libere terminatus ad obiectum creationis, cum ea terminatio sit contingens et proin extra rationem Dei essentialem.

62. Scholion 3. *De beatitudine naturali.* Beatitudinem naturalem potuisse dari, patet ex eo quod homo sine ordinatione ad finem supcrnaturalcm creari potuerit, et proin cum ordinatione ad finem naturalem, in cuius consecutione aliquam beatitudinem obtineret Multi fenent cum Aristotele hominem posse in hac vita aliquam beatitudinem naturalem, etsi imperfectam, obtinere, quae esset in cognitione Dei naturali, in exercitio virtutum, cum mente sana in corpore sano, cum amicorum societate, permanenter habitis ". Af ea omnia vix unquam simul adsunt; immo, etsi adessent, nomen beatitudinii iuxta alios, non merentur ",

ARTICULUS II

De BEATITUDINE FORMALI ESSENTIALI

Thesis 4. Beatitudo formalis essentialis actibus et visionis et amoris et gaudii physice constat.

S.Th., 1 a.12 q.3; *Suffit,* q.92; 3 CG 51-56; SuArez. *l.c.,* <17.9; Les sius, o.c., 2.1-15; Pesch, 3 n.433-451; LennErz. n.lâss; J.B.Terrien. S.I.. *Ln grâce ct la gloire* (Paris 1901) 1.9; Michel, *Intuitive (Vision);* DTC 7 2361-2394.

63. Nexus. Cum ex probatis constet Deum esse *obtectum essentiale* beatitudinis, nunc iam de beatitudine *formali*

Deum sine iis esse obiectum beatitudinis primarium et sufficiens ac proin eas esse obiectum mere secundarium. Improbabilem hypothesim beatitudinis naturalis consistentis in immediata visione Dei, at non ut trini, propositam a P.pES-coqs, S.I.. *Le Mystère de notre élévation surnaturelle* (Paris 1038) p.125-133. impugnarunt H.dë Lubac, S.I., *Surnaturel* (Aubier 1946) 439-447, et De Broglie, *o.c.,* 186-188

17 Cf. S.Th., 1.2 q.62 a.1; Suârez, 4,3,3s; cf. et Pius XII, *Encycl. "Humani generis":* AAS 32 (1950) 570. De sensu theologorum antiquiorum in hac re, cf. EElter. S.I *(De naturali hominis beatitudine ad mentem Scholae antiquioris:* Greg 9 [1928] 269-306), iuxta quem, usque ad s.XVII omnes theologi unanimiter tenent in ordine naturae purae (seu sine Dei visione) beatitudinem perfectam nullo modo dari posse. Quem impugnant V.Cathrein, S.I. *(De naturali hominis beatitudine:* Greg 11 [1930] 398-409) et quoad plures auctores F.Pelstër. S.I.. *Zur Erage der Moglichkcit einer "beatitudo naturalis":* Schol 4 [1929] 255-260; eum vero complet quodammodo A.Rossi. C.M. *(De naturali hominis beatitudine:* DivThom(Pi) 6 [1929] 267-279). De Brogue *(De ultimo fine humanae vitae asserta quaedam:* Greg 9 [1928] p.628-630)· tenet hominem *perfectam* beatitudinem naturaliter appetere, cam vero *in Dei visione consistere,* ad quam tamen anima humana *sine ulla eius exigentia* se habeat.

78 Sic v.gr. A.Tanner, S.I., *Theologiae scholasticae* t.2 (Ingolstadii 1626) 2 d.1 q.5 dub.5 n.58ss.

w Vazquez. *In 1.2* d.12 c.3; Pesch, 3 n.530.

quaerimus. In quo ea consistit, seu aliis verbis, quomodo homo illo obiecto afficitur ut eo beetur? Id Ht, ut patet, per aliquam unionem inter Deum et hominem, non quidem substantialem, qualis est hypostatica, cum haec solum in Christo detur, sed accidentalem, valde tamen diversam ab ea quae inter Deum et iustum in terris habetur, cum hic nondum perfecte beatificetur. Aliunde cum anima sit ens rationale, ea debet esse unio, qua ille in supremis suis facultatibus perficiatur12 Quomodo ergo id obtinetur?

64. Notiones. Beatitudo formalis seu *subiectiva* est possessio obiecti beantis ut talis.

Beatitudo (formalis) essentialis, de qua *sola* hic agitur, est possessio obiecti essentialis ut talis, dum *accidentalis* est possessio obiecti accidentalis, vel etiam obiecti essentialis non ut talis.

Visio, non corporalis, sed intellectiva, de qua hic agitur, est *cognitio intuitiva,* seu immediata cognitio Dei praesentis ut praesentis.

Per eam ergo Deus percipitur: *a)* prout est in se, i.e. immediate seu sine ullo *medio obiectivo* vel *ex quo* vel *in quo,* quod prius cognitum in Dei cognitionem ducat', ut esset per negationes, analogias, etc., non vero sine *medio subiectivo* seu *quo,* ut esset lumen gloriae; *b)* et proin prout est hic et nunc intellectui praesens seu hunc determinans per se ipsum ad sui cognitionem'.

Ea cognitio, ut patet, *est*: a) Non obscura, sed clara seu qua Deus a quolibet alio obiecto distinguitur, *b)* Non confusa, sed *distincta* seu referens Deum secundum entitatem essentialem, et non mere secundum rationem vel accidentalem vel geneticam, *c)* Non abstractiva seu hausta ex creaturis, vel qualis nunc est in terra (Rom 1,20), vel per fidem ex revelatis, vel praetematuraliter ab anima separata, sed *quidditativa* seu per ipsam rei essentiam, quam totam aperte ostendit. *d)* At non est comprehensiva, seu qua et intensive et' extensive tota rei cognoscibilitas adaequate exhauritur et quae uni Deo competit (D 428 1782)'.

Ea dicitur: a) *Visio,* utpote percipiens Deum, fere ut' oculis res corporea percipitur, b) *Intuitiva,* ob claritatem qua Deus, utpote physice praesens, cognoscitur, c) *Facialis,* ob exclusionem medii obiectivi, seu qua Deus praesens facie ad faciem, et proin sicut est, percipitur. d) *In se,* ut habens pro obiecto, non mere Dei effectum vel similitudinem, sed ipsum Deum, e) *Beatifica,* utpote connaturaliter

1 Dicenda in hac thesi de beatitudine perfecta ad *imperfectam,* servata proportione (et proin sine visione Dei. ut patet) etiam applicari possunt. Cf. Suarez. 6 init.; Salmasticenses. De *beatit.* 6 dub. append.

2 Cf. S.Tn , 1 q.12 a.5; Suarez, *De Deo* 2.18.1-7; Behaza. n.133-143.

' S.Th., 3 CG 35; Saemanticesses, *De vis. Dei* disp.6. Ceterum beati in oppositione ad viatores dicuntur comprehensores, at sensu grammaticali verbi latini (comprehensio, apud graecos ζατάληψ'- i seu quatenus Deum assecuti sunt, non vero quasi ipsum comprehensive intueantur.

amorem et gaudium inferens, quo triplici actu beatitudo physice constat.

Ulteriora de visionis intuifivae Dei natura, possibilitate, supernaturalitate deque lumine gloriae ad eam requisito, de incomprehcnsibilitate Dei, remittimus tractatui *De Deo Uno* exponenda. Id solum hic notamus, beatos nec post resurrectionem Deum, utpote incorporeum, oculis corporeis videre posse[4].

65. Amor, qui per se est quaedam voluntatis tendentia in bonum absolute spectatum, seu sive praesens sive absens, sumitur hic ut tendentia in bonum *praesens.* Per eum ergo Deus est in beato ut obiectum in amante, at per unionem animae cum Deo, non mere affectivam, sed realem (posita visione).

Cum beatus bonum Dei velit et *propter Deum,* seu *quia Deo bonum est,* et *propter se ipsum,* etsi secundario, seu *quia sibi bonum est,* nam voluntas eius est conformis voluntati Dei etiam in eo quod Deus vult eum beatum esse, amor beati dicendus est esse amor et *amicitiae* et *concupiscentiae* [5].

Gaudium est delectatio appetitus rationalis de bono amato iam possesso (S.Th., 1 q.20 a.1; d.2 q.31 a.3). Consequitur naturaliter amorem boni iam possessi. Ceterum est in beato, ut amor, et *amicitiae* et *concupiscentiae,* scii, et de Deo, séu *de bono Dei* quia Deo est bonum, et *de eius possessione* seu quia beato est bonum (S.Th., 2.2 q.28 a.1 ad 3).

Actus sumitur hic ut operatio facultatis superioris. Pluraliter adhibitus indicat triplicem illum actum visionis, amoris, gaudii; non vero *necessario* singulos hos actus multiplicari, cum potius dicendum esse videatur, ex eo quod beatitudo nunquam interrumpitur (D 530), eosdem illos actus, quibus beatitudo incepit, perdurare sine interruptione eorum seu sine eorum actuum successione [°].

Physice constat i.e. beatitudo *prout est a parte rei* triplicem illum actum includit. In thesi vero relatio eorum ad beatitudinis vel physicam vel metaphysicam essentiam non determinatur.

66. Adversarii. S.Gregorius Nyssenus dicitur concepisse beatitudinem caelestem ut semper progredientem in percipiendis novis perfectionibus Dei, cuius tamen essentia semper maneat beatis inaccessa [6*]. Non essentiam Dei, sed quam-

4 Cf. S.Th.. 1 q 12 a.2; Ram(r& 3 n 71-85; M Cappuyns. *Note sur le problême de la vision béatifique au IX· siècle:* RechThAncMéd 1 (1929·) 9.Q.107.
° S Th. 1.2 q.26 a.4; Suârkz, *De fine hom.* 5 3 17; Lessius. *ibid.* 2 5,27.
e J.M.SchEEben. *Mystcrien des Christentums* (Mainz 1925) § 93 ca.finem.
·· *In cant. Cant.,* hom.8: MG 44,941; *De vita Mysis:* MG 44.401 404: cf. Ch..Tournet. *Uunivers de création, ou l'univers antérieur à l'Ealise:* RcvThom 53 (1953) 443s.

dam ipsius gloriam a beatis videri, dixerunt Theodoretus, Anastasius Sinaita, etc. 7 *Armeni quidam schismatici* 8. Maxime Gregorius Palamas, episcopus thessalonicensis, et eius asseclae 9.

Nec defuerunt inter latinos (v.gr. Scotus Erigena, Hugo a Sto.Caro, Alexander Hal.) qui aliquando in hac re vel erraverint vel saltem aequivoce dixerint plus minus Deum non in se ipso sed in theophaniis (seu manifestationibus creatis) a beatis videri, donec Universitas Parisiensis eam propositionem damnavit: "Divina essentia in se nec ab homine nec ab angelo videbitur" 10.

Rosmini docuit Deum esse obiectum visionis beatificae, ut est "auctor operum ad extra", scu "quatenus cum ipsis (beatis) relationem habet, ut eorum creator, provisor, redemptor, sanctificator" (D 1928 1930) 11.13

At sine iure, ut clare videtur, Abaelardus et Arnaldus de Brescia interdum dicuntur beatis denegasse visionem essentiae Dei

67. Doctrina Ecclesiae. Benedictus XII (D 530): Animae beatae "vident divinam essentiam visione intuitive et etiam faciali, nulla mediante creatura in ratione obiecti visi se habente, sed divina essentia immediate se nude, clare, aperte eis ostendente, quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur, necnon quod ex tali visione et fruitione eorum animae... sunt vere beatae..."

His ergo quae, ut patet, sunt de vera beatitudine, docetur: a) *Fisio intuitiva,* et quidem ut cognitio immediata Dei prout praesentis, b) *Fruitio de bono iam possesso,* quae sane includit, ut patet, amorem et delectationem seu gaudium.

In specie, *visio Dei,* quam *CViennense* (D 475) supponit, his a *C.Florentino* docetur essentiam Dei, vel ut trinam, attingere (D 693): animas: purgatas "in caelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est".

7 MichBl, 2366s. Cf. S.GrSgorius M.. *Moral.* 18 54.60: ML 76 93.
8 Cf. Benedictus XII, *Libellus de erroribus ad armenos:* Msi 25.1196; I'Jansen. S.I, *La cinquième erreur arménienne:* EphThLov 16 (1939) 94-110.
° JuciE. *o.c.,* 2 p.47-183; Petavius. *De Deo* 7 7 n.8: G Hofmann. ST.. *Formulae praeviae ad definitionent Concilii Florentini de Novissinvs:* Greg 18 (1°37) 344-350 355. Nuper renuit absolutam essentiae Dei invisibilitatem V.Lossri. *Essai sur la théologie mystique de l'Eglise d'Orient* (Paris 1944).
10 Cf. H.F DondainE. O.P.. *Hugues dc Saint-Cher ct la condamnation dc 1241:* RevScPbTh 33 (1949) 170-174: Id.. *L'objet ct le "medium" dc la vision béatiflque ches les théologiens du XIII° siècle:* RechThAncMéd 19 (1952) 60-130 (ubi exponitur fere praehistoria illius damnationis).
" Cf. Ramîrez. *l.c.,* n.226
13 A.R.Motte. O.P., *Une fause accusation contre Abélard et Arnaud dc Brescia:* RevScPhTh 22 (1933) 27-46.

68. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita: explicite,* quoad visionem et fruitionem (D 530 693); *implicite,* quoad gaudium et amorem, qui duplex actus fruitione includitur.

69. Probatur ex sacra Scriptura. A. Visio. 1) 1 Cor 13,8-13... *lix parte enim cognoscimus... Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est... Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, caritas.*

His opponitur *cognitioni,* auam nunc *de rebus Dei,* cum maxime de ipsis sit fides, habemus, et *abstractivae* seu per fidem ac per analogias ex creaturis, et *imperfectae* seu partiali qua solum aliquid Dei vel Deus sub aliquo solo aspectu cognoscitur, et *mediatae* seu per speculum, et *obscurae* seu in aenigmate seu de re non directe in se ipsa sed quasi in aliis veritatibus inclusa, *cognitio de Deo habenda in statu finalis perfectionis,* seu "cum venerit quod perfectum est", *intuitiva,* sive *immediata,* seu facie ad faciem, et proin *clara* ac de re in se ipsa, sive *totalis,* sive *perfecta,* seu fere ut a Deo cognitus sum etsi non eadem perfectione seu comprehensive, ut patet, sed certo sine alia re mediante, seu in ipsa deitate.

Docetur ergo differentia inter utramque cognitionem, non mere *gradualis,* sed *specifica:* a) etsi ea cognitio explicetur per diversam cognitionem viri et pueri (v.11), cum ea comparatio sit ad declarandum, non differentiam utriusque cognitionis, nisi forte sub ratione indeterminata perfecti et imperfecti, sed principium universale, quod adveniente perfecto cesset imperfectum (v.10) ; *b)* et licet utraque cognitio comparetur ut partialis cum totali, cum ea comparatio non necessario differentiam mere *gradualem* indicet[13].

Hinc 2 Cor 5,7 : *Per fidem enim ambulamus et non per speciem.* Ergo fidei succedet *species* (εἶδο) seu res in sua forma propria. Haec, etsi directe de Christo sint, vix nisi etiam de divinitate in se videnda intelliguntur (cf. n.34).

2) 1 Io 3,2: *Carissimi, nunc filii Dei sumus; et nondum13*

13 J Beumer, ST.. *Tunc autem cognoscam sicut ct cognitus sujn* ; VerDom'22 (1942) 166-173; P.F.Ceuppexs, O.P.. *Theologia bibltca. De Deo* (Romae 1938) 122-125; RamîrEz. p.372-378; Spicq, o.c., 267; Bonsirven, *L'cvangle dc Paul,* 328-330. Speculum potest indicare vel cognitionem reflexam (lac 1.23) et proin non immediatam nec adeo claram, maxime cum apud veteres speculum esset ex metallo, vel forte quasi per inspectorium et proin etiam mediatam ncc adeo claram, sçd id est improbabile, ex adhibito verbo ἔσοπτρον: cf. Ceuppens, *l.c.*

apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.

Ergo, ex his. videbimus, non imperfecte ut nunc, sed *in se ipso,* seu facie ad faciem, vel Deum [14] vel forte (Ex 2,28) Christum, at etiam secundum divinitatem, cum ex ea visione filii Dei similes Deo fiant, quod sane ex sola visione humanitatis Christi esse nequiret, et cum visio ponatur ut causa nostrae perfectionis finalis, quae nonnisi a Deo ut fine ultimo esse potest[15].

Cf. et Mt 5,8; 18,10; 22,30· Io 17,24; Apoc 22,1-5.

70. B. Amor. 1) Caritas semper manet. 1 Cor 13.8.13: *Caritas nunquam excidit: sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus et ex parte Prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est... Nunc autem manent fides, spes, caritas: tria haec, maior autem horum caritas.*

Ergo ex his, etsi nunc manent in nobis fides, spes, caritas, tamen in statu finalis perfectionis, dum et fides (2 Cor 5,7) et spes (Rom 8,24) et dona gratis data cessant, caritas semper manet seu nunquam excidit.

2) Amicitia inter Deum et beatos depingitur ut amicitia inter sponsum et SDonsam ; ergo non sine amore. Anoc 19.7; *Gaudeamus...: quia venerunt nuptiae Agni et uxor eius praeparavit se...* · 21.2: *Vidi sanctam civitatem, Ierusalem novam, descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo...*

Cf. et Io 14,21-23, etc.

71. C. Gaudium. 1) Mt 25,21 : *Euge serve bone et fidelis..., intra in gaudium* (χαρὰν) *domini tui.* Ceterum ea vox graeca de festo vel de epulo laeto intelligi potest[16].

2) Io 16,22: *Nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

3) Beatitude depingitur ut prandium festivum. Lc 22,29s : *Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo.*

[14] J. CHAINE. *Les epitres catholiques* (Paris 1939) p.179s; VREDE, *Johannesbriefe* (Bonn 1916) 184: CEUPPENS, 125s. Cf *Catech. Rom.* 1 13 7.

[15] J BONSIRVEN. SI.. *Epîtres de St Jean* (Paris 1954) 148; MICHEL. 2363 In qualibet hypothesi (vel de Deo vel de Christo) agitur de visione divinitatis facie ad faciem, ait CHAINE, *o.c.,* 446.

[16] F. ZORELL. S.I., *Lexicon graecum Novi Testamenti*[2] (Parisiis 1931) v. 1432«.

Cf. Mt 5,12; Rom 8,18; 2 Cor 4,17; Apoc 7,17; 14,3.13; 19,7ss; 21.4; 22,1-5; Ps 22,5; 41,5.

72. Probatur ex traditione. 1) *Visio.* S.Augustinus (R 1786): *"Videmus nunc per speculum, tunc autem facie ad faciem.* Sic iam vident sancti angeli... Sicut ergo illi vident, ita et nos visuri sumus; sed nondum ita videmus" 1T.

2) *Visio, gaudium* (et proin *amor).* S.Cyprianus (R 579): "... Quae erit gloria et quanta laetitia, admitti ut Deum videas, honorari ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias..."

S.Hieronymus: "Videbunt... Deum, quae vera laetitia est: ... cuius visio perfectum est gaudium"[18].

3) *Visio, amor, laus* (ergo et *gaudium).* S.Augustinus (R 1788): "Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui.erit omnia in omnibus?... Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur... Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus".

S.Io.Damascenus (R 2376): "Qui autem bona egerunt, fulgebunt sicut sol... cum Domino nostro lesu Christo, ut videant semper ac videantur, indefectibilique inde laetitia fruantur, laudantes eum cum Patre et Spiritu S."

73. Ratio theologica. Deus est beatus sui visione et hanc consequente amore ac gaudio; pariter anima Christi iis actibus beata est. Eo ergo posito quod visio Dei sit possibilis homini supernaturaliter elevato, putandus est pariter iustus, cum sit haeres Dei et cohaeres Christi (Rom 8,17), beatitudinem suam illis actibus obtinere, seu Dei et visione et amore ac gaudio eam, utpote quae de summo bono sit, necessario consequentibus.

Ratio naturalis probat de ratione beatifudinis esse *cognitionem* Dei eximiam, non vero eam esse praecise *visionem intuitivam,* quam de facto dari scit solum ex fide. Beatitudo formalis est possessio summi boni. At hoc nequit nisi per cognitionem intellectivam possideri, quae: *a)* ufpote beatificans, debet esse eximia seu cognitionem Dei, quam habemus in hac vita, longe superare; *b)* et cum sit cognitio sumini boni, importat necessario eius amorem et gaudium de eo possesso. Ergo cognitio Dei est de ratione beatitudinis formalis, et consequenter amor ac gaudium.

17 Cf. P.Dumont, ST., *Le Surnaturel dans la Théologie de Saint Augustin:* RevScRel 11 (1931) 516-521.

18 S.HtEronvmus. *In Is.* 66.11: ML 24,662. S.Augustinus. *Confess.* 10.22: ML 32,793: "Ipsa est beata vita, gaudere ad te, de te, propter te; ipsa est et non est altéra.-'

74. Obiectiones. Non nisi paucae hic indicantur, relictis nunc ahis al'bi solvendis, ex iis quae possibilitati visionis intuitivae Dei opponuntur.

1. Io 1,18: *Deum nemo vidit umquam* (cf. ct Mt 11,27; Rom 1,20; 1 Tim 1,17: 6,16). His dicitur nemo Deum vidisse. Ergo beati Deum non vident.

Dist. mai. Dicitur vidisse Deum nemo viventium in terra, *trans, mai.;* nemo beatorum, *subdist.* oculis corporeis, *conc.;* intellectu, *iterum subdist.* comprehensive, *conc.;* secus, *iterum subdist.* lumine naturali, *conc.;* supernatural!, *nego.*

Hae distinctiones iustificantur: *a)* Ex obvio locorum obiectorum qui sunt de viatoribus et (si effertur impotentia) de lumine naturali; nec ergo ii visionem intellectualem Dei, non comprehensivam, beatis per se denegant, *b)* Ex eo quod Scriptura factum istius visionis alibi doceat.

Ceterum transmisimus maiorem, quia forte Moyses, S.Paulus, viventes in terra, intuitive, etsi breviter, Deum viderunt (S.Th., 1 q.12 a.11; 2.2 q.174 a.4; q.175 a.3); at id difficile probatur [°].

2. 1 Pctr 1,12, ... *Evangelisavericnt vobis, Spiritu S. misso de caelo, in quem desiderant angeli prospicere.* Ex his, angeli desiderant Deum videre. Ergo ipsum non vident. Ergo nec alii beati.

Dist. mai. Desiderant, quatenus *studiose prospiciunt* ipsum, *conc. mai.;* quatenus non vident, *nego mai*™.

In ea interpretatione *is in quem* esset vel Christus, iuxta S.Beda, alios, vel Spiritus S., iuxta alios ut A Lapide'1 At textus probabilior legit pro verbis "in quem" verba "in quae" (gr. εἰ οἱ) i.e. in mysteria redemptionis; quo posito, difficultas obiecta ruit". Ceterum gratis assereretur angelos in beatitudine aliquo desiderio affici, quod implere nequirem', cum inde aliquid doloris eis adveniret.

75. 3. Ex 33.11: *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad factem, sicut solet loqui homo ad amicum suum* (cf. et Gen 32,30; Num 12,8). In his locutio "facie ad faciem" vivis applicatur, qui sane non putandi sunt Deum intuitive vidisse. Ergo ea nec apud Paulum est dc visione Dei.

Trans, mai. Nego cons.

Ex supra dictis, nos non arguimus ex sola illa locutione qua tali, sed ex toto contextu, in quo Paulus eam adhibet. In locis obiectis visio Dei intuitiva ipso contextu excluditur, nam: a) In Ex agitur de visione oculari Dei apparentis in forma hominis externa, ut patet ex toto contextu; immo visio faciei Dei negatur (v.18-20). *b)* in Num 12.8 non sunt verba "facie ad faciem", sed verba "palam et non per aenigmata et figuras", quibus mere comparatur manifestatio specialis (sed specie corporali) Dei ad Moysen cum aliis symbolicis in figuris.

" Cf E Hernandez, S I., *La visiân facial de Dios cn esta vida:* Manr 12 (1949) 140-150; Huby. *Mystiques paul'.nienne ct fohannique* (Paris 1946) 119s; M.B.Lavavd. O.P.. *Moïse ct Saint Paul ont-:!s eu la v'slon de Dieu dés ici·bast:* RevThom 13 (1930) 75-83 252-256; P.Blanchar. *Expérience tr:nita:rr et vision béatifique d'après Saint Jean dc la Croix:* AntTh 9 (1948) 293-310. Cf. et R ns la Inmacui.ada. O C Π. *;Gosô San José de la v.siôn beatifica cn esta vidât:* Estjos 7 (1953) 184-197.

" Cf. Zorell. v. παρακύπτω 994.

21 S.Beda. in h.l.: ML 0345; A Lapide. *Commentaria in Epistolam S.Petri* (Paris 1859) 255s. Qui tamen quoad rem opinionem sequentem fere tenet, cum locum sumat de mysteriis Christi ut in Spiritu S. intuendis.

° VrEdE, *I.C.,* 1,1; CmarvE, *o.c.,* 446.

c) In Gen 32,30 agitur de apparitione Dei sensibili et de visione oculari, ut patet ex contextu (v.23-29), in quo Deus, ut homo pugnans cum lacob, inducitur.

4. S.lo.Chrysostomus (R 1161): "Id quod Deus est, non modo prophetae, sed neque angeli, neque archangeli viderunt... Solus ergo Ei.ius illum videt, itemque Spiritus S..." (cf. et R 1123; S.Cyrillus Hier., R 822). His negatur aliquem, praefer Filium et Spiritum S·, Deum videre. Ergo beati ipsum non vident.

Dist. mai. Negatur creaturis visio Dei comprehensiva, *conc. mai.;* alia, *subdist.* : corporalis, *conc.;* intellectiva, *nego.*

Sane, cum Eunomius doceret Deum vel in hac vita, non solum videri, sed et pertecte comprehendi posse, quidam SS.Pafres contra eum scribentes, sic in disputatione locuti sunt, ut vel angelos beatos Deum videre negare viderentur; at solum negabant Deum a creaturis comprehendi posse.

Huic S.lo.Chrysostomus (R 1161) addit: *"Nemo novit Patrem nisi Filius.* Quid igitur? Omnesne in ignorantia sumus? Absit; sed nemo sic novit ut Filius... Cognitionem enim hic dicit certam visionem ct comprehensionem talemque qualem Pater de Filio habet." Ergo solum negat creaturis cognitionem de Deo talem, qualem Pater de Filio et Filius de Patre habet. S.Cyrillus Hier.: Dei "faciem angeli continuo vident in caelis; vident autem unusquisque secundum proprii ordinis et loci mensuram. Purus vero paterni splendoris contuitus proprie et sincere Filio una cum Spiritu S. reservatus est" ".

76. Scholion 1. *De extasi unitiva.* Beati per visionem, amorem, gaudium, sic in Deum rapiuntur, ut sibi quasi mortui, soli Deo vivant ac toti sint in ipso contemplando, suis moribus Ipsum imitando, in eius voluntate perfectissime amanda et exsequenda, in ferventissima tanti boni fruitione. *Vivo ego, iam non ego; vivit vero in me Christus* (,Gal 2,20).

77. Scholion 2. *De unione speciali beali cum persona Verbi.* Waffelaert, theoria probatu difficillima, explicat exaltationem beati ad visionem Dei per specialem illius cum persona Verbi moralem unionem, qua unione magis deiformis fiat ac filius Dei adoptivus adhuc similior Filio naturali et per eum tum Patri tum Spiritui sancto", nempe similem illi *speciali* unioni cum *Spiritu sancto* inhabitanti, quam ipse auctor insto viatori tribuit. "Itemque gratia habitualis in via, utpote dispositio ad unionem cum Spiritu sancto eiusdemque unionis vinculum, spectat, pro caractère personali Spiritus sancti, ad primo coniungendum sine merito hominem cum Deo per charitatem et sanctitatem; lumen vero gloriae, tanquam dispositio ad unionem cum Verbo eiusdemque unionis vinculum, tendit, pro caractère personali Verbi, ad supremam manifestationem, Dei unius et trini, meritis retributam. Ubi etiam adverte unionem cum Verbo non evacuare unionem cum Spiritu sancto, sed imo eam perficere..." [24]

78. Corollarium. *Beati vident lotum Deum.* Est de *fide divina et catholica definita* beatos videre Deum *quoad essentiam et quoad*

23 Michel, 2364-2367. Cf. tamen Vâzquez, *In 1* disp 37 c.1-4; Journet, *l.c.,* 444: Dondaine *L'objet... 73*

M C F Waffelaert. *D'squis:t:o dogmatica dc unione iustorum cum Deo tum in hac vita tum in vita aeternum beata:* CollatBrug 16 (1911) 161-179.241·255.313-320; cf. 15 (1910) 627-636.673-687; 16 (1911) 5-17.

personas (C.Florentinum, D 693; 1 To 3,2). Omnes viatores fidem habentes appetunt videre divinam essentiam ac trinitatem. Ceterum ea essentia subsistit in personis, cum quibus re identificatur; ergo nequit ea sine his videri. Item est *saltem theologice certum* eos videre Deum *quoad omnia attributa* (Benedictus XII, D 530). Nam a parte rei essentia divina est omne attributum Dei necessarium ac in Deo fonnaliter exsistens.

ARTICULUS III

Du ESSENTIA BEATITUDINIS FORMALIS

79. 1) *In quo ea non consistat.* Cum. beatitudo sit bonum ipsius beati, constat apud omnes, eam non esse ipsum Deum, sed aliquam *unionem beati cum Deo.* At ea non est pantheistica, qua anima et Deus una substantia vçl in natura vel in persona fiant. Nec sufficit, ut patet, ea qua anima in Deo vivit, movetur et est (Act 17,28).

Aliunde ea nequit esse vel in illapsu divinitatis per potentias in substantiam animae, quae sic perficiatur, ut, vi amoris beatifici, quodammodo in Deum transformetur[25], vel in visione et amore ipsius Dei increatis creaturae communicatis[26]. Nec sufficit unio per gratiam sanctificantem, cum secus omnes iusti essent beati, vel per lumen gloriae, vel in genere per habitus etiam perfectissimos, cum ii ulterius supponant *actum ad quem* ordinantur ut *ultimam* sui perfectionem[27].

2) *Beatitudo est in actu vitali beati,* ut fert communis opinio. Nam ea, utpote status perfectissimus et ultima hominis perfectio ac ultimi finis assecutio, actum supponit sive immanentem ipsius beati, cum beatitudo sit *vita* aeterna, sive spiritualem, cum sit circa bonum .spirituale. Iam vero, cum actus beati circa summum bonum sint visio, amor, gaudium, his vel horum aliquo *essentia* beatitudinis contineri dicenda est.

25 Sic Hf.nr.GandavEnsis (*.Quod!.* 1,3 q.12; 6 q.6 lit. y) iuxta alios ut SuÂrez (*De fine hom.* 6,1,1). Lessium (36,2,18-21), Ramîrez (3 n.14), dum eius opinionem alii ut VAzquEZ (*In 1.2* d.8 c.1), Sjuri (36,2.18-21) ut communi sententiae parem explicant. Dc caelesti beatitudine apud antiquos Scholasticos, cf. N.Wicki, *Dic Lchre von der hinrwtlischcn Seligkcit in der Mittclalterlichcn Scholastik, von Petrus Lombardus· bis Thomas v. Aquin* (Friburgii Helv. 1954) 51-201.

M Ut sic opinantes citantur ex antiquis, v.gr. J.dE Ripa (cf. Capreolus. *In 3* d.14 q.1 a 2 § 1,11), Hugo a St.Victore. *De sapientia animae Christi:* MU 175 849-851 (cf. LennERz, *De Deu Uno* n.171) et serius F.Bona Spes (cf. Siuri, *ibid.,* n.22). De his et tliis opinionibus, cf. Ramîrez, n 11.13.15s. Agit maxime de Ripa N.Camilleri, *De natura actus visionis beatificae apud theologos post-tridentinos* (Chieri 1944)

27 Cf.. Lessius, 2,1,5. S.Bonaventura (*In 4* d.49 p.1 q.4s) ponit beatitudinem et in actu et in habitu et quidem principalius in hoc.

80. 3) *Notiones,* Cum in hac re alii de essentia physica, alii de metaphysica loqui videantur, quaestio, saltem magna ex parte, est forte solum de voce, et proin difficile is status quaestionis ponitur, quo universalis solutio rei tentetur. His positis, pro nobis *essentia:* a) *physica* est totum id oubd *a parte rei* sic rem constituit, ut haec, si illud dematur, iam non concipiatur subsistere posse; b) *metaphysica* est id, quo res ita *primario* constituitur, ut alia, etiam necessario eam concomitantia, eius potius aut conditiones aut proprietates aut quasi effectus esse videantur.

81. 4) *Essentia physica beatitudinis.* Ea est in actibus visionis, amoris, gaudii, cum sine iis beatitudo a parte rei nequeat vera esse. Nam unio cum obiecto beante a parte rei habetur: a) *Nisione,* qua et primo Deus fit praesens beato et primo Deus attingitur a beato et tota huius capacitas cognoscitiva impletur, b) *Amore,* quo et intentionalis unio visionis per unionem realem cum Deo completur et tota voluntatis capacitas amandi satiatur, c) *Gaudio,* per quod appetitus rationalis in bono amata praesenti quiescit.

82. 5) *Essentia metaphysica beatitudinis.* Consistit: a) *In sola visione,* iuxta S.Thomam, alios", cum visio iam sit ultimi finis possessio; cum ea sit actus perfectior actu amoris; cum amor et gaudium eam supponant', b) *In solo amore amicitiae,* iuxta Scotum et alios, ita ut visio sit mera conditio praevia; nam beatitudo est summa creaturae perfectio, actus vero voluntatis est perfectissimus actus creaturae (1 Cor 13,13), cum ipse per amicitiam, cognitio vero solum intenfionaliter animam uniat obiecto". c) *In gaudio de Deo.* iuxta Aureolum, cum appetitus rationalis gaudio perfecte satietur ", d) *In visione et amore ac gaudio tam amicitae quam concupiscentiae,* iuxta Lessium. alios, nam ii omnes actus ad completam unionem cum Deo et ideo ad completam beatitudinem requirunVur, cum eorum singuli novo modo mentem Deo coniungant ". e) *In visione et amore amicitae simul sumptis,* utpote Deo immediate coniungentibus, iuxta plurimos ut S.Bonavcnturam (solum quatenus beatitudinem ponn' in actu), Suarez, etc.æ

Quod postremum probabilius esse videtur: cum uterque actus sit necessarius, tam ad possessionem Dei perfectam seu ct intentionalem et realem, quam ut capacitas humana et cognoscendi et amandi

08 S.Th., 1.2 q.3: q.4 a.1-3; 3 CG 2Sss; CaIBTanus *In 1.2* q.3 a.4. et omnes thomistac; cf. RamIrEz, *l.C.;* Vazquez. *In 1.2* disp. 11 c.3-7.

20 Scotus. *In* 4 d 49 q.4s. Ripalda *(De ente sufernaturali,* d.100 s.3) reponit heat'tndinem in visione ct in amore sive simul sive seorsim sumptis.

80 Aureolus. *Iu 3* <1.15 ql a.3: *In* 4 d 49 q.l a.l.

-3I Lessius. 2.5'; Juncmann. n.139; Hurter. 3 n.684; Palmieri. 5 77.

32 S Bonaventura. *In 4* d.49 p.l q.5; Suarez. 7.1 29-63 (cf. J.M.DÎaz. *Ac. tîtud de! P.Francisco Sudrcs trente a la esrncia inrtafisica dc nuestra fclicidad:* MiscCom 9 (19481 294-299; Siuai, 36.4s: BeraSa n.1296. Dc cognatione in hac re inter S.Thomam et Suarez, cf. L.Teixioor, S.I. *El P.Suârcc y Santo Ton* qtr. *Notas criticas:* EstEcl 13 (1924) 262-286.

perfecte satietur; cum suprema hominis perfectio sit' in Deo perfecte tam cognoscendo quam amando. Gaudium vero nascitur ex Dei possessione ac proin bcatitudinem substantialem praesupponit

83. At si essentia metaphysica dicitur illud praedicatum esse, quod inter essentialia est' primum et vehit *radix* ceterorum, seu quo beatus primo Deum possidet, et in beatitudine est *sola visio,* cum ex hac, ut ex radice, amor et gaudium dimanare putentur, quatenus, quin notio visionis per se amorem et gauduim essentialiter supponat, his visio essentialiter supponitur. Hinc iure visio dicitur *beatifica,* cum sit velut *fons* beatitudinis totalis. Tamen amor et gaudium non fluunt ex visione ut proprietas ex essentia vel ut actus ex potentia.

b) loannes de Quidorf. volens S.Thomam sequi, miram eam opinionem statuit, quod beatitudinis essentia sit, non directa Dei visio, sed conscientia seu visio possession's Dei; quem tamen alii (Petrus d'Auvergne, Hervé Nedellec, loannes de Poully) refutarunt[34].

ARTICULUS IV

De beatorum impeccabilitate

Thesis 5. Beati sunt de facto et de iure impeccabiles.

S.Th.. 1.2 q.4 a.4: Suârez, *l.c.,* d.8 s.3: <19 s.1; <110 s.1; Saimanticenses, *Dc bcatit.* disp4; Mazzella. n.H87ss; R.J,Gummersbach. SI *Unsihidlieltkeit und Befest'gunq in der Gnadc* (Franckfurt a M. 1933) 94-117; P.Richard, *Impéccabilitc:* DTC 7,1275-1277.

84. Nexus. 2um. ex probatis, de essentia beatitudinis sive obiectiva sive formali constet, nunc beatitudo *simpliciter* sumitur, seu prout simul est et obiectiva et formalis, et de eius proprietatibus agitur, scii, de indefectibilitate ac de inaequalitate. *Indefectibilitas* vero potest inspici vel ex parte beati, seu num beatus per peccatum bcatitudinem destruere queat, vel ex parte Dei, seu num Deus ei finem aliquando sit allaturus. Unde agendum est in hac thesi de *impeccabilitate* beatorum; in altera vero de beatitudinis *aeternitate.*

85. Notiones. Beati i.e. beatitudine formali iam affecti.

Impeccabilitas, seu impossibilitas peccandi, est: a) *Consequens* seu de facto, si ea mere consequenter ad factum (vel

33 Cf. S.Th, 1.2 q 3 a.4; q.4 a.Is; ScoTVS, *In 4* d.49 q.7. Cum vero gaudium amicitiae aut ab amore am'citiae non differat aut in hoc essentialiter contineatur, in ca opinione censetur esse de essentia beatitudinis, non vero amor et gaudium concupiscentiae, cum iste amor semper ordinetur ad aliam actionem, quae sit boni concupiti consecutio, et hoc gaudium versetur immediate non circa solum Deum in se. sed circa operationem qua Deus attingitur. Cf. SuÂRriz. 7,1.36-43; 9,3; Beraza, n.1296.

M T.P.Müller. O S.B. *La thèse de Jean Quidori sur la béatitude formelle:* Mélanges Auguste Pelzer (Louvain 1948) 493-511; Id.. *Les critiques dc la thèse de Jean Qu'dort sur la béatitude formelle:* RechThAncMéd 15 (1948) 153-170. Cf. et E.M.Kuppers. C.SS R., *Bicnavcnturansa y rcflexién segùn los tcôlogos del siglo XIV:* Strena Raphael Trotta (La Plata 1947) 91-166.

huius praevisionem) non peccandi habetur. Ergo per se sola possibilitatem peccandi non excluderet, b) *Antecedens* seu de iure, si ante illud factum (etiam ut praevisum) iam est in subiecto impossibilitas peccandi.

Nos de utraque agimus, et quidem per modum unius probanda, ita vero ut potius *antecedentem* respiciamus. Cum vero haec sit *interna* vel *externa,* prout ratio eius sit subiecto interna vel externa, praescindimus in thesi ab hac quaestione, ceterum inferius in scholio breviter exponenda.

86. Adversarii. Origenes dicendus est *utrumque* theseos assertum negare, prout et eo gradu quo, iuxta dicta superius (n.6), dicatur ipse putasse creaturas rationales, utpote capaces sive boni faciendi et conversionis etiam in inferno, sive peccandi etiam in caelo, esse vel in tempora plus minus longa vel in perpetuum, in successivo transitu a bono ad malum et a malo ad bonum.

Origcnistae, si, ex alibi dictis, circulationem successivam docuerunt, eo ipso negarunt impeccabilitatem spirituum beatorum vel *consequentem.*

87. Valor dogmaticus. Impeccabilitas: a) Consequens est *de fide divina et catholica·, b)* Antecedens est *certa in theologia.*

88. Probatur ex sacra. Scriptura. 1 Petr 1,3s: *Regeneravit nos... in hereditatem incorruptibilem ,ei incontaminatam et immarcescibilem...* At si beati peccare possent, forte aliquando peccarent, immo mirum esset, si, in tam multis et in spatio totius aeternitatis, quidam eorum peccato non inficerentur; quo posito, aut beatitudinem (v.gr. peccato gravi) amitterent, et sic ea non esset incorruptibilis, aut eam (v.gr. peccato levi) non amitterent, et sic ea non esset incontaminata. Ergo ii peccare nequeunt.

Apoc 21,27: *Non intrabit in eam* (civitatem caelestem) *aliquod coinquinatum aut abominationem faciens et mendacium.* His verbis adeo emphaticis nequit non excludi peccatum, non solum de facto, ut per se patet, sed et *radicaliter* seu de iure. At si beati peccare possent, peccatum non esset sic radicaliter exclusum. Ergo beati peccare nequeunt.

89. Probatur ex traditione. S.Augustinus (R 1956): “Prima ergo libertas voluntatis (i.e. in iustitia originali) erat, posse non peccare: novissima erit multo maior, non posse pec-

•care"; (R 2012): "Tunc... nobis concedetur, ne a Domino aliquando recedere possimus, quoniam nec velle poterimus. Ita enim nobis certum erit bonum, quo semper... cum Domino erimus, ut ab eo recedere non velimus, nec velle possimus" 1.

90. Ratio theologica. 1) Peccatum sive grave sive leve est. magnum malum. At beatitudo omne malum *formaliter,* seu ex suo conceptu, excludit. Ergo beati *nequeunt* peccare.

2) Beatitudo omne peccatum *de facto* excludit. At si beati peccare possent, id esset mirum, quod in tota aeternitate ne unum quidem leve peccatum in caelo admitteretur. Ergo beati peccare nequeunt.

3) Beatitudo omni anxietate ex suo conceptu caret. At si beati peccare possent, perpetuo essent anxii de amissione forte futura beatitudinis, vel aeterna per grave peccatum, vel temporali per leve. Ergo ii peccare nequeunt.

91. Obiectiones. 1. lob 4,18: *Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis referit pravitatem.* Ex his ergo, ii qui serviunt Deo peccare possunt. At ii qui serviunt Deo sunt imprimis beati. Ergo beati peccare queunt.

Dist. mai. Qui serviunt Deo peccare possunt, quatenus non sunt essentialiter impeccabiles, *conc. mai.;* quatenus de facto semper peccare possunt, *subdist.* : in statu viae, *conc.;* in caelo, *nego.*

Locus obiectus est : *a)* Iuxta alios (Knabenbauer, Pesch, etc.) de angelis inspectis in momento probationis, et quorum multi lapsi sunt; horum ergo exemplum nobis viatoribus proponitur, ne nimiae securitati indulgeamus. *b)* Iuxta alios, ut S.Augustinum, de iniusfitia cuiuslibet creaturae, ex se instabilis et solo Dei dono perstantis, in comparatione ad sanctitatem Dei natura sua sancti '.

Nos putamus utramque opinionem loco obiccto consonare, ita ut per se de labilitate nostra, quam secunda opinio effert, agatur, et in eius confirmationem exemplum angelorum pravorum memoretur.

Ceterum verba obiecta non dicuntur a Deo, sed ab Eliphaz, qui non semper recte locutus est (lob 42.7).

2. lob 15,15: *Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, et caeli non sunt mundi in conspectu eius.* Ex his ergo, nec beati sunt mundi. Ergo possunt peccare.

Dist. mai. Beati non sunt mundi negative, seu ut obnoxii imperfectionibus negativis, *cffnc. mai.;* secus, *nego mai.*

Locus obiectus sic intelligitur, ut beati sint mutabiles quatenus ulterioris perfectionis capaces sunt', et proin eo sensu non sint mundi, quatenus imperfectionibus negativis subsunt'.

1 S.Augustinus. *Contra duas epist. Pelait.* 3 7: MI, 44.600: "Hic erga praeceptum est ut non peccemus: ibi praemium non nosse peccare?'

- KnabEnbaubr. *Commentarius in librum lob* (Parisiis 1886) 70s; Pesch. 3 n.457: S.Augustinus, */hi Oros. cont. Priscill.* 10: MI, 42,677. Cf. tamen Gummersbach, p.102s nota 21.

• Suârw, 10,1,3; Knabenbauer, 203.

3. Beati libero arbitrio fruuntur. Ergo peccare possunt.
Dist. mai. Beati sunt liberi in ordine ad amandum vel non amandum Deum, *nego tuai.;* in ordine ad alia, *conc. mai.*
Hanc solutionem, quam non omnes facile admittent, damus iuxta opinionem, quam, iuxta mox exponenda, praeferimus, de impeccabilitatis beatorum radice *interna.* At, etsi daretur eos esse *interne* liberos ad peccandum, saltem, iuxta omnes, ita divina providentia reguntur, ut *dc facto* nunquam peccare queant.

92. Corollarium. *Perfectissima integritas beati.* Huic erit illa, seu immunitas a qualibet concupiscentia, quae eum inordinate afficere possit.

93. Scholion 1. *De radice impeccabilitatis antecedentis in beatis.* Iuxta omnes, impcccabilitas beati sic saltem est ei *interna,* quatenus ei interna est beatitudo, de cuius ratione saltem exigitiva est perpetuitas et proin exclusio peccati hanc impedientis. At de cius causa *quasi proxima,* seu qua de facto immediate ca obtinetur, opiniones pro modo concipiendi beatitudinem, ut ex se incorruptibilem vel secus, dividuntur.
1) Alii, ut Scotus, ita rem concipere videntur, ut exclusio peccati obtineatur, *non causa interna,* scii, *vel visione,* cum haec sit in intellectu, peccatum vero in voluntate, nec ea necessario amorem inferat, *vel amore,* cum hic ex visione necessario non nascatur, *sed causa externa,* seu per Deum ita voluntatem beati continuo praevenientem, ut haec in Dei fruitione perseveret, qua peccatum excludatur. Sic ergo voluntas, etiam coram summo bono viso libera manens saltem quoad exercitium vel saltem quatenus actum amoris suspendere potest, modo dicto a Deo praevenitur, quia omne peccatum a beato abesse debet.*
2) Opinio vero communis cum S.Thoma eam impeccabilitatem unice *per causam beato internam* explicat, ita scii, ut voluntas circa summum bonum visum sit ad amorem necessitata, quin ergo illud nolle vel ab cius visione cessare queat. Sane beatus coram summo in se et sibi bono, in quo ergo nulla mali ratio est, caret indifferentia iudicii (obiectum partim bonum partim malum supponente) ac proin et libertate ; ergo illud amat necessitate et specificationis et exercitii seu quatenus nec actum contrarium ponere nec actum amoris suspendere potest

94. At huius opinionis auctores in ulteriori determinatione suae conceptionis dissentiunt, *a)* Iuxta Durandum, una visio impeccabilitatem infert, non vero ut est solius Dei, sed ut attingens in Verbo omnes res et actiones ad beatum pertinentes et omnia adiuncta quae eius voluntatem ad bonum vel ad malum inducere possent ; sic enim cavetur quilibet defectus in intellectu practico, ve! error speculativus et quaelibet alia inconsideratio, ex quibus peccatum venire posset'. At id huic opinioni obest, quod visio, qua Dei et proin qua beatificans, peccatum non excluderet.
b) Iuxta alios, visio peccatum excludit, sed solum mediante amore ad quem illa nécessitât et qui ad non peccandum cogit. Sic, iuxta

4 Scotus, *In 1* d.1 q4; d.49 q.4; q.6.
5 S.Th., 1 q.62 a.8; 1.2 q.4 a.4; q.5 a 4. Cf. Gonet, *Dc ultimo fine hominis,* disp.4 a.4s
• Durandus, *In 2* d.7 q.l; d.23 q.l. Cf. S.Th., *De ver.* q.24 a.8.

Suarez, Capreolus et Soto, et iuxta Medina, Vitoria At in hac opinione, etsi bene peccatum excludente, ipsa impeccabilitas intelligi sine actuali amore non posse videretur, ita ut ea cessaret, si, posita visione, Deus concursum ad amoris actum suspenderet.

c) Iuxta alios, una visio ratione sui obiecti, seu summi boni, ad impeccabilitatem, etiam secluso amore, sufficit. Sic cum Caietano, Suarez et alii multis. Id videtur consonare rationi S.Thomae supra allatae de amissione libertatis, coram summo bono, ad non amandum nisi Deum immediate aut alia sed in ordine ad Deum. Haec opinio videtur praeferenda, cum visio per se ipsam, indifferentiam iudicii liberae electioni necessariam follat; at ea non negat, peccatum in beatis *de facto,* etiam amore in Deum, necessario excludi.

N.B. Impeccabilitas, quae est metaphysica vel physica prout metaphysice vel physice peccato repugnet, in beatis est: iuxta alios, ut Gonet, metaphysica relate ad pcccatïim actuale et ad habituale; iuxta alios, ut Salmanticenses, physica relate ad utrumque peccatum; iuxta alios, ut Suarez, metaphysica relate ad actuale, physica vero relate ad habituale '.

95. Scholion 2. *Necessitantur beati ad id quod perfectius est?* Cum beati necessario ament omnia, ouae cum amore Dei sunt necessario nexa, quaeritur utrum ii inter duas res, quae Deo placeant, eam necessario eligant, quae Ipsi hic et nunc magis placet, an possint eam, quae Deo minus placet, eligere; aliis verbis, quaeritur num in beatis morales eiusmodi imperfectiones esse queant. Iuxta Lugo cui alii assentiuntur, semper necessitantur non physice, sed certe moraliter, ad eligendum id quod Deo magis placet [10].

ARTICULUS V

De aeternitate beatitudinis

Thesis 6. Beatitudo est aeterna de facto ac de iure.

S.Th.. 1 q.10 a 3; 1.2 q.5 a.4; Scotus, *In 1* d.49 q 6; Suarez, *l.c.,* 14; Gonet, *l.c.,* d.6 a.2; Lennerz, n.25-32.

96. Nexus. Ex probatis, beatitudo est indefectibilis ex parte beati, scii, quatenus hic eam per peccatum destruere nequit. At estne ea pariter indefectibilis ex parte sua, ita ut *ex se* deficere nequeat vel ut saltem *de facto* numquam defectura sit? Sane aeternitas beatitudinis et impeccabilitas sunt intime connexae, quatenus illa hanc exigit; at haec non necessario infert illam. Quid ergo de duratione beatitudinis?

97. Notiones. Beatitudo sumitur hic complexive, seu ut est actualis unio subiecti cum obiecto beante.

7 Suarez, 10.1.9; B Medina, *In 12* q.4 a.4. Sic JIukter. 3 n.686.
8 Suarez, n.16-24; SalmantiCENSES. *l.c.,* disp.4 l n.4; Gonet. *l.c.* d.4 a.4.
0 Gonet, *l.c.,* d.4 a.5; Salmanticenses, *l.c.,* d.4 n.4.17; Suârez, 10,21-24.
x0 Luco, *De ineam.* d.2 s.2 n.24; d.26 s.10 n.142; Pesch, 3 n.463.

Est aeterna i.e. a momento quo incipit, durat et sine interruptione et a parte post sine fine. *Aeternitas* ergo sumitur hic, non *stricte* seu pro duratione tota simul, ac initium, successionem, finem essentialiter excludente, sed *late* ut aeternitas inferni seu simpliciter pro 'duratione sine fine.

Aeterna de Facto i.e. asseritur eam durationem haberi, quin ulterius ratio eius determinetur.

Aeterna de iure, nempe: a) Non ex mero dono Dei gratuito, sed *ex natura sua* perpetuitatem exigit, fere ut anima humana. b~) Est *intrinsecus incorruptibilis,* quatenus dissolvi nequit, vel causa *intrinseca,* vel causa *extrinseca* sive *creata, naturaliter* agente, sive *increata,* secundum potentiam *ordinariam,* seu secundum rerum naturam et exigentias naturales, operante. Tamen de *absoluta* Dei potentia beatitudo, ut quodlibet ens contingens, a Deo, per influxus conservativi suspensionem, annihilari posset.

Perpetuitas ergo est essentialis proprietas beatitudinis, ut theologi communiter docent '.

98. Adversarii. Origenes et *Origenistae,* at iuxta dicta superius (n.6).

Scoto ea est opinio, quod, etsi perpetuitas sit uno vel alio modo de ratione beatitudinis, haec non sit corruptibilis *intrinsece,* sed solum ex voluntate Dei, cum voluntas beati libere posset non imperare visionem nec uti caritateB.

Granado negat perpetuitatem sic esse de ratione beatitudinis, ut haec nequeat esse sine illa v.gr. in beato quem Deus repente destrueret3.

99. Doctrina Ecclesiae. Beatitudo est *de facto* aeterna. *C.Lateranense* (D 429): "... Resurgent... ut recipiant secundum opera sua..., isti cum Christo gloriam sempiternam" (cf. et D 430).

Benedictus XII (D 530): “Definimus: quod... animae sanctorum... habent vitam et requiem aeternam...; quodque... in eisdem... visio et fruitio sine aliqua intercisione (al. intermissione) seu evacuatione praedictae visionis et fruitionis... continuabitur... usque in sempiternum”.

Accedunt: *Symbola* profitentia articulum “in vitam aeternam”, ut *Apostolicum* (D 69), *Epiphanii* (D 13), *Fides Da-*

1 S.Th., 1 q.64 a.2; 1.2 q.5 a.4; SuârEz. d.14; VâzquiJ:, *In 1.2* <1.21; Gotti, *Dc bcatit.* q.2 dub.7. Cf. tamen Scotus, *In 4* d.49 q.6.
2 Scotus, *l.c.*
3 I.Granado, S.I., *In 1.2* contr.1 tr.3 d.3: cf. BeraJza, n.1305,

masi (D 16), *Aihanasianum* (D 40); *C.Tridentinum* (D 809 842): obiectum meriti est vita aeterna.

100. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita* (D 429 530) quoad aeternitatem *de facto. Certa in theologia,* quod perpetuitas sit saltem aliquo modo de *ratione* beatitudinis. *Communis* et *moraliter certa,* quoad *intrinsecam* incorruptibilitatem.

A. Beatitudo est aeterna de facto.

101. Probatur ex sacra Scriptura. Ex locis fere innumeris, ubi res indicatur, pauci afferuntur.

Terminis positivis. Mt 25,46: *Ibunt... iusti... in vitam· aeternam.* 1 Thess 4,16: *Et sic semper cum Domino erimus.* 2 Cor 4,17: *Quod in praesenti est momentaneum... aeternum gloriae pondus operatur in nobis.* Sap. 5,16: *Iusti autem in perpetuum vivent* “.

Terminis negativis. 1 Petr 1,4: *Regeneravit nos... in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem.* 1 Petr 5,4: *Percipietis immarcescibilem gloriae coronam.* To 16,22: *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.* Apoc 3,12: *Qui vicerit... foras non egredietur amplius.* Apoc 21,3s: *Et ipsi populus eius erunt..., et mors ultra non erit* (cf. 1 Cor 9,25).

102. Probatur ex traditione. SS.Patres aeternitatem beatitudinis efferunt agentes, alias de ea sola, alias de ea et de inferno aeterno.

Theophilus Antioch. (R 176): “Lege... scripturas..., ut... aeterna Dei bona consequaris”. S.Irenaeus (R 239): Iusti “semper percipiunt regnum”. S.Basilius (R 976): Aeque dicitur aeternus ignis ac vita aeterna; cum vero haec non habeat finem, ergo nec ille. S.Augustinus (R 1788): In caelo Deus “sine fine videbitur... Vacabimus et videbimus... Ecce quod erit in fine sine fine”. Theodoretus (R 2154): “Promisit munificus donator se daturum esse non caducum aut temporaneum quid, sed aeternam bonorum fruitionem...” 5

103. Ratio theologica. Ratio *sola* nequit probare beatitudinem esse *de facto* aeternam, si praescindat a secunda parte. Hac vero posita, sic ait: Beatitudo est *natura sua* aeterna. At Deus se naturis rerum accommodat de lege *ordinaria.*

‘ Cf. et Mt 19.25; Mc 10 17.30; I.c 16.9; Io 3 15«; 1.14 36; 6.40: 10.28; 17.2; Rom 2.7; 6,22; 2 Cor 5,1; Hebr 9.15; 1 Io 2,25

0 Ad eandem veritatem ex monumentis christianis antiquis probandam, cf. ^A.TSCHTHa iXr , η.467.

Ergo beatitudo est de facto aeterna, cum non appareat ratio dicendi, Deum in hac re iuxta legem ordinariam non agere.

B. Beatitudo est de iure aeterna.

104. Probatur ex traditione. S.Augustinus (R 1674). *Beatitudo nequit esse vera, quin sit perpetua*: "Cum ergo beati esse omnes homines velint, si vere volunt, profecto et esse immortales volunt; aliter enim beati esse non possunt... Nullo modo igitur esse poterit vita veraciter beata, nisi fuerit sempiterna" (S.Tn., 1.2 q.5 a.4).

Catechismus Rom. (1,13,3). *Beatitudo exigit perpetuitatem*: "Felicitas ex omnibus bonis sine ulla mali admixtione cumulatur; quae cum hominis desiderium expleat, in aeterna vita necessario consistit; neque enim potest beatus non magnopere velle, ut illis bonis quae adeptus est, sibi perpetuo frui liceat. Quare nisi ea possessio, stabilis et certa sit, maximo cruciatu timoris angatur necesse est".

105. Ratio theologica. 1) *Beatitudo nequit esse vera, quin sit perpetua.* Nam:

a) Beatus qui non esset futurus semper beatus: aut, id ignorans, malum ignorantiae in re magni pro se momenti haberet; aut, cum nequiret, ut patet, de beatitudinis duratione, saitem aliquando, non cogitare; vel hanc reputans esse perpetuam malum erroris haberet, vel de ea perpetuitate dubitans malum haberet anxietatis, eo magis quo vividius beatitudinis excellentiam perciperet.

b) Beatitudo habens finem: *contra* beati voluntatem, malum amissionis summi boni secum ferret; *secundum* beati voluntatem, vel saltem sine eius repugnantia, nequiret vera dici, cum eius finis appeteretur vel sine dolore susciperetur.

2) *Beatitudo caret corruptionis principio:* a) *Interno,* cum omnia eius elementa sint et *spiritualia* (ac proin simplicia) et *habitualia* seu de se habentia esse permanens: anima, gratia, lumen.

b) *Externo,* cum et anima, utpote natura sua immortalis, et gratia ac lumen, utpote simpliciter supèrnaturalia, ab uno Deo pendeant; cum lumen et intellectus, dum sunt, et exigant concursum accommodatum, et, hoc posito, necessario operentur; cum voluntas continuam infusionem luminis in animam prohibere nequeat, quo posito, actus intellectus, ex summo evidentiae gradu, imperio voluntatis subtrahitur, et (id quod Scotus negat) cum aliunde voluntas visionem impedire non possit, utpote necessario adhaerens summo bono clare ap-

prehenso ac cuius amissio rationem haberet puri mali, quod non est obiectum eius adaequatum. At *Deus naturis rerum se accommodat,* ut ea prom elementa intrinsece incorruptibilia conservet et cum eis necessario agentibus concurrat. Ergo beatitudo caret principio corruptionis externo..

106. Obiectiones. A) *In primam partem.* Duratio operis meritorii finita est. Ergo et praemium.

Nego cons. Opus iusli meretur beatitudinem, *ut aeternam,* secundum aequalitatem proportionis (S.Th., 1.2 q.114 a.3). 2 Cor 4,17: *Id enim quod in praesenti est momentaneum... aeternum gloriae pondus operatur in nobis...* C.Tridentinum (D S42) : "Si quis dixerit hominis iustificati bona opera... non vere mereri... vitam aeternum... A.S." Christus vero operibus durationc finitis infinite meruit; nil ergo mirum si opera iusti, ob meritorum Christi participationem, digna merito durationc infinito esse putentur, maxime cum sufficiat inter opus et praemium aequalitas proportionis ct ideo aestimanda etiam ex dignitate remuneratoris.

Ceterum, cum gratia sanctificans sit de se permanens, ac de facto in beato semper maneat et cum ius hereditatis illi gratiae inhaereat, hereditas debet etiam perpetua esse.

Item opus bonum iusti beatitudinem de condigno meretur. At beatifudo sine perpetuitate nequit vera esse. Ergo et hanc illud opus meretur ",

107. B) *In alteram partem.* 1. Gratia habitualis est corruptibilis. Ergo et beatitudo quae ei annectitur.

Dist. mai. Gratia habitualis est corruptibilis de potentia Dei absoluta, *conc. mai.;* de potentia Dei ordinaria, *subdist.;* in caelo, *nego;* in hac terra, *iterum subdist.;* ob peccatum, *cctnc.;* secus, *nego.*

Gratia, ut omne ens creatum, potest a Deo annihilari; at de potentia Dei ordinaria est incorruptibilis, utpote principio corruptionis carens ac priin habens esse de se permanens, ct nonnisi ob peccatum est corruptibilis, quatenus ob hoc homo meretur ut a Deo illa privetur. At peccatum nonni in hac vita est.

2. Visio et amor beatitudinis inamissibiles non distinguuntur a visione et amore aliquando forte defecturis. Ergo visio et amor beatitudinis perpetuitatem non exigunt.

Dist. mai. Visio et amor inamissibiles a defecturis non distinguuntur physice et entitative, *conc. mai.;* moraliter, *nego mai.*

Nam in primo casu appetitum explent, non vero in altero; cum enim beatus, ex dicendis, durationem beatitudinis ignorare nequeat, huius aeternitas singulis momentis ab eo cognoscitur, quo sensu *intentionali* et obiectivo, etsi non *reali* ac formali, ea potest dici esse *tota simul* in quolibet instanti (aliquo modo ut aeternitas Dei), ita ut sic animum plene iam satiare possit. Beatitudo vero non aeterna, vel ut talis non cognita, non esset sine anxietate.

Hinc valor *physicus* entis creati a duratione cius non pendet, at valor eius *moralis* ex perpetuitate specifice mutatur. Ut enim damnatio non esset plena, nisi ea ut aeterna a damnatis perciperetur, sic nec beatitudo'.

* Cf. Suauz, 14,1.6s.
' S.Th., 2.2 q.18 a.3; Suarez, 14,3,5.

3. Beatitudo coniungi potest, ut in Christo mortali, cum dolore et tristitia. Ergo non necessario omnem anxietatem excludit.

Dist. mai. Beatitudo potest coniungi cum dolore, qui sit circa beatitudinem essentialem, *nego mai.;* circa alia obiecta, *subdist.:* si ea nondum est *etiam accidcntaliter* obtenta, *conc.;* secus, *nego.*

Anxietas circa ducationem beatitudinis attingeret ipsam beatitu* dinem essentialem, dum dolor et tristitia Christi, non hanc, sed solum accidentalem afficiebant.

108. Scholion 1. *In quibus elementis beatitudo sit aeterna.* Beatitudo est aeterna in concreto; *a)* Quoad *elementum negativum exclusionis omnis mali* ", et quoad *principia habitualia beatitudinis essentialia,* scii, gratiam sanctificantem, plurcs virtutes infusas, lumen gloriae.

b) Quoad *actus visionis, amoris, gaudii,* quos ea includit. Nec interruptio eorum datur: "Visio et fruitio, ait Benedictus XII (1) 530), sine aliqua intercisione... continuabitur... usque in sempiternum", et sane vel peccatum leve, quod causa eius interruptionis esse posset, in caelo non datur; unde angelus inde aliquo missus in visione beatifica manet (Mt 18,10).

Immo ex iis verbis Benedicti XII ulterius eruitur, non solum beatitudinem actualem esse ininterruptam—quod clare ibi definitur—sed in beatis non dari probabilius continuatam illorum actuum successionem, sed *eosdem numero actus* perseverare in aeternum, quibus beatitudo incepit, ita ut in hoc sit quaedam beatitudinis assimilatio ad immutabilitatem Dei '.

Celerum nec ratio nec potentia esse videntur, ut intellectus (et consequenter voluntas, cum de summo bono agatur) ex uno ad alium actum transeat, cum Deus ei se videndum continuo praebeat et sic eum sine intermissione ad se trahat.

c) Quoad *quasdam perfectiones accidentales semper ac necessario,* sive ex natura rei sive ex lege Dei, beatitudini essentiali annexas, v.gr., gaudium de aliquibus bonis creatis, mutuum beatorum amorem, dotes corporis gloriosi, etc. Aliae perfectiones accidentales non erunt, numero eaedem perseverantes, cum beati queant v.gr. variis temporibus varios considerationis et gaudii actus circa res crea'as elicere, etsi perpetuo in iis manente et potestate habendi ad libitum illos actus et continua horum vicissitudine per transitum ex cogitatione unius rei ad cogitationem alterius '°.

109. Scholion 2. *Dc securitate beatitudinis.* Securitas, *seu cognitio certa* perpetuitatis beatitudinis, *requiritur in beato ad beatitudinem perfectam,* vel saltem ut conditio necessaria, ut vult Suarez ", vel ut de eius essentia ex parte subiecti, ut putant plures cum Viva °. Nam ut perpetuitas, quae est beatitudinis proprietas essentialis, se habet ex parte eius et est necessaria in actibus formaliter beatificis, qui sine ea appetitum explere nequirent, sic et securitas de perpetuitate, quae non se habet ex parte beatitudinis ut pro-

8 Apoc 21.4: *Absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum...* Cf. Apoc 7,16s; 14 13; 2 Cor 5 1-4; Hcbr 4.9.

® Scheeben § 93 in fine; Palmieri. §81 1; Michel. *Les mystères...* 24 26.131. Iuxta Laiiousse vero datur in beato indefinita actuum successio (n.322).

10 Suarez, 14 1 4; Palmieri, §81.2.

11 Suarez, 14 3,6; *Dc ang.* 5.7.5.

u D.Viva. S.I.. *De beatit.* q.8; Muncunill, n.928-937; Pesch, 3 n.467. Cf. vero Scotus, *l.c.*

prietas eius, cum possessio Dei iam sit de se perpetua et appetitum plene satians, sed *ex parte subtecti,* videtur esse saltem *conditio sine qua non* beatitudinis, seu ut appetitus plene satiari valeat.

a) *Beatos esse de facto securos de sua beatitudine est omnino clarum.* Nam evidenter ii cognoscunt id quod in vita crediderunt, ut est beatitudo perpetua. S.Cyprianus: "Illa stabilis et firma et perpetua securitas... Parentum, fratrum... (nos) turba desiderat, iam de sua incolumitate secura" ".

b) *Ea securitas requiritur ad beatitudinem perfectam.* S.Augustinus: "Nam quomodo beati, si incerti?... Qui quonam modo beati possint esse non video, quibus incerta est ipsa sua beatitudo". "Quae beatissima esse non poterit nisi de sua fuerit aeternitate certissima... Non enim beata erit (anima) nisi secura"". Appetitus non plene satiaretur, nisi anxietas circa perpetuitatem a beatis omnino excluderetur (cf. R 1756).

110. Scholion 3. *Qualis sit dtiratio beati.* Duratio beati non est tempus, sed *aevum.* Dum *aeternitas* proprie sumpta est Dei, entis prorsus immutabilis, et *tempus* est substantiae sive intrinsece sive extrinsece mutabilis, *aevum* est substantiae intrinsece immutabilis, at quae vel actu vel potentia *propter actus sibi succedentes* quodammodo transmutetur, ut sunt angeli (S.Th., 1 q.10 a.5). At in beato: nec anima nec corpus transmutationem ullam patiuntur; ipsa visio est unus idemque actus ininterruptus; tamen est potestas actuum successivorum circa alias res et proin cuiusdam transmutationis. Ergo duratio eius est aevum.

ARTICULUS VI

De beatitudinis inaequalitate

Thesis 7. Beatitudo est inaequalis pro meritorum diversitate.

S.Th., *Suppl,* q.93 a.3; Suârez, *De Deo* tr.1,2,20s; Salmanticenses, *Dc visione Dei* disp.5; Muncunill, n.1043-1047.

111. Nexus. Inaequalitas beatitudinis est alia huius proprietas, quae, reliquis iam consideratis, nunc tractanda venit. Eo enim posito, quod omnes iusti decedentes beatitudinem perfectam obtinent, haec subit animo quaestio, an ea sit singulis beatis inaequalis, cum in hac vita non omnes iusti vitam Christianam pari perfectione duxerint. Huic quaestioni respondet thesis.

112. Notiones. Beatitudo i.e. essentialis simpliciter sumpta.

u S.Cyprianus, *De mort,* n.3.26: ML 4,585.601.
14 S.Augustinus, *Dc Gen. ad litt.* 11,17,22: ML 34,438; *De civ. Dei* 10 30: ML 41,310s. Cf. *De civ. Dei* 12,20; 22,30: ML 41,369s.801; *De Trin.* 13,8: ML 42,1022s.

Est inaequalis. Statuitur diversitas beatitudinis, non quoad obiectum vel actus specificos in ipsum, sed *gradualis,* ita vero ut ab obscura quaestione explicandi modum, quo ea haberi possit, praescindatur in thesi.

Pro diversitate meritorum. Gloria datur ob gratiam sanctificantem, cui ius hereditatis inest; at ea gratia meritis proportionatur; ergo inaequalitas beatitudinis proxime in gratia sanctificante, remote vero in meritorum diversitate fundatur.

Ergo thesis non valet pro infantibus, utpote meriti incapacibus, quibus omnibus beatitudo est aequalis, sed solum pro adultis, quibus omnibus ceterum *per se* aequalis censenda est esse initialis gratia baptismi[1].

113. *Ea inaequalitas consistit,* ut patet, non in obiecto, sed *in actibus* visionis, amoris, gaudii; qui actus, utpote facultatibus finitis eliciti, *gradualiter* diversi in diversis beatis esse possunt: *primario* vero ea est *in visione,* a qua, ut a praevia conditione, reliqui actus pendent. Visio vero pendet proxime ut a causa *physica* a luminis gloriae gradu, qui singulis pro gradu gratiae sanctificantis varie competit.

inaequalitas vero sic explicari posset relate ad visionem (consequenter relate ad atnorem et gaudium). Visio potest inaequalis esse: a) *Subiective inspecta,* tam *intensitate,* quae solet esse prima inaequalitas in qualitatibus eiusdem rationis, quam *claritate,* quae, ceteris paribus, ex intensitate cognitionis pendet, b) Hinc et *objective sumpta,* tam quoad obiectum *primarium* seu ipsum Deum, cum Deus, utpote infinitus, a nullo intellectu finito cognoscibiliter exhauriatur et proin ab illo plus minusve perfecte pro diverso lumine gloriae attingi queat, quam quoad obiectum *secundarium* seu creaturas in Deo *causaliter* contentas, quarum eo phires et eo clarius videri possint. quo ipse Deus perfectius attingatur.

Hinc *Deus videtur totus sed non totaliter: totus extensive* seu secundum omnes perfectiones et absolutas et relativas; *non totaliter,* ita ut haec particula sumatur, non *subiective* seu ex parte videntis, cum hic ea tota qua potest vi Deum videat, vel ut connotans *summe claram* rei visionem, cum sic et ipsae res creatae a solo Deo sint cognoscibiles; sed *obiective* seu ex parte obiecti, cum beatus non pec'O'at totaliter Deum, sive perfecte seu quoad ipsius infinitam cognoscibilitatem, sive extensive seu quoad omnes in Deo virtualiter contentas creaturas possibiles, tam quoad individua omnia quam etiam quoad rationes specificas (S.Th., 1 q.12 a.7s)

114. Adversarii. Iovtnianus dicebat merita et praemia iustis, demerita et poenas iniustis, esse aequalia[3].

Novatores s.XVI docebant beatitudinem, non propter me-

[1] Cf. SuÂREz, *Dc baptismo* q.69 s.3 n.1-5.

[2] Alii aliter rem explicant, v.gr. Valzquez. *In 1* diso.53 c.4; Toledo, Za *1* q.12 a 7. De inaequalitate beatitudinis apud antiquos Scholasticos cf. Wiciq, *ç.c.,* 238-255.

[3] Hieronymus, *A(fy loyith ?.18$,* ML, 23,312s,

rita, sed propter Christi iustitiam, quae omnibus credentibus aequaliter imputetur, conferri, ac proin eam esse omnibus iustis aequalem [5].

115. Doctrina Ecclesiae. *C.Florentinum* (D 693) docet animas decedentium sine macula "in caelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum... pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius". Visio ponitur hic manifeste pro *tota* beatitudine, vel saltem ut pars eius praecipua, et ideo *virtualiter* etiam pro amore et gaudio, cum, ex natura rei, intensitas horum pendeat ex gradu visionis.

C.Tridentinum (D 842): "Si quis dixerit... ipsum iustificatum bonis operibus... non vere mereri gloriae augmentum: A.S.". His supponitur sine dubio id quod per se patet, bona opera posse esse in singulis diversa et numero et perfectione. Aliunde cum "gloria" in fontibus semper sumatur de beatitudine, formula indeterminata "gloriae augmentum" de beatitudine saltem *essentiali* sumi debet.

116. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita: explicite* quoad visionem (D 693) ; saltem *theologiae certa,* quoad alios beatitudinis actus, cum gradu respondeant visioni, et in genere quoad beatitudinem (D 842), cum certo constet bona opera posse esse in singulis diversa et numero et perfectione.

117. Probatur ex sacra Scriptura. Beatitudo dicitur dari ut merces; at dc ratione mercedis est ut labori seu meritis respondeat. Mt 5,12: *Merces vestra copiosa est in caelis.* 2 Io 8: *Videte... ne perdatis quae operati estis, sed ut niercedem plenam accipiatis.*

Dicitur merces secundum opera dari ; quod sane non solum quoad factum praemii vel poenae, sed et quoad horum *gradum* sensu obvio intelligendum est. 1 Cor 3.8: *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.*

2 Cor 9,6: *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.* Haec, etsi directe de eleemosynis dandis sint, illud principium generale supponunt, praemium diversitati meriti respondere [3*].

1 Cor 15,41 : ... *Stella enim a stella differt in claritate. Sic*

5 Cf. KatsciithalER. p.129s.

3* Cf. Spicq, *o.c.,* 365; CornEly. *Epistola ad Corinth:os altera* (Paris 1n00) 243s. Negat vero agi ibi de inaequalitate praemii J.B.Uauer *Num beatitudinis accidental's varii gradus Scripturarum testimoniis probari queant:* VerDom 31 (1052) 276s,

el resurrectio mortuorum. Haec sunt proprie de inaequalitate gloriae corporis et proin accidentalis; at a fortiori inaequalitatem gloriae essentialis supponunt, cum illa huic respondere putanda sit [4].

118. Probatur ex traditione. SS.Patres rem exponunt appellantes non raro textus Scripturae nuper allatos.

Aphraates (R 696). *Memorans* 1 Cor 3,8 et 15,41s, *dicit gloriam esse pro diversis diversam'.* "Noveris itaque, etiam cum ad vitam ingredientur homines, mercedem pariter fore mercede ampliorem, gloriam gloria insigniorem, et praemium amplius altero".

S.Ephraem (R 170). *In beatitudine erunt multi gradus pro cuiusque labore:* "Sunt qui sedebunt in secundo gradu, alii in tertio, alii ad trigesimum, alii sedebunt in supernis... Unusquisque enim obtinebit ab ipsa iustitia mercedem iuxta laborem suum".

S.Hieronymus (R 1383). *Diversitati virtutum diversa praemia respondent:* "Iam nostri laboris est, pro diversitate virtutum diversa nobis praemia praeparare... Si omnes in caelo aequales futuri sumus, frustra nos hic humiliabimus, ut ibi possimus esse maiores".

S.Gregorius M. (R 2308). *Memorans* Io 14,12, *dicit nos pro diversa ratione agendi facere posse, ut dein praemio diversimode donemur:* "Quia in hac vita nobis est discretio operum, erit in illa procul dubio discretio dignitatum, ut quod hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat". (Cf. et S.Augustinus, R 1331.)

119. Ratio theologica. 1) lusta et sapiens providentia petit ut in praemiis poenisve statuendis proportio cum meritis vel demeritis servetur. At, ex experientia, merita iustorum sunt valde inaequalia. Ergo et praemia erunt diversa.

2) Ex voluntate Dei haec vita est praeparatio ad futuram, et proin huius perfectio respondere debet perfectioni vitae terrenae. Sed hanc alii aliis perfectius ducunt. Ergo.

3) Diversitate praemii homines ad actus virtutum perfectiores eliciendos inducuntur (S.Hieronymus, R 1383).

120. Obiectiones. 1. Mt 20,1-16: *Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis, misit eos in*

4 Cf. CornEly, *Prior epistola ad Corinthios* (Parisiis 1909) 494; Dover, *Las epistolas...* § 125. Aliter vero BauEr, *l.c. 276,* sequens Hüby, *Première Epître aux Corinthiens* (Paris 1946) 386.

vineam suam. Dein, promittens eis iustam mercedem, misit alios circa horam tertiam et sextam et nonam et undecimam. Et tandem reddidit omnibus mercedem. *Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi... acceperunt... ct ipsi singulos denarios. Et... murmurabant... dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et aestus. At ille (paterfamilias) respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario convenisti mecumf... Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere?*

Unde, operariis vineae inaequaliter laborantibus, aequalis merces datur. At merces est beatitude. Ergo beatitude est omnibus aequalis.

Dist. mai. Operariis datur pro labore inaequali merces aequalis quoad substantiam, *conc. mai.;* quoad gradum, *subdist.:* pro aequaji merito, *conc.;* secus, *nego.*

Eo posito quod parabola sit de salute aeterna ac de labore pro ea, en, ex multis eius parabolae expositionibus**, aliquae, iuxta quarum singulas agitur in ea: *a) De electione et de non electione ad gloriam,* ut pendente a sola Dei voluntate, non vero "de maiori aut minori gloria eleeforum" '.

b) De beatitudine obiectiva seu *quoad obiectum* omnibus eadem '.

c) De subiectiva omnibus aequaliter danda *ob eundem laborem,* cum vel postremi una hora tantum operis quantum alii tota die laborantes fecerint

d) De subiectiva aequaliter danda, at non praecise inaequaliter laborantibus. Nempe merces aeterna non pendet ex antiquitate vocationis nec ex diuturnitate vel intensitate laboris, cum forte omnes intense laborent, sed proxime ex gratia Dei, ex qua pro cius copia digniora evadunt opera et quam tamen Deus pro sua. voluntate inaequaliter distribuit, ita ut forte consummatus in brevi multa tempora, non ob laborem externum magnum vel diuturnum, sed ob internum fervorem ex maiore gratia prodeuntem, expleat.

Unde verba "aut non licet mihi facere quod volo" non sunt mere de praemio, sed et de gratia a Deo ad libitum diverso gradu danda, a qua tamen meritum et praemium pendet".

e) De beatitudine aequali *quoad substantiam* sine ulteriori determinatione v. gr. quoad gradum'. Si enim, iuxta S.Ioannem Chrys., "nec oportet omnia quae in parabolis sunt ad litteram scrutari, sed cum scopum ad quem institutae sunt didicimus, tunc decerpere nec

«· Knabenbauer. *Commentarius in cvangelium seeundum Matthaeum* (Parisiis 1922) 179s.

° Sic Petavius, *De Deo* 7.11,5. A.Durand, S.I.. *Evangile selon Saint Matthieu* (Paris 1927) 366-368, putat non agi ibi de vita aeterna sed de vocatione qua Gentes in fine temporum in Ecclesiam Christianam admittuntur eodem titulo ac ludaei a saeculis vocati ac laborantes. Nec, iuxta D.Buzy, S.C.I.. *Evangile selon Saint Matthieu:* PirClam 9 (Paris 1950) 262s, agitur de vita aeterna, sed de Pharisaeis, qui iamdiu in servitio Dei laborare et de peccatoribus recenter conversis ac serius vocatis, qui pari iure in regnum Christi admittuntur.

* S.Th., 1.2 q.5 a 2 ad 1: *In Mt* 20; Hurter, 3 n.668.

7 Sic MaldonAno, *In Mt* 20,8 (M.ussiponti 1596) 467s.

8 Suarez, 2,20,18s; RnabenbauKr, 181s; L.Fonk, S.I., *Lc parabole del Signore* (vers. W.Bertini) (Roma 1924) n.187.

u S.Augustinus, R 1502; S.Gregorius M.. R 2308; Katschthai.er. n.146 nota 5. Videtur idem tenere Lagrange, *Evangile selon Saint Matthieu* (Paris 1927) 385.

amplius inquirere" [10], scopus in hac is videtur esse, ut' doceatur gloriam omnibus, sive citius sive serius Deo adhaerentibus pariter tribui, et id quidem forte ne iudaci mirarentur quod etiam gentes, serius ac ipsi ad fidem vocatae, eodem praemio essent donandae; quin vero sic negetur inaequalitas retributionis gloriae pro inaequali merito.

His ergo positis, ea parabola docet, saltem primario, gloriam aequalem *quoad substantiam* omnibus dari. Diversitas quoad gradum non videtur hic attingi (saltem primario).

121. 2. Omnes beati essentiam Dei vident. Ergo sunt aeque beati.

Dist. niai. Vident beati essentiam Dei totam, *conc. mai.;* totaliter, *nego mai.*

Nihil ergo impedit, quin omnes beati totam Dei essentiam videant, nec tamen aeque perfecte, ex supra dictis.

3. 1 Io 3.2: *Carissimi, nunc filii Dei sumus... Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus cum sicuti est.* Hinc beati vident Deum sicuti est. Ergo et totaliter.

Dist. mai. Beati vident I)cum sicuti est i.e. proprie et non mere analogice, conc. *mai.;* comprehensive, *nego mai.*

Cognitio Dei comprehensiva, utpote creaturis impossibilis, est aliena a mente Apostoli in loco obiecto.

4. 1 Cor 13,12: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut ct cognitus sum.* Unde beati Deum cognoscunt, sicut ipsi a Deo cogniti sunt. At a Deo cogniti sunt comprehensive. Ergo sic vident ipsum.

Dist. mai. Beati Deum vident sicut et' ipsi cogniti sunt i.e. non mere abstractive et mediate, ut viatores Deum cognoscunt, sed intuitive et immediate, *conc. mai.;* adeo perfecte ut ipsi a Deo cogniti sunt seu comprehensive, *nego mai.*

Ex alibi dictis, cognitio beatorum opponitur a Paulo cognitioni “ex parte”, non quasi illa sit comprehensiva, sed quatenus haec est mediata, partialis, obscura (n.69).

5. Deus est ens simplicissimum. At in visione talis entis nequeunt gradus dari. Ergo in visione Dei gradus non dantur.

Dist. mai. Deus est ens simplicissimum, ita ergo ut a beatis totus videatur, *conc.;* totus et totaliter, *nego.*

Ergo, si beati non vident Deum *totaliter* seu *comprehensive,* possunt dari gradus in eorum visione. Ceterum, id est mysterium stricte dictum ac proin lumini rationis mere naturali impervium, non solum quod visio beata sit intrinsecus possibilis, sed quod beati Deum ens simplicissimum videant· totum, quin tamen ipsum comprehendant. Aliqua tamen huius rei explicatio, quae rationi repugnare non ostendatur, nuper proposita est (n.113).

6. Ex inaequalitate beatitudinis sequeretur invidia inter beatos. At haec in caelo esse nequit. Ergo.

Nego mai. Beati, utpofe impeccabiles, omnino quiescunt in ordinatissima Dei voluntate. Immo ex purissima caritate mutua singuli de bono aliorum gaudent. Ceterum tota capacitas gloriae singulorum (pro meritis) plene impletur possessione Dei, ita ut, nihil ulterius desiderantes, singtdi sim' in suo gradu perfecte beati ; ut enim homo

10 S.IoaxxGs Chrys., *In Mt* hon>.64s.3: MG 58.613.

minoris staturae non tristatur quod alius maioris staturae longiorem vestem gerat, nec homo in prandio satiatus tristatur quod alii plus comedant, sic nec beatus tristatur quod alii alio gradu gloriae donentur vel alium gradum gloriae sibi adaequatum habeant.

Corollarium. *Progressio in visione beatifica non datur.* Fontes hanc inducunt, non ut crescentem, sed potius ut iam obtentam perfectionem aeternam (1 Cor 13,10). Beatus est in statu termini: "Augmentum caritatis est ad aliquem finem, sed ille finis non est in hac vita, sed in futura" (2.2 q.24 a.7 ad 1). "Sic igitur unaquaeque creatura rationalis a Deo perducitur ad finem beatitudinis, ut etiam ad determinatum gradum beatitudinis perducatur ex praedestinatione Dei. Unde, consecuto illo gradu, ad altiorem transire non potest" (1 q.62 a.9). "♦

122. Scholion 1. *De radice proxima inaequalitatis beatitudinis.* Inaequalitatis radix *moralis* est diversitas meritorum; *physica* vero est praecipue, iuxta omnes, lumen gloriae diversum in singulis pro diversitate meritorum. Caietanus autem, alii, tenuerunt etiam perfectionem naturalem intellectus in diversam visionis perfectionem influere[11].

At obstat opinio negans, iam communis, et iure, nam: intellectus creatus, cuiuscumque speciei vel perfectionis, est *ex se* omnino improportionatus visioni beatificae et ideo ad hanc non concurrit nisi ut instrumentum Dei per potentiam obedientialem activam, quae est aequalis omnibus intellectibus vel gradu vel etiam specie diversis, cum omnes sint aeque capaces luminis gloriae et elevationis; item cum praemium respondeat, non perfectioni naturali intellectus, sed meritis, nequit fieri ut aliquis habens minus praemii Deum perfectius videat et sic beatior sit.

123. Scholion 2. *Dc identitate specifica visionis beatorum.* Estne visio omnium beatorum, non obstante cius inaequalitate, *eiusdem speciei?* Negant Siuri, alii ". Communius et probabilius affirmatur, nam: et obiectum visionis est idem pro omnibus et gratia habitualis ac lumen gloriae sunt eiusdem speciei in omnibus beatis, visio autem beatifica gratiae et lumini gloriae proportionatur; nec differentia specifica inter angelos et homines obstat quin ii, operantes prout in aliqua ratione communi conveniunt, actum eiusdem speciei eliciant, maxime si cum, non virtute naturali, sed supernaturali, producantu.

Si quando ergo dicitur beatitudo essentialis variari in singulis beatis pro diversis meritis, id dicitur de beatitudine *essentiali,* at prout opposita *accidentali,* non vero quasi beatitudo essentialis sit *diversae speciei* in singulis beatis.

124. Scholion 3. *De relatione gratiae ad gloriam.* Planum est, gratiam sanctificantem esse dispositionem necessariam ad gloriam, et quidem 'ita ut huius obtinendae gradus respondeat gradui gratiae qua anima in fine viae gaudet (D 842). At gratia ulterius in Scrip-

10* Cf Journet, *Le.,* 442s.449s.

11 Caietanus. *In 3* q.lO a.4. Scotus *(In 3* (1.13 q.3; *In 4* d.50 q.6) et Scotistae tenent id posse saltem fieri: cf. C.Erassen, O.F.M., *Scotus Academicus* t.1 (Romae 1900) d.3 a.7 s.4- q.2.

u Siuri, tr.37 c.4.

13 D.Soto, *In 4* d.49 q.3 a.2; Valencia, 2 d.1 q.5 punct.3.

tura exhibefur relate ad gloriam, non ut purum medium extrinsecum v.gr. ut pecunia ad merces, sed ut eius *inchoatio,* scii, ut si ambae essent una cadcmque realitas in duobus diversae perfectionis stadiis inspectae. Sic iusti dicuntur iam nunc babere vitam aeternam (Io 3,36), pignus (τὀνἀρραβῶνα) haereditatis (2 Cor 1,22; 5,5), primitias (τἠν ἀ-αρχἠν) spiritus (Rom 8,23), filiationem dein consummandam (Rom 8,15.23)".

Hinc, iuxta S.Thomam, gratia est respectu gloriae, non mera cualiscumque dispositio, sed eius *inchoatio,* quae ab ea nec generice nec specifice immo nec numerice, sed solum ut imperfectum a perfecto, ut semen ab arlxrre, vel potius ut fructus incipiens a fructu maturo differat ".

Quomodo vero haec, explicari possent? Imprimis gratia et gloria non simpliciter identificantur, cum illa insit viatori peregrinanti in caelum (2 Cor 5,1-3), versanti in spe hereditatis (1 Petr 1,3s), pugnanti ad coronam obtinendam (2 Tim 2,1-6), et cum gratia sit habitus, gloria vero actus. Λt gratia hominem ordinat immediate ad coniuncfionem cum Deo (1.2 q.111 a.5), eum facit plene filium adoptivum, qui proin sine alterius habitus infusione iam sit heres Dei (Rom 8,16-18; 1-2 q.114 a.3; 3 η.23 a.1), ita ergo ut in caelo, quin alia gratia egeat, praeter eam quam habebat in via quamque ibi conservat, sit aptus qui beatitudine donetur.

Aliunde beatus, utpote consors divinae naturae per gratiam, habet per hanc principium *remotum* operationis proprie divinae, qualis est visio essentiae Dei. Unde gratia eius est idem ac gloria inspecta ut habitus *remotus* visionis et amoris; at ut gratiam viaforis comitatur fides, quae tamen in caelis evacuatur, sic gratiam beati comitatur lumen gloriae, quod est ab ea distinctum quodque beatum visione digniorem non reddit, sed solum *proxime* aptum ad ipsum *actum* visionis. Ipsa vero gratia, quae fuit viatoris, iam lumine gloriae ad actum visionis aucta et hunc eliciens, dicitur *gratia consummata.*

In iusto ergo viatore est gratia ut natura, quae hominem unit cum Deo non viso per virtutes fidei, spei, carii'atis ut per potentias proximas; in beato vero est eadem gratia cum caritate ut potentia proxima amoris, at pro fide est lumen gloriae ut potentia proxima visionis. Hinc gratia viatoris *virtute* continet gloriam, quae consistit

" Ἀρ(ρ)αβῶν (arrha) est, iuxta H.Stephanus *(Thesaurus linguae graccae* [Paris 1865]) "pars solutionis quae fidem facit totius summae persolvendae: qua etiam ratione differt a pignore seu hypotheca". Cornei.y. *Epist. ad Corinthios altera...* (Parisiis 1892) 48 nota; Zorelu 135.174: v. ἀρ(ρ)αβῶν, ἀπαρχή. Cf. et J.B.Frey. S.Sp.. *l.c concept de "vie" dans Tcvangile de Saint Jean:* Bibl 1 (1920) 50-58; P.Powetain, *Grice:* DBS 3.1122-1124; H.Lange. SI.. *De gratia* (Friburgi Br. 1929) n.270; J.LEau S.I.. *La vida eterna en San Juan segün Toledo y Maldonado:* ArchTG 14 (1951) 5-40; J.Pinsk. *L'espérance de la glorie. Spes gloriae.* Essais sur la Gloire de Dieu dans le monde et dans l'homme (Paris 1952); F.MussnEr, Z. *IV. JJ., Die Anschauung vont "Leben" im vierlcn Evangelium, unter Beriehsichtigung der Johannesbrlefe* (München 1952 144-186. At dc Rom 8.13. cf. P.Benoit, O.P.. *Nous qénnissons. attendant la délivrance de notre corps (Rom S, 23):* RecliScRcl 39 (1951-1952) 267-280, qui putat ibi non agi de exspectanda ulla consummatione adoptionis.

'· S.Th.. 1.2 q.69 a.2; q.111 a.3 ad 2; q.114· a.3 ad 3; 2.2 q.24 a:3 ad 2: Cf. R.MorEncy. S.I.. *L'union du juste à Dieu par voie de connaissance et d'amour:* ScEccl 2 (1949) 73-76; Ip.. *L'union dc grâce setoni saint Thomas* (Montréal 1950) 153-160; A.Stolz, O.S.B.. *Glaubensgnadc und Glaubenslicht nach. Thomas von Aquin:* StAns 1 (Romae 1933) 68-83.

in *actu,* quatenus eadem gratia in caelo, eliciens per lumen gloriae actum visionis et per caritatem actum amoris, consummatur.

Consequenter "mira comunctio, ex verbis Leonis XIII, quae suo nomine *inhabitatio* dicitur, conditione tantum seu statu ab ea... qua caelites Deus beando complectitur", in viatoribus discrepat. Unde per eandem gratiam, ut vinculum unionis, Deus est praesens in iustc viatore ac in beato; at ea gratia Deum attingit, non immediate per se, sed in via per virtutes fidei, spei, caritatis, in patria vero per lumen gloriae ac per caritatem, et ideo in via imperfectius quoad modum, sed non quoad rem. ita ut Deus sit iusto viatori et beato aeque praesens, illi tamen, ob diversum modum Ipsum attingendi, ad fructum imperfectum, huic autem ad perfectum".

ARTICULUS VII

Da beatitudine accidentali in genere

S.Th., 1.2 q.4 a.5-8; *Suppl.* q.95s; SuâreU, *Dc fine hom.* d.8; 10,2; 11; *Dc ang.* 6.8; Lessius, *o.c.,* 2.18s; Salvanticenses, *De bcatit.* disp.2; Pesch, 3 tli.50-55; Michel. *Gloire des élus:* DTC 6,1401-1412

125. Nexus. Beatitudo *ex se,* et proin ex ratione sui saltem physica, appetitum implet et *substantialiter,* seu quatenus circa bonum summum in se re possessum versatur, et *accidentaliter,* seu quatenus, praeter Dei possessionem prout est in se, beato alia bona rationabiliter ei appetibilia offert ac eum omni vel minimo malo eximit. At beatitudo essentialis omne desiderium beati *formaliter* non implet v.gr. quoad perfectiones corporis vel accidentales animae.

Immo non est de ratione beatitudinis *metaphysica* ut, si cui ea substantialiter adveniat, eum etiam accidentaliter modo dicto afficiat, ut patet in Christo viatore, qui beatifica Dei possessione fruens, multa mala et multas bonorum privationes passus est.

Ideo nunc de beatitudine caelicolarum *accidentali* quaeritur. Quae ergo quousque se extendat, quibusdam conclusionibus constat, quae tamen non omnes eadem certitudine gaudent. At multo plura ignoramus quam scimus de his caelestibus, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (1 Cor 2,9).

126. Notio. Beatitudo accidentalis *obiectiva* et *formalis* simul sumpta non dicitur accidentalis, quod sit accidens, cum et essentialis sit accidens animae, sed quia, est perfectio essentiali addita et ratione eius data. Ea est: a) *Negative,*

M Michel, *Gloire:* DTC 6,1320-1425; Sacüés, *El modo de înhabitaciôn del Espiritu Santo segun Santo Tomâs de Aquino:* MiscCom 2 (1944) 169-190.

carentia cuiuslibet vel minimi mali ex actione. Dei aut creaturarum vel harum privatione provenientis, b) *Positive,* quaelibet laeta possessio beato rationabiliter appetibilis ac ipsi adveniens boni creati, vel etiam ipsius Dei at non ut essentialis obiccti beatitudinis \

127. Exsistentia. "Est igitur in hac re certiim, ait Suarez, praeter essentialem beatitudinem esse in animabus'beatis aliqua accidentalia praemia, quae nomine beatitudinis accidentalis significari solent. Sic omnes theologi" [2].

Sacra Scriptura. Angeli, et proin alii beati, de peccatore paenitentiam agente gaudent (Mt 15,10), haud dubie gaudio distincto ab essentiali ; et norunt multiformem Dei sapientiam per Ecclesiae diffusionem (Eph 3.10), quae est, ut patet, cognitio distincta ab essentiali (cf. et Lc'15,7; Mt 19,29).

Beatitudo describitur ut Dei regnum cui beati consociantur (Mt 13,43; 25,34.46; Le 22,29s ; 1 Cor 6,9; Apoc 22,4s; 3,21) cum Christo (Rom 10,16s). Sane, si hereditas Christi est gloria quam ipse ut homo obtinuit (Lc 24,26), et iusti cum ipso glorificantur (Hebr 2,Ils), nil mirum si participes gloriae eius cum ipso regnent. At, si idea regni felicis in terra indicat dominium cum omnium appetibilium possessione, credendum est regnum caelorum id esse, in quo beati dominium in ceteras creaturas pro Dei ordinatione exerceant, omnimoda voluptate *rationabili* fruentes.

S.Augustinus (R 1788): "Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum...?"[3]

De ratione beatitudinis undequaque plenae est, ut ea omnem tendentiam legitimam rationabiliter expleat. At facultates naturales beatorum, quae sine ratione sufficienti putarentur in sua inclinatione mutari, censendae sunt, iuxta naturam suam, sed duce ratione, in bona creata tendere, aliter ac visione cognoscere illa et consequenter ea' amare ac iis frui. Ergo.

128. Amplitudo. 1) *Negativa.* Cum beatitudo sit etiam

1 Cf. S.Th., 1 q.95 a.4; *Catcch. Rom.* 1,13,6. In genere posset beatitudini accidentali accenseti id omne quod ad essentialem non pertinet v.gr. beatitudo versans circa creaturas etiam ex visione cognitas; immo etiam amor et gaudium circa Deum visum, si essentiam beatitudinis in sola visione esse teneatur: cf. KaTSCHthaler. p.180. Tamen aptius ei communiter adseribitur solum et omne quod est extra visionem, amorem, gaudium *circia ipsum Deum·:* cf. SuAxriz, *De cinq.* 6,8,2.

2 SuArEz, *De fine hom.* 11.2,2. Cf. *Catcch. Rom.* 1.13,12.

3 Cf. S.1.Chrysostomus, *Ad Thcod. laps.* 1.11: MG 47.291s. Eadem idea in monumentis antiquis christianis apparet, ubi caelum ostenditur ut hortus, convivium, etc.: cf. Katschthai.Er. p.157; C.M.Kaufmann, *Handbuch dcr altchristlichcn Epigraphik* ('Freiburg im Br. 1917) 198-203; H.Leclercq, *Paradis:* DACL 13,1579-1601.

exemptio ab omni malo, non est beatis dolor sive corporis sive animi, nec tristitia nec timor peccandi (Apoc 21,4)[4] nec error seu iudicium affirmans falsum, nec ignorantia seu carentia scientiae eorum statui debitae. At cum ii non omnia sciant, nil impedit quin indicia probabilia ut talia faciant, cum his per se non sit error.

2) *Positiva.* Cum beatitudo appetitum rationalem perfecte satiet, omnia desideria *efficacia* beatorum implentur, ut communiter theologi docent; sane desiderium non impletum, utpote affligens, beatis esse nequit. S.Augustinus: "Omnes autem beati habent quod volunt; quamvis non omnes qui habent quod volunt, continuo sint beati; continuo autem miseri, qui vel non habent quod volunt vel id habent quod non recte volunt. Beatus igitur non est nisi qui et habet omnia quae vult et nihil vult male" [5].

At omne beatorum desiderium est quoad se et quoad eius adiuncta, iuxta voluntatem Dei. Sic satisfit eorum desideriis: a) Quoad *gradum* beatitudinis, quin huius plus cupiant, cum eorum ad hanc proxima capacitas pro Dei voluntate impleatur. *b)* Quoad *tempus,* cum ipsi nolint ea ante tempus a Deo praefinitum impleri v.gr. corporum resumptionem.

Desideria eorum *inefficacia* et *conditionata* v.gr. salutis alicuius amici, quae re non obtineatur, non semper implentur; at inde illi non torquentur, posita Dei voluntate.

129. **Inaequalitas.** Beatitudo accidentalis, etsi essentiali respondere censeatur, est vel *specifice* inaequalis, cum alii de aliis gaudeant et unus idemque beatus nunc hac re dein alia specialiter beetur. Sane quisque amicos speciales—utique amicitia pure spirituali—in caelo ac in terra habere potest, et proin gaudia sibi specialia; gaudent singuli specialiter de exauditione suarum precum, de fructu quem bona eorum opera in terra adhuc post mortem eorum ferunt, de amicorum in caelum adventu, etc.; potest Deus alicui speciale aliquid revelare.

Ex his forte aliquis, minori beatitudine essentiali donatus quam alii, beatitudine aliqua accidentali fruitur, qua hi carent. At cum beati suas perfectiones accidentales nonni propter Deum visum ament, de iis pro beatitudinis essentialis mensu-

4 Cf. Apoc 7,16s; 22,3-5; T.c 6,21; Is 25.8; 35.10. S.Ioannes Chrys, *ibid.; In Hebr hom.* 6 n.4: MG 63,58; S.Augustinus. *Enarr. in ps.147* n.6: MI. 37,1918.

5 S.Augustinus, *De Trin.* 13,5-7: ML 42,1020s; *De civ. Dei* 22.30,1: ML 41,801.

ra gaudent; ergo eae perfectiones mere materialiter ad gaudium beatorum se habent et proin eorum nullus, qualiscumque sit eius beatitudo accidentalis vel in se vel proi vario tempore, maius vel minus gaudium ex ea habet, nec in eo a beato inferiori superatur.

130. Augmentum beatitudinis. Beatitudo essentialis est immutabilis quoad gradum visionis, amoris, gaudii meritis respondentem. At gaudium accidentale usque in diem indicii augebitur, non solum ex resurrectione corporis, sed et ex novis gaudii obiectis cognitioni occurrentibus v.gr. novis factis Ecclesiae militantis, et ex novis beatis quotidie caelum ingredientibus, donec electorum numerus compleatur ®.

ARTICULUS VIII

Dii BEATITUDINE ACCIDENTAI,! IN SPECIE

131. Nexus. In praecedentibus statuimus beatitudinem aliquam accidentalem, praeter essentialem, in beatis dari ; nunc vero exponimus magis in concreto aliqua illius beatitudinis accidentalis elementa, remissis tamen in alium locum (n.295ss) iis quae ad beatitudinem corpoream spectant, etsi iam nunc resurrectionem praesupponamus, ut et laetitiam beatorum ex bonis externis etiam materialibus memoremus.

132. A. *De bonis ergo animae in genere.* Dicendum est: a) In beato manere et quoad habitum et quoad actum omnia bona quae in vita habuit, quaeque et quatenus cum beatitudinis perfectione quoquo modo componi queunt, sive supernaturalia, ut sunt gratia sanctificans cum omnibus donis ei annexis et characteres sacramentales, sive etiam, ut censendum est, cum beatitudo perfectionem naturae non destruat, naturalia, *b)* Ipsi dari omnia bona, quae eius beatitudini conveniunt, vel quae ipse *rationabiliter,* supposito ordine constituto a Deo in suis operibus, appetere potest (3 CG 63).

133. B. *In specie de bonis intellectus.* In hoc manent virtutes intellectuales et habitu et' actu ; dona Spiritus S. intellectualia, cum in se non includant obscuritatem, ut scientia, sapientia, consilium, at solum prout ea intellectum perficiunt, non prout sunt ad rem a beatitudine alienam v.gr. ad fentationem vincendam.

At non manet fides (1 Cor 13,13; D 530)—et quidem saltem pro-

β Cf. S.Th., 1 q.62 a.9; S.R.Bellarmino. *Dc bcatit.* 1,5; Léficier, q.2 a.4 n.5-8; Michel, *o.c.,* 132s.

habilissime nec *quoad habitum,* utpote iam non necessarium—cuin sit cognitio obscura etiam de Deo nondum viso ', nec alia dona quatenus fidem supponunt vel complent, ut dona scientiae et prophetiae (1 Cor 13,8-10) el' consequenter scientia fidei seu theologia, utpote ex principiis fidei procedens Cognitio vero rerum fidei manet beatis, at ut habita ex visione per lumen gloriae, quod habitui fidei substituitur, et proin ut specifice diversa a cognitione fidei.

134. *S'cieis/ia beatorum.* Si, teste experientia, intellectus noster plura, obiecta vel disparata simul attingit, cum potentia eius non exhauriatur actu suo in aliquod obiectum, nil impedit quin beati, praeter Deum, aha cognoscant'. Aliunde tamen, etsi totum Deum quoad essentiam, attributa, personas videant, non sunt omniscii (Mt 26,36).

Quid ergo singuli, praeter Deum, norunt? Cum id revelatum esse non videatur, vix aliquid positive responderi potest, praeter illud principium, nempe: cum beatitude sit cumulus omnium bonorum et proin omne rationabile desiderium satiet, beatos nosse, praeter Deum, omnia quae eos scire vel expedit vel ii scire legitime cupiunt, ita vero ut, ceteris paribus, ea scientia quoad eius et amplitudinem et perfectionem meritis cuiusque respondeat.

In concreto haec ii scire putandi sunt:

a) Omnia sive naturalia sive supernaturalia quae in vita cognoverunt.

b) Omnia quae ad ipsos aliqua ratione specialiter spectant v.gr. de amicis, filiis, subditis, de societate ab ipsis forte olim gubernata, de mundi eventibus, actus cultus et orationes ad eos directas, necessitates clientum suorum, ut patet ex praxi Ecclesiae recurrendi ad eos, quasi ii praesentes attdirenf '.

c) Norunt societatem beatorum: I.Christum, B.Virginem, angelos, omnes alios beatos, maxime eos qui in vita sibi specialiter coniuncti fuerunt; consequenter sciunt omnia quorum scientiam ea societas exigit4. Item animas sive purgatorii sive inferni.

d) Norunt universum in sua constitutione, omnes eius rerum species.

e) Item pro diverso gloriae gradu: aliqua saltem futura libera, cum id iis implicite asseratur quod de die indicii nec angeli sciant, et cum prophetiae donum multis viatoribus datum non censeatur beatis deesse, maxime cum eo in bonum aliorum uti queant; aliqua decreta Dei libera, cum id expediat vel ut amicitia Dei beatis significetur (Io 15,15) vel ut ii Ecclesiam aut viatores, defendant aut consolentur.

1 Cf. S.Th., 1.2 q.67 a.3; 2.2 q.1 a.4s; Suàrez, *Dc fide* 3,9,23.

2 S Th., 1 q.1 a.2; Suarez, *Dc fine hom.* 8,1. Species tamen theologicae quas homo in vita habuit manere censendae sunt, ita vero ut clare intelligat sensum verum Scripturae, mysteriorum, opinionum theologicarum. Cf. Suarez, *Dc fide* 8,1.6.

3 S.Th.. 3 q.10 a.2s; 2.2 q.83 a.4 ad 2; Valencia. 1 d.1 q.12 p 6: At excipiuntur aliqua particularia, ut dies iudicii. tempus resurrectionis, alia quorum notitiam communicatam esse non constat aliis, praeter animam Christi, nisi forte, ut pie credi potest, B.Virgini.

4 Cf. Dionysius Carthusianus. *Dc mutua cognitione beatorum in patria* (Coloniae 1532); E.Meric, *Les Élus sc reconnaîtront au Ciet'P* (Paris 1925); B.Lavaud, O.P., *L'amitié des saints au ciel:* VieSpir 31 (1932) 5-17; Michel. *Vision beatifique ct connaissance des autres:* AmCI 64 (1954) 263s, Immo de mutua intima beatorum cognitione dicit S.Augustinus *(Serin.* 243, al, de divers. 5,5: ML 38,1145): "Cogitationes, quas modo non videt nisi Deus, omnes invicem videbunt in illa societate sanctorum. Nemo ibi vult tectum esse quod cogitat, quia nemo ibi male cogitat."

Quo vero medio ea omnia norunt? Difficilius id determinatur. Probabilius norunt per scientiam *visionis* formalitcr in Deo, seu eodem lumine et actu quo Deum vident, ea omnia nuper enumerata'. Item probabilius habent: scientiam *infusam* de obicctis supernaturalibus et novas revelationes vel illuminationes', scientiam *naturalem* ve! acquisitam in via vel iis, si qui ea saltem partim carebant, per accidens infusam (S.Th., 1 q.67) In genere vero dicendum est omnia, quae eos scire expedit, at quae per scientiam vel visionis vel naturalem non norunt, iis vel scientia infusa vel revelatione innotescere.

135. C. *In specie de bo'nis voluntatis.* In beatis *manet caritas* (1 Cor 13,8), at purgafa ab omni imperfectione; non vero spes (D 530) prout Deum possidendum inteijdit (S.Th., 1.2 q.67 a.4), at quoad substantiam manet, iuxta Suarez, cum ea non includat imperfectionem ad omnes actus, sed solum ad actus desiderii et proprios spei '.

Manent virtutes infusae morales et habitu, cum sim' in se perfectiones, quas ceterum beatitudo non excludit, et actu, cum secus superfluae viderentur; at non quoad omnes actus, cum aliqui imperfectionem includant, ut patet' in paenitentia et temperantia'.

Manent dona Spiritus S.: pictas, fortitudo, timor, quatenus mentem perficiunt ad motionem Spiritus S. sequendam, non quoad aliena a beatitudine (S.Th.. 1.2 q.68 a.6). Charismata vero videntur non manere, tn'pote et fundata in fide et data in aliorum utilitatem (S.Th., 2.2 q.174 a.5).

Beati Deo soli vivunt ct ipsius voluntatem unice volunt. Hinc non dolent de malis physicis hominum vel propinquorum. Immo de peccatis commissis a se olim vel ab aliis, etsi ea, ut Deus, oderunt, non dolent: *a)* ut de malo suo, cum ea iam sint quasi non essent; *b)* ut de malo *hominum,* etiam propinquorum, cum hos, dum tamen eorum salutem a Deo petunt, ut Dei hostes considerent, quos, si ii non convertantur, puniri velint, ut divina iustitia servetur; hinc nec de eorum damnatione dolent, cum clare videant, Deo esse rationes eam permittendi, et omnia ultimo in gloriam Dei esse (S.Th.. *Suppi.* q.95).

Nec tristantur beati de dilata animae reunione cum corpore vel

8 S.Aucl-stixus. *Dc civ. Dei* 20 21: MI, 11.691; S.Th.. 1 q.12 a.8-10; q 57 a.5: Suaria. *Dc Deo* tr 1 2.27s; Valencia, *ibid*

• S.Aucusrlxus. *Dc Gcn. ad litt.* 4 c.22 n 39; c.24 n.41: MT, 34 31 1.313; S.Th., 1 q.58 a.7; Suarez, *l.c.,* n.19; *Dc fine hom.* 8.1; 1.Esstus (2 10; 2 19 155) tenet res a Deo distinctas in se ipsis a beatis cognosci et quidem, dum eae exsistunt, eodem lumine at actu diverso a visione Dei. per revelationem vero si eae praeteritae vel futurae sunt ac a libero Dei vel creaturae arbitrio pendent. Item VAlzquez (Zn *1* d.50) putat res a Deo distinctas nonnisi causaliter a beatis in Deo videri. Cf. et Palmieri. § 72s.

T SuArEz. 8.2. At S.Albertus M. (Zn 3 d.31 a.10) putat scientias naturales acquisitas non manere in patria, sed alias earum loco infundi. Cf. et Lessius. 2,19,157s.

8 Suarez, *De spe* 1,8,5. Cum beatis sit ct amor concupiscentiae Dei. habitus spei manere dicendus est ab omnibus qui eum ut illius amoris principium habent (cf. SuÀREfc. 9,3,12; I.ESSIL'S, 9,19 n.163), non vero necessario ab iis qui eum caritati ut principio cius tribuunt (Gonet, *l.c.,* d.4 a.2; Esparza, *l.c.,* q.4 a.5).

"SvarEz. 10.2,3-7. Sic beatus gaudet v.gr. per fortitudinem de eo quod se fortiter gesserit, etc. Item virtutes acquisitae beatis manent, cum non sit ratio id negandi; immo. si eae in via non sunt acquisitae, infundentur, vel imperfecte acquisitae perficientur, cum eae sint perfectiones voluntatis hominis ac proin beato debitae.

impletione alius desiderii efficacis. Ceterum tristitia beatitudini repugnat, non metaphysice, ut patet in Christo, sed certe physice, solum ergo per miraculum cum ea consistere potens.

136. D. *Dotes beatorum. Dos* est: in genere, perfectio naturalis vel supernaturalis seu quidam ornatus; in specie vero, id quod sponsae datur vel ad solatium matrimonii vel ut hoc digne geratur. Cum in fontibus unio animae cum Deo matrimonio comparetur (Io 3,29; 2 Cor 11,2; Eph 5,32; Apoc 21,2; 19,7; Is 61,10), communiter asseritur animae quasdam dotes eam ut sponsam Christi ornantes dari, cum eius matrimonium cum Christo in caelo, ea inducta in domum sponsi, insolubiliter perficitur (S.Th., *Suppl,* q.95 a.1).

Quaenam vero eae sunt? Cum dotes non sint dona spiritualia quae viatori dantur, utpote quae sint potius pignus vel arrha, non vero dotes, cum hae dentur in die traductionis sponsae seu effectionis matrimonii, sunt aliquid in ipsa beatitudine datum. Hinc, iuxta S.Bonaventuram, sunt ipsa beatitudo prout connubium Christi et animae respicit. At cum beatitudo sit ipsum connubium, dum dos est aliquid ad hoc disponens vel ordinatum ad ipsum, communius tenetur cum S.Thoma, dotem esse aliquid habituale, ad operationem in qua consistit beatitudo directum[10].

Etsi apud antiquos aliqua fuerit discrepantia in dotibus assignandis, *communiter* recensentur *tres dotes* (relictis nunc aliis corpori annexis), at sumptae, non ut actus, cum ita sint ipsa beatitudo essentialis, sed ut habitus seu ut principia actuum permanentia, scil.: a) *Visio,* seu lumen gloriae ut ad visionem disponens, b) *Fruitio,* ut disponens ad delectationem, c) *Comprehensio,* sumpta non stricte seu pro comprehensiva Dei cognitione, sed late seu prout est firma ultimi finis retentio, qua anima in eo statu secura quiescit (1 Cor 9,24)[11].

137. *Aureola beatorum*[12]. Beatitudo essentialis in fontibus dicitur *corona,* cum haec sit signum et victoriae in terra cum Christo et regnandi etiam cum Christo in caelo[13]. Hinc Christus et beati apparent ut portantes coronas aureas (Apoc 14,14; 4,4). Cum ergo sic praemium essentiale *corona aurea* dicatur, praemium illud accidentale, quod pro speciali aliqua victoria valde convenienter datur, dicitur voce diminutiva *aureola,* quae proin est "aliquid aureae superadditum, id est, quoddam gaudium de operibus a se factis, quia habent ratio-

[10] S.Bonaventura, *In 4* d.49 a.1 q.5; S.Th., *Suppl,* q.95 a.2,5. De dotibus apud antiquos Scholasticos cf. WICKI, *o.c.,* 202-237.

[11] S.Th., 1 q.12 a.7 ad 1; 1.2 q.4 a.3 ad 3. Ceterum dotes respondere dicuntur virtutibus theologicis quibus anima in via erat Christo unita (S.Th., *Suppl,* q.95 a.5). Tamen metaphorica locutio "dos" magnam opinandi diversitatem permittit. Cf. Suarez, *De ang.* 6.7,6-14; Vazquez, *In 1.2* d.17 c.2; Arriaga, *l.c.,* 55.1.

[12] Cf. C.Gutberlet, *Die Gloriole der Seligen im Himmel:* ThPraktQschr 55 (1902) 749-767; Th.Ortolan, *Auréole:* DTC 1.2571-2575; Journet, *Les privilèges secondaires de l'Eglise glorieuse:* Ang 14 (1937) 111-122.

[13] Cf. 1 Cor 9,25; 2 Tim 4,8; 1 Petr 5,5; Iac 1,12; Apoc 2,10; 3,11.

nem victoriae excellentis" vel "privilegiatum praemium privilegiatae victoriae" (S.Th., *Suppl,* q.96 a.1.11). Certo est speciale beati decus, at cuius essentia difficile explicatur14.

Quodlibet praemium accidentale posset aureola dici, at strictius distinguitur communiter *triplex aureola,* scii.: a) *Virginum,* ob specialem victoriam in carnem per virginitatem perpetuam. b) *Martyrum,* ob specialem victoriam in hostes exteriores (Apoc 7,13s;Lc 12,S). c) *Doctorum,* ob specialem victoriam in diabolum per aliorum instructionem de rebus fidei et morum (Dan 12,3; Mt 5,19)".

Alia aureola aliam superat, si respicitur pugnae vel difficultas in martyre vel diuturnitas et periculum in virgine vel nobilitas in doctore. At aureola martyris alias superare videtur, quia pugna illa est fortior secundum se ipsam ct vehementius affligens; unde et Ecclesia in commemoratione sanctorum martyres ductoribus et virginibus praeordinat. *Singulae aureolae inter se differre possunt* v.gr. pro diverso martyrio. *Aliquis beatus alio minor* tn beatitudine essentiali *potest eum meliore aureola superare* v.gr. quia acerbiora passus sit".

N.B. *Charater sacramenlalis* augebit sine dubio gloriam accidentalem, utpote qui modo indelebili testetur fidelitatem viatoris erga Deum.

138. *Gaudium societatis caelestis.* En fons inexhaustus gaudii: societas Christi, B.Virginis, angelorum, aliorum sanctorum, qui omnes sunt quasi nova civitas (Apoc 21,2) et populus Dei ipsi Deo familiaris (Apoc 21,4), in domo Patris (Io 14,2) versantes, immo cum Deo regnantes (Lc 22,29; Mt 23,34) et' bona Ipsius participantes ut intimi socii (Mt 24,47; 25,23), immo Ipsum quodammodo ut famulum habentes (Lc 12,37), cum magna omnium mutua laetitia, quae vel coenae metaphora depingitur (Mt 8,11; Lc 22,30)".

Ii sunt quasi visibilis consummatio Corporis Mystici per communionem sanctorum, alii alios cognoscentes, vehementer amantes, eorum gloriam, sanctitatem, pulchritudinem admirantes. Immo quodammodo societate viatorum gaudebunt, cum percipiant ea quae in ordine naturali vel contra eum fiunt, Dei benignitatem sive miseri-

" *Aureola* est: iuxta altos, beatitudo essentialis speciali titulo virginis vel doctoris vel martyris data; iuxta alios, gaudium speciale ob 'specialem victoriam (S.Th., *Suppi.* 96 a.1); iuxta alios, ea addit gaudio speciales honores (Suàrbz. *De fine hom.* 11,3.4; Pesch. 3 n.509); iuxta alios, est signum quoddam spirituale (SiURt, 39,1,6); iuxta alios, est aliquid in corpore beatorum (Pokle-GierENS. 3 p666).

15 Alii tamen paulo aliter rem explicant. Cf. S Th.. *Suppi,* q.96 a.1; Steal, 39,1.13; Beraza. n.1377. De aureolis apud antiquos Scholasticos cf. WiCKt. *o.c.*. 298-318.

" De fructibus beatitudinis. de quibus non agemus, cf S.Th.. *Suppi,* q.06 a.2-4; Suarelz, 11,3,5; Gonet. d.S a.5; Beraza, n.1383-1385; Journet, *l.c.,* 122-124. qui ceterum alia privilegia memorat: characteres sacramentales, gaudium de vita acta in paupertate ve! obedientia (S.Th.. *Suppi,* q.96 a.1 ad 2s), illuminationes ab angelis superioribus acceptas (p.124s).

° Cf S.R.Beli.armino, *Dc aci. felic. SS.* 4.10s; H.DutonqueT. *Cici:* DTC 2.2474-2511; De Broglie. *Dc fine ultimo* p.43; Vitti. *De futura aloria adipiscenda iu.vta S.Paulum:* VerDom 7 (1927) 225-233; Prey, *Rpyatmte de Dieu:* DB 5.1248s. De gloria caelesti ut antiquitus expressa in figura templorum. cf. A.Stange, *Das frühchristlichc Kirchcnffcpaudc ais Bild des Himmels* (Kôln 1950).

cordiam sive iustitiam laudantes. Item cognitio damnatorum erit eis gaudio, cum se e tantis poenis liberates videant et attributa Dei in iis inferendis splendere.

139. *De gaudio ex loco caeli.* Mundus (caelum et terra) beatis magno gaudio, sive ob eius pulchritudinem, maxime post eius renovationem in fine saeculi, erit, sive quia fuit theatrum laborum et exercitii virtutum, scientiarum, artium. At praesertim gaudio eis erit ipse locus seu sedes beatorum, quae *paradisus,* seu locus amoenus, dicitur (Lc 23,43), cuius amoenitas et magnificentia constat ex eo, quod sanguine Christi comparatus sit (ex Apoc maxime c.21s).

Çatechismus Romanus (1,13,8) sic monet ut fideles pulchritudinem caeli doceantur: "Infinita esset omnium oblectamentorum enumeratio, quibus beatorum gloria cumulata erit, ac ne cogitatione quidem fingere eas possumus. Sed tamen hoc fidelibus persuasum esse debet, quaecumque nobis ineunda in hac vita contingere vel etiam optari queant, sive ea ad mentis cognitionem, sive ad corporis perfectum habitum pertineant, earum omnium rerum copiis beatam caelestium vitam circumfluere..."

140. *Caelum est locus determinatus.* Id theologi communiter affirmant et videtur naturae rei convenire. Nam, etsi visio Dei sit ubique possibilis et béates semper comitetur, tamen societas beatorum certum locum connaturalitcr exigere videtur, aliter tamen opinante Palmieri ".

Ubi vero sit caelum, revelatio non docet, etsi videatur indicare illud non in terra (saltem ante finem mundi), sed in altis (relate ad nos) esse ".

CAPUT IV

De inferno

141. Homo a Deo creatus esi' simpliciter ut soli Deo serviat et ipsum ut finem ultimum intellectu ac voluntate in aeternum possideat. Id vero nonnisi libere exsequi debet per impletionem mandatorum ei a Deo impositorum ct sic, obedientiam ipsi Deo praestans, ipsum ut finem assequatur. At, fieri potest, ut homo libere mandata Dei non impleat, ita ut nec ultimum suum finem obtineat et potius ob suum peccatum se poena dignum reddat. Deus pro hac hypothesi statuit, hominem peccatorem ac de suo peccato rite non dolentem aeterna inferni poena esse afficiendum.

Homo non est factus a Deo ut peccet, ita tamen ut id. praeter intentionem Dei, libere facere possit; sic infernus pro hominibus non est *per se* et inventione *primaria* Dei decretus ut terminus aliquorum saltem hominum, sed *per accidens* et consequenter ad praevisum hominis peccatum. Homo ergo nequit proprie dici factus

" PalmiSri, §82. Ct. P.Bkrxaxo. *Ciel:* DAFC t.531-536. De not!<">< M~· analogica pro alia vita (caelo, inferno, "purgatorio) latius disserit Michel, *Lc ciet cst-i! un licuf:* AmCl 66 (1956) 153-155.

" Cf. Pesch, 3 n.502-504. De vario autem sensu vocis "caelum" (οὐρανὸ) in N.T.. cf. Zorell, 958-960.

esse ad aeternam aut beatitudinem aut poenam; factus enim est simpliciter et per se solum ad eam beatitudinem, qui tamen peccato et istam respuere et poenam mereri possit.

De facto peccat. Hinc poenam meretur. De ista ergo poena, sive quatenus ea est a Deo providente sive quatenus ea homini imponi potest, etiam theologo est agendum, ita ut eius et exsistentiam et naturam et durationem investiget.

Praeter auctores initio tractatus memoratos, possent v.gr. hi, ex multis qui de inferno scripserunt, proponi:

S.Th., 1 q.64; *Suppi.* q.97-99; 4 CG 90.93; *Comp. theol.* c.173-175. 178-180.183; *Quodl.* 7 a.13; 8 a.16-18; Suarez. *De angelis,* 1.8; Lessius, *De perfectionibus moribusque divinis* (Parisiis 1881) 1.1 c.24-30; Th.A. V.Gerster A.Zeil, O.M.C., *Infernus... iuxta sensum S.BonavCiiturae* (Taurini 1936); S.V.Patuzzi, O.P., *De futuro impiorum statu* (Venetiis 1764); Michel, *L'enfer et la règle dc la foi* (Paris 1925); Marïînez, *o.c.;* F.Tournebize, S.I., *Opinions du jour sur les peines d'Outre-Tombe. l'eu métaphorique. Universalisme. Conditionalisme. Mitigation* (Paris 1899); EKrebs, *Hoile:* LTK 5,116-118; M.Richard, *Enfer:* DTC 5,20-120; P.Bernard. *Enfer:* DAFC 1,1277-1399; J.Hontheim, S.I.. *Hell:* CE 7,207-211; G.Bardy, M.CarkougÊs, B.Lorival, C.Spicq, Ch.H.Heris, J.Guitton, *L'enfer* (Paris 1950).

ARTICULUS I

De exsistentia INFERNI

Thesis 8. Decedentes in peccato gravi poenas vindicativas damni et sensus in inferno subeunt post hanc vitam.

S.Bonaventura, *In 4* <1.44 p.2 a.1; Siuri. tr.18 c.1; Pohlf,-Gierf,ns, 3 p.667-669; Bkraza, n.1070-1076; Pkscii, 9 th.37.

142. Nexus. Homines in statu viae aut suis actibus bonis ad finem suum'ultimum tendunt aut suis actibus malis ab eo se avertunt. In fine illius status iudicio particulari subiciuntur, pro actibus eorum bonis vel malis praemio aut poena mox statim afficiendi. Nunc ergo quaeritur, quae sors poenalis iis obveniat, qui in fine suae vitae sint rei malorum. Agitur ergo nunc de poenis inferni determinandis, ut inferius de earum duratione et de ignis inferni natura speciatim disputemus, non omissis aliis quaestionibus de inferno exponendis in scholiis. S.Thomas de hac re agit post expositami gloriam qua resuscitati ornabuntur {*Suppi.* q.97s).

143. Notiones. Decedentes in peccato gravi, scii, ii omnes, qui in mortis momento rei sunt peccati gravis, non mere originalis, sed personalis, saltem unius, nondum remissi.

Poena est malum inflictum pro culpa (S.Th., *De malo* q.1 a.4).

De ratione eius esi' ut sit: afflictiva, pro aliqua culpa, contraria voluntati, saltem ut naturae, seu ut est principium appetendi bonum, etsi forte non ut rationi, seu ut est principium rationale appetendi, cum quis poenam vel a se assumptam vel a Deo illatam in reparationem culpae amare possit (S.Th., *ibid.; in 4* d.21 q.1 a.1 qc.4; 1.2 q.46 a.6 ad 2). Ea vero alicuius possessiones, statum, munus, iura, libertatem, corpus, animam afficere potest.

Unde si res bene perspicitur, poena est privatio boni, vel quod, cum dandum esset non datur, vel quod iam habitum aufertur, ita ut definiri possit: *privatio boni delectabilis (spiritualis vel sensibilis) enti rationali ob culpam inflicta.* Cum vero poena respiciatur hic, non prout est a creatura, sed prout est a Deo, ea plenius definiri potest: *privatio boni delectabilis a Deo creaturae rationali ob peccatum inflicta·.*

Poenae huic inflictae, quae, ut patet, est ab extrinseco, opponitur *poena concomitans* seu ipsi culpae quasi intrinsece annexa v.gr. rectitudinis privatio vel remorsus conscientiae, etc. (Sap 5,7; S.Th., *In 2* d.27 q.1 a.2; *De malo* q.1 a.4 ad 5). De hac nunc non agitur.

144. Poena vindicativa est ea quae infligitur per se ad ordinem iustitiae laesum restaurandum, seu ut creatura ordinem iustitiae quem laesit agnoscat. Opponitur *medicinali* seu quae infligitur per se et primario ut delinquens emendetur.

Poena *vindicativa* procedit ex sola iustitia et rigorose per se commensuraFur" culpae, ac proin, cum sit infallibiliter fixa iuxta culpam, nonni secundario et improprie in hac vita pro peccato datur. Poena *medicinalis* procedit ex sola misericordia, nec semper nec certa mensura culpae annectitur, ita ut saepe a magnis peccatoribus absit (lob 21,7; Hab 1,13).

Omnis poena: a) Ut *comminata* potest dici etiam medicinalis (praeveniens seu exemplaris), quatenus impedit quin ordo moralis laedatur, *b)* Ut actu *illata* vel *inferenda:* aut est praecipue in remedium salutare (eius qui punitur vel aliorum) etsi secundario sit vindicativa v.gr. poena huius vitae, aut est in vindictam ordinis iustitiae laesi, etsi forte sit simul in remedium eius qui ea non punitur. Haec est poena futurae vitae, ordinem iustitiae restaurans, quatenus punitus sanctitatem et iustitiam Dei vel libenter, ut in purgatorio, vel invitus, ut in inferno, agnoscit (S.Th., 1.2 q.87 a.3 ad 2).

145. *Poena: a)* Damni est privatio gloriae cum omnibus huic qua tali annexis. Ea inducitur sola subtractione influsus divini beatificantis; est ergo formaliter *privativa.* Respondet aversioni a summo bono.

b) S'Ensus est dolor instrumento extrinseco inflictus. Ea inducitur actione Dei positiva (S.Th., 2 d.37 q.3 a.1); est ergo formaliter *positiva:* et id solum effert data definitio, quae per se (etsi eam vocet poenam *sensus)* eius naturam non de-

terminat. Respondet conversioni ad bonum creatum (S.Th., *De malo* q.3 a.2).

Consulto praetermittitur in thesi *poena vermis,* cum ea non sit nisi *moralis* ille dolor poenae sive damni sive sensus intrinsece annexus, qui ceterum commode reduci possit: ut est a privatione gloriae, ad poenam damni; secus, ad poenam sensus. At modus loquendi in hac re est diversus, nani, iuxta alios, poena damni est' in sola privatione Dei, dum afflictio ex hac oriens ad poenam sensus pertinet. Et sane afflictio non est de ratione essentiali *poenae pure privativae,* qualis est poena infantium sine baptismo decedentium, quibus poena damni est, ex sententia iam communi, pura privatio Dei sine afflictione.

146. Infernus (gr. 9.8η i.e. locus mortuorum, ut hebr. bitqtf)Ⅺ i.c. locus inferior caelo, sumptus sensu ecclesiastico indicat: a) *In genere,* sedem animarum quae post mortem gloria privantur, scii, vel limbum patrum, seu locum et statum iustorum ante mortem Domini, vel limbum puerorum non baptizatorum, vel purgatorium, vel infernum peccatorum personalium (hominum et angelorum), b) *Antonomastice,* hunc postremum, seu in quo damnati ob peccatum personale grave versantur (S.Th., 3 d.22 q-2 a.1 qc.2).

Nunc vero *infernus* sumitur, non ut *locus,* seu prout est pars aliqua spatii ubi damnati ordinarie sunt, sed ut *status,* seu prout est permanens (ut inferius statuetur) conditio poenalis damnatorum.

Subeunt. Haec vox indicat factum poenae, at nunc praescindit ab huius duratione, aliis adiunctis.

Post hanc vitam. Hoc adiunctum expresse in thesi non consideratur, cum testimoniis fontium sat indicetur, et cum constet poenam fixam et aequalem pro peccatis in hac vita non dari.

S.Scriptura loquitur de inferno: 1) *Ut loco,* cum vocans locum tormentorum (Lc 16,28), locum (ludae) (Act 1,24s), infernum (Lc 16,22), abyssum (Lc 8,32; Apoc 9,1-11; 11,17; 17,8; 20,3) caminum ignis (Mt 13,42.50), stagnum ignis (Apoc 20,9.14s), stagnum ignis ardentis sulphure (Apoc 19,20), stagnum ignis ct sulphuris (Apoc 20,9), stagnum ardens igne et sulphure (Apoc 21,8), tarfarum (2 Petr 2,4), gehennam, vel gehennam ignis (Mt 5,22.29s; 10,28; 18,9; 23,33)'.

1 Cf. G.KiTTKT., *Theolot/isclies tVôrterbuch eum Neueii Testament* 1,146-149; Gssektüs-Bukl, *Hebr, Handworte^buch* (Leipzig 1915) 796s; A.Vacant, *Enfer:* IJB 2,1793

3 Vox "gehenna" procedit a N'j. quae vox designabat vallem Hinnom (prope lerusalem). ubi aliquando Israelitae idolo Moloch infantes suos in statua huius dei igne succensa immolarant. Pius losias rex illum locum pollui iussit (4 Reg 16.3; 23.10; 2 Par 28.3: 33,6; 34,4s; 1er 7,31s; 19.2-11 : 32,35; los 18.16). Cf. S.HiSrokymus. *In Mt* 1.1 c.10.28: ML 26,68; *In 1er* c.7.35: ML 24,897s; KiTTEl, 1,665. Ex nefariis illis sacris vallis illa fuit locus abominationis et

2) *Ut statu,* cum vocans mortem (Rom 6,21s; 8,6; 8,13; 2 Cor 2,14-6), mortem secundam (Apoc 2,11; 20,6; 21.8). interitum (2 Thess 1,9: 1 Tim 6,9), tenebras exteriores (Mt 8,12; 22,11-13; 25,30), ignem aeternum (Mt 2,41), supplicium aeternum (Mt 25,46), vermem (Mc 9,43), perditionem (Mt' 7,13; Io 3,16; 10,27s; 12,25; Rom 2,12; Phil 1,28; 2 Petr 3,7), ignem inexstinguibilem (Mc 9,42-47; Lc 3,17), ignem et sulphur (Apoc 14,9-14), caliginem tenebrarum (2 Petr 2,17), procellam tenebrarum (Indae 12s), damnationem (Mc 16,15s), corruptionem (Gal 6,7), Babylonem (Apoc 18; 19,1-3).

147. Adversarii. *Sadducad* negant resurrectionem et spiritum (Mt 22,23; Act 23,8); immo probabiliter dicunt animam cum corpore interire[3]. *Albigenses*: corpus est locus quo anima, quae in caelo peccaverat, purganda mittitur, ut purgata in caelum redeat[4]. *Multi philosophi acatholici recentiorcs* °. *Multi libertini* cuiusque temporis ®.

148. Doctrina Ecclesiae. Asserens bonos post mortem vita aeterna donari, malos vero, seu eos qui in peccato gravi, etiam unico, decesserunt, poena aeterna affici, statuit eo ipso: *implicite,* malos vita aeterna privari; *explicite,* eos alii poenae tradi, quae, obvio verborum sensu, ab illa privatione distinguitur et quae eis positive infligitur.

Benedictus XII (D 531): "Definimus insuper quod secundum Dei ordinationem communem animae decedentium in actuali peccato mortali mox post mortem suam ad infernum descendunt, ubi poenis infernalibus cruciantur".

Ex his ergo animae morientium in peccato mortali, etiam *unico,* cum verba sint in singulari, puniuntur *et poena damni,* cum eae opponantur iis quae vitam aeternam, ex verbis praecedentibus (D 530), obtinent, *et poena sensus,* cum eae dicantur poenis infernalibus (in plurali), et quidem manifeste prout hae differunt a privatione gloriae, cruciari

Eadem fere docent *Fides Damasi* (D 16), *Symb.Athanasianum* (D 40), *C.Lateranense IV* (D 429), Innocentius III (D 410).

C.Lugdunense II (D 464): "Illorum autem animas, qui in mortali peccato vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas". Cf.

horroris, cuius nomine dein a iudaeis-designatus est locus ubi damnati a Deo puniuntur, "ubi sempiternus horror inhabitat" (lob 10,22). Cf. Knabenbauer, *in Mt* 5.22 p.269; Spicq, *La révélation dc l'enfer:* L'Enfer, 119-122.

3 Atzbkrgek, *Die christiiche Eschatologie,* n.142,

* E.Vacandard, *Études de critique et d'histoire religieuse 2* (Paris 1914) c.5 p.190.

6 Cf. Richard, 84s.

6 Cf. S.I.Chrysostomus, *In Rom.* hom.31.4: MG 60.673.

7 Ceterum historice constat hic decidi eas animas statim post mortem, non solum gloria privari, sed et suppliciis tradi (Le Bachelet, *l.c.,* 679s).

C.Florentinum (D'693). His ergo poenae non determinantur; at eae, ut patet, ut in aliis documentis sumendae sunt.

149. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita: implicite,* quoad poenam damni; *explicite,* quoad poenam sensus (D 531; cf. 464 693) '*.

Est saltem *certum in theologia,* vehementem quendam dolorem *moralem* intrinsece illas poenas in damnato consequi, utpote sciente, se ob suam culpam et beatitudine sibi debita privari et aliis poenis subiacere.

150. Probatur ex sacra Scriptura[8], a) Docet implicite simul utramque poenam. Mt 25,31 : *Discedite a me* (i.e. a mea praesentia) *in ignem aeternum.* Lc 16,22-24: Dum Lazarus portatur *in sinum Abrahae...; dives... sepultus est in inferno, ubi crucior,* ait, *in hac flamma* (Mc 9,42-47): ... *Bonum est tibi debilem introire in vitam·, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem... Bonum est'tibi claudum introire in vitam aeternam, quam duos pedes habentem· mitti in gehennam ignis inexstinguibilis... Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis* (cf. Mt 18,8s).

2 Thess 1,9: *Qui non noverunt Deum et qui non obcdiunt Evangelio... Poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini ct a glaria virtutis eius.* Mt 13,40-42 : *Colligens de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem. Et mittent eos in caminum ignis,* lo 15,6: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes... ct in ignem mittent et ardet* (cf. Rom 2,7-9).

151. *b)* Docet poenam damni. Mt 7,23: *Et tunc confitebor illis... : discedite a me, qui operamini iniquitatem.* 1 Cor 6,9: *Neque fornicarii, neque idolis servientes..., regnum Dei possidebunt.* Est similis catalogus peccatorum, qui *regnum Dei non consequentur,* in Gal 5,19-22, vel qui *non habent haereditatem in regno Christi et Dei,* in Eph 5,5. Mt 25,12: Virginibus stultis dicetur : *Nescio vos.* 1.c 14,24 : Eorum qui vocati ad nuptias non venerunt, *nemo... gustabit coenam Domini.* I

Io 3,36: *Qui incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* To 5,29: *Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt in resur-*

'· Cf. Michel, *Les mystères...* 48.52.
8 De inferno in Scriptura cf. Spicq, *l.c.*. 106-143.

rectionem indicii. Apoc 21,27: In Ierusalem novam *non intrabit... aliquod coinquinatum aut abominationem faciens et mendacium.* Apoc 22,15: E paradiso (descripto c.21s) haec vox egreditur: *Foris canes et venefici..., qui amat et facit mendacium.*

152. c) Docet poenam sensus. Mt 5,22: *Qtii autem dixerit* (fratri suo) *fatue, reus erit gehennae*l *ignis.* Mt 5,29s: *Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam...* Cf. Mt 10,28. Mc 22,13: *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?... Mittite eum in tenebras exteriores...* Mt 24,48-51: *Si... malus servus coeperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis: veniet dominus servi illius... et dividet eum partemque eius ponet cum hypocritis; illic erit fletus et stridor dentium* (cf. Mt 8,12; 25,30).

Itida^ 11-13: *Vae illis qui-in via Cain- abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt... Ili sunt... quibus procella tenebrarum servata est in aeternum* (cf. 2 Petr 2,12-17). Apoc 14,10s: Adorans bestiam *cruciabitur igne et sulphure...* (cf. Apoc 14,9-11; 19,20). Apoc 21,8: *Timidis... et incredulis... ct homicidis et fornicatoribus et veneficis et idololatris et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure: quod est mors, secunda* (cf. Apoc 20,13s). Item clarescunt ex verbis N.T. ea loca V.T.: ludith 16,20s; Is 33,14; 66,24.

153. 1. *Ex his cigo utraque poena iisdem assignatur.* Constat enim ex Mt 25,31-46 (cf. Mt 13,4-43; Lc 16,19-31; Apoc 20,12-15) non dari nisi duas sanctiones definitivas pro hominibus: aut vitam aeternam aut supplicium aeternum. Proin si mali dicuntur simpliciter regnum Dei non visuri (Lc 14,24; Io 3,36; 1 Cor 6,10; Gal 5,21; Eph 5,5), eo ipso tradi aeterno supplicio dicuntur. Quod ceterum etiam expresse constat: a) Ex Mt 25,41; 2 Thess 1,8s, ubi utraque poena iisdem tribuitur, *b)* Ex eo quod qui alibi aeterno igni tradi dicuntur, iidem alibi ut non visuri regnum Dei simpliciter memorantur. (Cf. Apoc 10,15 et 21,8 cum Apoc 21,27; 22,15; 1 Cor 6,9; Gal 5,20; Eph 5,5.)

2. *Omnes peccatores illis poenis subiciuntur.* Id facile patet ex allatis testimoniis, quae, si complexive, et saepe etiam singillatim, sumantur, omnes prorsus peccatores comprehendunt. Sic v.gr. ex 1 Cor 6,9s: *Fornicarii... idolis servientes... adulteri... molles... masculorum concubitores... fures... avari... ebriosi... maledici... rapaces;* ex Gal 5,19-21: Qui agunt *opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia.* Poena damnati refertur ad iustitiam divinam, maxime ut vindicem.

Rom 2,5: *Secundum- autem duritiam tuam... thésaurisas tibi iram in dic irae et revelationis iusti indicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius* Pariter Io 3.36; 1 Thess 1,10; Apoc 14,10.

3. *Unicum, et quidem quodlibet, peccatum grave duplici illi reatui subest.* Id supponendum est, cum Scriptura nullam restrictionem addat ct cum aliunde in quolibet peccato gravi plena offensae Dei ratio halxatur. Mt 18,8s: St *autem manus tua vel pes tuus scandalmat te, abscide eum et proice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem..., quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus...* Ergo unicum et quodlibct peccatum grave ducit per se ad infernum ; nec mere solum externum, sed et internum (Mt 5,28).

Tamen sperare licet dandam esse paenitentiae ac remissionis gratiam peccatori, qui christiane vixerit, sed aliquando ex pura debilitate p.eccaverit

154. Probatur ex traditione. SS.Patres saepe et expresse doctrinam de poenis peccatorum in inferno tradunt. Pauca eorum testimonia memorentur.

a) *Frequenter docent simul et poenam damni et poenam sensus.* S.Clemens Rom. (?) (R 102): “Facientes... voluntatem Christi requiem inveniemus ; sin minus, nihil nos ab aeterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnimus” (cf. S.Iustinus, R 115 121 124: S.Thëophilus Antioch., R 176; S.Irenaeus, R 239). Tertullianus (R 284): ”... Erimus iidem qui nunc, nec alii post: Dei... cultores apud Deum semper...; profani... in poena aeque iugis ignis...” (cf. R 290; S.Ignatius Antioch., R 41).

S.Hippolytus (R 396): ”... Cum bene facientibus iuste fruitio aeterna retribuatur, malorum vero cupidis aeternum supplicium reddatur, et hos manet ignis inexstinguibilis...” S.Augustinus (R 1772): “Sempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo” (cf. S.Cyrillus Hier., R 837'; S.Basilius, R 976; S.Cyprianus, R 560, etc.).

b) */Ilias docent vel ignem aeternum* (S.Clemens Rom. (?), R 106; *Epist. ad Diogn.,* R 100; Minucius, R 273; Tertullianus, R 317) *vel exclusionem a regno caelorum- (-Martyrium S.Polycarpi,* R 78,' S.Ephraem, R 713; S.Augustinus, R 1775s).

c) */Ilias docent in genere poenam* (tres postremi textus: R 78 713 1775s).

155. Ratio theologica. A. Reatus poenae in genere, a) *Ex sapientia Dei.* Sapientis legislatoris et gubernatoris,

8* Michel, *o.c.,* 48; Heris, *l.c..* 266s.282; Garrigou-LacrancE, *La vida eterna y la profundidad del alma2* (Madrid 1951) 165.

qualis est Deus, est leges suas sanctione praemii vel poenae munire earumque transgressores punire (S.Th., 3 CG 141). Sed Deus eos transgressores in hac vita non punit. Ergo in altera.

Min. Non raro iniqui vitam commodis refertam, dum multi boni vitam aerumnis plenam agunt 9. Ergo.

b) *Ex iustitia Dei.* Colentes ob Dei gloriam virtutem nequeunt eiusdem vel peioris conditionis apud Deum esse quam vitiis indulgentes. Sed in hac vita illi saepe sunt eiusdem vel peioris conditionis quam hi. Ergo mali post mortem puniendi sunt (1 Cor 15,16-19.30-32) '*.

c) *Ex sanctitate Dei.* Deus nequit se indifferenter habere erga virtutem et vitia, aequitatem et iniquitatem, hononem et iniuriam .sibi illatam. Sed ita se haberet, si peccatores non puniret. Ergo.

d) *èx honore Dei.* Oportet ut honor Dei a peccatoribus violatus in hos aliquando splendide triumphet. At id non accidit in hac vita. Ergo.

e) *Ex consensu generis humani universali et antiquo.* At is consensus de re ingrata, solum tamen a nefariis negata, ostendit vel vestigium pristinae revelationis vel vocem naturae cum lege naturali huius sanctionem promulgantem. Ergo

156. B. In specie: 1) *Reatus poenae damni.* Aequum est ut se avertens a caritate Dei, separetur etiam a beatifica Dei fruitione, seu ut se avertens a line, etiam a beneficio finis avertatur.

2) *Reatus poenae sensus, a}* In peccato distinguitur, non re sed ratione, ut duplex deordinatio, aversio a fine et conversio ad creaturas. At poena proportionatur culpae. Ergo oportet ut peccatum, non sola privatione finis, sed creaturis puniatur.

b) Sanctio legis debet esse sufficiens et ut talis apprehendi. At exclusio a fine, etsi est sanctio sufficiens, tamen non semper ut talis apprehenditur. Ergo (S.Th., 1.2 q.87 a.4; 3 CG 145).

0 S.I.Chrysostomus (R 1152): "Ego qui ·:ı multo studio, in multo labore et miseria vixi, resurgo; et graecus, et impius... ipse etiam... eodem honore fruitur quo ego? Peccatorum quoque corpora incorruptibilia resurgunt...; sed hic honor illis est praeparatio suppliciorum."

®* S.I.Chrysostomus. *In ep. ad Phil,* c.2 h.6: MG 62;228: "Justus est Deus... At hinc multi qui peccarunt, abierunt impune; multi qui cum virtute vixerant, tum demum abierunt, cum sexcentas subiissent calamitates. Ergo si iustus Deus, ubinam his quidem praemia, illis vero supplicia tribuet, si non est gehenna...?"

10 Bernard, 1379s; Hurter, 3 n.649,5. Cf. S.I.Chrysostomus, *In ep. ad Rom.* hom.31 n.5: MG 60,676.

Ratio naturalis probat ex iisdem, ut patet, hotninem esse post viae statum poena pro demeritis suis afficiendum; eam poenam esse saltem exclusionem a fine ultimo; immo congruenter saltem *aliqualem* (qualiscumque ea sit) poenam sensus illi addendam esse.

157. Obiectioncs. 1. Peccator non est dignus essendi. Ergo poena ei debita est annihilatio.

Dist. cotis. Annihilatio est poena ei debita at inepta, *cone, cons.;* secus, *nego cons.*

Inordinatio peccati natura sua non tendit in destructionem peccatoris, sed in amissionem ultimi finis, in qua proin est maxima ct apta poena peccati. Poena annihilationis, utpote omnibus aequalis, non esset insta; immo, ea esest appretiative minor iis qui diutius vixissent et plus peccassent. Mali eam poenam desiderarent; at poena, quae desideratur, nequit esse vera poena.

2. Remorsus conscientiae sunt poena peccati. Ergo alia poena superest.

Dist. mai. Remorsus sunt aliqua poena peccati, *conc. mai.;* sunt poena proportionata, *nego mai.*

Ii remorsus multis deessent, nisi infernus esset. Quo magis quis peccaret, ii essent minores. Peccata commissa immediate ante mor-
Ergo poena pro actione mala sensu caret.

158. 3. De conceptu actionis bonae vel malae non est sanctio. Ergo poena pro actione mala sensu caret.

Dist. mai. De *essentiali* actionis moralis conceptu non est sanctio, *conc. mai.;* de conceptu *integrati, nego mai.*

Sane omnibus ea inest persuasio quod, ex iustitia, recte agentes praemio, male agentes poena afficiendi sint.

4. Poena pro peccato exigeretur, si ea ordo iustitiae laesus restauraretur. At non restauratur. Ergo. (

Dist. min. Ordo iustitiae non restauratur quasi id quod factum est fiat infectum, *conc. min.;* quasi poena non fiat ut peccator vel libenter ordinem laesum agnoscat et retractans suum peccatum eum amet, vel secus ordini iustitiae implendo invitus subiciatur dum legem poenae implet, *nego min,*

Poena obtinet ut peccator suum peccatum retractet et iterum per voluntatem suam in ordine iustitiae se constituat, etsi non fiat—id quod est impossibile—ut peccatum factum sit infectum. Quod si peccatorem peccati sui non paenitet, saltem agnoscit invitus, dum punitur, legislatoris dominium.

ARTICULUS II

De inferni DURATTONE

Thesis 9. Poenae inferni sunt aeternae.

S.Tir., *Suppl.* q.99; S.Bonaventura. *In 4* d.44 p.2 a.1 q.1; Lessius. *o.c.,* 1.13 c.25; Beraza. n.1077-1122; Lenner l/. th.4; C.Passaglia, *De aeternitate poenartrnt deque igne inferni* (Romae 1855); J.Sachs. *Dic eurige Dauer der Hellcnstrafcn ncueren Aufstellungen gegeniiber principiet? crortert* (Paderborn 1900).

159. Nexus. Constat ex thesi praecedente damnatos inferni et poenae damni et poenae sensus subici. De his vero poenis multae exsurgunt quaestiones, quarum tamen, aliis ad scholia dein exponenda remissis, ea una nunc nobis tractanda venit, scii, illarum poenarum *duratio* seu quaestio de earum *aeternitate.* En autem unum e difficilibus mysteriis nostrae religionis. S.Thomas agit de aeternitate poenarum inferni post harum exsistentiam statutam *{Suppi,* q.99).

160. Notiones. Poenae inferni, scii, poenae damni et sensus, quas in inferno esse, nuper probavimus. At cum fontes eodem modo de utriusque poenae duratione agant, hanc de poenis inferni in communi, seu sine ulteriori determinatione, statuemus. Ceterum, cum poena sensus necessario, ut patet, poenam damni inferat, de huius aeternitate sat constaret, si sola illius aeternitas probaretur.

Aeternae. *Aeternitas,* quae pro nobis in hac re, omissis aliis definitionibus, est duratio sine limite, est: a) *Stricta* seu imparticipata, propria unius Dei, si est tota simul et initium, successionem, finem essentialiter excludit (Rom 16,26; 2 Tim 1,9; Tit 1,2). b) *Lata* seu participata, ea quae creaturae per participationem a Deo competere potest. Haec tamen, cum diversi genetis esse possit, hic sumitur, non *improprie* seu mere ut longa duratio (Gen 17,8; Ps 88,37), sed *proprie* seu ut vere excludens limitem, etsi solum a parte post.

Sunt aeternae i.e. poena damnati manet in perpetuum essentialiter eadem, etsi accidentaliter, seu modis inferius explicandis, forte minui possit.

161. Adversarii. *Docentes annihilationem malorum.* Sic: *Gnostici Valentiniani,* dicentes hylicos et perversae vitae psychicos igne esse consumendos[1]. Arnobius: anima de se mortalis fit bonis immortalis in praemium, dum mali post poe-

[1] Cf. S.IrEnaïus, *Adv. huer.* 1,7,1: MG 7.514; Tixeront. 11,203.

nam annihilantur 2. *Sociniani,* tenentes non Christianos cum angelis malis annihilandos esse 3. *Conditionalistae* seu immortalitatem conditionalem defendentes, quasi homo suis actibus immortalitatem sibi praeparare libere queat, ita tamen ut secus, male agens, in nihilum post mortem, praevio aliquo expiationis tempore, redigatur › sic, praeter alios, *non pauci protestantes,* ut v.gr. Rothe in Germania, Ch.Byse in Gallia, maxime W.E.White *in America4;* plurimi *Adventistac:* mali resurgentes in nihilum reducendi sunt, ergo infernus non est; iis fere accensendi sunt *Testes lehovae* et *Amici hominum* °.

Docentes interventum misericordiae Dei homines damnatos a poenis Uberantis. Sic *misericordes antiqui* (catholici), quorum illud privilegium concedebant: *a)* Alii omnibus hominibus in iudicio damnatis, vel saltem aliquibus, qui post certum poenae tempus, pro diversa huius duratione iuxta peccati gravitatem, a poena liberentur, *b)* Alii omnibus, qui nullum supplicium post iudicium patiantur, c) Alii omnibus baptizatis. *d)* Alii solis et omnibus catholicis, etsi dein in haeresim vel in infidelitatem labentibus. *e)* Alii solis et omnibus in Ecclesia perseverantibus, *f)* Alii omnibus eleemosynas erogantibus, qui vel nullam vel solum temporalem damnationem patiantur, et omnibus iniurias dimittentibus, cum iis per eam remissionem peccata dimittantur e.

Docentes restitutionem dam atorum per eorum conversionem. *Defendentes metempsychosim.* Hirscher et Schell 7 (cf. supra, n.5-7). *Rationalistae* 8. *Spiritistae*9.

162. Doctrina Ecclesiae. *C.Lateranense IV* (D 429) : "Qui omnes (i.e. reprobi et electi)... resurgent... ut recipiant,

° Arnobius, *Advcrs. nationes* 2.14; 2,29s: ML 5,831s.867s; Tixeront, 460.

3 L.Christiani, *Socinianisme:* DTC 14,2332.

4 Cf. Richard, 85; J.Rivière, *Sur l'immortalité conditionellc:* RcvClerFr 98 (1919) 283-285 De Protestantium erroribus circa vitam futuram, cf. J.C.Sasia, S.I., *The future Life according to the autority of divine Revelation, the dictates of sound reason, the general consent of Mankind* (New York 1918).

6 Cf. F.RHavey, *Adventists:* CE 1.166s; Lavaud, 120.135.147-150.154. 161-165.178-180 193.210-212.222.228; A.VErhammE, *Testes Jehovah:* CollatBrug 48 (1952) 217.

" Cf. S.Augustinus, *De civ. Dei* 1.21 c.17-24: ML 41.731-40; *Enchir.* c.67,112: ML 40,263.284. Cf. A.Lkhaut, *L'Éternité des peines de TEnfer dans S.Augustin* (Paris 1912) 24-40.

7 Inter "praecipua doctrinae capita" ob quae opera H.Schell prohibita sunt "censura dignus habitus est modus quo Dr.Schell. uni altcrive scriptori Alexandrinae Scholae innixus, negat aeternitatem poenarum, nisi ob totalis obstinationis hac in vita peccatum; contendens oppositam, sententiam esse contrariam notioni Dei et immortali hominis libertati" (E.Commer, *Die jüngste Phase des Schcllstreites* [Wien 1909] p.272).

8 Errores corum, cf. apud P.DE Bonniot, *Le problème du Mai* 1.7 c.1.

0 Cf. Roure, *l.c.,* 2518s. Memoretur etiam ut infernum aeternum negans Unamuno: Q.Pérez, S.I.. *Et pensamiento religioso de Miguel de Unamuno frente al dc la Igiesia* (Santander 1946) 66-74.

secundum opera sua... illi cum diabolo poenam perpetuam, 'et isti cum Christo gloriam sempiternam". Eadem fere docent *Fides Damasi* (D 16), *Symb.Athanasianum* (D 40),

Benedictus XII (D 531) docens animas decedentium in peccato gravi "ad inferna" descendere, "ubi poenis infernalibus cruciantur", tradit im/>//ci7c.eius damnationis durationem *aeternam,* cum ea damnatio beatitudini, *ut aeternae* ibi definitae, opponatur (D 530).

Vigilius (D 211): "Si quis dicit aut sentit, ad tempus esse daemonum et impiorum hominum supplicium, eiusque finem aliquando futurum, sive restitutionem et redintegrationem fore daemonum aut impiorum hominum, A.S." 1011

Poenam aeternam etiam tradunt: Innocentius III (D 410) docens poenam actualis peccati esse "gehennae perpetuae" cruciatus. Alexander VIII (D 1290) id damnans, quod peccatum philosophicum non sit "aeterna poena dignum". *C.Trident.* docens satisfactionem paenitentialem non esse "pro poena aeterna, quae una cum culpa remittitur" (D 807 840); iustum bene agentem non mereri "poenas aeternas" (D 835 804); aliquam contritionem parari "ponderando... aeternae damnationis incursum" (D 915)*.

Pius XII: Revelatio et magisterium Ecclesiae firmiter statuunt eos omnes qui, post huiust vitae finem, rei sunt peccati gravis, subire Supremi Domini iudicium ac exsecutionem poenae, a qua datur nulla liberatio seu venia. Deus posset etiam post mortem condonare illam poenam; ... sed numquam id concessit nec concedet... Factum immutabilitatis ac aeternitatis iudicii damnationis et eius exsecutionis est extra quamlibet controversiam... Supremus Legislator... decrevit validitatem nunquam cessantem sui iudicii et eius exsecutionis. Ergo ea duratio sine limite vigetir*.

10 Hic canon est inter eos quos a lustiniano editos contra origenistas ac proin in synodo habita Constantinopoli sub Mcnna Patriarcha (a.543) et. si Cassiodoro credatur, çtiam a Vigilio Papa subscriptos (Prat, *Oriycne ct VOriycnismc:* Et 106 [1906] 23; Richard, 78; D'Atfcs, *Origenisme:* DAFC 3 1234; F.DiEkamp, *Die origcnistischen Stvcitigkeitcn in 6'Jahrhundert und das 5 ally. Konsil* [Minister 1899] 46ss; Phsch, 9 n.624). At eoc his constat sic certo de approbatione pontificia, et maxime haec talis fuit, ut thesis ex illo canone *dc fide definita* dici queat? Sic putant v.gr. DiKkami», 137s; Richard, 78; at non videtur de ea re *omnino clare* constare, ut recte notat D'Ai.ès. 1239. Certe ea damnatio censebatur Ecclesiae fidem expressisse, si controversiae de inferno aeterno· finem imposuit, ut asserit Bardy, *Les Pères...* 236.

11 In C.Vaticano paratum est *Schema Consiti. dogmat. dc doctrina catholica* haec continens. Cn.6: "Si quis..., poenas damnatorum in gehennam perpetuas futuras esse negaverit, A.S." Cf. de eadem re cap.17 (CI 7.567.517; cf. 550s.564).

M L.c.,* 79s: "La rivelazione e il magisterio della Chiesa stabiliscono fermamente che, dopo ii termine della vita terrena, coloro che sono gravati da colpa grave subiranno dal supremo Signore un giudizio ed una esecuzione di pena, dalla quale non vi è alcuna liberazione o condono. Iddio potrebbe anche

163. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita* (D 429).

164. Probatur ex sacra Scriptura. 1) *Poena damnatorum* in ea vocatur *aeterna.* At vox "aeterna" sumitur ibi proprie seu pro «Juratione sine limite. Ergo.

Mai. Mt 18,8: *Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem... quam duos pedes habentem mitti in ignem aeternum.* Mt 25,41. 46: *Discedite... in ignem aeternum... Et ibunt hi in supplicium aeternum.* 2 Thess 1,9: *Poenas dabunt in interitu aeternas.* Hebr 6,2; ludas 7. In V.T. ludith 16,20s; Is 14,11; 33,14: 66,24; Dan 12,2 «

Min. Cum eius vocis usus sit adeo frequens, nec unquam ei, ut patet ex locis allatis, limitatio adiungatur, ea vox proprie sumenda est, nisi in contrarium ratio solida adsit, quae tamen hic non apparet.

'Mt 25,46 (iudicium finale): *Et ibunt hi in supplicium aeternum; iusti autem in vitam aeternam.* Sic in eodem et contextu et loco ea vox et> vitae et supplicio applicatur. At, omnibus fatentibus, ea vitae proprie applicatur (S.Augustinus, R 1779 1802; S.Basii.tus, R 976). Ergo et supplicio.

Mt 25,31-46: ... *Penite ... possidete paratum vobis regnum... Discedite a me maledicti in ignem aeternum...* Oportet ut in ferenda iudiciali sententia verba proprie intelligantur, maxime in indicio definitivo, et quidem circa homines semper duraturos, atque cum tempus merendi ac demerendi transierit nec proin sit iam conversioni locus. Immo si in eo indicio sententia absolutoria esse de sorte perpetua intelligitur, condemnatoria esse de sorte perpetua etiam censenda est.

2) Poena damnatorum dicitur esse *in saecula saeculorum.* At ea formula durationem perpetuam indicat. Ergo.

Mai. Apoc 14,9-11: *Si quis adoraverit bestiam..., cruciabitur igne...; et fumus tormentorum eorum ascendet in saecula saeculorum* (cf. et 19,2s; 20,9s).

Min. Apoc 4,9s: *Cum darent... gloriam... viventi in sae-*

---

nell'al di là dimettere una simile pena...; ma Egli non l'ha mai accordata. nè mai l'accordera... Il fatto della immutabilità e délia eternità di quel iudizio di riprovazionc e dei suo adempimento è fuori di qualsiasi discussione... Il supremo legislatore... ha fissato la non mai cessante validité dei suo giudizio e della sua esecuzione. Dunque questa durata senza limite è diritto vigente."

12 Ea vox adhibetur in N.T. semel et septuagies, ita ut sexagies quater sit aut *dc Deo* (v.gr. Rom 16.26) aut fere semper *dc vita aeterna* vel directe plerumque (v.gr. Mt 19,16; 25.46) vel indirecte (v.gr. Hebr 9.12; 2 Petr 1.11); ergo his omnibus locis, iuxta omnes, habet sensum durationis sine limite; ergo iure debet dici ea in reliquis locis, ubi de inferno fere semper agitur, eodem sensu adhiberi.

cula saeculorum..., et adorabant viventem (Deum) *in saecula saeculorum* (cf. 5,13s; 7,12; 10,6; Gal 1,5; Hebr 13,21).

3) *Excluditur finis poenae: a)* Formulis negativis. Mc 9,43s: *Vermis eorum non moritur et ignis non exstinguitur.* Quae ter ibi emphatice repetuntur (cf. Is 66,24). 1 Cor 6,9s: *An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* Gal 5,19-21: *Manifesta sunt autem opera carnis... qui talia agunt regnum Dei non consequentur.*

δ) Formulis sensus illimitati. L,c 16,26 (parab. div. epul.): Inter beatos et damnatos *chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos. non possint, neque inde huc transmeare.* Apoç 20,14: Cruciatus damnati dicitur *secunda mors.* Damnati dicuntur: *Maledicti* (Mt 25,41). *Vasa irae* (Rom 9,22). Super quos *manet ira Dei* (Io 3,26).

165. Probatur ex traditione. A. *SS.Patres* multis modis docent poenarum aeternitatem.

a) *Adhibent fere formulas Scripturae.* S.Ignatius Antioch. (R 41): "Familiarum perturbatores regnum Dei non possidebunt... Talis (i.e. fidem Dei prava doctrina corrumpens) inquinatus factus in ignem inexstinguibilem ibit..." S.Hippolytus (R 396): "... Cum bene facientibus iuste fruitio aeterna retribuatur, malorum vero cupidis aeternum supplicium reddatur, et hos manet ignis inexstinguibilis et qui nunquam finietur, et vermis igneus non moriens..." S.lREnaeus (R 239).

b) *Dicunt poenas numquam tempore esse solvendas.* S.Ephraem (R 713): "... Severissimum... de peccatore fiet, iudicium, et tormentorum eius non erit finis, nec parvo instante quiescet... quia in aeternum durabit et nullo unquam tempore solvetur ei".

c) *Aeternum vocant ignem ut vitam vocant aeternam.* S.Theophilus Antioch. (R 176): "Ipsae (scripturae propheticae) tutius te ducent, ut effugias aeterna supplicia et aeterna Dei bona consequaris... Iis... qui secundum patientiam bonis operibus incorruptionem quaerunt, donabit vitam aeternam... Incredulis autem et superbis... erit ira... ac tandem tales detinebit ignis aeternus". Cf. S.Iustinus (R 115); S.Cyprianus (R 560); S.Basilius (R 976); S.Augustinus (R 1779 1802). Hinc S.Irenaeus dicit formula aequivalenti (R 239): "... Isti erunt semper damnati... Hi semper percipiunt regnum".

d) *Opponunt tormenta mundana et ignem martyrii poe-*

nae aeternae et igni qui non exstinguetur,. Martyrium S.Polycarpi (R 78): "... Mundana tormenta spernebant (martyres) unius horae spatio se ab aeterna poena redimentes. Frigidusque ipsis videbatur ignis crudelium carnificum. Prae oculis enim habebant fugam illius qui aeternus est et nunquam exstinguetur". *Epist. ad Diognetum* (R 100): "Tunc imposturam mundi... damnabis..., cum veram mortem formidaberis, quae servatur iis qui damnabuntur ad ignem aeternum... Tunc admiraberis eos, qui pro iustitia ignem patiuntur temporarium et beatos praedicabis, cum ignem illum cognoveris".

166. e) *Opponunt durationem vitii temporalem aeternae durations poenae.* S.Iustinus (R 115): "... Docemus..., unumquodque ad aeternam sive poenam sive salutem pro meritis actionum suarum proficisci. Nam si haec cognita omnibus hominibus essent, nemo vitium ad tempus eligeret, cum se ad aeternam ignis damnationem proficisci sciret".

f) *Dicunt ignem inferni esse aeque iugem ac gloriam.* Tertullianus (R 284): "Restituetur omne humanum genus ad expungendum quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde pendendum in immensam aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, sed erimus iidem qui nunc, nec alii post: Dei quidem cultores apud Deum semper, superinduti substantia propria aeternitatis; profani vero... in poena aeque iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius, divinam scii, subministrationem incorruptibilitatis".

g) *Ea idea quae in praecedentibus a Tertulliano innuitur, frequenter a Patribus expresse indicatur, scii, corpora damnatorum servari incorruptibilia ut pabulum ignis aeterni.*

S.Cyrillus Hiero. (R 837): Resurgemus igitur, aeterna quidem omnes, non omnes vero similia habentes corpora. Verum si quis iustus est, caeleste corpus accipiet, ut possit cum angelis digne una versari; si quis autem peccator est, corpus accipiet aeternum perpetiendae peccatorum poenae capax, ut in igne aeterno combustus nunquam absumatur..."

S.Cyprianus (R 560): Cremabit addictos ardens semper gehenna..., nec erit unde habere tormenta vel requiem possint aliquando vel finem. Servabuntur cum corporibus suis animae infinitis cruciatibus ad dolorem... Erit tunc sine fructu paenitentiae dolor poenae... In aeternam poenam sero credunt, qui in vitam aeternam credere noluerunt".

Lactantius (R 646): "... Quia peccata in corporibus (impii) contraxerunt, rursus carne induentur, ut in corporibus

piaculum solvant; et tamen non erit caro illa, quam Deus homini superiecerit, huic terrenae similis, sed insolubilis ac permanens in aeternum, ut sufficere possit cruciatibus et igni sempiterno, cuius natura diversa est ab hoc nostro..., qui nisi alicuius fomite alatur, exstinguitur... Idem divinus ignis una eademque vi... et cremabit impios et recreabit..., et quantum e' corporibus absumet, tantum reponet ac sibi ipsi aeternum pabulum subministrabit..."

S.I.Chrysostomus (R 1142): "... Peccatorum quoque corpora incorruptibilia resurgunt... ; sed hic honor illis est praeparatio suppliciorum et ultionis ; incorruptibilia enim resurgunt, ut semper urantur".

S.Hilarius (R 855): "... Corporalis et ipsis (gentibus) aeternitas destinabitur, ut ignis aeterni in ipsis sit aeterna materies, et in universis sempiternis exerceatur ultio sempiterna".

167. 13. *Liturc/ia orat: In Litaniis:* "Ut animas nostras... ab aeterna damnatione eripias". Tn *Canone Missae:* "Atque ab aeterna damnatione nos eripi...". In *Dies irae:* "Ne perenni cremer igne". Nec orat pro damnatis.

C. *Martyres* spernebant tormenta temporalia ut aeterna vitarent. *Martyrium S.Polycarpi* (cf. n.165 d) I3.

168. Ratio theologica, a) Fide docemur morte finiri statum viae quoad ultimum finem obtinendum. Ergo qui in peccato moritur semper manet in poenam exclusus a fine.

b) Labenti in peccatum grave paenitentia salutaris, et quidem adhuc in terris) viventi, est necessaria necessitate medii ad salutem. At damnati nequeunt eam paenitentiam agere, utpote gratia salutari privati, cum sint extra statum viae. Ergo semper sunt extra salutem 14.

c) Posito peccato gravi, Incarnatio fuit necessaria in hypothesi condignae satisfactionis pro illo peccato (quam ceterum Deus exigere potest). Ergo purus homo nulla poena, etiam aeterna, eam satisfactionem praestare potest. Ergo peccator (gravi peccato) est dignus qui in aeternum puniatur.

169. *Ratio naturalis probat certo,* aliquam saltem poenam post viae statum dari. Immo, probat, saltem probabiliter, eam esse aeternam. At probat id *'certo?a*ł5

1:1 Persone, Iλ· *Deo Creatore* n.809. Cf. Rvinart, *o.c.,* p.27 n.3; 34 n.10; 157 n.2; 159 n.3; 168 n.6, etc.

" Lessius eam rationem non habet ut satisfacientem (13,25 n.!66s). Et iure si ea sumatur ut probans, non solum factum aeternae poenae, sed huius *debitum,* quod sane respondet non defectui paenitentiae sed ipsi peccato.

15 Cf. Hurter, 3 n.659^ Michel, *L'éternité dc l'enfer et la raison:* RevApol

De hac quaestione solvenda dissentiunt auctores. Forte dici potest, rationem *solam,* seu sine ullo fidei lumine, non eam rationum claritatem obtinere, qua omnis nebula dubitationis de poenae aeternitate tollatur, etsi aliunde invicte solvat omnes obicctiones quae illi aeternitati opponuntur.

Hanc tamen probationem instituendam nunc curamus, iis vero praesuppositis: animam humanam esse immortalem; eam esse destinatam ad Deum ut finem ultimum, quem vero nondum obtinuerit; eam debere istum finem bonis suis actibus obtinere, sic tamen libere ut' illo se indignam malis suis actibus reddere possit.

1) Ex ratione obvia, status viae ad finem ultimum aliquando, sive morte sive alias, consummandus est, ita vero ut huius momenti assignatio, non ab homine, ut per se patet, sed a solo auctore naturae pendeat. Ergo qui ad istud momentum in conditione detnerifi pervenit, eo ipso manet exclusus ob suam culpam, et proin in poenam, a fine ultimo obtinendo, quin Deus, ut patet, eum ad finem quem ille libere abiecerit, perducere iam unquam teneatur (S.Th., 3 CG 145).

2) Nequit tamen Deus, post aliquod amissi finis ultimi tempus animam in statum viae iterum restituere? Absonum esset imprimis id per successionem in aeternum ininterruptam fieri.

At dein exsurgit inde haec altera fortis ratio pro poenae aeternitate, quae primam complet: implctio legis naturalis nequit *effecaciter* promoveri, nisi annexam habeat sanctionem *sufficientem.* Sed temporalis amissio finis ultimi non est, ut patet, sanctio sufficiens. Ergo impletio legis naturalis nequit per temporalem amissionem finis ultimi *efficaciter* promoveri. Ergo exigit aeternam huius finis amissionem.

170. 3) Alia ratio ex natura peccati gravis peti solet, stante asserto quod honor sit in honorante, offensa in offenso. Poena solvenda proportionatur offensae illatae. Peccatum vero, utpote laesio iuris divini (scii, in obedientiam et honorem l)eo debitum), est offensa Dei. Ergo, cum Deus sit infinitae dignitatis, offensa Dei est *obiective* simpliciter infinita.

Cum vero nos dignitatem Dei nonni *ad modum dignitatis finitae* percipiamus, et proin ut *secundum quid infinitam* seu ut maiorem dignitate cuiuscumque creaturae vel possibilis etiam perfectissimae, offensa Dei *est subiective secundum quid infinita.* Ergo meretur poenam non simpliciter infinitam, at certe *secundum quid infinitam* seu maiorem qualibet poena, quae ob offensam maximan in aliquam creaturam etiam perfectissimam debeatur.

At vero nulla creaturae poena potest' esse *intensitatis* secundum quid infinitae, cum semper alia poena maior ut possibilis concipiatur, et capacitas patiendi intensive in creatura sit valde limitata. Ergo nulla alia poena secundum quid infinita restat, nisi poena infinitae extensionis seu *durationis.*

Haec tamen ratio habet has duas difficultates: *a)* Quod ea etiam peccato veniali, quod sane est offensa maior qualibet offensa in creaturam, applicari potest. At aliunde scimus hoc peccatum, cum non sit *aversio a fine,* poenam aeternam non mereri, *b)* Quod etiam brevis privatio finis ultimi, utpote obiective simpliciter infinita et

39 (1924) 449-461.513; Bernard, 1378-1392ss; H.Rondet, S.I., *Les peines dc Venfer:* NouvRevTheol 67 (1940) 415-423; MartInez, 147.

subiective secundum quid infinita, videatur esse poena peccato gravi proportionata. At aliunde scimus hominem non posse beari *physice* sola cognitione obiecti, sed cognitione *fruitiva,* quae sane qua fruitiva, ex parte nostra, nullo modo infinita dici potest, ut per se patet.

171. Obiectiones. A. *Ex SScriptura.* 1. In Mt 25,31-46 (de iudicio finali) non pauca sunt figurata v.gr. dialogus Christi cum hominibus, etc. Ergo ignis etiam figurate dicitur aeternus.

Nego cons. a) Illae figurae ideam praecipuam non destruunt, ut patet ex ibi dictis dc ultimo iudicio et de sententia a Christo prolata, de adventu Christi, de hominibus congregandis, de separatione iustorum a malis, de sententia finali, etc. Ceterum si forte in describendo iudicio aliqua figura adhibetur, nequit in proferenda sententia locutio impropria esse, nisi ea per se indubie intelligatur. *b)* At thesis non solum ex eo loco probatur.

2. In Ps 48,16 dicitur: *Deus redimet animam meam de manu inferi;* et in Ps 102,8s: *Non in perpetuum irascetur, neque in aeternum comminabitur.* Ergo infernus non est aeternus.

Nego cons. In Ps 48,16 exprimit psalmista spem certam quod ipse non mansurus sit sub dominio mortis seu in "schol", quo omnes mortui descendere censebantur, sed quoti a Deo in sortem iustorum assumendus sit. Sic ct in Ps 15,10. Bene intelligitur de liberatione a mortis imminentis periculo Ps 85,13: *Eruisti animam meam de inferno inferiori.*

In Ps 102,8s indicatur misericordia Dei in populum toties contumacem, prae huius exiguitate ac infirmitate (v.14-16). Pariter in Is 57,16: *Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar,* et in Ps 76,8s: Non *fn aeternum proicict,* non *in finem misericordiam suam abscindet,* promittitur, non conversio damnatis, sed misericordia in populum.

172. 3. Damnatio dicitur *interitus* (Phil 3,19; 2 Thess 1,9), *mors secunda* (Apoc 21,8). Ergo damnati annihilantur.

Dist. mai. Damnatio sic vocatur ut privatio vitae aeternae, *conc. mai.;* ut privatio vitae naturalis, *'nego mai.*

Sane damnati cruciandi sunt *in saecula saeculorum* (Apoc 20,10); ergo vivent, at *in stagno ardenti igne et sulphure; quod est mors secunda* (Apoc 21,8). Cf. S.Augustinus, R 1772.

4. In Act 3,21 memorantur futura *tempora restitutionis omnium.* Ergo omnia sunt aliquando restituenda.

Dist. mai. Memorantur tempora restitutionis i.e. conversionis etiam damnatorum, *nego mai.;* restitutionis *omnium quae locutus est Deus, per os... prophetarum,* complendae per Christum secundo advenientem, *conc. mat.*

Promissa prophetarum perfecte in secundo Christi adventu implentur et tunc omnia quae erant imperfecta in conditionem perfectam restituuntur Cf. Is 65,17: *Creo caelos novos et terram novam.* Mt 19,28: *In regeneratione, cum sederit Filius hominis...* 2 Petr 3,13: agit de renovatione mundi materialis, et v.9s hortatur ad paenitentiam.

173. B. *Ex SS.Patribus.* Viderentur aliqui eorum docuisse

" KkabrnbauBb, *In Act* 3,21; Sachs, p.45ss.

damnatos post poenam ad Deum esse convertendos et gloria donandos.

a) Adeo pauci (Origencs, Didymus, Clemens Alex., SS.Gregorius Nyss., Gregorius Naz., Ambrosius, Hieronymus) citantur, ut, etsi ii clare .aeternitatem poenae negassent, adhuc consensus Patrum pro nostra thesi esset *moraliter unanimis* et proin ut argumentum patristicum esset sufficiens. In ea hypothesi ageretur de doctrina ab initio tradita·, at nondum fune magisterio Ecclesiae firmata; quo posito, error erat *singulis* Patribus possibilis.

b) Immo, ex illis paucis, si forte Arnobium, qui vero libros unde difficultas sumitur scripsit cum adhuc esset catechumenus, excipias, *nullus* probatur *certo aeternitatem inferni negasse.*

c) E contra ii qui aliquando dc ea rc haesitanter loqui viderentur, alibi clare doctrinam veram proponunt. Immo, illis locis dubiis, saltem plerumque, recto sensu intelligi possunt.

Ea verba Petavii etiam prae oculis habenda sunt: "Quamobrem constat, Hieronymum, et si qui alii sunt ex sanctis illis Patribus, qui scriptis stlis origeniana illa dogmata, vehit' naevos quosdam, intexuerunt. haec alitui agentes ex Origenis lectione traxisse, atque identidem emendasse" ",

174. *d)* In specie Clemens Alex., etsi asserit poenas post ultimum indicium peccatores ad paenitentiam cogere et Deum proprie non punire, sed corrigere", tamen nunquam dicit poenas inferni finiri, affirmat illam eorum paenitentiam esse *vanam,* et alibi docet poenam quae sit supplicium *aeternum ".*

Didymus, ut videtur, clare docet aeternitatem poenae, ita ut sine sufficienti fundamento de eius mente in hac re dubitatum sit ".

S.Gregorius Naz. etiam sat est pro aeternitate inferni (R 980) '* et sine sufficienti ratione supponitur interdum quasi de ea re aliquando haesitarit

Origencs vero, etsi memorat ignem aeternum (R 446), statuit tamen illud principium quod poena sit medicinalis, quatenus "poena quae per ignem inferni dicitur, pro adiutorio intelligitur adhiberi"™. Immo, dicit Scripturam loqui de poenis aeternis, ut per timorem peccatores ad paenitentiam moveat, nec oportere ut medicinalis natura poenae inferni populo simplici proponatur**. Ipse vero, etsi, iuxta aliquos, ut diximus, recte dc aeternitate poenae senserit, fu-

11 Petavius, *De angelis* 1.3 c.8 n.10.
18 Clemens Alex.. *Strom. 7,2;* 7.16: MG 9.416,541.
10 *Cohort.* 10: MG 8.204; R 437. Cf. Richard. 56s; 'Fixeront. 1.295s; Bardy. *Les Pères...* 225s.
20 Didymus. *De Trinit.,* 2.3; 2.7: 2.12; 3.42: MG 39.480.580.669.989: *De Splr.S. nA7M-.* MG 39.1074.1082. Cf. 'Fixeront. 2.198.
21 Cf. Richard. 69; Pesch. 9 n.630.
22 Cf. Tixeront, 2,199. Petavius (3,7.14). illa eius verba affert (R 1013): "Ignem enim purgantem novi... Novi etiam ignem supplicio afficientem, sive sodomiticum sive illum qui diabolo... paratus est, sive illum qui ante faciem Domini procedit...; et illum..., qui... perversis aeternus est. Hi enim omnes vim habent destructivam, nisi cui placeat etiam ibi intellegere illud mitiore modo et eo qui punit digniore." Ipse vero concludit: "Manifestum est hoc in loco Gregorium Nazianzenum de damnatorum hominum poenis dubitasse, utrum sempiternae futurae sint; an ex Dei benignitate potius aestimandae, uti scii, aliquando terminentur." At ea dubitatio, non de inferni aeternitate, sed merito sic v.gr. sumi posset: utrum *omnes* ignes memorati pure poenales sint, an etiam aliqui peccatorum conversionem intendant, diversae opinioni stibiacet. Cf. Pesch, 9 n.63O.
33 OrigenEs. *Dc principiis,* 2,10.6: MG 11,238.
* *Contra Celsum,* 5.15; 6,26: MG 11,1204.1332.

turam restitutionem creaturarum rationalium, saltem hominum, ad gloriam docuisse, bona tamen fide ac mere hypothetice, videtur (cf. n.6; R 468).[30]

S.Gregorius Nyss. etiam, dum alias poenam aeternam asserit (R 1060), alias videretur restitutionem docere (R 1033)“.

S.Ambrosius saepe supplicia aeterna statuit, at, forte, solum pro non Christianis”. In peccatores vero Christianos (forte ad sensum magis obvium) iustitiae admiscebitur misericordia eos a poenis liberans

175. S.Hieronymus, qui ante a.394 videretur damnatorum restitutionem, ex quibusdam eius textibus de ea, saltem non improbare”, declaravit serius se illam opinionem retulisse at non ut suam; et sane eodem fere tempore aeternitatem inferni statuerat.

Dein certe origcnianam illam opinionem omnino explicite reiecit v.gr. (ca.395-396) dicens (R 1384): “Si omnes rationabiles creaturae aequales, et vel ex virtutibus vel ex vitiis sponte propria aut sursum eriguntur aut in ima merguntur, et longo post circuitu atque infinitis saeculis omnium rerum restitutio fiet, et una dignitas militantium, quae distantia erit inter virginem et prostibulum? Quae differentia erit inter matrem Domini et (quod dictu quoque scelus est) victimas libidinum publicarum? Idemne erit Gabriel et diabolus? Idem apostoli et daemones?””

At serius forte putavit peccatores Christianos esse salvandos, cum a.406 haec doceret: “Qui enim tota mente in Christo confidit, etiamsi ut homo lapsus mortuus fuerit in peccato, fide sua vivit in perpetuum. Alioqui mors ista communis et credentibus et non credentibus debetur aequaliter; et omnes pariter resurrecturi sunt alii in confusionem aeternam, alii ex eo quod credunt in sempiternam vitam"

Et a.415 similia videretur docere de peccatoribus Christianis ut post poenas salvandis, dum daemones et alii impii in aeternum sunt puniendi: “Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas et diabolo tribuit paenitentiam, quid ad nos, qui et diabolum et satellites cius omnesque impios et praevaricatores dicimus perire perpetuo, et Christianos si in peccato praeventi fuerint, salvandos esse post poenas?”.

Ea tamen doctrina Hieronymi, quae similis videtur doctrinae

35 Cf. Krebs, Lc., 117: Tixeront, 1327-1329; Richard, 57-59.

x S.Gregorius Nyss.. R 1033; forte maxime *Onatio quando sibi subiecerii omnia:* MG 44,1314s. Cf. Pesch. 9 n.632. At alii ut J.DaniElou *(L'Apocatastasc... !.c.)* putant ipsius verba recto sensu sumi posse.

S.Ambrosius, *In ps.* 1,47: ML 14,946; *In ps.118* serm.8.58; sermo.10.1l; serm.21.8: MI, 15.1319.1333.1505: *De Noe* 23.85: ML 14,401; *De fide* 2,13.119: ML 16.584: *De paradiso* 9,45: MI, 14,296.

M In ps.118 serm.20.29; 22.26: ML 15.1492s.1520; *In ps 36:* ML 14 980s; *Dc lac* 1.6.26: ML 14.609. Cf. Tixeront, 2,347s; NiEderhubhr. o.c., 115ss.246ss; Richard, 74s; Bardy, *l.c.,* 213s.

20 Tixeront, 2.341. Aliter O'CosNKi.t. *(o.c.,* 150-156), qui S.Doctorem ab ea opinione etiam ante a.394 eximit. Cf. S Hieronymus. *In Ecclesiastem* 11.3; 9 7: ML 23.1102. 1084; et cf. *Epist.* 39.3: ML 22,468 (aeternitatem inferni ante a.394 docet).

-° Immo. dein a.401 asseruit se quondam proponentem opinionem origenianam de restitutione, non propriam, sed sententiam Origenis mere retulisse *(Apol. adv. libr. Rufini* 1.1 n.26s: MI, 23,418s).

31 Epist. 119.7: MI, 22,983. Cf. et ea quae scripsit ea.108-110 (R 1402:. Cf. Bardy. *l.c.,* 214S.234.

tB Dial. adv. Pciaq. 1.28: ML 23,522. Cf. 'Fixeront, 2,341s; Martînelz, 126s.

S.Ambrosii, dicitur ab aliis *de iustis 'nondum plene purgatis* intelligi posseM. ! i

176. C. *lix ratione.* 1. Actus brevissimus nequit poena aeterna puniri. At peccatum est actus brevissimus. Ergo.

Dist. mai. Actus brevissimus nequit puniri poena aeterna, si puniendus sit ratione durationis, *conc. niai.;* si puniendus sit ratione malitiae, *nego mai.*

Poena peccati mensuratur, non ex delicti duratione, sed ex eius gravitate, ut fit et apud homines (S.Th., 1.2 q.87 a.3 ad 1). At peccatum est actus quo homo ab ultimo fine seu a Deo libere se avertit.

2. Poena aeterna cum bonitate Dei pugnat. Ergo non datur.

Dist. mai. Poena aeterna pugnat cum Dei bonitate inepte intellecta, *conc. mai.;* recte intellecta ut ea est in Deo, *nego mai.*

Bonitas, si est *vera* bonitas ut in Deo, nequit simpliciter a iustitia ac sapientia separari; hinc Deus non desinit bonus esse, si quem, pro norma iustitiae ac sapiendae, etiam in aeternum puniat. Immo, ipsa Dei bonitas, posita tamen iustitia, potest esse ratio aliquem in aeternum puniendi, vel ut alii a peccato prohibeantur vel ob sanctitatis amorem. At id non impedit, quin Deus ex sua bonitate (sed quin contra iustitiam ac sapientiam quidquam agat) aliquod peccatum vel nullo modo vel non ad rigorem iustitiae puniat.

At melius negatur simpliciter maior. Ergo poena aeterna non pugnat cum Dei bonitate, etsi illa potius iustitiam quam hanc ostendat; secus pariter quaelibet poena cum ea bonitate pugnaret.

177. 3. Finis poenae est emendatio delinquentis. At poena aeterna non est in emendationem delinquentis. Ergo ea caret scopo ac proin non datur.

Dist. mai. Emendatio delinquentis est finis poenae medicinalis, *conc. mai.;* poenae vindicativae, *subdist.:* finis poenae temporalis, *trans.;* finis poenae aeternae, *nego.*

Sane omnis poena quam Deus in hac vita infert potest dici semper esse medicinalis, etsi etiam simul vindicativa secundario esse queat; poena vero aeterna est pure vindicativa. Haec valent respectu eius cui poena imponitur; nam omnis poena, etiam aeterna, dufti sumus in vita, potest dici esse medicinalis respectu aliorum, qui ea moventur ad non peccandum (n.144).

Poena eo solum tendere potest, ut restituat violatorem legis in ordinem moralem, a quo declinaverat, seu in ordinem veri et boni, qui unus subsistere debet prae errore et' malo. Poena id obtinet, quatenus peccantem cogit ad sustinendam privationem alicuius boni et irrogationem alicuius mali patiendam.

Poenae vero id est praecipuum, expiare delictum ut, id maxime exigente iustitia, ordini morali violato satisfiat. *Poena vindicativa* quaerit primario expiationem delicti; ulterius vero, ut *poena medicinalis,* delinquentem ad ius servandum reducere. In poena post mortem stat finis *expiationis,* dum finis *medicinalis* omnino disparet. Deus, qui facile posset' peccatorem ad vitandum omne peccatum convertere, in iudicio finali adhibet stricte principium retributionis. "♦

50 Cf. Pesch, 9 n.631. O'ÇoxNSu, (ibid., 156-176) putat in ea re dc salute defunctorum peccatorum fidelium *non constare certo* de S.Doctoris mente aut orthodoxa aut non recta.

33* Cf. Pius XII, *l.c.t* 62s.67; In., *Iis qui interfuerunt VI° Conventui international! dc Iure poenali:* AAS 45 (1953) 742-744.

4. At post iudicium poena aeterna, si non est medicinalis, est inutilis. Ergo non ' datur.

Nego mai. Ea enim inservit : ad ordinem iustitiae laesum reparandum ; ad ostendendam iustifiam et sanctitatem Dei ; ad beatorum gloriam augendam, dum ii statum suum cum damnatorum statu comparant (Ps 57,11); ut sit in hominis vita sanctio legis perfecta.

178. 5. Finis a Deo in creando homine intentus nequit non obtineri. At ille linis est' hominis beatitudo. Ergo haec nequit non obtineri.

Dist. mai. Nequit non obtineri finis a Deo *absolute* intentus, *conc. mais; conditionate* intentus, *nego mai.*

Finis (finis quo) vero *absolute* intentus in homine creando est glorificatio Dei; quae semper oblinetur mensura intenta a Deo et voluntate consequenti, cum et damnati praedicent sanctitatem Dei peccatum odio habentis, iustitiam ipsius demerita punientis, voracitatem ipsius minas exsecutioni mandantis. Non autem necessario impletur finis *conditionate* a Deo intentus, qualis est hominis beatitudo, scii, *si iste mandata Dei servet.*

6. Poena gravissima non incurritur nisi cognoscatur. At muh aeternam peccati poenam ignorant. Ergo haec saltem ab istis nc;i incurritur.

Dist. mai. Poena gravissima non incurritur, nisi peccans sciat se aliquid ea dignum facere, *conc. mai.;* nisi peccans cognoscat determinate poenam, *nego mai.*

Nec apud homines id respicitur ad aliquem capite damnandum, ut ille nosset suum crimen eam poenam mereri.

7. Damnatus eripi ab inferno potest, si converti potest. At potest converti. Ergo.

Nego min. Nequit converti *supernaturaliter,* cum careat auxilio gratiae ad paenitentiam salutarem ei absolute necessariam, nec *naturaliter* (quod tamen in hoc ordine supernatural! nihil valeret), cum in malo sit obstinatus.

N.B. Deus nobis non revelavit cur hunc ordinem elegerit, in quo aeterna damnatio possibilis esset. At Dominus est. An dominium Dei prohiberi potuit, quin ipse eum ordinem eligeret, in quo aliqui peccarent et consequenter punirentur? Ceterum Deus non creat' damnandos nisi ut salventur, si ii gratiae cooperari velint; at, posito eorum peccato, vult eorum damnationem, ut attributa sua semper manifestentur (Rom 9,22).

179. Scholion. *Nemo damnatus in inferno a poena aeterna liberatur.* Ex probatis constat clare de universalitate legis poenae aeternae pro omnibus damnatis, cum asserta fontium sint absoluta nec ullam limitationem vel implicite includant. Hinc, etsi *absolute* loquendo non repugnet, quin aliquis, a lege generali exceptus, ex inferno a Deo eriperetur, tamen *in hac providentia* est valde temerarium, ut credimus, liberationis *possibilitatem* asserere, nisi facta historica eius liberationis proferantur. At nulla proferuntur.

Sane ob vulgatissimam S io. Damasceni narrationem, quod Traianus ab inferno, rogante S.Gregorio M., liberatus sit[34], quidam

34 S.I.Damascenus. *Dc iis qui in fide dormierunt* (MG 95.247-278'I. At authentia eius scripti non est omnino extra dubium. Cf. Juc.iE. *Jean Damascene (Saint):* DTC 8,706; AlïanEr, *o.c.»* 476; Gordillo, *o.c.»* p.193 nota 2.

scholastici veteres, qui eam ut historicam, ob magnam reverentiam in Damascenum, habuerunt, vario modo rem explicarunt, ut cum illa aeternitatem inferni componerent; communiter dixerunt in hypothesi veri facti, 'l'raianum non fuisse finaliter damnatum, sed suspensam esse eius finalem sententiam, vel etiam illum, ut addit S.Thomas, solum usque nd iudicium ultimum liberatum fuisse:n.

At factum ipsum, mira quidem diversitate narratum, magni scholastici antiqui iam negarunt, moderni vero critici ut fabulam habent “. Immo repugnat doctrinae sive S.Gregorii sive Damasceni negantium in inferis esse redemptioni locum, vel esse licitam orationem pro mortuis ”.

Illa ergo verba “secundum ordinationem communem" Benedicti XII (D 531) inepte de liberatione ab inferno intelligerentur, maxime cum eadem Pontifex applicet etiam beatis, qui sane e gloria semel accepta non decidunt (D 530). Solum ergo ea indicant ordinationem communem, quatenus *omnes* afficit, vel ad summum (sed valde improbabiliter) eius exceptionis possibilitatem, quod aliquis, utpote post mortem iterum miraculose suscitandus, non mox post *primam* mortem praemio vel poenae tradaturæ.

ARTICULUS III

Diversae quaestiones de poenis inferni

180. Quales sint poenae damnatorum. *Poena damni,* quae est privativa, seu per subtractionem influxus beatifici a Deo inflicta, consistit primario in privatione beatitudinis *essentialis* ac omnium bonorum ei ut tali formaliter vel consequenter annexorum, et secundario in privatione omnium bonorum illi *accidentaliter* additorum.

Ea bona sunt: a) *Supernatwalia:* Deus ut obifectum essentiale beatitudinis supernaturalis, ac proin lumen gloriae, Dei visio et amor, gaudium beatificum. Familiaritas Christi, B.Virginis, angelorum, hominum beatorum. Patria caelestis cum omnibus eius deliciis. Lumen quo beati pulchritudinem et caeli ac gloriae beatorum et mundi naturalis vident. Gloria corporis. Dona omnia supernaturalia et habitualia et actualia (inclusa, iuxta dicenda inferius, vel omni cognitione supernatural!), excluso autem charactere sacramentali, manente in damnato ad cius poenam et ignominiam. Eam privationem sine dubio consequetur dolor sciendi alios illis bonis frui.

33 S.Th. (qui tamen in *Suninia* non memorat factum). *In I* <1.45 *q.2 a.2* qc.1 ad 5; *Dc ver.* q.6 a.6 ad 4. Cf. Franz, p.228s (de explicationibus antiquorum theologorum).

M.Cano, *Dc locis theologicis* 1.11 c.2: SuXrez. *Dc n:yst. vit Chr.* 43 s 3 n.5.10; Siuri. 22.5 n.94-105; Gordillo. c.7 a.2 n.6: H.Grisar. *Die Grcgorbiographic des Paulus Diakonus:* ZkathTh 11 (1887) 160; Richard, 99-tOt.

S. Gregorius M.. *Moral.* 34.13: MT, 76.720; S.1.Damascenus. *De orthod. fid.* c.4: MG 94.878. Ceterum iuxta SuArez (ibid, n.6) videtur temerarium dicere Christum descendentem ad inferos aliquem liberasse, quam tamen censuram H.QuilliET ut nimis suavent habet *(Descente du Jésus aux enfers:* DTC 4,614). Ea tamen erat optima occasio liberationis.

58 Hugon, 3 q.8 a.1 n.3. Cf. tamen Richard, 97.100; LîN'NEblz. n.230.

b) *Naturalia.* Bcatitudo in hoc ordine non continet' proprie nisi bona supernaturalia (quoad entitatem vel quoad modum) ac proin damnatus ex privatione beatitudinis non amittit *formaliter* bona naturalia. At, amissa illa beatitudine supernatural!, caret aliunde omnibus bonis quae ei naturalis illa beatitudo afferret; quin vero in eo naturale felicitatis desiderium exstinguatur, quod tamen, amisso Deo, nunquam satiari queat.

181. *Poena sensus,* quae est positiva et ab extrinseco proveniens, est dolor a Deo per instrumenta damnato extrinseca positive inflictus. Avocatur *sensus,* non praecise ut afficiens potentiam sensitivam, qua animae separatae et angeli carent, sed ut re sensibili praecipue inducta. Ad eam pertinent: ignis; damnatorum societas (1 Cor 6,9s; Apoc 21,8); loci conditio; amissio libertatis; molestia in omnibus sensibus, ut facile intelligitur ex adiunctis in quibus versantur damnati.

182. *Poena vermis.* Sic vocamus *moralem* illam poenam ortam ex eo quod damnatus cognoscit se esse: in perpetuum, ex sua culpa, beatitudine quam vehementer appetit privatum, ac in atrocia tormenta positiva immissum.

Inde eum torquet acerrimus dolor, desperatio, odium: *in Deum,* non quidem ut summum bonum, sed ut auctorem tantae miseriae; *in alios* sive *beatos,* utpote Deo coniunctos, quos, etiam sibi cognatos, vellet in inferno esse, sive *damnatos,* utpote sua praesentia dolorem eius augentes, sive maxime *in daemones* utpote cius seductores, sive *in socios peccati; in omnem creaturam* ut opus Dei; *in se ipsos,* veram tanti ruinae causam (cf. Apoc 9,6; Mt 26,24). Inde ex desperatione cupiunt non esse, ne patiantur.

Illa vero poena vermis, prout est ex poena damni vel ex poena sensus, ad illam vel ad hanc, iuxta superius declarata (n.145), reducitur. Ideo communiter non memorantur nisi poena damni et poena sensus (a quibus, si agitur de peccato *personali* puniendo, poena vermis est inseparabilis); quem modum loquendi et nos sequimur.

Subiti Christus in passione poenam damni? (Mt 27,46). Id quidam catholici post reformatores videntur, saltem verbis, indicasse. At, si assertum *stricte* sumatur, ut omnino *erroneum* reiciendutn est (ita ut ne analogice quidem admitti possit), cum poena damni sit privatio Dei, finis ultimi, inflicta ob peccatum personale, dum Christus est passus ut filius dilectus, non poenam sustinens, sed satisfactionem vicariam pro peccatis alienis offerens, nec censendus est vel uno momento vitae suae visione beatifica privatus esse [1].

1 Cf. J.Rivière, *Le dogme de la Rédemption dans la théologie contemporaine* (Albi 1948) p 516-518: T Ortolan. *Dam:* DTC 4,617.

De quibusdam poenis sensus. Multi Patres, quibus non pauci theologi veteres accedunt, docent damnatos aliis rebus materialibus, praeter ignem, cruciari v.gr. aqua, nive, procéllis, rebus foetidis[2] At de ea re Suarez: "Haec sententia, licet gravium doctorum auctoritate nitatur, incerta est..., quia Christus... *poenam ignis* perpetuam ct irremissibilem et *quasi unicam expresse* comminatur, de alia vero poena nivium et aquarum nullam facit mentionem, nec ex alio Scripturae loco sufficienter probatur, neque falis poena ostenditur necessaria"

Probabilius vermes damnatorum memorati in Mc 9,45 (ludith 16.21; Eccli 7,19; is 62,64) non sunt corporei, ut alii putaverunt[4], sed metaphorici, morsus conscientiae indicantes Item multi putant in inferno futuras esse tenebras (S.Tn.. *Suppi,* q.97 a.4)"; at non necessario, immo, ut videtur, nec probabiliter, deducitur id saltem ex Mt 8.12; 22,13; 25,30, ubi tenebrae aptius sumi possunt v.gr. de poena damni. Nec constat corpora damnatorum futura esse deformia vel manca, sed integra in omnibus suis organis et sensibus.

183. De gravitate poenarum. Ea satis constat tam ex bono amisso et ex instrumentis positivis poenae, quam ex aeterna earum duratione. Ceterum elucet ex locutionibus fontium allatis: locus tormentorum; stagnum ignis; locus ubi vermis non moritur, ubi erit fletus et stridor dentium; tenebrae exteriores (Mt 5,22; 8,12; 13,42; Mc 9,42s; Lc 16,28; Apoc 20,15; 21,8). Similiter Patres loquuntur, dicentes illas poenas nulla voce exprimi posse, ignem nostrum comparatum cura illo esse quasi pictum esset, ipsam poenarum visionem mortem producere posse[7].

184. *Poenam vero damni esse longe maiorem quam poenam sensus,* facile patet ex eo quod privatio ultimi finis, utpote boni infiniti, sit maximum malum. "Peccatum mortale meretur carentiam visionis divinae, cui nulla alia poena comparari potest" (S-Th., 1.2 q.88 a.4)[8]. Opinio nostra est communis

2 S. Bernardus, *Scrm. de diversis* s.42 n.6: ML 183,664; S.Th., *Suppi.* 97 a.1; S.Bonaventura, *In 4* dist.4+ p.2 a.2 q.2.

3 SuXrez, *Dc ang.,* 8.12.24.

4 S.Basilius, *Hom. in ps.3/3 n.8:* MG 29.371; S.Augustinus, *Dc civ. Dei* 21.9: ML 41,723s; S.GrECOrius Nyss.: R 1065; SuÂREZ, 8,12,36: A Lapidde, *In Is* 66,24.

R 114; Gregorius Nyss.: R 1036; I.Chrysostomus, *Hom.9 in 2 Cor* n.4: MG (>l,464s; Augustinus, *Dc cath. rudib.* c.24 n.45: ML 40.342.

7 *Epist ad Diognctum:* R 100; Minucius F.: R 273: SS.Gregorius Naz.: R 114; Gregorius Nyss.: R 1036; I.Chrysostomus, *Hom.9 in 2 Cor* n.4: MG 61,464s; Augustinus. *De cath. rudib.* c.24 n.45: ML 40.342.

8 S.Th., 3 CG 142. S.I.Chrysostomus. *Ad Theodorum, lapsum* 1,12: MG 47,292: "A tantis excidisse bonis, tantum infert doloris, afflictionis, angustiae, ut etiamsi nullum aliud esset supplicium peccatoribus destinatum, illud solum posset graviorem aliis gehennae cruciatibus inferre poenam animaeque perturbationem..." *In Ml* hotn.23.8: M.G 57.317: "Intolerabilis quidem res est gehenna. et illa poena. Tamen licet quis mille ponat gehennas, nihil tale dicturus est, quale est, ex beata illa gloria excidere. Christo exosum esse, audire ab eo: non novi vos..." S.Augustinus, *Enchir.* 112: ML 30,285: "Perire a regno Dei, exsulare a civitate Dei, alienari a vita Dei. carere tam magna multitudine

theologorum, paucis antiquis forte refragantibus9. "Poena damni, ait Pesch, est essentia damnationis, quae sola sufficit ad damnationem, sine que nulla esset damnatio, ad quam omnes aliae poenae se habent per modum accidentium".

Dolor cius venit ex evidenti cognitione tanti boni amissi et ex ardenti felicitatis desiderio, quod in damnatis semper manet. Hinc ii, etsi ex odio nolint Deum ut finem suum cui subsint et quem ament, at ipsum ut obiectum propriae felicitatis vehementer cupiunt". Sane ii gloriae cognitione qualem habent beati carent; non vero ea qua vehementissime gloriam appetere queant. Manet enim in iis omnis cognitio olim habita sive naturalis sive ex fide derivata sive, si agitur de infidelibus, uno vel alio modo ibi obtenta, dum ii, omnibus impedimentis iam ablatis, sentiunt se ea sola gloria beatos esse posse (S.Th., *Quodl.* 8 a.ls).

In hac vita non patimur ex carentia visionis Dei. quia ea non est *privatio,**seu bonum hic nobis debitum; quia non adeo clare summum Dei visi bonum percipimus; quia nunc quasi explemus appetitum'felicitatis multis bonis, quibus damnati carent.

185. De poenarum inaequalitate. ludex summe iustus singulos iuxta eorum opera, ac proin inaequali poena ob inaequalem culpam, puniet (S.Th., *Suppi.* 8 a.5 ad 3). Id est de *fide definitum* in C.Lateranensi (D 429) et a Benedicto XIl (D 531), vel *saltem* est *certa in theologia.* Rom 2,6: *Reddet unicuique secundum opera eius* (cf. Ps 61,13: Sap 6,6; Mt 16,27; 2 Cor 5,10; Apoc 20,12s). SS.Patres eodem fere modo loquuntur v.gr. Aphraates (R 697), SS.Ephraem (R ' 170), Basilius (R 965 976), Augustinus (R 1778 1924), Gregorius M. (R 2322). Ratio iustitiae petit ut inter culpam et poenam proportio servetur;· at culpa est diversa pro diversitate praecepti, malitiae peccati, fragilitatis peccantis, numeri peccatorum, horum gravitatis.

Ea vero inaequalitas, quae, ut patet, nequit esse in duratione, sed in intensitate seu in poenae gradu, etsi nobis non constet de modo quo id fit: *a)* Facile concipitur *in poena sensus* (Apoc 18,6s; S.Gregorius M., R 2322; S.Th., *Suppi. 97* a.5 ad 3). *b)* Est ct *in poena damni,* utpote principali: non vero ex parte *privationis,* cum sic ea sit in indivisibili, ut per se patet et communiter tenetur (S.Th., 1.2 q.73 a.2), sed ex parte *tristitiae* ob illam privationem, quae quoad titulum exigitivum privationis est diversa pro gravitate ac numero peccatorum, et forte etiam ob diversam cognitionem sive gloriae ut amissae sive culpa eius amissionis, ipso Deo gradum illius cognitionis forte determinante.

dulcedinis Dei... tam grandis est poena, ut ei nulla possint tormenta, quae novimus, comparari."

9 Cf. S1URI. tr.20 c.1 n.7-14. At saltem Arriaga *(Disp. theol.* t.3 d.52s) ibi citatus non negat id de damnatis, sed ad summum de infantibus sine baptismo mortuis.

" Pbsch, 9 n.643s, Cf. et Garricou-Lacrange. *o.c.,* 148-156.162; Micmti., *Les mystères...* 63-67.

186. Deus punit infra condignum. Deus non punit damnatos ex vindictae affectu, sed solum ad ordinem iustitiae laesum restituendum seu ut eius perturbatores ei tandem efficaciter subieiantur (S.Th., 1.2 q.87 a.3 ad 3). Immo communius tenetur contra Estium, Sylvium, Gotti, Arriaga, alios11,* Ipsum non ad rigorem iustitiae, sed infra condignum damnatos punire. "In damnatione reproborum apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter allevians, dum punit citra condignum" (S.Th., 1 q.21 a.4 ad 1; *Suppi.* q.94 a.2 ad 2; q.99 a.2 ad 1; a.5 ad 1)ia. Id vero sic explicatur, quod Deus ex benignitate sua, non tantas poenas pro singulis peccatis imponat quantas ea merentur, at quin aliquid de poena ab ipso taxata auferat13.15

Hic observare libet, in gloriam B.Virginis, "Deum propter Deiparam et intuitu meritorum eius praemiare electos supra condignum et punire reprobos citra condignum, quod quidem fundamentum habet' in eis Patrum sententiis ct communi catholicorum sensu, quod Deus cuncta beneficia mortalibus confert per Mariam et intuitu meritorum Mariae: nam cum praemiare ultra condignum et punire citra condignum sit divinae bonitatis beneficium, consequens est ut Deus illud conferat per Mariam et intuitu meritorum eius" ".

187. De poenarum mitigatione13. *Mitigatio accidentalis* habetur, si poena *temporalis* quomodocumque peccatis debita et nondum soluta (C. Trident. D 840 922 925) desinat esse aliquando in inferno.

a) Poenam *venialibus non remissis* debitam remitti in inferno, asserit Scotus cum sua schola ct alii non pauci, ut Siuri, Beraza, Martinez, quibus libenter assentimur, cum Deus poenam sine gratia remittere queat ct aliunde poena aeterna pro re levi ac solum poenam temporalem merente nimia et ultra condignum esse videatur.

Alii vero tenent cum S.Thoma, Suarez, Vâzquez, Salas plurimos alios referente, Lennerz, Billot, etc., poenam peccati venialis non remissi esse perpetuam, non per se, sed *per accidens,* cum illud peccatum, utpote mortali coniunctum, sit, absente gratia sanctificante, irremissibile

11 Estius, *In 4* <1.46 §4; Sn.vius, *In Suppi. S.Th.* <,.99 a 3; Gotti. *Dc iudcio univers.* q.S <iut>.3 § 2; Arriaca (non clare) t.4 disp.56 s.7 n.56. De variis sensibus eius axiomatis, cf. Oviedo, *In 1.2* tr,9 controv.S p.6.

" S.Augustinus. *Dc civ. Dei, 21.24.3:* Mf, 41,739: Lombardus, 4 d.46; S Aubertus M,, *In 4* d.45s; SuArelz. *De pccc.* d.7 s.3 n.15.

13 SuArelz, *Dc prat.* 1.12 c.31 n.14. Explicationem quandam rei, ef. apud E.HucuSnv. *L'enfer cl la 'ntisMcordc:* RevApol 54 (1932) 516-518.

11 Siuri. tr.23 c.3 n.52. ubi et alios auctores idem affirmantes affert.

15 Cf. de hac re Micuilt., *Mitigation des peines de la vic future:* DTC 10.1997-2009: Lennerz. n.127-133; Martinez, c.7; Id., *£1 libra del K P Gctino sobre los que se salvan y las penas ctcrnas:* RazFe 107 (1935) 303-316; cf. *ibid.* 108 (1935) 152-160.

""Scotus, *In. 4* d.21 q.1; cf. d.15 q.1; Siuri, tr.23 c.2: Beraza. nl!37: MartInHz, p.198-201; S.Th., 1.2 q.87 a.5 ad .1; *De malo* q.5 a 2 ad 8; q.7 a.10; Suarrlz, *Dc vitiis ct peccatis* <17 s.4 n.4.7; *Dc pacnit.* d.11 s.2 n.11-13;

At unde constat non sufficere poenam inferno, non ad satisfaciendum pro peccato, at certe ad eam poenam expiandam?

b) Poena debita *peccatis quoad culpam remissis* et venialibus et mortalibus finem habet ex sententia, quam S.Thomas praeferre videtur vel saltem tolerat *(In 4* d.22 q.l. a.l ad 5) et tenet Scotus cum sua schola aliisque multis". Ea vero non cessat, iuxta Suarez, Capreolum, Vâzquez, alios ".

188. *Mitigatio essentialis* habetur, si quando poena *aeterna* pro peccatis gravibus non remissis aliquam aut intermissionem aut diminutionem in inferno habet.

Pauci Patres citantur pro aliqua eiusmodi mitigatione, at nullo eorum stante claro textu. Sic Prudentius vacationem paschalem damnatis concedere videretur, at fort'e loquitur poetica quadam exaggeratione ". S.Caesarius Arei, idem cis pro die descensus Christi ad inferos forte conceditM. S.Augustinus, referens opinionem quorundam putantium poenas inferni interdum mitigari, eam non damnarc videretur31.

Pauci .antiqui theologi, nec magni nominis, ut Praepositinus, Gulielmus Altissiodorensis ~, Gilberfus Porretanus (cf. S.Th., *Iu 4* d.45 q.2 a.2 sol.l) et forte aliquatenus P. Lombardns33, putasse dicuntur damnatos fidelium suffragiis iuvari posse. Recentius G.Mivart, presbyter anglus, contendit damnatos poenis damni et sensus puniri, at posse admitti eos paulatim cessare ab aversione a Deo et' tandem positive ad Ipsum ex malo in bonum converti, dilectione Dei trahi, ita ut id eis quandam felicitatem afferat3*.

189. Quid vero dicendum? *Nulla est mitigatio ex fidelium suffragiis,* cum Ecclesia nunquam pro damnatis rogave-

VâzquKz. *In 1.2* <1.141 c.2: Salas, *In 1.2* tr.13 <1.15 s.11; LennerZ, n.132; Billot, *Dc personali et originali peccato** (Romae 1931) th.10 §2.

17 Scotus, *In 4* <1.21 q.1; cf. <1.15 q1; Siuri. *l.c.*

w Suarez, *De pacnit.* <1.37 s.2 n.9; Capreolus, *In 4* <1.22 q.2 a.3 II; VAizQUEZ, *In 1.2* d.141 c.2. De variis in hac re apud theologos antiquos opinionibus, cf. A.Landgraf. *Die Bcstrafung lasslicher Siindcn in der Molle nach dem Urtcil der Frühscholastik:* Greg 22 (1941) 80-119.380-407.

ιυ Prudentius, *L.Cathemcrinon* 5 v.125-136: ML 59,827s. Cf. F.Arévalo, *Opera Prudentii,* Prolog, n.184 (1,158): ML 59.708; A RoslEr, *Der kath. Dichtcr Aurelius Prudentius Clemens* (Freiburg 1886) putat eum mitigationem docere.

20 S.Caesarius Arel.. *HomJ dc Paschale:* ML 67,1042s. Buchwai.d *(Dic oratio Fidelium in der Feriabncssc:* ThPrQscbr 85 [1932] 758-765) traditiones memorat ex quibus damnati certis diebus quadam poenae relaxatione gauderent.

21 S.Augustinus, R 1932. Cf. S.Merkle. *Augustin Uber cine Untcrbrechung der Hollenstrafen,* in: Grabmann-Mausbach, *Aurelius Augustinus* (Koln 1930) 197-202; Petavius. *l.c.,* 3,8,15s.

22 GuliElmus AI.TISS., *In 4* tr.14- q.l.

33 P.Lombardus, *In 4* d.45. Ceterum de mente theologorum eius temporis in hac re, cf. A.Landgraf. *Dic Lindcrung der Hollenstrafen nach der Lehre der Frühscholastik:* ZkathTh 60 (1936) 299-370, iuxta quem, non desunt a s.XI ad medium s.XH aliqui theologi qui. ut Lombardus, aliquali mitigationi, sed solum in "non valde malos", favere vel in hac re nutare videantur.

24 G.Mivart, professor laicus, opinionem suam exposuit in ephemeride *The Nineteenth Century* (dec. 1892. 899-919; feb. 1893, 320-338). Prohibitioni articulorum suorum (a.1893) humiliter se subiecit. Cf. CivCatt ser.15,5 (1893) 672-686; 6 (1893) 670-685; 7 (1893) 486; 11 (1894) 101.

rit: nec tempore S.Augustini 2S, nec tempore S.Thomae (7m 4 <1.45 q.2 sol.1 ; cf. 1 q.21 a.4 ad 1)20 nec tempore C.Florentini27 et C.Tridcntinj28, nec tempore Suarez vel Petavii 2fl, nec nunc rogat, ut patet30.

Memoratur aliqua antiqua *Missa pro cuius anima dubitatur,* oliin sat propagata, in qua pro anima petitur, ut, si gloriam non mereatur, saltem ^tolerabiliora liant (sibi) ipsa tormenta" ".

At ea valore dogmatico in hac re caret, cum extraofficialiter inserta esset et solum in aliqua missalia ac solius liturgiae romanae (quae tunc non erat sic universalis ut nunc est'), et probabilius nunquam etiam in ecclesiis particularibus fuit in usum deducta; maxime vero, cum ea omissa sit in prima editione officiali missalis (a.1570) a S.Pio V confecta (forte ob interpolationes missalium a C.Tridentino reprobatas)

Ceterum Palmieri, quin memoret Mivart, haec dicit': "Praeterea huiusmodi mitigatio locum non habet e sententia eidem faventium nisi *tempore praevericute iudicium supremum;* cum nempe sollemnitates ab Ecclesia aguntur et fideles exstant qui orent' pro defunctis; exinde per totam aeternitatem nulla erit mitigatio poenarum; scilicet adeo leve est istud levamen, ut' vel ab ipsis damnatis contemni possit"

190. *Mitigatio vero ex sola misericordia excluditur* a S.Augustino34 et unanimiter a theologis, qui opinionem mitigationis (in genere, sive ea ex suffragiis sive ex sola misericordia sit) gravibus censuris carpunt, ita ut Lennerz post aliquas harum recensitas haec asserat: "Communis doctrina

" S.Auc.ustixus, *Dc civ. Dei* 21,24,Is: ML 41.736-738.

2,8 Cf. P.Lumkekas. O.P., *Una doctrina inadmisible de! infterno:* CicncTom 51 (1935) 116-123 E.Sauras. O.P. *(La misericordia dc Dios y los condenados, segtin la mente de Santo Tomds:* CienTom 52 [1935] 5-39) putat S.Thomam locis citatis bene intelligi ut agentem respective dc valore orationis satisfactory ct meritorio, non de impetratorio, et de neganda mitigatione ex iustitia, non ex misericordia. At quo iure fit ea distinctio quam S.Doctor non facit, ct in oratione, cuius praecise valor impetratorius est praecipuus, et inter iustiam ac misericordiam in ea re? Cf. Martînrz, p.165 nota 29.

In C.Florentino ct graeci ct latini in ea re consentiebant. G.Hofmann. *Concilium Florentinum.* I. *Erstes Gutachtcn der Lateiner iiber das Fcgfeucr:* OrChr 16 (1929) 264S.286 lin 2-22; 287s IV. II. *Zvjeitcs Gutachten...:* OrCh 17 (1930) 215 fin.6-11; *222* lin.27-31.

A (.'.Tridentinum non novit suffragia nisi pro instis non plene purgatis (D 940), ut etiam eius theologi. Cf. CTr 8,73*0,9; 741,34; 753.17-21; 910,30; 960 35

20 SuAretz, *De [>aenit.* d.48 s.4 n.14-16; Petavius. 3.8,18....

;o *Offertorium* missae defunctorum (ct hymrnus *Dies irae}* nullo iure sumerentur ut oratio pro damnatis (cf. n.43). De traditione ecclesiae russae non rogandi nisi pro animabus purgatorii, cf. M.Niecjiaj, *Oratio lit-urgiea f>ro defunctis in Ecclesia Orthodoxa* (Lublin 1933) 270s.

31 Michel. 1998s; A.CaÉassüT, *L'enfer d'après les livres liturgiques:* RevIIistEccl 23 (1927) 65-70

32 Cabassut. 69; Michel, 1999; Martîxj-lz, *ibid.* Cf. CTr 8.917,5; 921.40-46; nota 1; 963.17.

33 Palmieri, § 61 n.4.

3' S.Augustinus, *Enarr. in Ps.* 105,2: ML 37,1406.

et praxis in Ecclesia illi doctrinae (mitigationis) est plane contraria, et disputationes, quae de hac re inter theologos aliquando fuerunt, vim huius consensus vix infringere valen,t. Ultimis saeculis nemo videtur serio et positive statuisse hanc sententiam... Hinc minimum, quod hodie dicendum videtur, est sententiam negantem esse certam, oppositam esse erroneam" ss.

a) S.Scriptura memorat poenae aeternitatem, nunquam vero mitigationem. Immo, iuxta eam, damnati *nec habent requiem die ac nocte* (Apoc 14.11). Dives epulo ne minimo quidem refrigerio levatur (Lc 16,24-26).

b) SS.Patres quamlibet' mitigationem ignorant. Minucius F. (R 273): "Nec tormentis aut modus ullus aut terminus." S.Hippolytus (R 396): "Hos (i.e. malorum cupidos in oppositione ad bene facientes) manet ignis inexstinguibilis... et vermis igneus non moriens, sed incessabili dolore ex corpore effervescens. Illis non somnus quietem afferet, non nox leniet, non mors supplicia solvet, non iuvabit exhortatio affinium intercessorum..." S.Cyprianus (R 560): "Cremabit addictos ardens semper gehenna..., nec erit unde habere tormenta vel requiem possint aliquando vel finem." S.Ephraem (R 713): "... Nec parvo instante quiescet poena a plectendo peccato eius, quia in aeternum durabit et nullo utnqtiam tempore, solvetur ei."

c) Culpa .damnati non minuitur; ergo nec poena ei debita. Gloria beati numquam' interciditur; ergo a pari nec poena damnati.

ARTICULUS IV

De conditione spirituali damnatorum

191. De cognitione naturali damnatorum. Haec tenenda esse videntur: Clare intelligunt unum Deum esse ultimum suum finem ac proin hominis beatitudinem, et se illum finem in aeternum amisisse. Non carent lumine naturali, nec scientia speculativa naturali, in qua potius, v.gr. per experientiam, crescere possunt; at carent indicio practice ad actum moraliter bonum (S.Th., 1 q.64 a.1; q.87 a.1). Ignorant ea quae in mundo apud homines fiunt, nisi forte per daemones vel per animas illuc descendentes aliqua discant, quae eis in maiorem poenam accidentalem recidant. In genere in ea sunt poenae conditione, ut vix aliquid praeter poenam cogitare valeant.

» LBXNKriz. n.128-130; MartIkbz, p.198-193 (cf. RazT-e 107 [1936] 305-309) et Michel. 2004-2006, multorum theologorum opiniones recensent, graviter omnem mitigationem vituperantium censuris. Recentius pro T.ercher (1V.33 n f,05 nota 324) opinio mitigationem negans "hodie dicenda est certa, opposita vero erronea".

192. De cognitione supernatural! damnatorum. Ii sunt omni hnnine supernatural! privati. Salmeron, Catharinus, exponentes lac 2,19 *(et daemones credunt'),* admittunt in daemonibus et in christianis damnatis *habitum* fidei supematurans, quo actus fidei intrinsece supernaturales ponunt. Idem tepuerunt alii ut Durandus, P.Lombardus, Halensis12

At communissime negatur damnatis *omnis* cognitio supernàturalis et proin *habitus* eius, nam: *a)* Lumen supernaturale datur viatoribus ut tendant in patriam (2 Cor 5,7; 1 Petr 1,9), a qua damnati sunt definitive exclusi, *b)* Fides supernaturalis imperatur pio voluntatis affectu in obsequium Dei, quo affectu damnati carent (S.Th., *Com/>. theof.* c.174). *c)* Nec character sacramentalis manens in damnatis christianis est ratio admittendi in eis habitum fidei, cum character non ordinetur, ut ille habitus, ad opera bona peragenda, nec damnatis maiorem vim praestet, sed potius eis sit in maiorem poenam, *d)* Agnoscunt vero in genere et in confuso beatorum gloriam, at iam non ex fide et a fortiori per intuitum praesentiae, sed per considerationem intelligentiae.

Hinc daemones, ct consequenter alii damnati etiam Christiani, credunt, at non ex pio affectu summissionis in Deum sed mere ex nativa vi intelligcndi ct ex evidentia signorum eos veritatem fateri cogente (S.Th. 2.2 q.5 a.2 ad 3), scii, fide, non supernatural! et infusa, sed naturali seu ad scientiam adquisitam pertinente, lacobus (2,19) ergo fidem daemonum cum fide peccatorum in hac vita comparat, at solum quatenus utraque est *obiective* eadem seu de eodem obiecto et utraque informis; non tamen, quasi actus credendi in utrisque sit substantialiter eiusdem rationis aut eodem modo elicitus *.

193, De damnatorum obstinatione. Ea est *confirmatio in malo,* quatenus voluntas damnatorum est irrevocabiliter a Deo aversa: et quia eos non paenitet de commissis et maxime quia nonni male operantur.

Imprimis ex doctrina fundata in textibus fontium dc morte ut fine status viae, nequeunt paenitentiam vel alium actum *salutariter* agere, cum, utpote iam positi extra viam salutis, gratiam illi actui necessariam non accipiant (S.Th., 4 CG 93); gratia enim proprie talis nonnisi ad vitam aeternam assequendam et proin' solum in statu viae datur.

1 Salmerôn et Catharinus *In cp. lac* 2.19; Lômbardus. *Sente ut.* 3 (123; Durandus. *In 3* d.23 q.9 n.10, qui tamen in daemonibus eam admittit, si quando, ait. eam habuerint. Alex. Halensis, p.3 q.64 memb.7

2 Cf. Siuri. 24,1.2-6; J.Beumer. S.I.. *Et dadntones credunt et contremiscunt (lac 2,19). Ein Beitrag sur positiven Bcwciiung der fides informis:* Greg 22 (1941) 231-251.

Hinc causa obstinationis damnatorum, quatenus ii *salutarem* paenitentiam agere nequeunt, potest dici ipse Deus esse "non quidem sicut causando vel conservando malitiam, sed sicut non impartiendo gratiam..." (S.Th., *De malo* q.16 a.5 ad 3; cf. 4 CG 93).

194. At ulterius communiter theologi, quibusdam exceptis, ut Scoto et Durando, tenent damnatum nonni actus moraliter malos elicere posses. Nam nullus actus est moraliter bonus nisi aliquo modo ordinetur ad Deum ut ultimum finem, a quo damnatus est plane aversus; cum enim; homo in via libere elegerit aut finem ultimum aut aversionem ab eo. in termino censetur immutabiliter aut adhaerere illi fini et proin bono, aut ab eo esse aversus et proin adhaerens malo.

Immo, actus boni qui sunt in damnatis, ut si credunt Deum esse (Iac 2,19) et alii, non sunt boni nisi materialiter et obiective, non vero subjective, cum. si quod bonum velint, non bene illud velint.

Damnati dolent de peccatis (Sap 5,1-15), non vero prout ea sunt mala, cum in ipsis voluntas malitiae remaneat, sed *solum ob poenam quam sustinent* (S.Th., *Suppl,* q.98 a.2). Ideo dolent sine correctione *.

Obstinatio est effectus permissus denegatae gratiae, et non contra. Ea opinio quae obstinationem esse *causam* aeternitatis poenae statuit, quasi ea sit causa permissiva absentiae gratiae s et non contra, videtur minus conformis fontibus, qui potius (cf. th.1) aeternitatem inferni fundant in eo quod tempus probationis ac proin misericordiae et gratiae (ergo vi decreti Dei hanc non dandi extra statum viae) transierit ®.

195. *Unde vero obstinatio?* Cum causa non agendi *salutarem* paenitentiam sit gratiae privatio, sic Deus est obstinationis causa negativa, iuxta nuper dicta. At quaenam est damnatis causa non agendi actum moraliter bonum qui sine gratia fieri posset, sed solum

3 Scotus, *In 2* d.7, qui tamen, addit daemones (de quibus ibi agit) probabiliter nunquam de facto actus moraliter bonos ponere; Durandus. *In 2* d.7 q 2. *Cf.* Suarez, *De angelis* 8.8.

♦ S.Gregorius Naz.: R 980; Aphraates: R 693; S.Fulgentius: R 2268 i·'; iam innuitur id quod inferius dicitur *(De fide ad Petr.* 3,36: ML 65.689): "Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem paenitentian in futuro saeculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inveniet: quia etsi erit ibi stimulus paenitudinis, nulla tamen ibi erit afrnplius correctio voluntatis..."*

a Sic thomistae. Cf. Billot. *De personali et originali peccato*^ (Romae 1r>31) th.7; Michel, *L'éternité de l'enfer et la raison:* RevApol 39 (1925) 515-524; Id., *Une mitigation des peines de l'enfer est-elle possiblef:* AmCl 66 (1956) 459-461; Glorieux, *l.c.,;* Manyâ, *o.c., c 7* n.2.

® Cf. StüFLER, *Die Verstockheit der Perdammten:* ZkathTh 27 (1903) 256-276; cf. Id., *Die Heiligkeit Gottes undl der ewige Tod* (Innsbruck 1903).

actus moraliter malos? En ardua quaestio, quae vario modo a theologis solvitur:

1) Est causa *physica externa,* scii. Deus, *a)* vel *positive* seu imkiedimcnfum ad recte agendum apponens, quia voluntati damnatorum insuperabilem ad malum inclinationem indit, a qua dcin sint mali eius actus, iuxta Aureolum, aut infundit odium Dei, quod dein actuum ordinationem in Deum impedit, iuxta Ockham[1], *b)* vel *privative* seu per privationem auxilii divini ad agendum necessarii, quia damnatis denegat cogitationem congruam, iuxta Vazquez, aut concursum generalem, iuxta Molina[8][10]

At vero, iuxta has opiniones, Deus *arnetor peccati* esse videretur: *positive* in duabus illis prioribus (quae ideo communiter reiciuntur) cum, etsi eo modo obstinati non peccent formaliter, utpote necessario agentes, illa inclinatio insuperabilis ad peccandum, fere ut illud odium divinum, Sint intrinsece mala; *negative* in duabus his posterioribus, cum Deus denegans consulto auxilium necessarium ad agendum, velle indirecte omissionem actus diceretur, quod sanctitati divinae repugnare videtur.

2) Est causa *physica interna,* scii, ea angeli et animae separatae conditio, etiam post resurrectionem manens, ut voluntas ei quod semel elegit immobiliter adhaereat, ita ergo ut daemones in virtute primi peccati cui adhaerent et similiter animae separatae in virtute peccati eis post separationem inhaerentis, operentur. Sic. S.Thomas, quem communiter thomistae sequuntur[o].

Hacc opinio videretur ipsa experientia firmari, cum et nunc homines eo minus a consilio semel inito recedant, quo clarius rationem electionis factae perceperint; angelus vero omnia, quae sunt in eius potentia cognoscitiva, uno actu attingit, et anima separata censetur modo angelico cognoscere.

Attamen ea his objectionibus subest, quibus minus probabilis redditur: Ex nuper dictis (n.194), in inferno, iuxta Sap 5,1-14, Patres, S.Thomam, alios theologos, paenitentia, etsi infructuosa, datur: Cur damnatus nequeat actus virtutum quas non laesit efficere? Cur, posita eadem cognitione, electio libera mutari nequeat? Cur damnatus utpote immobiliter conversus ad creaturas, ex privatione Dei patitur? Cur moriens conversus per attritionem ad Deum postea mutatur?

Tandem inepte diceretur unus idemque peccati actus, quem homo ante mortem elicuerit putans se eum retractare posse, fieri, posita morte et sine novo eius hominis actu, physice irretractabilis; hinc in ea opinione tenendum est actum physice irretractabilem poni aut in statu termini (quod esset inauditum) aut in via ante mortem (sic vero actus natura sua retractabilis solum a Deo fieret irretractabilis, quod admitti nequit) aut in ipso mortis momento in quo anima iam ad spiritus separati modum sortem suam decideret, ut Glorieux et' fere Manyà tenuerunt improbabiliter (cum sine sufficienti motivo terminus viae statueretur praefice post mortem) [’o].

1 Aureolus, *In 2* (list. 7 q.1 a.1; Ockham, *In 2* dist.7 q.1 a.1; Quod. 1 q.19.

8 Vazqui-lz. 7«. *1* disp.241 c.4; Molina. *In 1* q.64 a.2 d.2 (qui addit illi negationi impotentiam moralem paenitendi in qua sunt damnati).

R S.Tn., De angelis; 1 q.64 a.2; *Dc malo* q.16 a.5; *Dc* uer. q.24 a.10; *In 2* d.7 q.1 a.2. Dc hominibus: *Dc ver.* q.24 a.11; 4 CG 95; *Com4', thcol.* C.174S; Caietanus. *In 1* q.64 a.2; Billuart, *Dc angelis* diss.6 a.1 §2; Billot, *Le.*. Glorieux et Manyà, *l.c.*

10 Glorieux et Manyà, *l.c.* Ceterum hi auctores in id mirum logice devenire

196. 3) Est causa *moralis interna,* scii, obstinatio oritur: a) *Positive,* ex misera conditione status damnati qui videt se esse sine spe remissionis et in culpa (in conditione foedissima coram Deo) et in poena (damni ac sensus) horrenda ac aeterna, proveniente *al* Deo, quem proin ut tyrannum, simul ac omnia quae Deo placent/ vehementer odit et ea quae sunt contra Deum avidissime appetit. Sic ergo est in *morali impotentia* agendi honeste seu ex motivo *rj*-ductibili ad Deum ut ultimum finem, b) *Negative,* ex eo quod voluntas natura sua fragillima suis viribus, sine ullo morali Dei iAi-vaminc, cum sola generali influentia quasi physica Dei ad operandum, relinquitur.

Haec opinio, quam tenent Suarez, Toledo, Siuri, Pesch, plures alii", probabilior esse nobis videtur: cum et statum moralem damnatorum bene explicet et nihil inducat quod attributis Dei repudiare ostendatur; cum in ea retineatur in damnatis libertas *physica* honeste agendi, qua posita, ii non privantur medio absolute et necessario et sufficienti ad actum moraliter bonum.

Pesch dicit de ea opinione: "... Itaque contra hanc sententiam non est declamandum tanquam contra inauditam et irrationabilem. Ceterum ex variis explicationibus huius rei difficilis eam sequi cuique licet, quae ei optima videtur, dummodo per eam servetur dogma catholicum, neve Deus dicatur positivus auctor actuum malorum"

Beraza sententiam Suarez cum sententia Molinae coniungit quin huius proin incommoda vitet. Stufler statuit in damnatis *impotentiam physicam* recte agendi, cum nullum iis sit motivum Deum amandi vel amore concupiscentiae, nam nihil iam sperant, vel amore benevolentiae, nam ipsum ut suum malum respiciunt' ", At ei obici potest damnatum respicere Deum ut bonum et ut unum fontem beatitudinis ae proin *physice* ipsum appetere posse. Nam si Deus ei nequit esse obiectum formale amoris, damnatus non pateretur ex poena damni.

197. *Sunt peccata formalia ii actus mali quos damnati deliberate eliciunt·"* Responsum, quod ceterum pendet a modo obstinationem explicandi, fertur communius affirmativum, ab aliis vero negativum, prout affirmetur vel negetur damnatis esse in iis actibus eam libertatem physicam vel moralem quae ad formale peccatum requiritur". Nos negamus ea peccata esse formalia ex defectu libertatis moralis ad non peccandum damnatis inhaerente.

Ea tamen peccandi necessitas quam infert obstinatio damnatorum est his voluntaria et proin culpa, non in se, sed solum, et' quatenus eam praeviderint, in causa seu in peccato damnationem afferente (S.Th., *Suppi,* q.98 a.6 ad 3).

debent, ut. iuxta eos, obstinatio peccatoris habeatur solum quoad illum actum in momento mortis positum, non vero quoad actus peccati in via elicitos. Cf. Sauras: RevEspT *9* (1949) 557; T UroAnoz. O.P.: ViencTom 75 (1948) 134.

n SuArelz. 8 c.11; Toledo, Zn *1* q.64 a.2; Sunti, 24.3.49!s; Pesch, 9 n.670.

1! Pesch, 9 n.67O fine.

n Beraza. n.1159; Stufi.br: ZkathTh 279-283; In., *Dic Heiligkcit Cottes.,. lëO-176.* Hunc sequi videtur Percher, IV- n.601.

M Cf. de hac re. H.Tournei.y *(De angelis* q.10 a.3 conci 3). qui eam late exponit et singulas de ea opiniones recenset. Ex recentioribus affirmant eos actus esse peccata formalia v.gr. Juncmann, n.70; Horter, 3 n.661; PohlE-GiERENS. 3 p.673; illud vero negant v.gr Pesch, 9 n.668. Pennerz, n 157. ex defectu libertatis moralis ad peccandum; ex defectu vero libertatis physicae Stuet.er, *Die Pcrstoeklhcit...* 286; Io.. *Dic Hcitigkeit... Gottes* n.98ss, et ut videtur, Percher, n.601.

At, iuxta omnes, illa peccata damnatis *novas poenas non inferunt,* cum id sapientiae et iustitiae Dei repugnare videretur, vel quia sa non sum' formalia, vel quia—et id valet in omni opinione—ea fiunt extra statum merendi ac demerendi. Ceterum si ea punienda essent, puniuntur in peccatis quibus damnati infernum meruerunt (cf. S.Th., ibid, ad 3).

Ilpsa tamen obstinatio, cum in se seu formaliter non sit culpa, diAnda est formaliter esse poena, utpote consequens perfectam aversionem a fine, quam ratione sui status damnati subeunt; ideo obstinatio potest poenae damni accenseri. Ea vero poena est adeo magna, m' ili summum damnatorum malum dici queat, eos nec mereri ner demereri posse“.

198. *Vult Deus obstinationem damnatorum?* Deus vult ut peccator, in peccato gravi moriens poena damni et poena sensus, omni gratia salutari privatus, in aeternum crucietur et suam conditionem perfecte cognoscat. Obstinatio vero quae eam cognitionem consequitur non intenditur a Deo, sed permittitur, fere ut peccatum, cum ea perfectiones Dei praedicet.

199. Scholion. *Quoti sunt damnati?* Theorice loquendo, quilibet in peccato gravi defunctus. At, etsi Scriptura in concreto non memorat, exceptis diabolo et angelis eius, nisi, ut videtur, ludam (Mt 26,24; Io 17,12; Act 1,25), tamen in genere fontes sat clare indicant numerum damnatorum hominum esse magnum (cf. n.148-154. 162-166). Nihil tamen certius de eo numero statui potest, ita tamen ut in ea re opiniones extremae sint vitandae, cum prudens fundamentum pro utraque desit. Ecclesia sic orat (Orat. Litan. Sanet.): “Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus...” Et in genere ea orat “pro vivis et defunctis" (Miss. Rom. Orat, divers, n.35 secr.)

Pro Suarez “verisimilius... plures illorum (i.e. “qui intra Ecclesiam catholicam moriuntur”) salvari [quam damnari], in lege gratiae” (Lc 13,24)”. At ex iis qui caelum non adeunt, multo plures adire limbum censendi sunt, cum plerique defuncti apud parvulos rationis expertes inveniantur.

Corollarium. *De praedicatione inferni.* Christus saepe dc inferno loquebatur et quidem haud dubie eo animo ut a peccatis illum merentibus prohiberemur; quod sane in mente eius valebat etiam pro hominibus per saecula futuris. Unde vehementer reprobanda est praxis vitandi praedicationem de his rebus, quasi ea indoli hominis hodierni minus conveniat.

Pius XIl dixit: Praedicatio... novissimorum non solum nihil opportunitatis nostris diebus amisit, sed potius nunc maxime est necessaria et urgens. Etiam praedicatio de inferno. Sine dubio ta-

« S.Th.. *Suffi-* 98 a.6; 4 CG 93; 2.2 q.13 a.4 ad 2; Palmieki. §64; Garrigou-Lagraxt.e, *o. c.,* 155.

“ Cf. Michel. *Élus (Nombre lies'):* DTC 4.2350-2378; M.de Lama. *El numero de los que se salvan:* RelCult 30 (1935)' 323-346; Martînïßz: RazFe 107 (1935) 291s; 108 (1935) 146-148; Huguexv, *L'enfer et la ntisiricorde:* RevApol 54 (1932) 518-529; Id. *Le scandale édifiant, d'une exposition missionaire:* RevTliom 16 (1933) 222-228.533-545; J.GuiTTOx. *L'irrël/nis.ble:* VieSpir 49 (1036) 365-390; J.M.Dalmàu, S.I.. *Del grau ndmero de los que se salvan y de la mitigaciôn de las penas dei infierno:* EstEc! 14 (1935) 376-379; E.Boissar, O.S B., *Note sur l'interprétation du texte. “Multi sunt vocati, pauci vero electi":* RevThom 52 (1952) 659s.

›' SuârBz, *Dc praedest.* 6.3,6. Cf. Garrigov-Lagrance, *o.c.,* 329;

lis quaestio proponenda est digne ac discrete. Sed quoad ipsam rei. substantiam, Ecclesia coram Deo habet sacrum officium cam tray dendi ac docendi sine ulla mitigatione, ut Christus eam revelavit nec ulla est temporum conditio, quae rigorem eius officii minueye possit. Id obligat in conscientia omnes sacerdotes, quibus tradita est cura docendi... fideles. Verum est desiderium caeli esse rationem in se perfectiorem quam aeternae poenae timorem; at inde non sequitur illud esse omnibus rationem efficaciorem quam hunc ad/eos a peccato prohibendos et ad Deum convertendos"*.

N.B. In hac vero re, ut in aliis quae ad Eschatologiam spectant, id est cum Bartmann admonendum: oportere ut in fidelibus* instruendis eae omnes quaestiones, quibus vere responderi neqpeat, magna cum prudentia, iuxta earum propheticam indolem, tractantur vel potius praetermittanturJS.

ARTICULUS V

Di·; natura ignis inferni

Thesis 10. Ignis inferni est non metaphoricus, sed proprius.

S.Tif.. 1 q.64 a.4 ad 3; *Suppi.* 70 a.3: Suârez. *Dc angelis* 8.12; Lennerlz, n.98-125; Passaglia, *o.c.;* Michel. *Peu de l'cnfcr:* DTC 5,2196-2246; C.Gutber1ET. *Dic poena sensus:* Kath (1901,11) 305-316.385-401.

200. Nexus. Constat ex praecedentibus, damnatos poena et damni et sensus puniri. Ulterius vero ex verbis fontium ibidem allatis sat patet ignem ut praecipuum instrumentum poenae sensus assignari. At de *quali igne* agitur? Si soli homines damnati, et quidem solurri post resurrectionem, eo cruciarentur, nulla esset quaestio. Sed cum et spiritus eo puniantur, ille nonni metaphorice in fontibus intelligi videretur; ideo intendimus nunc illius ignis naturam determinare.

201. Notiones. Ignis inferni est illa res qua ex fontibus damnati torquentur (Mt 25,41).

Ignis metaphoricus: a) *Stricte sumptus,* est dolor moralis ortus ex beatitudinis privatione ob peccata. Non est ergo aliquid damnato *extrinsecum* ut causa doloris, sed est *ipse dolor,*

Hortatio a-d Parochos Urbis ct Contionatores sacri temporis quadragesimalis: AAS 41 (1949) 185 (textus est italice scriptus). Ipsi consonant, ut patet, theologi v.gr. SpICQ. /.c., 143; Garrigou-Lagrange, *o c.,* 117: "Hoy se predica poco sobre este asunto (el infierno) y sc déjà caer en el olvido una verdad tan saludable; no se piensa bastante que el temor dei infierno es d principio de la prudencia y conduce a la conversiòŋ. En este sentido puede decirse que el infierno ha salvado a muchas aimas." 166-170: "Se nos ha preguntado si es ûtil predicar cl infierno en nuestra época. Es cierto que es mejor ir a Dios llevados dei amor... Pero el temor es necesario también hoy, como ayer y como siempre para alejarnos del mal..."

18 B.Bartmann, *Lchrbuch der Dogmatik 2* (Freiburg in Br. 1921) §213 fine p.500.

cuius quidem inagna intensitas nulla alia metaphora quam metaphora *ignis* (sic acriter cruciantis) vividius exprimitur. Est proin illa afflictio animi poenae damni, seu privationi beatitudinis ob peccata, inhaerens.

b) *Late sumptus,* est res *spiritualis* damnato *extrinseca.* eum ut instrumentum Dei, spiritualiter affligens. Est ergo aliquid damnato extrinsecum, distinctum a dolore ut huius cau,sa; at est aliquid pure spirituale.

202. Ignis proprius est, non ipse dolor, sed res et damnato extrinseca ut causa doloris et non spiritualis, sed corporea seu materialis, crucians ad modum ignis.

Is ergo opponitur per se in thesi igni *metaphorico sive stricte sive late sumpto.* At ignis *late* metaphoricus ex se excluditur, cum, utpote distinctus a damnato et huic extrinsecus, esset per se stans seu *substantia* et quidem *spiritualis* et consequenter intelligens ac vitalis, quae proin videretur inepte et ut instrumentum torquendi corpora sumi—utpote quod esset aeque difficile explicatu—et ignis vocari1. Hinc practice quaestio est, et sic a nobis ponitur, de statuendo igne *proprio,* prout is *stricte metaphorico* opponitur.

Cum vero natura eius fere sit nobis ignota, ea formula non ulterius determinabili exprimitur, ut dicatur res *corporea* sive solida sive fluida sive aerea sive aliud supcrphysicae compositionis, quae ob suas proprietates potius cum igne terreno quam cum alia re materiali comparabilis est et cuius proin cruciatus dolori adustionis potius quam alii acquiparatur.

Ea vero quae de natura ignis inferni veteres theologi dicebant, ex eorum notione de nostro igne saltem partim pendebant'. Nullo modo putamus illum ignem esse eiusdem speciei ac nostrum, ut putavit S.Thomas *(Suppi.* 97 a.6). Differt enim ille a nostro: *du·ralione,* cum sit inexstinguibilis; *effectu,* cum urat, quin comburat; *natura,* cum ardeat ex se, sine maferiac fomite; *munere,* cum sit peccatorum ultor; *vi,* cum et spiritus cruciet. “Est itaque ignis, sed ignis sui generis”, ait Knabenbauer At, etsi sit materialis, eius “dolor in spiritu receptus spiritualis est” '.

203. Adversarii. Praeter Calvinum 3, fuerunt *aliqui catholici,* Origenes: Ignis est remorsus conscientiae ex memo-

' Heris, *Lc.,* 291; Michel. *Les mystères...* 57s.

'* Knabenbauer, *In Mt* 25,41 p.390. Hugo S.ViCT.: ‘‘Aeternae poenae vehementiam hic ignis significat, quia nullius elementi est tanta efficacia quanta est ignis” *(In Hcbr.* 10,27: **Mt** 175,629).

- Suarez. 8,14,43.

3 Calvinus, *Instit. rctfipj christ.* 1.3 c.25 n.12. Ea opinio Calvini magnum influxum in theologiam protestanticam exercuit, ita ut nostris temporibus plurimi protestantes eam sequantur: cf. Michel. *Tea...:* DTC 5.2216s. Qui. plene assentiens menti TT. non vult eum ignem vocare materialem, sed realem, ne videatur eum nostro igni terrestri assimilare: cf. *Le.,* 56s.68s; *Téméritè ou absurdité au sujet du feu dc l’enfer?:* AmCl 66 (1956) 157.

ria peccatorum, nain "ipsa conscientia propriis stimulis agita/ tur atque compungitur et sui ipsa efficitur accusatrix et tesy tis" (R 463). Sic comminationes poenarum velut corporearum in Scriptura ralatae indicant "figuraliter" "animarum vel vina vel supplicia" (R 464). Sic fere (s.XI) Theophylactus 4J

Catharinus: Ignis est vox indicans summum damnati tormentum ex privatione Dei 5. Recentius citantur MohLer et Keel, quibus Doms addendus est °.

Ii pauci et parum noti auctores qui memorantur ut dicentes ignem esse realem, at spiritualem uno vel alio modo ab iis conceptum r, ut adversarii theseos habendi sunt, cum de facto ignem materialem negent et cum logice eum ignem ut stricte metaphoricum statuere debeant.

Caictanus dicit ignem, ut vermem, non esse naturalem, sed metaphoricum, at eo modo ut, dum vermis est internus, ignis sit "exte rior poena tam vehemens quam ignis nos cruciat"8. Ergo negat eum ignem esse *stricte* metaphoricum; nec necessario negat cum esse rem materialem, sed ad summum cum esse *verum* ignem. At nec id est clarum, cum forte solum neget eum esse methaphoricum, quatenus est alius naturae ac noster. Ideo nullo modo ipsum adversariis adseribimus.

Hettinger, adversarius interdum annumeratus, solum asserit Ecc.c-siam de ea nihil definivisse.

4 Theophylactus, *Enarratio in Evany. Mc* c.9 v.44-49; MG 123.546. Scotos Erigena. cuius mens de hac re est dubia, ignem materialem admisi, se videtun iuxta F.VernBT, *Eriyènc:* DTC 5.420s; cf. tamen Richard. *Ic.,* 90.

3 Catharinus. *Dc bonorum praemio ct supplicio malorum' aeterne* (Lugduni 1942) 145.

e J.A.MohlEr, Acmc *Untersuchungen der Lchrcgcgcnsdtsc ctrischcn den Kathoiiken und Protestanten6* *(Regensburg 1909) p.315; Keel. />i<? *jenscitigc Writ* part.2 p.49ss. H.Doms, *Zum Problem der Holicnstrafen:* ThQschr 112 (1931) 330-349, proponit singularem, theoriam in qua ignis inferni sit nec materialis. nec metaphorjcus cx tristitia ob peccata; cf. de eo Λ Leneffe: Schol 7 (1932) 620. Pariter RonDET, */c.,* 407-415; Id.. *Les peines de l'enfer:* CitNouv (1944) 328-338, sequens M.Blondet. *(L'action,* ed 1935-1936) eam ignis notionem proponit—quam tamen reici vult, si; ignis inferni *rcalitatan* destruere reperiatur—quae non videatur in salvo reponere ignem materialem torquentem et corpus et adeo acriter spiritum.

" Sic v.gr. H.KlEE. *Katholischc Dogmatik* 2 (Mainz 1845) p 436: M F.Dubois. *Le feu du purgatoire est-il un feu corporel?:* RevClerFr 32 (1902) 282 (quem refutat .Ivan dEr Meersch: *ibid.* 33 [1903] 426-428). Cf Michel. 2215s.2220. W.Breton. O.F.M., *Novissima]* (Paris 1933): "il est spirituel, comme les âmes qu'il châtie". Intelligit haec auctor sensu obvio?

8 Caietanus. *In Evany. S. Mc* 9,43: "Appellatur inferni ignis inexstinguibilis aut quia perpetuus est aut quia (quod potius crediderim) alterius est naturae ab igne qui apud nos est... Rationabiliter conicitur quod sicut vcrnrs damnatorum non est naturalis vermis, ita ignis eorurndem non est naturalis ignis, sed uterque metaphorice. Et vermis quidem appellatur intrinseca poena sensus, velut corrodens internus morsus..."

° F.Hettinger. *Apologie du Christianisme* (vers. J.Lalobe) t4 (Bar-lc-l)uc 1870) c.15 p.413. Inde tamen non sequitur eam de igne corporeo quaestionem liberam esse; ideo minus nobis placent ca quae profert ManyA. *o.c.* 314: "Rem igitur ab Ecclesia non definitam nec nos audemus definire, sed argumentis hinc inde propositis, prudenti lectoris iudicio solutionem relinquimus" (cf. et 313-320); quae tamen auctor ita exposuit serius *(Los theologumena ante la critica·:* EstFranc 51 [1950] 300), quasi iis nihil de naturae ignis inferni quaestione positive exprimere, sed solum ab ea abstinere voluerit. At

Unde, si excipiantur Origencs, Theophylactus ct Catharinus, pauci negant thcsini; immo, nullus ex his paucis est theologus magnae notae, et pleriqtic sunt potius apologetac.

204. Doctrina Ecclesiae. *Sacra Paenitentiaria* (30-VI-1890). Dubium: "Paenitens se sistit coram confessario et inter alia declarat, opinari quod in inferno ignis non sit realis, sed metaphoricus, scii, quod inferni poenae, quaecumque illae sint, sunt vocatae ignis aliquo dicendi modo; nam sicut ignis dolorem omnium intensiorem producit, ita ad indicandas atrocissimas inferni poenas nulla adest imago aptior ad ideam inferni eflformandam. Hinc parochus quaerit, an liceat relinquere paenitentes in hac opinione, et an liceat eos absolutione donari. Notat autem parochus quod non agitur de opinione alicuius individui, sed est opinio generaliter admissa in pago quodam ubi dici solet: infantes solum persuade, si potes, quod sit ignis in inferno". Responsum: "Huiusmodi paenitentes diligenter instruendos esse, et pertinaces non esse absolvendos" 10.

Ex hoc documento, illi fideles non negant necessario in inferno esse poenam damnato *extrinsecam,* immo nec videntur negare eam esse *materialem,* sed solum eam non esse ignem et ideo eam ignem metaphorice vocari. Tamen dicuntur ii instruendi (ut patet, de *realitate* ignis ut hic *metaphorice* opponitur seu ut extrinsecus et materialis ac verus ignis) et pertinaces (seu negantes illam realitatem) non esse absolvendos. Eum esse sensum responsi patet ex ipsis eius verbis; quae ceterum non aliter a parocho ad quem missa sunt *prudenter* intelligi potuerunt· Hinc, etsi ea decisio sit disciplinaris et non universalis, a theologis pro igne *proprio,* utpote sensum traditionalem ostendens, communiter adhibetur ".

205. Ecclesia nihil dc hac re definivit. At ex eius doctrina constat (cf. n.148: D 464 531 693, etc.) esse in inferno, praeter poenam *privativam* seu damni, aliam *positivam* seu sensus, quae ergo sit *extrinseca* et proin non spiritualis, sed *materialis.* Loquuntur Pelagius 1 (D 160) de "poenis... ignis inexstinguibilis, ut sine fine ardeant", Innocentius IV (D 457) de "aeternae gehennae ardori-11

ycro loco priori (p.320-323) vani explicationem proponit ignis infernalis ut in obiecto peccati creato (v gr. divitiis pro avaro iniusto) semper ob oculos damnati versante consistentis, qui difficile dicatur non esse metaphoricus.

10 B.OjETTi, S.I., *Synopsis rorum moralium ci iitis pontificii* 23 (Romae 1011) vox *Infernus* n.2471.

11 Mendive, *Dc Deo Consummatore* n.140; TaxquerEy. 3 n.1 lr>0; ThPraktQschr 44 (1891) 226; Ét 50 (1890) 309s; Richard, 91; Bernard, 1383; Michel, *Les mystères...* 60. Aliae eius decisionis explicationes, utpote nimis subtiliter quaesitae. reicicndac esse videntur (cf. IΓ.T,λvoE: Schol 6 (1931] 89s; Doms. *l.c., 323* nota 3; Dubois, *l.c.,* 282'nota 1).

bus", ct ea poena vocatur ab Innocentio TU (D 410) "gehennae perpetua cruciatus", ut poena peccati actualis, in oppositione ad privationem gloriae ut poena peccati originalis. Ergo haec abvio sensu ignem/ proprium significant. *C.Lugdunense II* (D 464; cf. *C.Florent.* D 693) agit' de "poenis disparibus*' quibus decedentes cum peccato gravi personali vel in solo originali puniendi sunt. Benedictus XII (D 531) dicit peccatores "poenis infernalibus" cruciari, in oppositione ad eos qui gloria donantur.

Haec vero sensu obvio indicant poenam damnato *e.vtrinsecani,* maxime cum ea agant: de poenis in plurali, de poena contraposita poenae damni. Illa autem poena, cum ex supra dictis nequeat esse spiritualis, est *materialis.* Quae in sensu Ecclesiae *ignis* est', ut patet imprimis cx voce *ignis,* maxime cum ipsa Ecclesia expresse alibi memoret "ignem aeternum" *(Symb. A than.,* D 40).

206. Valor theologicus. *Certa in theologia,* ex *communi* consensu Patrum, theologorum, populi christiani, ita ut contraria sit *saltem temeraria.*

Sic fere loquuntur omnes theologi de hac thesi, ut ea ostendunt exempla. S.Thomas: "Fides catholica docet" *(Quodl.* 3 a.23). Hugo a S.Victore: "Verissime auctoritate sacri eloquii et catholicae veritatis probatur testimonio". Suarez: "Certa est certitudine fidei"[1'].

Beraza eam vocat "doctrinam in Ecclesia adeo communiter receptam, ut sine nota temeritatis negari non possit". Billot: "Sententia adeo recepta in Ecclesia, ut maximae saltem temeritatis notam effugere non possit quisquis in contrarium opinatur". Toledo: "Oppositum asserere esset error". Estius: Communis et adeo ecclesiastica "cui proinde non sit resistendum". Mcndive eam vocat "communem sententiam saltem moraliter certam..., ita ut temerarium sit ab ea discedere". Lerchcr: "Doctrina traditionalis, communis, quae tuto negari nequeat". Heris: sic docetur ordinarie in Ecclesia per consensum unanimem TT., ut contraria sit saltem temeraria; ei adhaeret Michel ".

Ne vero plura testimonia congeramus, sufficiat haec synthetice indicare. Pattuzzi: "Quam quidem sententiam (ignem esse mefaphoricum) alii haereticam, alii haeresi proximam, universim autem saltem erroneam ac admodum temerariam appellant". Jungmann: "Universim theologi catholici conveniunt... consideratis fidei fontibus certum esse, ignis inferni appellationem non sensu metaphorico esse intelligendam..." Lennerz: "Id ergo in quo conveniunt est', sententiam negantem realitatem ignis saltem esse temerariam; immo con-

12 Huc.o λ S.Victore. *Dc sacr.* 2,16 c.3: MI, 176,584; SvAssz. 8,12.9; Siu-Ri, tr.20,2 n.29; cf. n.32; P.Gastarri. *Catechismus Catholicus* (Romae 1933) p.484: "Est theologice certum, licet non sit de fide, ignem quo damnati in inferno torquentur, esse ignem realem et corporeum, non metaphoricum..."

12 Beraza, n.1164; Biu-OT, *Dc novissimis* th.4 §2: Toledo. *In 1* q.64 a.3; Estius, *In 1* d.44 § 12; Mendive, *ibid.;* I.ercmer. 4,23 n-902; Heris, *l.c.,* 257: Michel, *Les mystères...* 56s.59": Id., *Témérité ou absurdité au sujet du feu dc l'cnferf:* AmCl 66 (1956) 156.

sensus Patrum et theologorum videtur, saltem pro tempore post resurrectionem, severiorem notam postulare"

207. Probatur ex sacra Scriptura. Memorat saepe ignem inferni. At ille ignis est proprius. Ergo.

Mai. : In N.T. memoratur ignis saltem vicies et ter. Mt 3, 11: Paleas *comburet igni inexstinguibili;* 5,22: *Reus erit gehennae ignis;* 13,42: *Mittent eos in caminum ignis;* 18,8: *Quam... mitti in ignem aeternum;* 25,41 : *Discedite... in ignem aeternum.* Mc 9,42-48: *Quam ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem: ubi ignis non exstinguitur...* Lc 16,24: *Crucior in hac flamma.* Io 15,6: *In ignem mittent et ardet.* 2 Thess 1,8: *In flamma ignis dantis vindictam.* Apoc 14,10s: *Cruciabitur igne... et fumus tormentorum eorum...* (Cf. Mt 7,19; 13,40.50: 18,9; Hebr 10,27; 2 Petr 2,6: 3.7: ludas 7,23; Apoc 19,20; 20,9.14s).

Min.: 1) *Ex frequentia usus vocis "ignis" et aliorum ei annexorum:* scii., adhibetur in omni genere scribendi, historico, familiari, dogmatico, iudiciali, prophetico, poetico, fere semper ac agitur de poenis inferni, et quidem sive usu verborum quam aptissimorum ad ignem ut *proprium* exprimendum, sive quatenus ei et proprietates et effectus ignis proprii tribuuntur. At in verbis communissime adhibitis sensus proprius est frequentior quam metaphoricus, cum homines, de rebus quas proprie indicare possunt, per se, et multo minus ubique ac semper, metaphorice loqxii non soleant. Ergo in casu sensus ille proprius supponendus est, cum solida ratio pro metaphorico vel exi contextu vel ex natura rei vel ex locis parallelis nullibi indicetur.

Potius id habetur, quod ratio eius metaphorae numquam explicatur vel directa declaratione sensus metaphorici vel indirecte per aliqua indicia. Adeo ut si ignis in Scriptura solis hominibus et quidem post resurrectionem destinaretur, nemo non putaret, illum ignem esse *proprium.*

2) *Alias sensus metaphoricus ex natura rei excluditur,* nam : a) Agitur de igne corpora cruciante. Mt 5,29s : *Expedit... tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam* (cf. Mt 10,28; 18,9; Mc 9,42-49).

b) Ignis inferni comparatur cum igne Sodomae. ludas 6: *Sicut Sodoma... et... civitates... factae sunt exemplum, ignis aeterni poenam sustinentes* (cf. 2 Petr 2,6). Item cum vocetur

M Patuzzi, *o.c.* 1.2 c.7 n.1; Jvxcmann, n.28; Lennerz, n.124. Censuras plurium auctorum de hac re citant Mtcitix, *Fcu...:* DTC 5,2208-2212-2218; Martinez, 62-77.

"gehenna" vel "gehenna ignis" (Mt 5,22.29; Lc 12,5; etc.) comparatur implicite cum igne quo in ea valle (Hinnom) cremabantur pueri in cultum Moloch 1S.

c) Parabolae directe explicantur sine dubio terminis propriis. At illud parabolae zizaniorum (Mt 13,30-42) : *In tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum,* sic explicatur: *et igni comburuntur, sic erit in consummatione saeculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius... eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis.*

d) In verbis quae in indicio finali impiis dicentur (Mt 25,41): *Discedite a me... in ignem aeternum,* ignis apparet *ut quid cxtrinsecum* quo damnatus mittitur, cum tamen nemo in ignem *subiectivum* mitti dicatur, ac proin *ut quid in se subsistens* et a damnato eiusque cruciatibus distinctum, immo ut quid, non directe hominibus damnatis, sed daemonibus ac proin etiam *ante ipsos homines* damnandos paratum.

Ceterum verba sententiae iudicialis, maxime si haec sit poenalis, debent esse indubia, non aequivoca, et ideo censentur per se proprie sumi, nisi clara ratio obstet.

208. Probatur ex traditione. A. "Dubium esse non potest, ait Pesch, quin Patres magno consensu ignem inferni materialem esse docuerint". Et lluarte: "Apud ipsos unum est iere atque idem loqui de inferno ac de tormento ignis ibi a damnatis perpetiendo" Jfl. Ii ergo ignem proprium varie memorant.

a) *Comparant eum cum igne martyrii. Martyrium S.Polyc.* (R 78): "Videbatur martyribus frigidus ignis, cum vellent aeternum illum fugere". *Up. ad Diogn.* (R 100): "... Admiraberis eos qui pro iustitia ignem patiuntur temporarium..., cum ignem illum (aeternum) cognoveris".

b) *Comparant eum cum fulmine et cum montium igne.* Minucius F. (R 273J : "... Sicut ignem fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis et Vesuvii montis... flagrant nec erogantur, ita poenale illud incendium... inexesa corporum laceratione nutritur". Tertullianus (R 284 317).

c) *Describunt eum terminis igni terreno communiter applicatis.* S.Cyprianus (R 560) : "Cremabit addictos ardens semper gehenna et vivacibus flammis vorax poena". S.Basi-

15 Cf. KnabBNBauBr, *Commentarius in Isuiam prophetam* 1 (Parisiis 1922) 606-608 (Is 30.33); 631 (Is 33.14); SrtCQ. I.e., 131.
µ ρE <H q n.658; Huartb. n.612. Cf. Pbtavius, *I.e.,* 3,5.

Lius (D 958): "Ignem qui diabolo... in supplicium paratus est... separari opinor; et cum duae sint in, igne facultates, combustiva una, illuminativa altera..."

d) *Dicunt cum corpora cruciare.* Lactantius (R 646): "Quia peccata in corporibus contraxerunt rursus carne induentur, ut in corporibus piaculum solvant; et... erit caro illa... .permanens in aeternum, ut sufficere possit... igni sempiterno, cuius natura diversa est'ab hoc nostro... Sine ullo... corporum detrimento aduret tantum ac sensu doloris afficiet". S.Cyrillus Hier. (R 837): "...Peccator... corpus accipiet aeternum... ut in igne aeterno combustus numquam absumatur". Sic fere S.Hilarius (R 855).

e) *Comparant eum cum igne sodomitico.* S.Gregorius Naz. (R 1013): "Novi... ignem... supplicio afficientem, sive sodomiticum qui in omnes peccatores funditur..."

f) *Quaerunt quomodo spiritus urere queat.* S.Augustinus (R 1774): "Cur non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi..." S.Gregorius M. (R 2320): "Si diabolus eiusque angeli, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animae, et antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta?"

g) *Dicunt eum- esse corporeum.* S.Gregorius M. (ibid.). S.Augustinus (R 1774): "Gehenna illa... corporeus ignis erit et cruciabit corpora damnatorum" 17.

209. B. Tamen aliqui Paties pro igne mefaphorico citantur vel qui in ea re dubitasse viderentur; paucissimi vero, qui proin consensum traditionis infirmare nequeunt, immo vel ii verbis non claris loquuntur, et iidem alibi sat clare ignem materialem indicant.

a) S.Gregorius Nyss. (R 1065) docet ignem corporeum, probans futuram resurrectionem vel ex eo quod, iuxta Scripturam, "condemnatis apponentur insta supplicia, ignis et tenebrae et vermis; quae omnia compositorum et materialium corporum poenae sunt". Alibi tamen dicit (R 1036): "Etsi nominetur aliqua earum poena (inferni) nominibus hic cognitis, non parvum discrimen habet. Ignem enim audiens, alium atque hunc intelligere didicisti... Ille enim non exstinguitur, hunc autem multa per experientiam inventa sunt quae exstinguant: qui exstinguitur autem, a non admittente exstinctionem multum differt".

17 Ea ergo quae scripserat *(De Gen nd l:tt.* 12 c.32 n.61: MT, 34,481): "Est ergo prorsus inferorum substantia; sed eam spiritualem arbitror esse, non corporalem", pertinent sine dubio ad ea quae ipse serius agens de illo opere memoravit ut ibi "posita vehit adhuc requirenda" *(Retract.* 2,24,1: ME 32.640), quaeque, ut patet, ex aliis locis (R 1774; *In Px.* 49 n.7: MT, 36.569), [illegible] requisita claruerunt. Ceterum in loco obiecto, ut constat ex tota disputatione, id S.Augustinus ibi vocat spirituale, quod est quasi medium inter corporale ct intellectuale. Tamen S.Doctor opinionpni ignis metaphorici non ut haeresim vel errorem damnat *(Dc civ. Dei* 21,9,2: ME 41,723).

At haec, ut per se patet, non negant clare ignem esse proprium, sed solum eum non esse ut nostrum, cum hic exstinguatur, ille vero sit inexstinguibilis.

b) S.Ambrosius proponit ignem inferni ut proprium, dicens: "Lacus ignis ardentis": "Illum perpetuum ignem, illud sine fine incendium".

Alibi tamen flammas inferni esse materiales negare videtur (R 1306): "Neque ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, neque vermis est corporalis. Sed haec ideo ponuntur, quia sicut ex multa cruditate et febres nascuntur et vermes..., ita si quis non decoquat peccata sua..., sed tamquam cruditatem... contrahat... delictorum, igne aduretur proprio et suis vermibus consumetur... Ignis est quem generat moesfitia delictorum..."

At haec dicit tantum semel et quidem pendens ab Origene. Ergo mens eius ad summum est dubia

c) S.Hieronymus ignem metaphoricum Origenis (cf. R 463) reicit (R 1370): "Sunt plerique qui dicunt, non futura pro peccatis esse supplicia nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed ipsum peccatum ct conscientiam delicti esse pro poena..."

Si vero alibi de igne metaphorice loqui videatur, vel mere refert mentem Origenis de hac re. vel mere citat aliquid ex eo, at ut falsum, vel dicens: "ignis qui non exstinguitur a plerisque conscientiae accipitur peccatorum", non est putandus opinionem Origenis, etsi eam ibi non reprehendat, approbare, maxime cum statim ex Mt 22,13 (dc manibus, pedibus, etc.) potius impugnet introducentes corpus aereum post resurrectionem [19].

d) S.Io.Dasmacenus non negat clare ignem esse materialem, sed solum eum esse ut nostrum, cum loquatur modo ad ignem metaphoricum designandum inepto (R 2376): "Diabolus..., impii... homines igni aeterno tradentur; igni, inquam, non qui instar nostri materia constet, sed qualem Deus novit". Hinc vocat eum comburentem, sed non consumentem. Alibi vero ignem, ut vermem, metaphorice sumere videretur [20].

210. Ratio theologica. Ratio, cognoscens ex revelatione in inferno et esse ignem et corpora cruciari, deducit ex eius modo loquendi, illum ignem esse realiter distinctum a damnatis et quidem per se stantem; at non intelligens ens *spirituale intellectivum,* quale deberet esse ens spirituale per se stans, apte ordinari ad *ebrpora* crucianda, concludit illum ignem esse materialem.

18 *Enarr. in ps.36* n.26: MT, 14,981: *Expos, in ps.118* serin.21,8: MJ, 15 1505. Cf. plura apud 'NiEnERiruber, *o.c.,* 104-109, qui probat S.Doctorem ignem *materialem* omnino docuisse.

19 S.Hieronymus. *Apol. advers. lib. Rufini 2,7:* MI, 23.429; *Ep.12-1 n.7:* MI, 22.1065; *In Is* 18 c.66 v.24: MI, 24.676s. Cf. Petavius, 3.5.2. Iuxta O'ConnEi.l. *(o.c.,* 144-150) S.Doctor, quin ignem ut realem expresse interpretetur, admittit, praeter remorsum conscientiae, poenam *ab extrinseco,* at cuius naturam non clare determinet. Bardy, *Les Pères...* 154s. 162-164.159-162; accensct Origcni dementem Alex., ut dubium S.Gregorium Nyss., nec audet omnino excludere (ab a.410) S.Hieronymum.

20 S.Io.Damascenus. *Horn. in Sabb,Sanctum* 35: MG 06,640; *Dial, contra Manichaeos* 36,75: MG 94,1541.1573. Cf S.Th., *Suppi. 97* a.5 ad 1.

Pariter statuitur *ccfngruenter,* in inferno esse poenam *materialem* sensus (non praecise poenam ignis) sic: Poena proportionatur culpae. At' in culpa est aversio a Deo et conversio ad creaturam, et aliunde peccat homo constans anima et corpore, ita ut corpus sit saepe causa peccati ac semper aliquo modo instrumentum peccati. Ergo convenienter punitur peccatum, ut aversio a Deo poena damni, ut conversio ad creaturam poena sensus et quidem materiali, qua etiam corpus, poena damni incapax, affici possit.

211. Obiectiones. "Ad omnes obiectiones quae... fiunt contra sensum litteralem Scripturae quoad hanc partem, ait Suarez, posset uno verbo responderi negando paritatem rationis in omnibus exemplis quae afferuntur: tum quia in nullo sunt tam frequentes locutiones Scripturae, nec tantus Patrum, theologorum et fidelium omnium consensus, tum etiam quia nec circumstantiae litterae in variis Scripturae locis, nec rationes vel coniecturae, quae ex illis sumuntur, ita indicant litteralem sensum secundum proprietatem sermonis in aliis rebus sicut in igne"a.

Immo, ut aliquis thesi obici queat, requiritur ut ignis ibi sumatur metaphorice, non quolibet modo sed sensu doloris animi ex causa *morali interna* v.gr. ex remorsu conscientiae. At is usus illius verbi non probatur.

1. Mc 9,43.48: *...Ubi vermis eorum non moritur ct ignis non exstinguitur.* Hic sumitur pariter ignis ac vermis. At vermis sumitur metaphorice. Ergo et ignis.

Dist. mai. Ignis sumitur pariter ac vermis i.e. ut tormentum illatum simul cum verme, *conc. mai.;* ut tormentum eiusdem modi ac vermis, *nego mai.*

Vox "vermis", per se iam nota ut metaphora pro remorsu conscientiae, nonni semel adhibetur, dum vox "ignis", vel alia ei annexa, ignota ut metaphora pro *dolore animi,* adhibetur in Scriptura saepissime et quidem fere semper ac agitur de inferno, sine indicio sensus metaphorici. Ceterum si unus hic textus esset de igne, constaret in inferno esse *cruciatus,* non vero certo cruciatus *ignis.* Tamen aliqui veteres vermem *proprie* intelligunt, ut alibi vidimus (n.182).

2. Vox "ignis" saepe adhibetur in Scriptura metaphorice ad tribulationes animi exprimendas. Ps 16,3: *Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas* (cf. Ps 65,10; Eccli 2,5). Ergo et cum agitur de igne inferni.

Dist. mai. Ignis saepe adhibetur in Scriptura metaphorice aliquo modo, *conc. mai.;* sensu stricto, *nego mai.*

In iis locis vox "ignis" sumitur metaphorice, non pro tribulatione *passive* spectata seu pro dolore *animi cx* causa *interna,* sed pro tribulatione *active* spectata seu et *ab exlrinseco* illata et qua habente ipsa magnam vim purgativam v.gr. aliqua infirmitate vel alia calamitate animi aut corporis. AV, etsi iis locis interdum vox "ignis" metaphorice sumatur, non sequitur eam semper sic sumi v.gr. et cum dc igne inferni agitur. Ceterum locis obicctis sensus metaphoricus est manifestus.

N.B. In verbis Mc 9,49: *Omnis enim igne satietur,* quae sunt sat obscura ct proin thesi congruenter obici nequeunt, vox "ignis" videtur metaphorice sumi pro tribulatione *active* sumpta, ut supra,

SI SoârBz, 8,12,20. Cf. Catharisus, *l.c.*

qua, volens gehennam fugere, a malis concupiscentiis purgari oporteat et sic Deo dignus reddi, ut ex Lev 2.13 omnes victimae sale condiendae erant. Nisi malis cum aliis, ut Billot, et' Tanquerey, putare ignem eo loco *profrie* sumi

212. 3. Ignis paratus puris spiritibus, ut sunt daemones (Mt 25,41), nequit esse materialis. Sed ille ignis est ignis inferni. Ergo hic nequit esse materialis.

Dist. mai. Nequit esse materialis dolor igne spiritibus illatus, *conc. niai.;* ipse ignis, *subdist.:* spectata eius proportione naturali, *conc.;* spectato decreto Dei, *nego.*

Dolor animi nequit non esse spiritualis; at hinc non sequitur eum nequire causa materiali ut instrumento Dei produci. Iam vero "est... conveniens poena naturae rationali peccanti, ut rebus se inferioribus, scii, corporalibus, quodammodo alligata subdatur" (S.Th., 4 CG 90).

Inst. Ibidem (Mt 25,41.46), ignis aeternus opponitur vitae aeternae ut summum malum summo bono. At summum malum est privatio Dei. Ergo ignis aeternus est privatio Dei.

Dist. niai. Opponitur vitae aeternae ut summum malum summo bono ignis sumptus complexive seu simul cum poena damni, *conc. mai.;* sumptus praecisive ab aliis poenis, *nego mai.*

Nihil impedit quin ibi et aliis locis voce "ignis" poena sensus ac poena damni, utpote inseparabiliter muttio connexae, exprimantur. Et de facto in Scriptura voce "ignis" saepe quaelibet poena indicatur (S.Th., *In 2* d.33 q.2 a.l ad 1; *Suffi.* q.97 a.l ad 1). At hic poena sensus (seu minus malunt) verbis "in ignem..." praecisive sumptum exprimitur, simul vero ac poena damni (seu summum malum) verbis "discedite a me" sat indicatur.

Inst. Ibidem (Mt 25,46) iusti dicuntur ire in vitam aeternam, quae tamen non est quid cis extrinsecum. Ergo nec ignis est quid damnato extrinsecum.

Dist. mai. Non est quid extrinsecum iustis vita aeterna sumpta *subiective* ut vitalis possessio obiecti beatificantis, *conc. mai.;* sumpta *obiective* seu ut connotans beatitudinis obiectum, vel etiam pro hoc ipso, vel quasi pro loco vitae aeternae, *nego mai.*

Ut patet, vita aeterna potest sumi obiective pro ipso obiecto beatitudinis vel saltem ut connotans istud obiectum, quod sane est re distinctum a beat'o et sic ei extrinsecum, vel forte sumitur pro loco beatitudinis ac proin ipsi beato pariter cxtrinseco. At, etsi in casu sumeretur mere subiective seu ut possessio obiccti, adhuc paritas deesset inter verba "ibunt in vitam aeternam" et' verba "ibunt in ignem aeternum", ut ex supra dictis in probatione patet.

213. 4. Lc 16,22-311 Epulo inducitur oculos elevans, clamans, linguam habens, immo, etsi obstinatus esset, petens aeternam fratrum suorum salutem; quae omnia sunt metaphorica. Ergo et eius verba "crucior in hac flamma" sunt metaphorica.

Nego cons. Ea parabola, utpote clare doctrinalis, ostendit saltem esse poenas in inferno; immo poenas corporales, cum hae maxime et obvio sensu ea indicentur, ne secus audientes fere necessario in errorem trahantur. Christus ergo vult vivide describere tormenta

a Zoreix. v. ἁλίζω, 65; TasqdErEV, 3 n.U60; Bii-lot, thcs.4 § 2. Cf. Lachance, *Évangile scon Saini Marc* (Paris 1929) 253s.

damnatis post resurrectionem etiam in suis corporibus subeunda.

Ceterum ex usu metaphorico vocis "ignis" in hoc loco, non deduceretur iure eam vocem etiam in genere non parabolico metaphorice adhiberi.

5. Ignis inferni agit in spiritus. At ignis materialis in spiritus agere nequit. Itrgo ignis inferni non est materialis.

Dist. niai. Ignis inferni agit in spiritus ut causa principalis, seu ex virtute propria, *nego mai,;* ut causa instrumentalis. *subdist.:* pure naturalis, *nego;* practcrnaturaliter elevata, *conc.*

Ignis inferni nequit in spiritus agere ut causa principalis seu ex virtute propqrtionata sibi propria. At potest agere ex virtute ei a Deo praeternafurallter annexa. Sane, si anima a re materiali pati potest cum est corpori unita, habendum non est ut impossibile eam sine corpore puriter pati posse.

214. Scholion 1. *Dc modo quo ignis materialis in spiritus agat.* Etsi obscurissima est quaestio de modo quo ignis inferni torqueat quin exstinguatur et' quin consumat, multo obscurior est illa alia de modo quo ignis corporeus puros spiritus et animas separatas cruciet. "Quaestionem aggredimur, ait Sniri, inter difficiles difficillimam''" Hinc multae opiniones natae sunt. Relicta ergo ea quorundam dicentium "consultius esse fateri... non posse a nobis dici... quid ignis faciat in spiritu"3* et' omissis aliis antiquis communiter reiectis31, proponuntur earum aliquae plus minus prohabiles ad quatuor capita reductae, cum et in his sit non parva varietas.

a) Spiritus crucientur igne non ut urente, sed ut detinente seu per modum *alligationis* ad rem materialem, quatenus sic sciunt se rei infimae alligatos esse, vident ignem ut sibi nocivum utpote eos retinentem et impediuntur quin operari queant ubi ac prout volunt. Ea alligatio afficit eorum intellectum ac voluntatem potius quam spiritus substantiam. Sic S.Thomas, alii thomistae.

Nec multum sine dubio differunt S.Bonaventura, addens damnatum igne alligatum concipere horrorem in calorem eius, inde patiente voluntate, et Scotus, iuxta quem ex sententia Dei definitiva spiritus, repugnante cius voluntate, igne et alligatur et eius intellectus immutatur ad eum considerandum quin alia considerare queat ".

Quid de his dicendum? Ea alligatio, at competens igni non naturaliter sed ut instrumento divinitus elevato, est conformis dictis Scripturae (2 Petr 2,4; ludas 6; Apoc 20,1-3; Is 24,21s; cf.Tob 8,3)S

23 Sturi, 21.2.1; Bf.i.i.armino *(Dc purgat.* 2.12) dicit de igne purgatorii: "Verissima sententia est. non posse in hac vita sciri, quomodo ignis corporeus agat in animam incorpoream." S.Augustinus (R 1774): Miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi"; cf. *Dc civ Dei* 20.16: ML 41.682.

21 Eam opinionem memorat Suarez 8,14,3. Cf. VXIzquEz, *In 1* disp.243 c.6; Peïavïus. 3,5.11: "Itaque multum in eo laborant theologi, dum quod investigari non potest, inexhausta curiositate perquirunt."

M Cf Beraza. n.1184.

00 STir.. *Suppi.* 70 a.3; 4 CG 90; *De ver.* 26 a.l; Caietanus. *Or. coram Iui. II,* Opusc. t 3; Gonet. *Dc nng.* d.14 a.2; Garrigou-Lagrange. *o.c.,* 160s: S Bonaventura. *In 4* d.44 p.2 a 3 q.2: Scotus *In 4* d 44 p 2. Iuxta D.Soto *(In 4* d 50 q.unica a.2). alligationi additur tristitia seu dolor qualem anima t unita corpori quod comburitur percipit. Ei plures thomistae adhaerent, iuxta Billuart *(Dc ang.* diss.6 a.3 §2 pet.2). qui in ea opinione nullam videt implicantiam, etsi ea sit incerta nec a S.Thoma usquam memoretur.

ct Patrum (S.August., R 1774; S.Greg. M., R 2320). At si in ea sola esset poena ignis, haec esset omnibus aequalis, ct spiritus, modo igni unitus maneret, ire quo vellet et agere pro lubitu posset; si ignis agit ut detinens, non ut urens, cur fontes eam alligationem constanter tribuunt praecise igni, qui natura sua non alligat, et non cuivis alii rei materiali, ut apto spiritus carceri? magis pateretur ex igne homo quam diabolus, cum ille, praeter alligationem, sustineret cremationem it' corpore et hoc mediante in anima.

b) Ideo Suarez, praeter alligationem, statuit igne produci in spiritibus qualitatem quandam *physicam,* quae, cum eos foedos ac deformes reddat, eis est dolorem movens in ordine pure spirituali ac proin eo magis quo spiritualia superant materialia. Sic alii ut Arriaga", etc.

At nihil concipitur diabolum magis reddere deformem quam obstinata eius malitia. Praeterea in quo consistit illa qualitas *physica* producta ab igne *materiali* in spiritu?

215. *c)* Lessius tenet ignem divinitus elevari, pariter ac intellectus ad visionem Dei elevatur, ad urendos spiritus non secus ac ille, mediante corpore, animam huic unitam urit. Sic etiam plures ut Siuri, A Lapide, I.ugo, Toledo, Petavius, etc.; nec videntur ab iis differre Billuart et ii thomistae, ut Soto, quos ipse suae opinioni annumerat".

Attamen in quo est' illa actio ignis elevati? Nam ea afflictio in spiritus producta non est ipsa actio ignis, sed subjectiva affectio eam consequens.

d) Schmid in eadem linea quoad rem procedit, dum, alias opiniones ut insufficientes habens, eam proponit non ut positive possibilem, sed ut negative possibilem seu quatenus eius impossibilitas ostendi nequit', scii, spiritum posse pati ex corpore, posito speciali interventu Dei, dolorem vere sensibilem et simul intensissimum ac proin dolori adustionis simillimum.

Hinc "daemones in suae praevaricationis poenam verum adustionis dolorem patiuntur, idque per ignem tanquam per physicum divinae vindictae instrumentum". Ut enim spiritus per potentiam locomotivam, etsi finitam, in corpora agere queunt, ita haec in illos agere possunt et sic eos vehementer affligere, non quidem naturaliter, nisi spiritus idem velit, sed certe ut instrumenta Dei ea praeternaturaliter moventis.

Ea opinio, sic negative proposita, ut probabilis habetur a Pesch, cum non probetur dolor sensibilis in spiritu absolute repugnare. Gutberlet ei adhaeret, eam vero ulterius et subtilius sic explicans, quasi ignis inferni sit ex elementis materialibus simplicibus spiritui creato sat homogeneis et chaoficae ac rapidissimae subiectis vibrationi, qua ex influxu Dei in spiritum agant, eum sic torquentia

Hae ergo opiniones, praecisis differentiis conceptionis, in eo conveniunt, quod ignis materialis elevetur a Deo ad agendum in spiritum; sed positive non solvunt quomodo ea actio explicari possit.

'216. 6. In re adeo obscura "qui a difficultatibus multiplicati-*

27 SuAREte, 8.14.41ss; Arriaga. *Dc ang.* d.26 s.8.
•® Lessius. 13 c.30 n.217ss; Siuri. 21 c.4s; Λ Lapide, *In Eccli* 7.19; Toledo, *In 1* q.64 a.3 concl.2; Petavius. 3.5.12s; Bïlluart. *l.c.; Soto, l.c.*
20 F.Schmid, *Quaestiones selectae* (Padcbornae 1891) q.3; Gutberlet, *l.c.* 385-402. Cf. Pesch, 9 n.6u5.

dis abhorret, ait Palmieri, quiescere potest in sententia S.Thomae, propter eius saltem auctoritatem; quae sententia ex magna difficultate cuiusque alterius, iam magnam consequitur probabilitatem, nec philosophia scholastica aliud melius suppeditare videtur, cum de poena agitur affligente spiritus"[10]. Eam hodie alii ut Huarte, Vcrhaar sequuntur

Nos malumus dicere cum Lcssio, etsi tamen rem positive non explicemus, ignem materialem ut instrumentum Dei elevantis torquere spiritum per veram actionem physicam immediatam in ipsum; si enim anima unita corpori pati potest ex igne, nihil impedit quin etiam directe ex eo, posita elevatione Dei, patiatur.

217. Scholion 2. *De loco inferni.* Cum fontes infernum semper. non mere ut statum, sed ct ut *locum* damnatorum memorare videantur (Mt 25,41s; 1.c 16,27s; Act 1,24s, etc.) negari nequit aliquem locum poenis eorum esse destinatum. Sic Ioannes XXII (D 493a); "Docet (Rom. Ecclesia)... illorum... animas, quae in mortali peccato, vel cum solo originali discedunt, mox in infernum descendere; poenis tamen ac locis disparilius puniendas".

At *ubi est infernus?* Nihil de hac re Ecclesia definivit. Communiter Patres te theologi ‹ um in inferioribus terrae collocant, v.gr. S.Augustinus, S.Gregorius M., S.Thomas *(Suffi. q.77* a.7), Toledo (id ut de fide habens), Suarez, Lessius, Siuri, Jungmann, etc. Quod Palmieri esse probabile putat ex sensu generali hominum et praesertim iudaeorum, iuxta quos in *sehol* vel impii descendunt (Is 14,9; cf. Num 16,29-34), et ex verbis Christi dicentis epulonem in inferno esse sepultum (Lc 16,23). Contra eam opinionem, quam Pohle-Gierens ab irrisionibus defendit, nihil momenti ex theologia vel ex scientia naturali, ut Lcrcher advertit, obici potest[31].

218. Scholion 3. *Num omnes damnati sint in inferno.* De animalius hominum damnatorum nulla est ratio dicendi eas aliquando extra infernum vagari. Non vero omnes daemones, etsi ii mox post lapsum damnati sint (2 Petr 2,4; ludas 6), sunt in inferno, sed saltem aliqui per terram vagantur et homines vexant (1 Petr 5,8s; Mt 8,28; 15,22; Eph 2,2; 6,12). Sane cum angeli relate ad homines sint Dei ministri, ut angeli boni in hominum custodiam deputantur, sic malis permittitur homines ad exercitium virtutis impugnare (S.Th.. 1 q.64 a.4).[*0]

10 Palmieri, §55 n.11; Huarte. ii.617; Vax Noort-Verhaar. n.52.
31 S.Augustinus, *Retract.* '.2 c 24 n.2: MI, 32.640; cf *De-civ. Dei* 20.16: ML 41,682; S.Gregorius M., *Dial.* 1.4 c.42: ML 77.400s; Toledo, *In 1* q.64 «a.4; Suareîz. 8,16 n.17-21; Lessius. 13,24 n.149; Siuri, 18,2; Iungmann, n.36 nota 1; Palmieri. §65; Pohi.e-Gierens, 3 p 669; Lercher. n.594.

CAPUT V

De purgatorio

219. Deus fecit hominem ut soli Deo serviret et ipsum intellectu ac voluntate in aeternum possideret; id unum voluit per se in creando homine. Av cum hic de facto peccaturus esset, infernum paravit iis qui in peccato gravi decederent; hinc et damnationem quorundam peccatorum voluit per accidens.

At cum fieri posset ut aliqui in gratia morerentur, ita vero peccatorum maculis impediti, quin gloriam assequi possent, quid tunc? Deus instituit purgatorium, ubi illae animae e suis maculis purgarentur, non tamen operibus meritoriis, sed pure poenalibus; et eam sortem poenalem Deus etiam voluit per accidens.

fd ergo spectat ad theologum, ut de purgatorio quoque, sive ut istud est a Deo providente sive ut homini iusfo obvenire potest, diligenter disputet, ita ut eius et exsistentiam et naturam et durationem investiget.

Praeter auctores initio tractatus memoratos, possent v.gr. hi, ex multis qui de purgatorio scripserunt, proponi:

S.Th., *In 4* d.21 q.1; *Suppi,* q.71; Gerster a Zeil, *Purgatorium iuxta doctrinam Seraphici Doctoris S.Bonaventwae* (Taurini 1932); S.R.Bellarmino, *De Ecclesia quae est in purgatorio:* cf. *Opera omnia* 2 (Neapoli 1857) 351-414; Suarez, *De paenitentia* <1.45-48.53; B.Bartmann. *Das Fegfeuer. Ein christliches Trostbuch* (Paderborn 1830); Sta.Catharina Genuensis, *Traltato dei Purgatorio* (Genova 1929); Tito de Ottone, O.M.Cap., *Pede c pietà 'nel "Trattato dei purgatorio" di Santa Catarina de Genova:* CollectFranc (1939) 5-33.153-163; Michel, *Purgatoire:* DTC 13,1163-1326; H.LesetrE, *Purgatoire:* DB 5,875-879; R.Hindringer, *Fegfeuer:* LTK 3.979-982; E.J.Hanna, *Purgatory:* CE 12,575-582; P.Bernard. *Purgatoire:* DAFC 4,496-528; F.X.Schouppe. S.I., *Le dogme du purgatoire, illustré par des faits et des révélations particulières* (Bruxelles 1888); L.Rouzig. *Le· purgatoire. Pour nos morts et avec nos morts* (Paris 1918); L.Paré, S.I., *Les mystères de Pau-de-Ià: Que penser du purgatoire?* (Tournai 1936); J.B.McLaughlin, O.S.B., *Purgatory or the Church Suffering* (New York 1929); P.G.KepplER. *Las benditas almas del Purgatorio,* vers. M.Carceller, S.I., (Madrid 1930); JugiE, *Le purgatoire et les moyens de l'éviter, ou le ciel tout de suite après la mort* (Paris 1940); Journet, *Le purgatoire* (Liège 1932); L.BiROT. *Les grands dogmes chrétiens: Lc purgatoire...* (Marseille 1927); J.A.ChollET, *Nos morts, Au purgatoire, au ciel* (Paris 1909); Id., *Au purgatoire les âmes, souffrent, jouissent, prient pour nous* (Paris 1904); îd., *La psychologie du purgatoire* (Paris 1924); C.Falletti, *Nuestros diftinlos y el purgatorio,* trad. T.Cassou (Barcelona 1939); Rondet, *Lc purgatoire* (Paris 1948); F.Potenza, *Il purgatorio* (Vicenza 1948); P.Louvet-G.Rossi, *Il purgatorio seconde le rivelasioni dei Santi* (Torino 1946).

ARTICULUS I

De exsistentia purgatorii et de suffragiis

Thesis 11. Animae iustorum decedentium cum maculis peccatorum poenis mundantur in purgatorio antequam caelum ingrediantur. At fidelium suffragiis iuvari possunt.

S.Th., *Suppi. q.72;* S.Bonaventura. *Jn 4* <1.45 a.1; a.2; Suarez, *l.c.,* d.45 s.1; <1.4<S s.1; Bii.k'T. th 5; BEκαZα η.1192-1254.1263; J.Luco, *Dc sacramento paenitentiae* <1.26-27 (Parisiis 1868).

220. Nexus. Beatitudo supernaturalis, utpote ultimus hominis finis, censetur ab omnibus post viae statum obtineri, nisi ii peccato vel originali vel personali gravi ab illa prohibeantur; ideo non probatur expresse a nobis illam ab omnibus iustis obtineri, etsi id ceterum sat constet ex iisdem argumentis quibus ostenditur decedentes in peccato gravi ea privari. Cum vero fieri possit ut ii iusti cum maculis peccatorum moriantur, scii, vel cum poena temporali solvenda (D 456 807 840) quae, ut patet, in caelo esse nequit, vel cum peccato veniali, quod sane, non statui gratiae, at gloriae opponitur, quid, si id accidat, eis eveniet?

En quaestio nunc investiganda, cui nostra thesis duplici asserto respondet, quorum primum statuit illas animas, antequam caelum adeant, poena esse purgandas; alterum vero asserit illas animas non necessario eam poenam ex propriis solvere, etsi tota sit solvenda, sed fidelium suffragiis in ea levari aut ex ea liberari posse. Alia quae cum hoc duplici asserto connectuntur scholiis inferius exponenda remittimus.

221. Notiones. Animae iustorum decedentium sunt animae exeuntes e corpore in statu gratiae ac proin mox. post mortem ad caelum destinatae.

Maculae peccatorum sunt: a) *Poena* temporalis debita peccatis mortalibus remissis vel venialibus et ante mortem non soluta, *b)* Eorte *culpa* venialis ante mortem non remissa. At cum certo non constet an haec proprie in purgatorio, et hoc posito, an formaliter vi poenarum vel potius vi actuum bonorum remittatur, ea directe in thesi non respicitur.

Poenis mundantur, scii, a maculis se expediunt et praecise patiendo. Nec vero pro iis proprie satisfaciunt, sed *satis-*

patiuntur, iuxta taxationem divinae iustitiae, seu sunt in conditione *pure poenali,* quin ergo ex voluntaria passionis acceptatione augmentum gloriae mereantur, ita sine lucro praestantes id quod antea cum magno lucro praestare potuerunt. Nunc tamen agimus de poenarum exsistentia, non de earum natura.

Purgatorium sumitur hic, non ut *locus* seu pro determinata aliqua spatii parte in qua animae purgandae detineantur, sed ut *status,* quatenus est conditio poenalis animarum, et quidem durans usque ad plenam earum purgationem.

Vox "purgatorium", quae in Scriptura non est, evasit communis apud occidentales a s.XI iuxta Jugie1. At Patres gracci memorant purgationem, ignem purgatorium, et his similia. Innocentius IV a graecis a.1254 petit ut' locum purgationis animarum nominent, iuxta traditiones, *purgatorium* (D 456).

Antequam caelum ingrediantur. Haec verba non ponuntur nisi claritatis causa, ita ergo ut eorum assertum, utpote nimis evidens, signate non probetur in thesi.

222. Suffragium, quod *late sumptum* est quodlibet auxilium spirituale ab uno fideli alteri praestitum, et *stricte sumptum* est auxilium ab uno fideli ad poenae temporalis remissionem obtinendam alteri praestitum, sumitur hic *strictissime* seu ut auxilium defunctis purgatorii latum auctoritate vel privata singulorum fidelium vel publica totius Ecclesiae, ut iis totaliter vel saltem partialiter poena solvenda remittatur (S.Th., *Suppi,* q.71 a.Is).

Ea auxilia sunt: *a)* Missarum sacrificia, orationes, eleemosynae et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Eccles'ac instituta (D 464 693), ut est quodlibet opus poenale et satisfactorium, ut ieiunia, peregrinationes etc. Potissimum vero m iis est sacrificium altaris (D 940 950 983).

b) Indulgentiae (D 762 1541s). Hae, cum sint applicatio satisfactionum et operum poenalium Christi ac Sanctorum, quae sunt in thesauro Ecclesiae, non sunt novum suffragii genus. Dantur, non per modum absolutionis, cum defuncti, utpote S.Pontifici non iam subiecti, ab ipso absolvi nequeant, sed *per modum suffragii,* quatenus Pontifex, ut summus dispensator, aliquid ex illo thesauro satisfactionum Ecclesiae eis applicat (D 3051).

FiDEi.ES hic memorati sunt filii Ecclesiae et quidem in terris adhuc versantes, at sine ulteriori determinatione.

Ceterum tenetur saltem communius, preces angelorum et beatorum animis purgatorii ad poenae mitigationem, non vero per mo-

1 JvciB. o.c . 4,85. Ea occurrit iam apud HildSbertum CssomanSxsem, *Serm.* 85: ML 171.741.

dum meriti vel satisfactionis, sed per solam impetrationem, opem ferre. Ecclesia sic orat: "Deus..., quaesumus clementiam tuam, ut animas famulorum famularumque tuarum, quae ex hoc saeculo transierunt, B.Af. semper Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas" (in tert. miss, defunct.).

Iuvari possunt, scii. debitum poenae—ceterum omnino ac totaliter luendae—non est necessario nisi partialiter ipsis defunctis solvendum, cum ope suffragiorum ab ea levari vel eximi possint. Nunc vero non determinantur ulterius suffragii sive natura sive conditiones, ex parte tam defuncti quam offerentis, sive modus agendi.

Id vero notandum est, quod duo asserta theseos, seu et exsistentia purgatorii ct vis suffragiorum, exponuntur ac probantur fere *per modum unius,* cum ea inter se intime connexa sint.

223. Adversarii. A. In purgatorium : a) *Waldenses, Albigenses,* iuxta quos anima vivens in caelo seducta est a deo malo et in terram descendens corpus assumpsit, in quo sit donec plene purgata in caelum redeat 2.

è) *Protestantes s.XPI* negant illud et quidem logice, nam, iuxta eos, si peccator plene iustificatur per fidem, aut credit, et sic immediate fit beatitudinis capax, aut non credit, et sic damnari debet. Nulla ergo poena solvenda remanet; a qua enim nos sanguis Christi omnino liberat.

In specie Lutherus initio (a.1519) exsistentiam purgatorii habuit ut certam, dein, eam adhuc retinens, negavit eam posse probari ex scriptura quae sit in canone (D *777)* ; a. 1530 edidit *Ret.actalio purgatorii (IViderruf des Fegfeuers)",* a. 1537 in Artic. Schmalcaldicis ei hoc mera diaboli larva est3. Calvinus dicit "purgatorium exitiale Satanae esse commentum, quod Christi crucem evacuat"... "horribilem in Christum blasphemiam" 45 Zwinglius etiam purgatorium negat °. Melanchton admittit poenas temporales in altera vita medicinales, non vindicativas ®.

c) *Protestantes hodierni,* maxime protestantes liberales,

2 KuEE, *Manuel de Fhistoire des dogmes chrétiens* (vers. P.II.Mabire) 2 (Paris 1948) -475s; Vacandard, *l.c.;* Christiani, *p'audois:* DTC 15,2592s; Vernet, *sllbigois:* DTC 1,678. De sectis aevi medii, Bellarmino, *De purg.* 1,2.

3 Cf. Michel. *l.c.,* 1264-1267.

* Calvinus, *o.c.,* 3 n.5 n.6. Cf. et Confessiones fidei reformatae ap. Michel. 1270s.

5 Bellarmino, 1.2. Zwinglius. *Fidei ratio* (a.1530) 12: "Credo purgatorii ignis figmentum tam contumeliosam rem esse in gratuitam redemptionem per Christum donatam, quam lucrosa fuit auctoribus suis. Nam si suppliciis et cruciatibus scelerum nostrorum commerita eluerei est necesse, iam frustra erit Christus mortuus, iam evacuatur gratia."

e Cf. Eautz, *Das Fegfeuer* p.5-7.

admittentes hominem mori posse, quin inferno vel immediata gloria dignus sit, sed purgatione indigentem, eum purgationis statum fingunt in quo animae propriis actibus perfectiores libere reddantur et omnes imperfectiones morales deponant [7].

d) *Ex theologis graeco-russis,* dum his postremis saeculis aliqui purgatorium negant et alii haesitare videntur, multi ex admittentibus illud dicunt animas purificari et proinde liberari fidelium suffragiis, non poenis illis purgatoriis, aut saltem has sine illis ad eam liberationem obtinendam non sufficere [8].

224. B. *Quoad vim suffragiorum*: Omnes negantes purgatorium; Lutherus tamen a.1543 orationes pro defunctis hypothetice admittit seu si ii in statu sint quo egeant auxilio. Ex Protestantibus illud admittentibus, alii vim suffragiorum negant ;'multi dicunt orationes fieri pro defunctis sed suis regulis limitatas [9]. Antiquitus Aerius, arianus, dixit "offerri pro dormientibus non oportere" [10].[11]

225. Doctrina Ecclesiae, a) *Quoad utrumque assertum. C.Lugdunense II* (D 464): "Credimus... Quod si vere paenitentes in caritate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis.... post mortem purgari: et ad poenas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum sfiffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta". Eadem repetuntur in *C.Florentino* (D 693) [11].

C.Tridentinum (D 983): "Cum... Ecclesia... ex sacris Litteris et antiqua Patrum traditione in sacris Conciliis et novissime in hac oecumenica synodo docuerit purgatorium esse animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio iuvari: praecipit sancta synodus episcopis, ut sanam de purgatorio doctrinam, a Sanctis Pa-

7 Michel. 1321-1324; H.Michaud, *Objections protestantes contre le purgatoire:* RevApol 66 (1938) 569-575.

8 JuGiE, 4 p.137.143-146; Id.. *Purgatoire dans l'Eglise grecorrusc après le Concile de Florence:* DTC 13,1326-1352; Gordillo, *o.c.,* 179-187.

9 Sic Melanchton non prohibet orationes pro defunctis, sed solum quin missae sacrificium pro iis offeratur *(Apolog. confess, august,* a.24 n.89ss). Cf. Michel. 1268. Iuxta alios nonni privatim, iuxta alios semel vel bis solum pro defunctis orandum est* cf. Dautz p 7s.

10 S.Augustinus. *Dc haeres.* 53: ML 42.39s.

11 De eschatologie in eo Concilio, et respectu doctrinae graccorum. cf. C.Bovee. S.T.L.. *Eschatologie op. et Concile dc Ferrara-Florenec (1438-1439}:* SyllExcerpDiss 19 (Lovanii· 1949) 172-188. De praeviis et de sensu eius definitionis, cf. Candal, *l.c.,*

tribus et sacris Conciliis traditam, a christifidelibus credi, teneri, doceri et ubique praedicari diligenter studeant".

Hoc documentum est directe disciplinare, utpote aliquid episcopis praecipiens ; 'at indirecte etiam doctrinale, utpote indicans doctrinam de purgatorio ac de suffragiis· in Ecclesia tradi et quidem *ut credendam.*

"Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari" (D 998).

Eadem fere docuerant *C.Lugdunense 1* (D 456), Leo X (D 777-780).

b) *In specie quoad exsistentiam purgatorii.* Benedictus XII (D 530), Clemens VI (D 570s), *C.Tridentinum* (D 840), Pius X (D 2147a).

c) *In specie quoad indulgentias.* Sixtus IV (D 723) : "Ut animarum salus eo tempore potius procuretur, quo magis aliorum egent suffragiis... auctoritate apostolica de thesauro Ecclesiae animabus in purgatorio exsistentibus succurrere volentes, ... de plenitudine potestatis.., indulgemus, ut si qui... Christi fideles... pro ipsis animabus purgatorio igni... expositis, durante dicto decennio pro reparatione ecclesiae Xanctonensi(s) certam pecuniarum quotam... dictam ecclesiam visitando dederint... volumus ipsam plenariam remissionem per modum suffragii ipsis animabus purgatorii, pro quibus dictam quotam... persolverint..., pro relaxatione poenarum valere..." Leo X (740a 762); Pius VI (D 1542).

d) *In specie dc sacrificio missae. C.Trident.* (D 940s).

226. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita* quoad utrumque assertum (D 464 693).

In specie *quoad indulgentias,* idem dicendum est, si eae, ut pronum est, ad illa (quibus fideles eas lucrantur) "alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta" pertinere censeantur; secus thesis dicenda est *doctrina catholica.*

227. Probatur ex sacra Scriptura. 1) *Pro utroque asserto. 2* Mac 12,36: Cum in tunicis, militum in praelio contra Gorgiam interfectorum res pretiosae ad idola lamniae pertinentes essent inventae, a quibus lex iudaeos prohibebat, omnes putarunt illos ob eam legis transgressionem periisse. Quare ludas, *facta collatione duodecim millia drachmas argenti, misit lerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose dc resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videre-*

tur ct vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

Ea pericopa (v.43-45) in textu critice restituto, qui ceterum sensui textus graeci omnino consonat, sic se habet: *Et factis per conlatio.nem didragmis duodecim* (in gr. *duo) milia argenti, misit Uierasolymam offerri pro peccato sacrificium, bene valde agens et eliganter de resurrectione cogitans, quia eos qui prociderant resurgere sperabat [ex abundanti et vanum orare pro* mortm'j], *considerans his qui cum pietate dormitionem acceperunt optimam esse repositam gratiam* [jûmcta *et salubris excogitatio] ; ideoque pro defunctis exorabat ut peccato solverentur.*

Hinc, praetermissis, ut ad summum dubie textui addendis, iis quae sunt in uncis quadratis, haec constant:

1) ludas, milites, sacerdotes putabant illos defunctos: *a)* Non esse in sinu Abrahae, cum ii a peccatis esse solvendi censerentur, *b)* Nec in inferno, utpote qui cum pietate (propter Deum et patriam suam) mortui optimam habere repositam gratiam (χαριστήριον: gratiae significationem, ergo praemium) crederentur, *c)* Sed in statu, in quo aliquas poenas darent ad expiandum peccatum in vita priore admissum.

2) Eosdem in hoc statu iuvari potuisse sacrificiis expiationis, ut a poenis liberarentur.

3) Auctor sacer approbat: *a)* In genere rationem agendi ludae, quam non modo non vituperat, sed potius, ex toto contextu, ut quid laudandum narrare dicendus est. *b)* In specie cogitationem ludae de resurrectione (et quidem beata) ac proin actionem praecipuam positam ob eam cogitationem seu quod pro defunctis exoraret (sacrificium offerret ad petendum) ut a poenis solverentur.

4) Ergo iudaei credebant: *a)* Esse statum expiationis medium inter caelum et infernum pro animis piorum quorumdam defunctorum, qui ante mortem sua peccata non satis expiassem *b)* Hos posse iuvari suffragiis vivorum, *c)* Auctor sacer eam fidem approbat[12].

[12] Cf. D.de Bruyne-B.Sodar, O.S.B.. *Les anciennes traductions latines des Macchabées* (Maredsous 1932) 202; E.O'BriEN, S.I., *The* Scriptural Proof for the Existence of Purgatory front 2 Machabées 12.43-45:* ScEccl 2 (1949) 80-108; F.de FuEnterrabîa. O.F M.Cap , *El Purgatorio en la literatura judia precristiana:* EstFrnnc 57 (195(5) 8-30. Cf. II G.Bevenot. O.S.B., *Die beiden Makkabaerbiicher* (Bonn 1932) 39s.232s; M.Grandclaüdon *Les livres des Macchabées:* PirClam 8.2 (Paris 1951) 217s; D.Schôtz, O.F.M., *Erstes und rweites Buck der Makkabàer:* Editer Bibel (Würzburg 1954) 99.

Ex hoc textu nihil eruitur sive de *modo* expiationis seu de qualitate vel quantitate poenarum sive de harum *loco.*

Protestantes negant', non vim probativam huius loci, sed canonicitatcm libri. Ideo dicit Lutherus purgatorium non posse probari ex scriptura quae sit in canone (D 777; cf. 784). At, etsi liber canoni-eus non esset, locus ille probaret saltem fidem communem iudacorum, qui utpote sub speciali Dei providentia positi et' a prophetis edocti, in errorem religiosum adeo crassum universaliter abire nequirent “.

ludaci illi mortui viderentur in peccato gravi ob legem violatam (Dent 7,25s) cecidisse. At probatio non fit nisi ex ratione agendi ac fide iudacorum, utpote putantium eos, qui cum pietate cecidissent, non esse vel potuisse non esse mortuos in peccato gravi. Nam forte aut milites illi sive ob ignorantiam sive in materia levi sive cum animo tradendi surrepta ludae liquefienda egerant, aut eos de peccato ante mortem paenituit. Id vero, quod iudaeis de mortuorum damnatione certo non constaret, sat erat eis ut pro mortuis orarent, fere ut nos, qui vel pro maximis peccatoribus, utpote dc eorum damnatione non certi, oramus.

Ea ludae oratio videretur esse superflua, cum ipse speraret illos mortuos resurrecturos esse et proin tunc suffragia eis esse profutura, cum iam purgatorium non erit. At apud iudacos et primos Christianos dogma resurrectionis sic connexum erat cum animae immortalitate, ut hanc admittens illam admittere censeretur (Mt 22.21 ; 1 Cor 15,19.32) et illam negans hanc putaretur negare. Unde (v.44) sensus esset: Si ludas putaret animas perire simul cum corpore ac proin non esse resurrectionem, superfluum videretur orare pro mortuis.

228. 2) *Pro primo asserto.* Mt 12,32: ... *Qui autem dixerit* (verbum) *contra Spiritum S., non remittetur ei nec in hoc sacculo nec in futuro.* Mira et inepta esse videretur haec formula Christi, maxime doctorem agentis, nisi ea futurae peccati remissionis possibilitatem indicaret'. “Quis enim dicit: non ducam uxorem neque in hoc saeculo neque in futuro vel quidquam simile?”'* At in futuro saeculo culpa mortalis et poena aeterna non remittuntur. Aliunde remissio peccati personalis, quin Deus aliquid solvendum peccatori exigat, est aliena a doctrina revelata. Ergo iure ex isto loco, solam remissionem expresse memorante, deducimus esse purgatorium ad poenam temporalem peccati solvendam vel forte etiam ad peccatum veniale expiandum.

At isto loco non docetur peccata contra bilium in futuro saeculo remitti posse, sed solum utrumque tempus quo peccata remittantur. Quae vero peccata in futuro saeculo sint remissibilia, non ex hoc loco sed cx altis eruendum est.

13 Ex damnatione erroris Lutheri (D *777)* non sequitur thesim textu aliato sufficienter probari, vel etiam librum Machab. esse canonicum (id tamen aiibi probatur).

14 Suarez. 48 1.11; Knarf.nbauEr. *Commentarius in Evangelium se. u/tiJ. m Mathacum* (Parisiis 1922) 552s; MeinErtz. *o.c.,* 1.68. Putant vero ca formula mere indicari durationem perpetuam D.BuZy, S.C.I.. *Evanyilc selon Su.nt Matthieu:* PirClam 9 (Paris 1950); Durand, *o.c.,* 230.

229. 3) *Pro primo asserto* 1 Cor 3,11-15: *Fundamentum posui·, alius autem superaedificat... Fundamentum est Christus lesus. Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam... uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem sojvus erit, sic tamen quasi per ignem.*

Cum Paulus fundamentum seu doctrinam Christi posuerit, *superaedificantes* sunt, ex toto contextu, praedicatores evangelii (non ergo omnes fideles, saltem directe, ut videtur) qui super Christum aedificant: vel aurum, argentum, lapides pretiosos i.e. doctrinam bonam seu sine detrimento igni resistentem, vel lignum, foenum, stipulam i.e. doctrinam non malam, utpote non contrariam Christi fundamento quod non destruit, sed vanam seu igne consumendam.

In die vero Domini i.e. iudicii (Phil 1,10; 1 Thess 5,2; 2 Thess 2,2; 2 Tim 1,18; 1 Cor 1,8; 5,5; 2 Cor 1,15), *ignis* i.e. pro varia opinione, aut iudicium aut ignis realis[15] sed iudicium supponens, omnia probabit. Is cuius opus igni resistet seu qui doctrinam bonam dederit, pro bono opere mercedem accipiet; is vero cuius opus arserit, seu qui doctrinam vanam dederit, pro vano opere *detrimentum patietur,* utpote illam mercedem non accipiens, *at salvus erit* i.e. ab interitu aeterno, non vero nisi quasi per ignem i.e. vel aliquid patiens, fere ut qui per ignem currit hunc fugiens, vel quatenus, si forte de igne reali agitur, eo aliquatenus crucietur 1€.

Unde in indicio vanus ille praedicator nec ad infernum damnabitur, nec, quin praevie ob suam vanam actionem puniatur, in caelum transferetur.

Hinc iure ulterius deducimus omnes Christianos, cum pro iis eadem ratio ac pro illis doctoribus valeat, posse a Domino adveniente inveniri in gratia, sed qui ob suas actiones aliquid ante ingressum in caelum pati debeant[17].

,B Cf. BovjJr, *Las epistolas dc Sun Pablo-* (Barcelona 1950) 85.

,e Zokei.l, v. πυρ, 1167s.

S.Augustinus: K 1467; S.Th.. *In J Cur* 5 lect.2; Cornel·y, in h.l., p.91; Bover. *Teologia...* 873-875; PraT, 2 110-113; Aι.ι,ó, *Saint Paul. Première épître aux Corinthiens* (Paris- 1934) 52-67: Michei 117^-1178: A.Bkfi. *Doertnr S.Paulus dogma purgatorii in 1 Cor S^llssT:* CollatBrug 37 (1937) 97-106; MeinERTz, *o.c.,* 2,222; Huby, *Première Epître aux Corinthiens,* 111-113. Aliter videtur opinari Spicq, *Epitres...* 195. Immerito ergo (cf. ViTTi: Bibl 14 [1933]. 476) J.Sickenberger. *Die beiden Briefe des heiligen Paulus an die Koriiithcr* (Bonn 1932). putat hoc loco praedicatores illos vana aedificantes proponi ut infernum fugientes, ut eos qui incendium per medias flammas fugiunt. Cf. T.anograf (I *Cor 3J0-17 bei de-n lateinischen Patent utid in der priihschola^ fik:* Bibi 5 [1924] 140r72) nuoad historiam, cxcgcscos huius loci,

Ergo doctrina purgatorii eo loco, si forte non formaliter, saltem virtualiter, vel etiam implicite, continetur.

Ex textu dare patet statum expiationis dari pro decedentibus in gratia, at ab aliqua rc purgandis. Ergo, etsi eo loco directe memorentur peccata venialia, agitur etiam de poena temporali mortalium iam remissorum, utpote temporali, qualis est reatus venialium.

Inepte plures graeci cum S.I.Chrysostomo 's intelligunt verbum "salvus erit, (σωΘήσῖται) sic: "servatur vivus", ut nempe perpetuo puniatur. Nam; illi ductores, si graviter peccarent, non dicerentur super Christum aedificare; in Scriptura verbum illud semper, nisi de salute naturali agatur, liberationem ab inferno vel a peccato significat (1 Cor 5,5; 1 1'ctr 4,18, etc.); sensu careret illud "quasi per ignem", seu aliquem in igne stantem salvum esse per ignem.

Paulus agit de indicio universali, post quod, ex doctrina catholica. purgatorium non erit. Attamen: *a)* Ex verbis eius illi doctores ante ingressum in caelum poenis purgandi sunt. I.d ergo fiet ante indicium, si ii ante adventum Domini moriantur; secus, nisi forte iis indulgentia plenaria detur, purgari poterunt vel molestiis illius temporis vel poena voluntarie suscepta vel igne ultimae conflagrationis (S.Th.. 4 <1.47 q.2 a.3 sol.2 ad 5). *b)* Cum aliunde constet dari iudicium particulare, Paulus non agit de universali nisi ut de publica manifestatione ct confirmatione illius iudicii Dei de operibus singulorum hominum.

230. Probatur ex traditione. Traditio Ecclesiae occidentalis de purgatorio ne ab ipsis quidem protestantibus in dubium vocatur[19]. Traditio orientalis clare patet: ex textibus afferendis; ex eo quod latini et graeci nunquam de ea re, nisi de loco et de poenarum natura, de earum indole expiatoria, de vi probativa alicuius textus, dissentirent[20]. Id vero ostendit illos orientales firmae cuidam traditioni antiquae inhaerere.

A. *SS.Patres.* a) *Pro utraque parte.* Id maxime notandum est, quod Patres vehementer orationes, eleemosynas, oblationes pro defunctis commendant. Ergo supponunt hos nec in inferno nec in caelo esse; cum nec pro damnatis nec pro beatis oretur. At nihil eos defunctos impedire potest quin gloriam

w S.T.Chrysostomus. *Jn 1 Cor.* bom.9 n.3: MG 61.79.

10 Calvinus, *o.c.,* 3,510: "Ante mille ct trecentos annos usu receptum fuit, ut precationes fierent pro defunctis. (Veteres) omnes in errorem abrepti sunt. (Dico) in eo aliquid humani passos esse, idcoque ad imitationem tradendum non esse, quod fecerunt."

50 Disceptationes in C.Florentino ostenderunt graecos cum latinis in substantiam dogmatis convenire seu in id, quod inter beatos et damnatos quidam sint pro quibus orari oporteat, ut a poenis liberentur. Nec usque ad s.XVIII fuerunt apud graecorussos qui ab illa doctrina recederent; quorum opinio ceterum cum sensu liturgiae graecorussae non cohaeret. Cf. AllaTIUS, *De utriusque Ecclesiae in dogmate de purgatorio consensione* (Romae 1655); D'Alès, *La question du purgatoire au concile dc Florence, 1438:* Greg 3 (1922) 9-50; Hofmann, *o.c.:* OrCh 16 (1929) 285-298; 17 (1930) 215-243; Jugie, 4.137-174; Id.. *Purgatoire dans l'église gréco-russe après le concile dc Florence:* DTC 13,1326-1352; T.Spâcil. S.I., *La dottrina dcgli orientali separati intortio ai "Novissimi";* OrCh 22 (1931) 161-166; Gordillo, *l.c.*

adeant, nisi reatus poenae vel culpae iis antea solvendus. Ergo ii sunt in statu expiationis. En pauca testimonia.

S.Ephraem (R 741): "...Mortui oblatione iuvantur quam viventes faciunt... Si viri Mathathiae... oblationibus eorum expiaverunt crimina qui in bello ceciderant..., quanto magis sacerdotes Filii sanctis oblationibus et... orationibus defunctorum crimina expiant."

S.Epiphanius (R 1109): "Utiles enim sunt preces quae pro illis (defunctis) concipiuntur, tametsi non omnes culpas exstinguant..."

S.Io.Chrysostomus (R 1206): "Hos (defunctos) igitur lugeamus, opem pro viribus feramus ...Quomodo? Cum ipsi preces fundentes, tum alios ut pro ipsis fundant obsecrantes, ac pro ipsis frequenter dantes eleemosynas pauperibus... Non frustra haec ab apostolis sunt legibus constituta, ut in venerandis... mysteriis memoria eorum fiat qui decesserunt... Eo enim tempore quo universus populus stat manibus expansis et coetus sacerdotalis, et adest illud tremendum sacrificium, quomodo Deum non placabimus pro ipsis orantes?..."

S.Augustinus (R 1513): "Pro ceteris (exceptis martyribus)... defunctis oratur." (R 1934): "In Machab. libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed et si nuspiam in scripturis omnino legeretur, non parva est universae Ecclesiae quae in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in precibus sacerdotis (ad altare)... locum suum habet etiam commendatio mortuorum."

b) *Pro primo asserto.* Ignis purgatorius seu emendatorius manet decedentes cum maculis.

S.Gregorius Nyss. (R 1061): "Non enim poterit (post exitum e corpore) participare divinitatem, nisi ignis purgatorius maculam animo immixtam purgaverit."

S.Augustinus (R 1467): "In hac vita purges me..., cui iam emendatorio igne non opus sit... Ita plane, quamvis salvi per ignem, gravior tamen erit ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac vita."

S.Caesarius Arel. forte primus enumerat parva peccata igni purgatorio subicienda (R 2233): "...Si... nec bonis operibus peccata redimimus, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta..., consumantur... Ille purgatorius ignis durior erit..."

S.Gregorius M. (R 2321): "... De quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est..."[32]

N.B. Si qui ergo, ut Augustinus, locum medium inter caelum et infernum negant, agunt de loco medio pelagianorum, vel forte etiam interdum de purgatorio at sumpto ut statu perpetuo. Item si qui negant esse post mortem locum satisfactioni vel merito, agunt de satisfactione propria seu meritoria. Augustinus haeret anceps, non de exsistentia purgatorii, cum scripserit librum *De cura pro mortuis gerenda* (ML 40,591.610) et cum alibi saepe rem asserat (R 1544 1776 1780 1920 1930), sed de aliquibus adiunctis v.gr. an ibi sit ignis, etc[33].

[32] Origenes sat clare docet purgatorium: cf. Michel., 1193-1196; Sfacil, *La dottrina del purgatorio in Clemente Aless. ed in Origene:* Bess (1919,11) 131ss

[33] Cf. Bellarmino, 1 c.13.15.

231. B. *Patribus consonant:* a) *Liturgiae* plurimae vel antiquissimae et occidentales et orientales (etiam schismaticae) quae orationes pro defunctis habent[23]. b) *Praxis antiqua dandi eleemosynas* in defunctorum suffragium [24]. c) *Epitaphio antiqua,* in quibus: exoptatur fidelibus defunctis venia et caelestis requies, levamen, solatium, refrigerium, pax cum angelis et sanctis; oratur pro defunctis, ut Deus eos in caelum transferat; invocantur sancti pro iis; rogantur visitantes sepulcrum ut orent pro defuncto: "qui legis, ora pro eo"; ipsi defuncti orationes petunt[25].

232. Ratio theologica. 1) *Pro primo asserto.* Justus potest mori, "nec dubitandum est, ait Palmieri, id frequenter contingere", maculis affectus sive ex peccatis gravibus iam remissis, cum poena solvenda, remisso peccato, plerumque maneat (D 807 840 904 922s 925), sive ex levibus vel remissis vel non remissis, ob quas ille ad infernum non sit damnandus. At *non intrabit in eam* (caelestem civitatem) *aliquod coinquinatum* (Apoc 21,27). Ergo ille iustus post mortem purgandus est (S.Th., 4 CG 91).

2) *Pro secundo asserto.* Communio sanctorum id importat. Sane Ecclesia et triumphans et patiens et militans est unum Corpus Mysticum, cuius caput est Christus et cuius membra sunt fideles in illo triplici stadio positi et cuius anima est Spiritus S. Unio vero istius Corporis a Spiritu S. perfecta per caritatem est adeo intima et efficax, ut detur, sicut in corpore naturali, sed in immensum perfectius, influxus Capitis in membra et membrorum inter se quoad bona spiritualia. Ergo et animae purgatorii, ut membra Corporis Mystici, influxum etiam membrorum in terra degentium subeunt (S.Th., *Suppi,* q.71 a.2.9)[20].

Ratio congruentiae pro ufroque asserto. Dogma purgatorii: *a)* Ostendit iustitiam ac sanctitatem Dei, vel a peccati umbra abhorrentis, et gloriam paradisi exigentis tantam munditiem. Excitat ad opera satisfactoria. Fovet spiritum paenitentiae. Deterret a peccatis levibus. quae secus sanctione carerent (quod sanctitate Dei indignum

23 Cf. Palmieri. §20.2. *Didascalia Apostolorum* 6.22.2s; cf. Funk. 1,376; H.B Swete (trad. E.Vacandard). *La prière pour les trépassés dans les quatre premiers siècles:* RevCIerFr 52 (1907) 147-161.

w J.KiRSCii. *Die Lchre* von d:r Gemcinschaft dcr Hcitigen im Christlichcn Altertum* (Mainz 1900).

M II Leclercq. *Purgatoire:* DACL 14,1978-01; Scac-lia p.7-19; O.Marucchi, *Manuale di Archcologia Cristiano* (Romae 1923) p.226-233.

20 S.AlbErtus M.. *In 4* d.45 a.4: cf. PIOLANTI. *Il corpo mistico c le sue relazioni con l'Eucharistia in SAIberto M.* (Roma 1939) 133-135; R.Bour, *Communion des Saints:* DTC 3.429-480; L.Porteboeuf, *Les âmes du purgatoire dans le corps mystique du Christ:* VieSpir 33 (1932) 125-140.

esset). Fovet cogitationes alterius vitae. Solatur in morte peccatores paenitentes, qui secus vix sperare possent se, velut per saltum, e coeno vitiorum in caelum esse transferendos.

b) Ostendit miram unionem Corporis Mystici. Praebet occasionem caritatis in defunctos exercendae. Movet ad ostendendum defunctis animum gratum ob beneficia ab iis viventibus acceptis; pariter ad aliqualiter reparandum quidquid mali vel negative vel positive eis viventibus intulimus.

233. Obiectiones. 1. Ps 126,Zs: *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas Domini, filii; merces, fructus ventris.* Ex his, mox post mortem haereditas datur. Ergo non est purgatorium.

Dist. mai. Datur haereditas mox sub debitis conditionibus, *conc. mai.;* secus, *nego mai.*

Conditio debitae purgationis hic non expressa supponitur ex aliis locis. Ceterum textus hebraicus dicit: "Cum dabit", quin ergo tempus determinet. Ibi videtur directe agi, non de morte et de beatitudine, sed de quiete temporali ac de fecunditate parentum; scii. Deus dabit iis quibus favet quietem vel bona et ut mercedem diligentibus ipsum filios seu fructum ventris ",

2. Mt 25,34-46 (iudicium universale): Non inducuntur nisi beati et reprobi. Ergo non est tertius status.

Dist. cous. Non est purgatorium post iudicium universale, *conc. cons.,;* ante hoc, *nego cons.*

Ex obicctione non sequitur nisi id, nullum esse purgatorium post iudicium universale; quod communiter admittitur.

234. 3. Apoc 14,13: *Beati mortui qui in Domino moriuntur; amodo iam dicit spiritus ut requiescant g laboribus suis, opera enim illorum sequuntur ilios.* Ex his, mox post mortem datur beatitudo. Ergo non est' purgatorium.

Dist. mai. Mox post mortem datur beatitudo sub debitis conditionibus, *conc. mai.;* secus, *nego mai.*

Illud "amodo" intelligitur iuxta "opera illorum" ac proin praevia purgatione, si hac opus sit. Ceterum beati dicuntur requiescere post mortem a laboribus suis, utpote vel de sua beatitudine iam securi, vel requiem aeternam inchoative iam experientes, vel a molestiis huius vitae iam cessantes (S.Th., *Suppi,* q.71 a.2 ad 2).

4. Decedentes in peccato gravi statim puniuntur. Ergo decedentes in gratia pariter statim gloriam accipiunt.

Nego parit. Cum nulla merita, stante peccato gravi, homini insint, habens illud est iam aptus poenae statim luendae; gratia vero potest simul esse cum poenae temporalis reatu, nui a gloria statim accipienda prohibet. Sane Deus est pronior ad praemiandum quam ad puniendum; at semper iuxta ordinem providentiae. Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu.

Hinc pariter reprobus nihil praemii post mortem accipit, utpote nihil praemio dignum habens; at iusto aliquid poena dignum post mortem esse potest.

235. 5. Ipsa morte purgantur maculae peccatorum. Ergo non est purgatorium.

Dist. mai. Morte purgantur maculae peccatorum ex opere opera-

31 Knabenbauer, *h.l.* p.444. Alia cf- apud S-AvcvsriNUM, *Enarr. in Ps.* n.Ss: ML 31.1673s.

to, *nego mai.,* ex opere operantis, *subdist.:* ut per alia opera, *conc.;* secus, *nego.*

Patet maculas morte ex opere operato non purgari, cum secus inutilis esset cura satisfaciendi per alia opera. Illae vero morte ex opere operantis eatenus purgari possunt, quatenus ea animo Christiano fertur; ergo *non semper,* cum homines saepe inconscii moriantur vel quin de pluribus actibus virtutis eliciendis curent, et a fortiori non semper *totaliter,* cum gradus acceptationis mortis non semper debito poenae solvendo sufficiat.

6. Satisfactio Christi utpote infinita animas perfecte purificat. Ergo superest purgatorium.

Dist. mai. Satisfactio Christi animas perfecte purificat virtute, *conc. min.;* actu, *subdist.:* posita aliqua punitione peccatoris, *conc.;* secus, *nego.*

Ex voluntate Dei, satisfactio Christi infinita nobis non applicatur, sine aliqua nostri pro peccatis commissis punitione. Ut vero nihil derogat satisfactioni Christi Deus si quando iustos in hac vita ob culpam dimissam puniat, nihil eidem derogat eos in altera vita pro culpae non plene reparatae mensura aliquatenus puniens.

Item pariter ac in hac vita satisfactio Christi nobis mediis ab ipso Christo institutis applicatïtr, sic et post mortem, v.gr. suffragiis fidelium vivorum. Ergo nec haec aliquid derogant satisfactioni Christi.

236. 7. Et remissio culpae levis ct satisfactio poenae temporalis statum viae exigunt. Ergo superest purgatorium.

Nego mai. quoad remissionem culpae venialis. lusfns enim potest cum peccato levi mori, quod tamen ante ingressum in caelum sit remittendum, etsi nos modum eius remissionis ignoremus (S.Th., *De malo* q.7 a.ll).

Dist. mai. quoad satisfactionem. Exigit statum viae satisfactio propria, *conc. mai.;* satisfactio impropria seu sa'ispassio, *nego mai.*

Satisfactio *propria,* cum sit voluntaria susceptio poenae quae suscipi vel recusari potest, est libera et proin in iusto meritoria; ergo ea non datur post mortem. At animae purgatorii, etsi poenas patienter acceptant, eas evadere nequeunt, seu non assumunt libere poenam quam recusare possent, et aliunde ea acceptatio non est meritoria; ideo non dicuntur satisfacere nisi *improprie* seu satispati.

8. Conversio post mortem est impossibilis. Ergo inutile est purgatorium.

Dist. mai. Impossibilis est post mortem conversio propria seu transitus a malo ad bonum, *conc. mai.;* impropria seu emendatio moralis consistens in abstersione macularum peccati, *nego mai.*

ARTICULUS II

Variae quaestiones de poenis purgatorii

237. **De natura poenarum purgatorii.** Ecclesia de hac re nihil definivit. At iure communiter tenetur, et est *certum in theologia,* in purgatorio esse *poenam damni,* quatenus animae visione Dei ad tempus privantur et inde vehementer ac

sine interruptione patiuntur, cum Deum, quem ardentissime amant et in quem eo amore rapiuntur, sua culpa non obtineant, et multos gradus gloriae amiserint, quia peccarunt et quia non satisfecerunt (S.Th., 4 d.21 q.l a.l sol.3)1.

In ea poena censenda est esse purgatorii essentia. Ea vero specifice a poena damni infernali differt et duratione et intensitate doloris ob diversa peccata a quibus est et modo eam acceptandi (D 779) et quia anima purgatorii in gratiae radice gloriam habet.

238. Item ab omnibus et theologis et fidelibus Ecclesiae occidentalis ac orientalis tenetur et proin, ut iure ait Bellarmino, "certum est", *in purgatorio esse aliquam poenam sensus.* Id sat indicat *C.Lugdunense II* (D 464: cf. *C.Plorent.,* D 693) dicens pluraliter "eorum animas poenis purgatoriis... post mortem purgari: et ad poenas huiusmodi relevandas prodesse eis... suffragia". Sane ob saltem aliqualem ad creaturas conversionem poena aliqua est solvenda (S.Th., ibid.). At non certo constat ea poena *omnes animas* affici, cum fieri possit ut Deus, ob levitatem culpae vel ob alias causas, interdum poena gloriae differendae sit contentus 2.

239. *In purgatorio* "certum est... ait Bellarmino, *esse poenam ignis,* sive iste ignis accipiatur proprie sive metaphorice, et sive significet poenam sensus sive damni"'. *Illum vero ignem esse proprium,* pro quo sine dubio est sensus fidelium Ecclesiae saltem latinae, at quin Ecclesia quidquam de hac re definierit, dicitur a Suarez *certum infra latitudinem opinionis theologicae,* a Bellarmino "communis sententia scholarum", a Lercher "*probabilissima* et unice *tufa.* a qua nonnisi temere recederetur in Christiana populi institutione"; est "admodum probabile" iuxta Palmieri, Katschthaler, Hurter, Pohle-Gierens; et iuxta Siuri "ut certum docetur a theologis"45 At hi eos qui aliter sentiant gravi censura non notant.

In C.Florentino latini ignem proprium affirmabant, graeci eum negabant, quin vero de sua opinione cedere cogerentur; quod tamen non indicat necessario latinos ibi suam doctrinam ut dubiam habuisse'. Ignem, ut' videtur, proprium aliqui Patres graeci et sal-

* Lsssros. *o.c.*. 13.17,94s: Οβτοτ,λν, *l.c.,* 17-21: Sta.Catharina Grx.. *Trnttato del purgatorio* (Genova 192θ) p.17; Garrigou-Lachance, *o.c.*. 207-214. Forte adversatur Caietanus. opus. *Dc confessione* tr.4 q.5; ibi tamen agit dc poena damni *infernali quam totam contritio tollat.*

3 Cf. Palmieri. §26.7. Cf. Bautz. p.153; Suârez. 46.1.8-12.

3 Bellarmino. 2 10. Cf. Garrigou-Lagrange. *o.c.*. 215s.

4 Bellarmino. 2 11; SuXrez. 46 2 2; Lercher. IV-2® n.856; cf. TV3 n 609: Palmieri. §26.5; Hurter. 3 η 672 5; Pohle-Gierens, 3 p.686; Siurtri. 5 c.3 n.34: Katschthat.Er. *Ic.* n 02. Cf. et Michel. *Feu du purgatoire:* DTC 5 2259-2261; F.Schid, *Das Fetrfeuer nach kath. Lehre* (Brixen 1904). Merito tamen advertunt Pohle-Gierens (*l.c.*) et Palmieri (§26.3), id non esse vel dogma fidei vel fidei proximum.

e Msi 31,485-488; Hofmann et D'Alès. *ibid.* cf. n.230 nota 25; Juc.ie 4.126-131.

tem saepius Patres latini memorant'. Innocentius IV (D 456) agit de "transitorio igne", Clemens VI (D 570s) dicit: "si... credis, quod igne crucientur ad tempus"'.

N.B. *a)* Animas purgatorii a daemonibus torqueri, aliqui antiqui dixerunt", at contra communem sensum theologorum et sine solida ratione theologica; cum aliunde opera daemonis non sit necessaria ad eas animas cruciandas ct cum non deceat animas de eo iam triumphantes ab eo torqueri Nec est cur revelationibus privatis de ea re, adhibeamus fidem.

a) Non negant theologi alias poenas sensus, praeter ignem, in purgatorio esse, quod, iuxta Siuri, "est admodum verisimile" at quin de ea re iis certo constet.

240. De magna poenarum purgatorii acerbitate. Ea communiter asseritur. "His miris exercentur poenis, ait Lessius, et luunt praeteritae vitae delicias millecuplo amplius dolorum et amaritudinis sustinentes, quam ex rebus huius saeculi voluptatis ac dulcedinis unquam perceperunt" w.

At eo posito quod ea poena certo sit, ut iure ac sine probatione supponimus, *inaequalis* pro singulorum demeritis (Rom 2,6), superat ea semper maximas poenas huius vitae? Omnes, iuxta Bellarmino, admittunt poenas purgatorii esse *aliquo modo* maiores maximis poenis huius vitae5S. Saltem "certum est esse graviorem ex parte privationis tanti boni..."13. Si vero eae poenae considerantur ex parte doloris, *superantne semper maximam poenam* huius vitae? Theologi dissentiunt.

Una opinio: certe et quoad poenam damni et quoad poenam sensus

Alia opinio: certe quoad poenam damni; non vero semper, ut videtur, quoad poenam sensus, ne quis ob verbum otiosum subeat tormentum gravius quolibet vitae martyrio; nec enim ulla Ecclesiae

β S.Gregorius Nyss.: R 1061; S.Basilius. *In Is.* 9,16: MG 30,522; S.Gregorius Naz. *Orat.* 39.19: MG 36.357; S.Augustinus: R 1467; S.Caesarius Arel.; R 2233; S.Gregorius M.: R 2831. Cf. Michel, 2252-2259. Cf. tamen F.Segarra. *iDcf.niciones "ex cathedra" olvidadas!:* I£st£cl 6 (1927) 100s (de vi forte non absoluta eorum testimoniorum).

7 Ceterum Segarra *(ibid.,* 99-103; Id.. *Todavta una palabra sobre definiciones "cx cathedra" olvidadas: ibid.* 7 [1928] 542-552) habens documentum Clementis VI ut definitionem *ex cathedra,* tenuit tamen contra A.Straub, S.I., *(Unbeachtcte Kundgebungen cx cathedra:* ZkathTh 52 [1928] 82-84). *non certo* constare illo documento *definiri* ignem purgatorii esse *corporeum.*

8 Cf. Siuri, 5,4.59-64.

0 S.Tit.. 4 d.21 q.l a.l sol.5; Valencia, *In 3* d.1l q.l punct.3 ass.4; Bellarmino, 2,13: "Res est omnino incerta·"

10 Siuri, 5 n.36.

11 Lessius. 13,17.90; S.Augustinus: R 1467; S.GrEgorius M., *In ps. paenit.* 3.1: MI, 79,568; S.Caesarius Arel.: R 2233; S.Bernardus, *Scrm. in obitu Humlerti* n.8: ML 183.518

13 Bellarmino. 2,14; Palmieri, §26 n.8.

13 SuÂREz, 46,3.1.

M S.Th., *In 4* d.21 a.l sol.3; Siuri. 5,3,37-48; S-Augustinus: R̄ 1467; S.Caesarius Arel.: R 2233; Lessius, 13,17. Dc poena sensus id docet Bellarmino, 2,14.

definitio nec ulla ratio nos credere cogit minimam poenam sensus in purgatorio quavis huius vitae poena esse maiorem. Unde etsi ea sit gravior specifice, at forte non semper est gravior ob alia adiuncta v.gr. durationis, gradus intensitatis, multitudinis poenarum, etc. ".

Alia opinio: poena damni non semper; poena sensus, etsi in se sumpta sit qualibet sensibili poena mundi gravior, ita ut maxima purgatorii superet maximam huius vitae, at sumpta in individuo potest non esse talis, ita ut forte aliquis in purgatorio minus quam in mundo patiatur

241. Quid de his? Ea quae sequuntur de re adeo difficili esse nobis dicenda videntur. Cum peccatum veniale, vel minimum, sit omni malo non peccaminoso creaturae gravius, meretur poenam, et certe graviorem qualibet saltem temporali, quae a nobis excogitari queat. Hinc etiam poena, vel minima, debita formaliter ob peccatum quodlibet non censetur ulla huius vitae poena sumpta *in se sola* compensari posse.

Unde cum Deus in vita futura eam poenam cum rigore exigat, maxime si homo ex negligentia sua culpam non reparaverit, putamus poenam purgatorii, etiam in hypothesi quod Deus infra condignum puniat, quamlibet mundi poenam *per se* semper superare et quoad poenam damni, cum anima separata nihil nisi Deum appetat, et quoad poenam sensus ob priorem conversionem ad creaturas praeter finem ultimum. Idem a fortiori valet sine dubio de poena temporali peccatis gravibus debita.

At probabilius poena purgatorii gradatim minuitur prout ipsum debitum dimittitur 17. Hinc, si hoc est parvum, vel quia fere totum solutum iam est aut in via aut in purgatorio, poena huius sive damni sive sensus poterit levior esse quam poena, saltem maxima, mundi.

Haec dicenda videntur si solum ipsa poena respiciatur. At si id adiuncti consideratur, quod anima in purgatorio quam vehementissimo gaudio, de quo dein dicetur, afficiatur et proin ea sic gaudens poenas ferat, fere ut martyres non raro tormenta gaudentes sustinuerunt, putamus poenam purgatorii ex illo gaudio subiective valde minui et eius generis fieri, ut ea cum poenis huius vitae comparari ob mutuam diversitatem fere nequeat.

13 Suârez, 46,3.1-7; Palmieri. §26,8; Pesch, 9 n.604.

,e S.Bonaventura. *In 4* d.20 p.l a.l q.2; *Brcv.loquium p.7* c.2: dc ipsius doctrina copiose Gester, p.2S-32.38-42; Billot, thes.7 *§ 2* p.l05s. Quoad poenam damni assentitur Bellarmino. 2,14.

" Bellarmino, 2,14 in fine; Palmieri, § 26,8; Suârez (46,4,7) poenam minui negat. Siuri (5 n.48) cum Granado *{In 4* d.20 p.l tr.2 disp.3 s.5) eam diminutionem tenet saltem quoad poenam sensus, modo tamen poena semper quamlibet poenam huius vitae superet.

242. Quamdiu poena purgatorii durat? Ex doctrina catholica, quae in hoc, iuxta Siuri, est fidei proxima, non durat post iudicium universale, cum, ex 1 Cor 15,42-53, iustus in corpore glorioso resurgat et cum, ex Mt 25,31-46, Christus in ultimo iudicio, cui omnes aderunt (2 Cor 5,10; Rom 14,10), alios in caelum alios in infernum definitive mittat.

Sic et S.Augustinus (R 1776 1778). Suârez: "Certum est poenas purgatorias non esse duraturas ultra diem indicii"[18]. Hinc iustos postremi temporis, si forte non moriantur, providentia Dei curabit rite esse purgandos breviori tempore, nisi forte iis indulgentia plenaria detur, cum tamen aliunde Deus, quod duratione deest, id acerbitate supplere facile queat.

"Certum est, ait Suârez, durationem poenarum purgatorii non esse aequalem in omnibus, quae ibi purgantur"[19]. Ea vero duratio respondet poenae quae non ablata suffragiis subeunda maneat; at id ceteris paribus, nam, ut ait S.Thomas, "acerbitas poenae proprie respondet quantitati culpae, sed diuturnitas respondet radicationi culpae in subiecto; unde potest contingere quod aliquis diutius moretur qui minus affligitur, et e converso" *(In 4* d.21 q.1 a.3 sol.3).

At eius durationis determinatio "res est incertissima, ait Bellarmino, et non nisi temere definiri potest". Duration! nimis brevi iustitia Dei rite puniens peccatum obstat; nimis longae obstat misericordia, quae statuit suffragia ut medium poenas purgatorii minuendi. Est tamen dicendum non omnes animas, etiam seclusis suffragiis, esse in purgatorio usque ad ultimum iudicium (D 530 693) [20].

Sine solida autem ratione terminus supremus decem (vel etiam viginti) annorum cum Soto et cum Maldonado assignaretur", cum id damnationi cuidam ab Alexandro VII latae opponeretur, ct cum Ecclesia vel antiquissimos defunctos suis precibus comprehendat, anniversaria pro iis etiam per saecula celebrans. S.Augustinus petit orationes pro sua matre viginti iam annis defuncta".

w Suârez, 46,4.2s. Cf. Michel, *Purgatoire et Jour du Jugement?:* AmCl 66 (1956) 155s.

10 Suârez. 46,4.4.

30 *Ibid.* 2.9. Suârez. 46.4,5: "Incredibile est... poenas pupgatorii in omnibus durare usque ad iudicii diem regulariter, seclusis suffragiis Ecclesiae, tum propter dicta tum etiam quia illa essent quaedam inaequalitas, ut si sanctus vir cum levissimo reatu multo antea moritur."

21 Soto, *In 4* d 20 q 3 a 2 in fine; Maldonado, *Dc purgat.* q;5.

22 Alexander VII (D 1143): "Annuum legatum pro anima relictum non durat plus quam per decem annos." S.Augustinus, *Conf.* 9,13.37: ML 32.779s.

ARTICULUS III

De conditione morali animarum purgatorii

243. Animae purgatorii sunt securae de sua salute. Leo X (D 778). Sane eae norunt ex indicio particulari suam sortem ; iuxta Ecclesiam, "dormiunt in somno pacis", et proin securae de sua sorte ; norunt se credere, Sperare, amare Deum et eius voluntati adhaerentes poenam patienter ferre; quae omnia damnatis non sunt. Nec putandus est Deus illas cogitationes, partim ex fide partim naturaliter habendas, miraculose impedire.

Paucissimi olim, ut S.Ioannes de la Cruz et, ut videtur, Carthusianus, putarunt aliquibus animabus poenam imponi haesitandi de sua sorte[1] Id tamen communis opinio reicit, cum argumenta nuper allata omnibus animabus faveant. Nec revelationes privatae aliter dicentes audiendae sunt[2].

244. De gaudio animae in purgatorio. S.Bernardinus Sen. dicit: "Licet hi qui in purgatorio sunt gravissima patiantur tormenta, tamen melior est et felicior status eorum quam illorum qui sunt in mundo". Et Sta.Catharina Gen.: "Mihi videtur nullum gaudium inveniri, quod cum gaudio animae purae purgatorii comparari possit, excepto gaudio beatorum paradisi".

Multa sunt quae illi animae ingentissimum gaudium afferre possunt. Est secura de sua salute. Habet fidem (utpote nondum Deum videns), spem, omnes virtutes. Scit se esse in gratia ac proin filiam Dei et ab Ipso valde amatam; immo se esse sic perfecte in ea confirmatam, utpote extra statum viae, ut ne venialiter quidem peccare vel aliquid inordinate velle queat et quaeilibet tormenta etiam pro levissima culpa libenter ferat[3]. Hinc ea Deum vehementer amat, nec aliquid nisi id quod Deo placet cupit. Ipsum videre vult ; est in perfecta unione cum Ipso. Sentit in suffragiis amorem Corporis Mystici. In dies iis suffragiis ac satispassione magis purgatur et caelo aptior reddifur. Forte experitur angeli custodis vel et aliorum angelorum commercium.

[1] SJuak DB la CrVz, *Nochc oscura* 1.2 c.7 n.7; Dionysius Carthvs., *Enarratio m librum /ob* a.27 t.4 (Monstrolii 1897) 460; Dr *quatuor novissimis* a.46 t.41 (Tornaci 1912) 560, ubi refert quandam visionem quae illam ideam includeret. dc cuius ceterum loci authentia cf. S.Autorb, *Denys le Chartrcur:* DTC 4,445s.

[2] Cf. Gummersbach, 154-157.

[3] De opinione ad eam impeccabilitatem explicandam sive per immutabilitatem liberi arbitrii animae separatae (S.Th.. 4 CG 94; Billot, thes.7 §3; Gakricou-Lacraxc.e, *o.c.,* 224s) sive per moralem necessitatem qua anima feratur in summum bonum, quin alia cogitare queat (Pesch, 9 n.600) sive per specialem Dei protectionem (Suàrbz, 47,1,8) cf. Gummersbach, 125-146.

His et aliis adiunctis valde laetatur. Hinc patet illam magna cum laetitia pati, et quia ea est voluntas Dei ct quia videt se coram oculis Dei purificari ct quia scit' id esse medium satisfaciendi Deo ac obtinendi dispositionem necessariam ad visionem Dei

245. De valore operum in purgatorio. 1) *De merito et satisfactione.* Anima in purgatorio, etsi possit actus supernaturalcs libere elicere, tamen, cum sit extra statum viae, nequit *mereri* nec augere caritatem (D 778). Consequenter nequit *satisfacere,* cum satisfactio sit libera poenae ad iniuriae compensationem assumptio, quam Deus acceptat ob dignitatem personae eam acceptationem merentis, ratione ergo habita et poenae et eius assumptionis per actum liberum, ita ut huius causa poena exigatur minor quam secus exigeretur.

Hinc *satisfactionis* est mereri remissionem poenae per poenas voluntarias huius vitae illi poenae moraliter, iuxta Dei iustitiam et institutionem, aequivalentes.

246. 2) *De satispassione in purgatorio.* Solum ergo potest *satispati,* quatenus mere patiendo, seu mere luendo poenam vindicativam, iustitiae · divinae debitum reddit, cum post' statum viae nec electio poenae sit libera, nec, posita poenae a iudice impositae acceptatione, ratio habeatur eius actus liberi in compensationem, ita ergo ut aequalitas inter poenam a Deo assignatam et compensationem exigatur.

247. 3) *De impetratione in purgatorio.* Certum est animam purgatorii *orare posse,* cum possit aliquid honeste cupere et suum desiderium Deo proponere. Nec videtur dubium quin pro se oret, maxime cum non nisi piis cogitationibus occupetur".

Si vero *impetratio* est fructus orationis, *potest etiam sine dubio impetrare*—etsi sit extra statum viae, cum impetratio innitatur non iustitiae ut meritum, sed misericordiae (S.Th., 2.2 q.83 a.16 ad 2) et cum secus nec beati impetrare possent—et' quidem ita ut maior vis impetrandi maiori sanctitati animae respondeat (S.Th., ibid, a.11 ad 1). Cum ea anima Deo placeat, iure putantur eius preces in impetrationem a Deo accipi.

Ea ergo potest probabiliter impetrare sibi (et sine dubio efiam aliis) relaxationem poenae, at forte non directe, cum Ecclesia adeo sollicite pro ea oret, sed impetrans ut suffragia et pro se offerantur et a Deo sibi applicentur.

248. Item longe communius post Mediavilla (s.XHT) Cenetur, Sto.Thoma aliter, ut videtur, docente (ibid, ad 3 : a.4 ad 3), animam purgatorii *pro nobis orare et impetrare,* etsi Ecclesia eam non invocet et ea egeat orationibus.

4 S Bernardinus Sex. *Serm. 63* a.1.64; Sta.Catharina Gen. c.2: cf. multa excerpta ex c.1-14 ap. Pesch. 9 n 605; *Et espirtln de San Francisco, d- Sales* (vers. F.J Ysart) t.3 (Barcelona 1048) part 16 c 18; B.Bartmann. *Le gioir dei Purqatorio:* ScuoCatt 62 (1034) 257-264; Bei.i.armino. 2.4; Sturi. 5 n.67s.78; 7 10. Ceterum ea poena, etsi rigorosa esse videatur, est poena amici, quem Deus ut pater castigat, ut cum tandem suo conspectu dignum et omnino purum inveniat. Cf. Suàrbz, 47.2.7.

5 Cf. Bei.i.armino. 2,15. Consequenter cae sanctos invocare possunt, etsi id pro Suarez (47,2,8) sit valde incertum.

Nam: *a)* Ea est nobiscum unum corpus in caritate. Est Deo grata ac meritis apud Ipsum valens, pariter ac beati, qui praecise ob eas rationes impetrare possunt. b) Fideles universaliter eam invocant, c) Eae animae, iuxta C.Viennense, "suffragiis suis nos iuvant"; iuxta C.Ultraiectense (Utrecht), "credimus... illos (defunctos)... pro nobis Deum rogare, d) Ecclesia preces ad animas purgatorii invocandas indulgentiis ditavit'.

Nec est cur ad eas ordinarie non adeamus, quasi eae ordinarie nonnisi in genere nostras necessitates norint, quin ergo nostris rebus intersint vel nostras orationes percipiant vel probabiles sit eis ordinarie non revelari quid agamus aut petamus7; nam parum de earum cognitione scimus et "possunt habere curam de rebus viventium, etiamsi ignorent eorum statum, sicut nos eam habemus de mortuis, iis suffragia impendendo, quamvis eorum statum ignoremus. Possunt etiam facta viventium, non per se ipsos cognoscere, sed per animas eorum qui hinc ad eos accedunt, vel per angelos seu daemones vel etiam Sp'ritu Dei revelante" (S.Th., 1 q.89 a8 ad 1; S.Augustinus: R 1935). Ceterum fideles eas pro necessitatibus concretis invocant.

249. De remissione peccati venialis in iusto decedente. Quomodo anima exiens e corpore cum peccato veniali, *remissionem* huius *quoad culpam* lucratur, si remissio culpae citra sacramenta per actum eius remissionis *meritorium* obtinetur, qui tamen post statum viae nequit dari? Aliunde modus ille in se absolute possibilis, quo Deus illa venialia omnino gratis et sine ullo actu subiectivo conversionis ad Ipsum remittat, est in hoc ordine exclusus, ac proin exclusa est remissio per solam satispassionem, etsi haec ad delendam poenam sufficiat. Hinc varia opinio:

d) Ea semper in hac vita remittuntur, ut Halensis cum quibusdam dixit, per gratiam finalem, etiam sine actu contritionis; delen-

e Mediavilla. *In 4* d.15; Medina. *Dc orat.* q.4s; Suârek. 47 2.9; *Dc rclig.* tr.4 1.1 c.10 n.25-28; c.11 n.16s; Bei.i.armino. 2.15; Garricou-Lagrange. *o.c.,* 257s. C. prov. Viennense (a.1858) *Decreta* tit.5 c.16; C. prov. Ultraiectense (a.1867), *Decreta* tit.5 c.8: CL 5.191.869. Leo X concess't indnlrcnt'am cuidam orationi qua potens intercessio animarum invocatur: ASS 22 (1889-1800) 743s. Cf. T.B.Walz. *Die Fiirbittc der armrn Secirn und ihre Anrufung durch dic Gldubigcn auf Erdcn2* (Bamberg 1933); B.Durst. O.S.B. *Zur Frage der Armenseelen-Anrufung. Dic Lehrenhuicklung ini 13. Jahrhundcrt und der heut.gc Stand der Frage:* Kath (1918 2) 73-89.145-179; Id.. *Zur frage der Anncnseelcn-Anrufung. Historischthcologischc IViirdigung der Lchrc des hl.Thomas:* DivThom(Fr) 7 (1020) 227-268; Id.. *Zur Frage der Armcnseelenanrufitng in der thcologischcn Summe des hl.Thomas von Aquin:* ThQschr 75 (1922) 63-80 (rem Alexander Hal.—qui primus de ea egit—et S Thomas negant. Mcd;av'lla affirmat); Id.. *Zur Frage der Armcnseelcn-Anrufung:* ThPraktQschr 74 (1922) 617-652 (deducitur ut theologice certum animas purgatorii pro nobis orare; ut probabilius posse haberi, eas invocationes nostras percipere). J Ernst *(Der hl.Thomas und die Anrufung der armen Scelcn:* Kath Î1016 21 217-235 309-327) exponit ut negativam opinionem S Thomae ct ei, ut videtur adhaerens, firmiter insistit in eo quod caute a praedicatoribus de ea re agendum sit, utpote quae in theologorum controversia sit.

5 Cf. tamen Bellarmino, 2,15; S.Augustinus, *De cura pro mortuis* 1316: ML 40,504.

tur "in ipsa dissolutione animae a corpore", post plene exstinctam concupiscentiam '.

At haec nt improbabilia communiter reiciuntur. Non censetur una cademque gratia in fine effectum formalem habere posse quem antea non habuerit, nec ulla est' ex fontibus ratio asserendi illam remissionem per gratiam finalem *sine ullo actu hominis.*

b) Ea peccata remittuntur in purgatorio per bonos animae motus liberos. Sic S.Bonaventura, recentius Schmid[0]. At id minus recte supponit aliquale meritum accidentale in purgatorio dari; dum tamen fontes quodlibet meritum et proin quamlibet pro culpa propriam satisfactionem extra statum viae excludere videntur.

c) Iuxta Scotum, ea venialia remittuntur: vel in purgatorio, quasi expiari venialia non sit nisi poenam eis debitam solvi, vel in ipso instanti mortis i.e. ant in ultimo ante mortem aut in primo post hanc per merita animae praecedentia[0]. At his id obstat, quod primum illud supponeret peccatum habituale in poena consistere, et alterum peccata venialia sine ulla paenitentia remitti posse.

250. d) *Communius* et *probabilius* tenetur, ea peccata remitti *in primo instanti separationis animae a corpore* ob ferventem actum dilectionis cum perfecta omnium culparum praecedentium contritione. Sic S.Thomas, Suarez, Lugo, alii w.

Anima iusta nequit tunc ad Deum, ob ipsius amorem culpam detestans, non converti. Quae tamen conversio, cum in statu viae non sit, non est meritoria et satisfactoria, at est vera peccati retractatio, tollens affectum ad peccatum, seu impedimentum intrinsecum condonationis; quae proin vel gratis vel forte ex iure iusti ad vitam aeternam exigente praeviam culpae remissionem, vel ex meritis praecedentibus datur; quin tamen illa retractatio gratiam sanctificantem augeat vel poenam remittat aut minuat, quasi haec, ut per actum meritorium in statu viae, remittatur aut minuatur.

In plerisque ergo opinionibus videtur dici posse, ea non in purgatorio, sed fere in momento quo anima ludici sistitur remitti.

251. *Dc malis habitibus delendis in insto decedente.* Cum ii formalia peccata non sint, non puniuntur in purgatorio; at, cum rectitudinem stabilem potentiis auferant, ante ingressum in caelum tollendi sunt. Hinc habitus mali potentiae sensitivae putandi sunt'

8 Halensis. *Summa thcol.* p.2 a.107 memb.10; p.4 q.15 memb.3 a 3 § 5.

w S.Bonaventura. *In 4* <1.21 p.1 a.2 q.1; cf. a.1 q.2; cf. de ipsius metite JJCaup, O.F.M. *Die Tilgung der iisslichcn Siinden im Fegfeuer nach Bonuventura:* FranzStud 21 (1934) 26-33. Schmid, *Dic Seelenltiuterung ini Jcnscits* (Brixem 1907), qui putat eam purificationem per actus paenitentiae successivos obtineri. Item J.Zahn, *Das Jcnseits* (Paderborn 1016). Nec id reicit M.J.Egan. S.I. *(The Two Theories of Purgatory:* IrlshTheolQuart [1922] 24-34) pro quo etiam non est clarum peccata venialia non remitti in purgatorio.

10 Scotus, *In 4* d 21 q.1 a.1. Nec id omnino displicet SiVRi. tr.5 n-74.

11 S.Th., ut videtur. *Dc malo* q.7 a.11; tamen prius (4 d.21 q.1 a.3 qc.1) dixerat ea peccata remitti in purgatorio per poenam aliqualiter voluntariam, quae haberet virtute gratiae vim expiandi culpam omnem ct esset meritori.· accidentaliter seu quantum ad remissionem peccati venialis. Suârèz, d.11 s.4 n.13-18; Luco, d.9 s.2 n.35-42; Garrigou-LaGRangk, *o.c., 226s.*

in ipsa morte deleri, cum eorum subiectum seu potentia sensitiva disparet. Habitus vero mali voluntatis censendi esse videntur folli per actum contrarium ab anima statim post separationem elicitum, utpote qui nonni vehementissimus in anima insta sine ullo impedimento totis viribus ad Deum tendente esse potest; aut per subtractionem influxus conservativi ; aut quatenus in primo ingressu gloriae infunduntur per accidens omnes virtutes etiam naturales quae habitus contrarios expellunt [12].

252. Scholion. *De satisfactione pro poena temporali in hac vita.* Cum iustus pro poena temporali in via voluntariis operibus satisfacere queat, utilius in id incumbet (nisi satisfactiones suas aliis animabus purgatorii laudabiliter applicare malit), quia id omnibus suis operibus poenalibus obtinere potest et iis simul vitam aeternam meretur et nunc modica eius poena, ob ipsius iusti dignitatem quam Deus in via maxime respicit, pro magna poena in purgatorio solvenda aestimatur.

"... In poena assumpta (voluntarie) non tantum placet Deo ordinatio poenae ad culpam, sed ordo et rectitudo, quae est in voluntate assumente ; in poena inflicta placet ordinatio poenae ad culpam. Quoniam igitur poena paenitentium in praesenti est assumpta, poena morientium est inflicta in purgatorio, pro eo quod iam non est tempus agendi, sed recipiendi ; ideo modica poena in praesenti plus satisfacit, et magis est de ea contenta divina iustitia quam de magna in futuro, et ideo quasi improportionalifer maiorem exigit, ut ei satisfaciat... Creditor enim plus acceptat marcam auri quam decem marcas argenti ; et poena praesens illi comparata multo pretiosior est in conspectu Dei, qua.n sit aurum argenfo in conspectu hominum" “.

ARTICULUS IV

De conditione SUFFRAGIORUM

253. Valent suffragia oblata a peccatore? Opus ab hoc oblatum non est *ex opere operantis* satisfactorium pro ipso offerente; ergo a fortiori nec pro aliis. At opus valens *ex opere operata* vel *quasi ex opere operato,* ut missa, preces nomine Ecclesiae fusae, etc., sine dubio valet, cum ab ipsa Ecclesia fieri censeatur. Idem tenendum est de indulgentiis, ita ut ad has pro defunctis lucrandas status gratiae probabiliter non requiratur, nisi confessio vel perfecta contritio, *ut conditio,* praecipiatur.

Orationes vero et alia opera peccatoris, etiam ut personae privatae, *impetrare* defunctis posse, etsi non ex dignitate personae, sed ex Dei benignitate, putanda sunt. Immo et *satisfa-*

12 Cf. Gummersbach, p.151-154. Garrigou-LagrangK, *o.c.,* 228-320, putat eos habitus nonnisi paulatim in purgatorio deleri.

S.Bonavenïura, *Ik 4* d.20 p.1 q.2; SJuan de la Cruz, 2,6,6.

cere pro defunctis illa opera peccatoris posse censenda sunt, si peccator hic ea ex mandato iusti exsequatur, cum ea fieri a mandante putentur v.gr. si servus peccator ex mandato domini sui eleemosynam det (S.Th., *Suppi,* q.71 a.3)\

254. Quomodo agunt suffragia? Non *ut meritoria dc condigno,* cum qua talia aliis transferri nequeant.

Certe *ut satisfactio* vel Christi vel sanctorum vel fidelium, cum Deus ea opera sumat, ut si ea ab ipsis defunctis ad tollendam poenam facta essent. Ea ergo satisfactione vicaria honor peccato ablatus Deo restituitur et tantum poenae remittitur quantum ea satisfactio valet. Probabilius est *promissio Dei* eam viventium satisfactionem acceptandi, ita ergo ut ea non ex pura misericordia, sed *ex iustitia* ac proin infallibiliter valeat.

Etiam *ut impetratio.* Immo oratio defunctis prodest etiam ut opus satisfactorium, sed maxime ut est impetratorium, pariter ac oratio beati, quin sit satisfactoria, nobis ac animabus purgatorii prodest. At, probabilius, Deus tunc poenam non ex pura misericordia, sed cum addita ex thesauro Ecclesiae satisfactione, qua iustitiae divinae satisfiat, remittit[2].

255. a) Est in fidelium more *"Actus heroicus caritatis* erga animas in purgatorio detentas in eo" consistens, "quod Christifideles, sive aliqua adhibita formula sive etiam tantummodo mente, afferat Deo O.M. pro animabus purgatorii omnia opera satisfactoria, quae ipse quoad vixerit peraget; nec non omnia suffragia quae post mortem quomodocumque ei obvenire poterunt... Hic actus heroicus caritatis non semel ab Apostolica Sede fuit approbatus; immo. ut defunctis evaderet utilior, indulgentiis ditatus auctique privilegii ii, qtii illum emiserint. Quae quidem... Pius Papa IX... confirmavit, auxit et ad universos Christi fideles extendit" *.

1 Cf. tamen SuÂRRz, 4S.8 n 16. Item in defunctorum suffragium inservit quidquid boni fit pro mortuis, ut sepelium (2 Reg 2.5; Mt 26,12), induere cadaver, comitatui interesse in eius translatione in sepulcrum, ornare istud, et cetera, modo ea animo defunctis suffragandi nec mere in vivorum solatium fiant (S.Th., *Suppi.* 71 a.11; Bellarmino. 2,19). Probabilius valet in suffragium. independenter a voluntate exsecutoris, et ut opus distinctum ab actu mandantis, opus externum, quod vivus perficit ex mandato defuncti, cum cx communi opinione omne opus externum, ut distinctum ab actu interno, valorem satisfactorium augeat,-ut si quis nomine mandatarii eleemosynam largiatur (S.Th., 71 a.3; S.Bonaventura, *In* 4 d.45 a.2 q.2). Pariter multi putant defunctis prodesse restitutionem rei alienae ex mandato eorum a vivis facta (Arriaga, *Dc paenit.* d.23 s.6 n.33; cf. tamen SuÂaiîz, 48,8.19-21).

3 Suarez. 48.5.5 Cf. I.Muscat, C.M., *Dc virtute satisfactoria operum bonorum in ordine ad alios:* DivTliom(Pi) 14 (1937) 343-349.

3 S.Congregatio Indulgentiarum: ASS 18 (1885) 337-339. Cf. C.Gennari. *Consultasioni Morali-Canoniche-Liturgichc* t 23 (Roma 1902) cons.136 n.1.8-15; G.PPiciu. *Cursus theologiae moralis* t.34 (Veronae 1928) n.562s; In.. *Dell'atto eroico di carità* (Verona 1904): D.Mannajoli. *L'alto croico di carità* in *suffragio dellc anime del Purgatorio* (Roma 1932); F.Beringer-P.A.SteinEn. S.I.. *Les indulgences** (vers. Ph.Mazoyer) 1 (Paris 1925) n.829-831; F-M., C., *L'acte héroïque:* AmCl 64 (1954) 681-685.

Ergo, eo actu posito, sic Deus eum acceptat, ut qui eum elicuerit puniendus sit severe (pro eius reatu poenae) in purgatorio? Putamus negative esse respondendum. Ceterum ille actus, qui recte *heroicus* dicitur et c pura caritate nascitur, est valde meritorius.

b) Etiam est' in praxi fidelium *oblatio communionis* in defunctorum suffragium*. Cum vero communio non videatur opus poenale ac proin satisfactorium esse, censenda est ea defunctis prodesse et ut impetratoria et etiam probabiliter, si quid *specialis* suffragii pro defunctis ci inest. ut meritoria de congruo

c) In oblatione suffragiorum *totum meritum de condigno* ex operibus cedit offerenti ; qui tamen privatur illorum vaiore *satisfactorio* ea mensura qua hic aliis applicatur.

256. Quibus suffragia prosunt? Non beatis nec damnatis, sed solis animabus purgatorii. Et quidem primo ac principaliter, ut generatim ex doctrina et praxi Ecclesiae (D 1530) praesumendum est, iis pro quibus offeruntur, immo iis semper et infallibiliter seu sine exceptione casus specialis, ut est probabilius contra Caietanum, etc. ° et videtur indicari etiam Ecclesiae praxi orandi interdum *pro defunctis in genere,* ut defuncti privati parentibus et amicis, qui pro iis orent, saltem auxilium communis matris Ecclesiae habeant. Si vero ii pro quibus offeruntur suffragia, his non egeant vel haec in communi offerantur vel quid simile continget, probabilius aliis, pro maiori dignitate vel necessitate, proderunt7.

257. Scholion 1. *Dc loco purgatorii.* Communiter tenetur hoc esse in aliquo loco corporeo8, iuxta opinionem fere communem theologorum et fidelium, et quidem, contra quosdam olim aliter putantes, in uno certo pro omnibus loco, qui, iuxta Suarez, cui multi assentiuntur, est "versus centrum terrae"4; iuxta vero S.Thomam (4 d.21 q.l a.l sol.2) "probabiliter... locus purgatorii est duplex: unus

4 Cf. G.Ferrari. *L'offcrta della comunionc per i dcfunli* (Brescia 1944).

6 Hoc meritum de congruo quod forte, praeter meritum de condigno, omnibus iusti operibus bonis inest, "praesertim illis convenit operibus quae ex indole sua poenalia non sunt, quaeque proinde nihil aut parum satisfactionis habent v.gr. susceptio sacrae Eucharistiae pro defunctis; eleemosyna aliqua hac inte.ntione pauperi a divite facta" (Beraza, n.1268)

c S.Th.. *Suppi.* 71 a.14; S.Bonaventura. *In -l* d.45. a.2 q.3; Bellarmino, 2,18; CaiETAnus (opusc.l tr.16 q.5) putat specialibus suffragiis et indulgentiis eos solos defunctos iuvari qui hic meruerunt ut illis iuvarentur. Saluanttcenses *(Dc eucharistia* d.13 dub.6 n.120.123) censent fructum missae ei cui ille applicatur non prodesse, nisi pro dispositione quam ad eum effectum in fine vitae habuit.

7 Suarez (48.8.26) putat suffragium oblatum proi anima quae sit in caelo vel in inferno aut satisfactionem, qua iustus non eget et quam tamen aliis non applicat, reponi probabilius) in thesauro Ecclesiae, quin ergo ea. iit alii dicunt, aliis animabus pro Dei arbitrio applicetur.

* C.Trident. (D 983): "...purgatorium esse animasque ibi detentas..." Innocentius IV (D 456): "Nos, locum purgationis huiusmodi... Purgatorium nominantes volumus...". Clemens VI (D 570s); "...purgatorium esse, ad quod descendunt animae...". Haec videntur locum corporeum indicare.

0 SuÀREte. 45,2,2-4; Bellarmino (2.6) octo opiniones dc ea re memorans; Siuri, 5.2; Palmieri. § 19.29; Hurter. 3 η.672.10; Lessius. *o.c.,* 17,13 n.90: "Admodum probabilis est haec Scholasticorum opinio, quam fidelium consensus sponte amplectitur."

secundum legem communem, et sic... est locus inferior inferno coniunctus... ; alius... secundum dispensationem, et sic quandoque in diversis locis aliqui puniti leguntur, vel ad vivorum instructionem vel ad mortuorum subventionem..."

258. Scholion 2. *Quot animae purgatorium adeunt?* Ut numerus electorum, sic numerus animarum purgatorium adeuntium *soli Deo cognitus est.* ita ut Ecclesia nullam animam a suffragiis suis post mortem excludat. Hinc immerito asseretur sive omnes animas instas illo numero includi sive plerasque ab illo numero excipi. At id pie dici potest: multas animas, saltem ex iis quae, post vitam intense religiosam, ferventes ac tempestive extrema unctione. indulgentia plenaria in morte muniuntur, caelum sine medio purgatorio ingredi.

259. Scholion 3. *De modo praedicandi de purgatorio.* Vitentur in ea exaggeratae descriptiones, et memoretur poenam damni poenam sensus longe superare. Ad mentem C.Tridentini (D 778s) apud rudem plebem praetermittantur subtilia quae non aedificant; ":ncerta vel quae specie falsi laborant"; "ea... quae ad curiositatem quamdam aut superstitionem spectant vel turpe lucrum sapiunt".

Scholion 4. *De studio iuvandi suffragiis animas purgatorii.* Animas purgatorii orationibus, oblatione sacrificii, satisfactionibus, indulgentiis a nobis iuvari, valde placet Deo volenti eas ad se adducere animabusque cupientibus ad Deum evolare, et est utile nobis deprecationem earum versantium sive dein in caelo sive nunc in purgatorio sine dubio obtinentibus.

"Qui mortui sunt oculis nostris, nisi lethali culpa polluti decesserint, vivunt Domino nobisque fide et caritate coniuncri manent, ait C.Viennense. Suffragiis suis nos iuvant, ad Deum videndum nondum admissi, ut suffragiis nostris iuventur, exspectant. Nunquam fiat ut nos ipsis deesse sentiant. Non lacrimas, sed bonorum operum auxilia a nobis postulant. Ab ipsis Apostolis sancitum est, ut in venerand's tremendisque mysteriis defunctorum agatur commemoratio... Pretium infinitum, quo mundus redemptus est, pro defunctorum debitis oratione fidei solvamus et rore caelesti perfundentur. Preces, eleemosynam, alia bona onera addamus. Parochi et omnes verbi divini praecones, nccnon religionis magistri frequenter suis exponant, quam salubris et sancta sit cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur. Beneplacita est in conspectu Dei, qui amat, quos cruciat. Salubris est animabus peccata luentibus, quoniam liberatio earum acceleratur; salubris est nobis, quoniam pio affectu eis impenso indicis, qui ultimum quadrantem exigit, memoria nutritur et peccati etiam venialis horror vel excitatur vel adaugetur... Conservetur et propagetur laudabilis usus precibus, quae in memoriam Incarnationis Domini ter quotidie recitantur, orationem dominicam et salutationem angelicam defunctorum levamini dicatam adjicienti" [10],

·" C. prov. Vienpepse (1858). *Decretu,* lit-4 e.16: CI, 5.191,

LIBER II

De novissimis mundi

260. Cum in hucusque praemissis *de novissimis hominis* ageremus, probavimus tempus probationis humanae finiri morte, post quam singuli homines iudicio particulari subiciantur, ut mox, *aut praemio* donentur beatitudinis in Deo videndo et amando cum gaudio essentialiter consistentis, aeternae, ab omni peccato immunis, pro meritorum diversitate inaequalis, *aut poena* aeterna et damni et ignis corporei afficiantur, nisi iusti prius poenis purgatoriis ab omni vel poena vel etiam levis culpae macula sint liberandi.

At mox animo occurrit quaestio de futura generis humani, immo et mundi materialis, sorte. Ut singuli homines post statum viae statum termini definitive obtinent, nonne et genus humanum in sui propagatione aliquando cessabit, immo nonne ct mundus materialis in futuro vel destruetur vel in aliqua conditione definitiva ponetur? Quomodo vero haec fierent?

Huic quaestioni *de novissimis mundi nunc* nobis respondendum venit, ita ut primo *novissima generis humani* disputaturi, de secundo Christi adventu, de mortuorum resurrectione, de iudicio universali, de immediata post id praemii vel poenae retributione seu de chiliasmi exclusione, agamus, ef dein *novissima mundi materialis* breviter consideremus.

Ea tamen omnia novissima sic in fontibus permiscentur et quasi ad unum temporis spatium referuntur, ut quodlihet eorum memoratum reliqua omnia connotare putetur, v.gr. si dicitur *adventus tui et consummationis saeculi* (Mt 24,3), *Filius hominis in die sua* (Lc 17,24-26), *dies... Domini* (1 Cor 3,13), *in novissimo die* (Io 6.39-54), *in indicium magni diei* (ludas 6), etc. ' Nos ergo de singulis illis factis dicemus et quidem eo ordine quo ea memoravimus.

Praeter opera generalia de novissimis, haec etiam possent conferri:

Suarez. *De Mysteriis vitae Christi* disp.50.52-58; S.Sigmund, *Das Ende der Zeiten oder das Weltgericht mit seinen Ursachen, Vorseichen und Folgen* (Salzburg 1892); A.Calmet, O.S.B., *Commentaire*

3 S.Augustinus. *De civ. Dei* 20 30 5: ML 41.708: *'In illo itaque iudicio vel circa illud indicium has res didicimus esse venturas: Eliam Thesfcitem. fidem iudaeorum. Antichristum persecuturum. Christum indicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi confiagrationem eiusdemque renovationem. Quae omnia quidem ventura esse credendum est. sed quibus modis et quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi."

littera! t.21 (Paris 1716): *Dissertation sur l'Ante-christ,* XXVI-LVII; *Dissertation sur la fin du monde, et sur l'état du mande après le dernier jugement.* LVII1-LXXXV; *Dissertation sur la résurrection des morts,* LXXXVI-CVIII; F.A.Stentrup, S.I., *Soteriologia 2* (Oeniponte 1889) th.147-169; Λ.Rademacher, *Der Weltuntergang* (München 1909); F.Tii,mann, *Die IViederkunft Christi nach den paulinischcn Briefen* (München 1914); Staudinger, *Die Letze Zeit. Com Sinn des II'ellgcschehens nach seiner gbttlichen Zielsetzung* (Innsbruck 1955).

CAPUT I

De secundo Christi adventu

S.Th., *Suppl.* q.73s.9O: Bεηλζλ. n.1390-1425; Pesch. 9 th.4t; Pohi.e-Gierens. 3 p.695-704; M 11Kimiiucher. *Zeit un Zetchcn des Weltendcs:* ThPrakQschr 78 (1925) 314-325.461-474.

261. Nexus. Cum novissima generis humani in intima connexione sint cum quodam Christi adventu secundo futuro, hunc primo considerabimus simul ac eius adiuncta et signa eum praenuntiantia. Id vero est nobis praenotandum, nos versari in re eschatologica, quae fere omnium difficillima in N.T. esse putatur.

Factum adventus Christi. Praeter humilem primum Christi adventum, habendum esse alium et quidem sollemnem ac gloriosum a nemine negatur et ex documentis ac argumentis pro iudicio universali afferendis constabit. Hic vero ea indicare sufficiat.

Veniet ergo: a) *In gloria Patris sui cum angelis sanctis* (Mc 8,3S). *In maiestate sua et Patris et sanctorum angelorum* (Lc 9,26). *Cum omnibus sanctis eius* (1 Thess 3,13). b) *In nubibus cacli cum virtute multa et maiestate* (Mt 24,30). c) *In flamma ignis* (2 Thess 1,8). d) *In sede maiestatis suae* (Mt 19,27). e) Et quidem *parebit signum Pilii hominis in caelo* (Mt 24,30); quod signum communiter censetur esse crux Christi vel eadem lignea Crucifixionis vel alia in caelo modo luminoso efformanda [2].

Expedit enim: ut ipse auctor Redemptionis huic coronam imponat; ut crucifixus in terris triumphum gloriosum hic de suis inimicis reportet; ut qui primo in humilitate venit, iterum gloriosus appareat. Apoc 1,7: *Ecce venit cum nubibus; et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt...* (S.T.H., *Suppi,* q.90 a.ls).

2 S.I.Chrysostomus. *In Mt* hom.76 2: MG 58,702: "Crux, sole splendidior: siquidem sol obtenebratur et absconditur, crux autem apparet; neque appareret. nisi solaribus longe radiis splendidior esset." Cf. KnabenbauER, *In Mt* 24,30 t.2 p.345; Prat, *Jésus-Christ* 23 (Paris 1933) 251.

Ceterum *ipse adventus* vocatur: adventus (Mt 24,3); apparitio Domini (1 Tim 6,4); revelatio Domini (2 Thess 6,7).

Dies autem eius adventus dicitur: dies Filii hominis (Lc 17,27); "dies... Domini" (1 Cor 3,13); dies Christi Iesu (Phil 1,6); novissimus dies (Io 6,44)

262. Tempus adventus Christi. Non defuerunt iam ab initio Ecclesiae qui adventus Domini annum vel saltem epocham determinatam assignarent4. At certum est nos id penitus: *a)* Ignorare. Mt 24,36: *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum, nisi solus Pater, b')* Et semper ignoraturos esse, cum Christus repente venturus sit. Mt 24,27: *Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et adventus Filii hominis.* 2 Petr 3,10: *Adveniet... dies Domini ut fur.*

Hinc Christus homines et praesentes et futuros ad vigilandum hortatur. Mt 24,42-44: *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus, esset, vigilaret utique... Ideo et vos .estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est·*

263. Signa adventus Christi. Etsi adventus Christi sit nobis occultus et subito futurus sit, tamen, auctore Christo, aliquo modo praevideri poterit. Mt 24,32s: *Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas. Ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis.* Sunt ergo aliqua *signa* eius adventus, quorum alia sunt *negativa,* seu facta quae ante eum evenient, quin tamen eum esse proximum ostendant, alia vero sunt *positiva,* seu facta quae immediate ante Christi adventum vel ipso iam adveniente contingent, et ex quibus tunc viventes eum adventum esse proximum iudicabunt. En ea:

1) *Praedicatio evangelii in toto mundo.* Cum apostoli Iesum de secunda eius adventu interrogarent, dixit et alia et haec (Mt 24,14): *Et praedicabitur hoc evangelium regni in*

³ Cf. Lc 17,24.26; Io 6,39s.55: 11,24; 12,48; 1 Thess 5,2; 1 Cor 1.8; 5,5; 2 Cor 1,14; 2 Petr 3.10.12; Phil 1,10; 2,16. Memoretur hic ut refutata in Theologia Fundamentali ea obiectio, quod Christus erronee putarit finem mundi imminere (t.1 tr.3 n.36-78).

⁴ Cf. Hurter, 3 n.694 nota; Katschthaler. n.386 nota. Nuper v.gr. Elie Daniel *(Serait ce vraiment la fin des temps/ Etude sur les prophéties* [Paris 1927] statuebat propinquitatem finis mundi relativam. Ceterum prophetia S.Malachiae de successione SS.Pontificum habetur ut non authentica; cf. E.Vacandard, *La prophétie de Malachic sur la succession des Papas:* RevApol 33 (1921) 657-671; I.Puig. S.I., *El fin del mundo* (Buenos Aires 1941) c.11; A Maury, *¿Hay que tomar en serio la profecta de Malaquias?:* Eccl 11 (1951,1) 723s. De tota re, cf. Heimbucher, 314-325.471-474.

universo orbe, in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet consummatio. Cum vero in ea pericopa et de urbis excidio et de fine mundi agatur, quin apud exegetas constet de iis omnibus quae fini mundi conveniant, verba citata de hoc potius sunt (v.8.14). Formula ergo "universus orbis", quae alibi de imperio romano etiam adhibetur (Lc 2,1 ; Act 11,28; 24,5; Rom 10,18; Col 1,6), hic de toto orbe ex contextu et iuxta Mc 16,15s *{Praedicate evangelium omni creaturae')* sumenda sunt.

Ea vero praedicatio non necessario intelligenda est de omnium conversione, vel contra, ita ut nemo convertatur ; sed de fide praedicanda apud omnes populos, et pariter sine dubio in omnibus regionibus plus minus profitenda ac exercenda ‘.

264. 2) *Adventus Antichristi* Hoc nomen designat: a) *latius,* eum qui est Christi adversarius, ita ergo ut sint multi antichristi ; b) *antanomastice* vero, aliquem in fine mundi venturum acerrimum Christi hostem. Uterque sensus est in 1 Io 2,18-22: ... *Sicut audistis quia Antichristus venit* (in textu graeco: *veniet), et nunc Antichristi multi facti sunt; unde scimus quia· novissima hora est... Hic est Antichristus, qui negat Patrem et Eilium...* 1 Io 4,2s: *Multi pseudoprophetae exierunt in mundum... Et amnis spiritus qui solvit lesum, ex Deo non est; et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit {veniet), et nunc iam in mundoi est.*

Ergo ex his, veniet quidam Christi adversarius, qui antonomasti.ee *Antichristus* vocatur, et cuius nomen accipiunt alii Christi adversarii.

His consonat 2 Thess 2,3-12: *Rogamus autem vos fratres per adventum Domini N.I.C. ... Ne quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus..., ostendens s.e tanquam. si Deus... Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, doii.ee de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus I. interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui eum : cuius est*

• Cf. S Augustinus, *Epist.* 199.48: ML 33,923.

β Bei.larmixo. *De Rom. Pont.* 1.3; Lessius. *De Antichristo ct cius praecursoribus* (Antvcrpiac 161); Th.MalvEnda, O.P., *Dc Antichristo libri XI* (Romae 1604): A.Lemann, *L*Antichrist* (Lyon 1905); A.Arrighini, *L'Anticristo* (Torino 1945); A.Romeo. *LfAntichristo* (Romae 1946); D.ButzY. *Antéchrist:* DBS 1.297-305; Bover. 885-887.909-016; Vosté. *In epistolas ad Thessalonicenses* (Romae 1917) p.263-288; J.PîepEr. *Über das Endc der Zcit. Eine ycschichtsphilosophischc Meditation* (Munich 1950) c.3.

adventus secundum operationem satanae in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt... [7][8]

Ex his ergo locis, quibus alii forte addi possents, constat ante adventum Christum esse venturum magnum aliquem Christi hostem, qui ex toto contextu facile identificatur cum illo Antichristo de quo Ioannes agit.

Ulterius ex iis et ex loco Ioannis citato erui potest eum esse, non mere personificationem mali, ut tenuerunt quidam Protestantes [9], sed personam *realem,* non vero diabolum incarnatum vel specie hominis apparentem. Immo eum esse personam humanam et quidem *individuam,* ut communiter tenetur [10], cum distinguatur ab aliis antichristis et vocetur *homo peccati;* etsi non desint qui eum *collectivitatem* quandam esse censeant[11] vel ut seriem personarum exsistentium a tempore Pauli ad mundi finem, cum in iniquitate sua maxime revelabitur[12]; quibus auctoribus tamen id saltem concedi potest, omnes adversarios Christi in unum velut corpus cum Antichristo coalescere, maxime eos quos ipse adveniens sectatores sine dubio habebit (Mt 24,24).

265. 3) *Apostasia a fide Christiana.* 2 Thess 2,3...: *Ne quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati...* His ergo constat ante adventum Domini aliquam futuram esse discessionem sine dubio sat universalem; non vero ab imperio romano iuxta optimum ordinem iuridicum constituto, ut sequens plures Patres Bellarmino putavit, sed a principiis religionis Christianae per atheismum, materialismum, etc. [13]; ita ut ea sit, non singulorum hominum, nam Ecclesia semper perseverabit, sed probabilius nationum, quae, consentiente maiori vel potio-

7 Cf. B.Rigaux, O.F.M., *L'Homme du péché dans saint Paul:* EphThLov *6 (1929) 5-22;* Id, *L'Antéchrist et l'opposition au Royaume Messianique dans l'Ancien et dans le Nouveau Testament* (Paris 1932). Valde dubium esse iis locis agi de Antichristo, sed potius de iis qui tunc temporis perturbabant fideles, maxime de proximitate parousiae tenet M.Brunec, C.D.B., *Sermo eschatologicus:* VerDom 31 (1953) 13-20.

8 Apoc 13: cf. Allô. *L'Apocalypse* (Paris 1921) 182-186. Dan 7,7.24s; 11,36s: cf. J.Linder, S.I., *Com'mentarüts in librum Daniel* (Parisiis 1939) 303.317.467s.

9 Cf. Knabenbauer. h.l. p.146.

10 Rigaux, *l.c.;* Knabenbauer. *l.c.*

11 Cf. Rigaux: EphThLov p.lOs.

12 Allô. CXIII-CXXI.198-214 277-279; BtfzY, 297-305; Id., *L'adversaire et l'obstacle:* RechScRel 24 (1934) 402-431; Bonsirven, *o.c.,* 135s; F.Amiot, *L'enseignement de S.Paul 2* (Paris 1938) p.211; J.Schmid. *Der Antichrist und die hemmende Macht (2 Thess 2,1-12):* ThQschr 129 (1949) 323-343.

13 Bellarmino, 3,5; cf. Knabenbauer, h.l.; Lagrange, *Évangile selon Saint Luc** (Paris 1927) p.472-474; Pesch, 9,678. Ceterum cf. F.Puzo, S.I., *lUn texto escatolôgicoÎ:* EstEcl 19 (1945) 273-334 (maxime 329-333).

ri parte populi, Ecclesiam impugnent et abolere conentur (1 Tim 4,1 ; 2 Tim 3,1). Ea vero sumi probabilius potest partim ut praeparatio ad adventum Antichrist! partim ut eius opus.

266. 4) *Conversio iudaeorum*[14]. Ea iudaeorum conversio, quae non omnium et singulorum necessario intelligenda est, sed eius numeri, ut Israel conversus dici moraliter queat, praedicta est. Os 3,4: *Quia dies multos sedebunt filii Israel et quaerent Dominum Deum suum et David regem suum* 1S*8 Rom 11,25s: *Nolo... vos ignorare... mysterium hoc... quia caecitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat et avertat impietatem a lacob...*

S.Augustinus: "Ultimo tempore ante iudicium ludaeos in Christum verum, id est, in Christum nostrum, esse credituros, celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium". S.Hieronymus: "Cum saeculum istud pertransierit ct intraverit plenitudo gentium, tunc etiam haec heus afferet fructus suos et omnis Israel salvabitur" ie.

Conversio iudaeorum differetur, ex verbis S.Pauli (Rom 11,25; cf. et Lc 21,24), *done plenitudo gentium intraret.* At num fieri nequit interca, quin iudaei nunc dispersi in Palaestinam convenientes statum quemdam iudaicum (quacumque ille sit forma politica et vel orthodoxus vel atheus vel communisticus) instituant? Si vero id erit id facti signum iamiam instantis illorum conversionis? Evangelio de his fiat, num prorsus tacente, nos de iis quidquam respondere non audemus

267. 5) *Adventus Eliae et Henoch*[1S]. Mal 4,5s: *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam venit dies Domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum; ne forte veniam et percutiam*

14 Cf. Bover. 887s; T.Martîn de Belâustegui, *La convcrsiôn dc los judios y cl fin de las nacioncs* (Barcelona 1922); Theotime de Saint-Just. *La conversion final des Juifs. Lc retour des nations au Christ-Roi:* EtFranc 49 (1937) 395-419; R.Thibaut. S.I.. *La grande tribulation:* NouvRevTh 55 (1928) 373-376; Ch.MarcaulT. *Comment Israel reviendra-t-il au Messie* (Paris 1924); A.Colunga. O.P.. *El rcino de Israel en los planes divinos A propâsito de la instauraclôn judia en Palestina:* CienTom 76 (1949) 353-366; J.M.GonzAi.Ez Ruiz. *La restauraciôn de Israel en los Profetas:* EstBibl 11 (1952) 174-187.

15 Alii vero hune locum aliter explicant: cf. Knabenbauer, h l.

10 S Augustinus. *De civ. Dci* 20 29: ML 41 704; S.Hieronymus. *In Jlab.* 3,17: ML 25 1333. Cf S.Prosper. *De vocat, omnium gentium* 1 21: MT. 51.674s.

σ Colunga, *l.c.* Cf. et J.Leal, S.I., *El destino Salvador de Israel:* RazFe 143 (1951) 365-374.

18 Knabenbauer, *Commentarius* ttt *prophetas,* h.L, 582-587; E.Mangenot, *Elie:* DB 2.1675s; L.van den Eerenbeemt. *Elias propheta in novissimis diebus:* VerDom 4 (1924) 259-263; A.Skrinjar, *Elias quidem venturus est...:* VerDom 14 (1934) 361-367; A.de Guglielmo, *De reditu Eliae dissertatio exepe^ica* (lerusalem 1938); E.Palis, *Hénoch:* DB 3,59.)s.

terram, anathemate. Eccli 48,10: *Qui* (Elias) *scriptus est in indiciis temporum, lenire iracundiam Domini...* Mt 17,10s: *Et interrogaverunt eum discipuli...: Quid ergo scribae dicunt quod Eliam oporteat primum venire? At ille... ait eis: Elias quidem venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis quia Elias iam venit...* Haec vero postrema verba sunt de Ioanne B., ut discipuli rem intellexerunt (Lc 1,17).

Ea loca Malachiae et Matthaei de Elia venturo legunt, iuxta Suarez, "Patres omnes", qui ceterum dicuntur eum adventum communiter asserere ln. Bellarmino de adventu Eliae et Henoch agens dicit "contrarium esse vel haeresim vel errorem haeresi proximum" et sic opinatur Sua.rez20. Ceterum theologi, vel moderni, communiter eum adventum iure memorant; at iam quidam exegetae de ea re dubitare videntur, ut Tobac, Condamin, Van Hoonacker, Allô (quoad Henoch), Huby, Chaîne, Meignan, Buzy, Spadafora, Pirot-Leconte, Spicq, Rehm 11.

Conversio futura iudaeorum tribuitur Eliae, ut de ea nuper agentem S.Augustinum audivimus. S.Gregorius M.: "...Hinc in evangelio quoque Veritas dicit: Elias veniet et ille restituet omnia (Mt 17,11). Nunc enim amisit israelifas Ecclesia, quos convertere praedicando non valuit, sed tunc, Elia praedicante, dinn quotquot invenerit colligit, velut plenius recipit quod amisit"''.

Adventus Henoch est minus probabilis. Maldonado putat Moysen loco Henoch esse venturum. A Lapide et alii multi exponunt' ut probabilius de Elia ct Henoch, Apoc 11,3: *Et dabo duobus testibus meis'3.* At alii eam interpretationem negantM.

26S. 6) *Phaenomena naturae* (quae sine dubio proxima erunt Christi adventui): a) Caelestia. Mt 24,29s: *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo et virtutes caelorum commovebuntur. Et tunc parebit signum Filii hominis in caelo* (cf. Mc 13,24-26). *b)* Terrestria. Lc 21,25:

10 Cf. SuarEz. 55.2 n.4-7. Lennerz (n.273); "Eliam venturum esse in fine mundi Patres quoque clare docent."

Bellarmino. 3,6; Suarez. 55.2.2.

21 E.Tobac. *Malachie:* DTC 9.1755-1759; A Condamin: RevApol 34 (1922) 108s; A.van Hoonacker, *Les douse petits prophètes* (Paris 1908) 740s; Allô. *l.c.*. XIJVs.131.139-142; Huby. *Évangile selon Saint Marc* (Paris 1929) 227s; J.Chaîne. *Introduction à la lecture des Prophètes* (Paris 1932) p.241; J R.Meignan. *Les prophètes dfIsrael. Quatre siècles de lutte contre Fidolatric* (Paris 1892) 242; D Buzy. S.C.I., *Évangile selon Saint Matthieu:* PirClam 9 (Paris 1950) 144; F.Spadafora. *Elia:* EncÇatt 5 (1951) 233; L.Pîrot-R Leconte, *Évangile selon Saint Marc:* PirClam, *ibid.*. 503s: Spicq *L'Ecricssiast.quc,* 822; Rehm, *l.c.* Cf. Lagrange, *Évangile selon Saint Marc4* 236s (haec—9.12s—recte intelliguntur, non de secundo adventu Eliae, sed dc adventu S.Ioannis Baptistae).

— S.Gregorius M.. *Moral.* 35,14.24: ML 76.762.

35 Stentrup. th.160; A Lapide, *In stpoc* 11,3; Palis, *l.c.,* 593s; Maldonado. *In Mt* 17.3.11.

'· Allô, 131.139-142.

Et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium prae confusione sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus prae timore... (cf. Ioel 2,30).

Ea vero phaenomena, quae ab aliis, ut S.Augustino, allegorice sumpta sunt[25], communius et ab exegetis et a theologis sensu *reali* intelliguntur, non quidem litteraliter, quasi v.gr. astra vere cadant, sed certe de veris phaenomenis *physicis* —utique solum respectu nostrae telluris—qualiacumque ea sint v.gr. forte de meteoritis labentibus.

Ceterum difficile definitur quo modo et qua mensura ea phaenomena impicantur et frustra intendercfur naturam singulorum signorum adventus Christi determinare (S.Th., *Suppi,* q.73).

N.B a) *Conflagratio mundi* in fine sacculi futura (2 Petr 3,10), ponenda esset in signis et quidem proximis adventus Christi, si constaret eam eventuram esse ante resurrectionem, ut' putant (communius ut videtur) alii ", non post eam, iuxta aliorum sententiam ",

b) Ut in V.T. quodlibet indicium Dei (Is 66,15-17; Ioel 2,1-3; Ps 96,3), sic in N. T. *indicium Dei finale* apparet *ut igne perficiendum* (1 Cor 3,13; 2 Thess 1,8; 2 Petr 3,12). Est *hic ignis iudicii finalis* metaphoricus an corporeus? Non constat. Si ille non identificatur cum igne *conflagrationis,* facilius sumeretur ut *metaphorice* adhibitus ratione igneae ct claritatis in illuminando et subtilitatis in penetrando et ardoris in sua vindicativa efficacitate. Si vero identificatur cum igne conflagrationis, ut est probabilius at quin de eo constet, ut *realis* habendus est ",

c) Aliqua quae nos in re de novissimis mundi cum communi sententia de iudicio finali vel de eius signis sumimus. Feuillet aliter intelligit cum v.gr. pcricopas Mt 21,1-44, Mc 13,24-27, Lc 21,25-27 omnino de fine regni iudaici allato per Christum morte ac resurrectione triumphantem et novum Ecclesiae suae regnum illi priori sufficientem interpretetur ",

* S.Augustinus. *Epist.* 199 c.11 n.39: MI, 33.919; *De civ. Dei* 20.24.1: MI, 41,697. Nec videntur rem sensu physico intelligere etiam A.Durand *(Évangile scion Saint Matthieu* 24,29 (Paris 1927] p.440s) dicens non prohiberi eam opinionem quod eae formulae solum reverentem naturae timorem coram iudice adveniente indicent; Lagrange *(Evangile selon Saint Matthieu* 24 29 p.467; Id.. *Évangile selon Saint Marc* 13,24 p.345s; Id., *L'avéncment du fils de l'homme:* RevBibl (1906) 388) putans iis verbis non signa finis mundi sed imagines proponi quibus interventus maiestatis Dei exprimatur. Eum sequuntur Huby. 346; Id, *Apocalypse et histoire:* Constr 15 (1944) 80-100: E.MancEnot, *Fin du monde:* DTC 5.2510; A.Feuillet, P.S.S., *Le discours de Jésus sur lia ruine du temple:* RevBibl 56 (1949) 62s. Cf. Prat, *Jésus-Christ* 2 p.2Sl (dicit haec esse obscura).

M S.Th.. *Suppl.* 74,7s; Λ Labide, *In 2 Petr* 3.7; Palmieri. S 48 η.3 et addit: "Utrum vero antequam veniat iudex, an ipso adveniente ignis sit excitandus, profecto nescimus cum certitudine definire." Katschthai.ER, p 420 nota: "Ante indicium, in iudicio, et post indicium."

37 S.Augustinus, *De civ. Dei* 1.20 c.14.16.30: ML 41,679.682.708; S.Bonaventura. *in 4* d.47 a.2 q.5 ad 1; SuÀRBz. 57,1.6; PoiilE-GiBrEns. 3 p.703; Jungmann. n.177. Hubt *(l.c.:* Constr 15 [1944]' 89) tamen putat eam symbolice sumi posse et. ut videtur, J.Chaîne, *o.c.,* 87.91s.

28 Cf. Michel. *Feu du jugement:* DTC 5.2239-2246.

38 Feuillet, *La venue du régne de Dieu cl du Fils de l'homme (d'après I.uc 17,20 à 18.8j:* RechScRel 35 (1948) 544-565; *Lc discours de Jésus sur la ruine du Temple:* RevBibl 55 (1948) 487-502; 56 (1949) 61-92; *La synthèse cschatologiqiic dc Saint Matthieu (XXIP-XXI/):* *Ibid.,* 340-364; 57 (1950) 62-

CAPUT II

De carnis resurrectione

ARTICULUS I

De Futura mortuorum resurrectione

Thesis 12. Ad secundum Christi adventum omnes homines resurgent cum iisdem corporibus quae in vita gestaverint.

S.Th.. *Suppi,* q.75-86; S.Bo»·'.ventura, *In 4* d.43 a.l; q.l; d.44 q.l a.1-3; Suarez, d 50; Beraza, n.1425-1494; Lennerz. n.283-294; De Broglie, th.15; Michel, *Résu-rrr^n^ jes morts:* DTC 3,2501-2571.

269 Nexus. Actum est in praecedentibus de secundo Ch'-iati adventu. Tam quaestio est de resurrectione mortuorum. De qua ergo nunc dicturi, statuemus eius factum ac universalitatem, identitatem corporis resurgentis cum corpore antea vivente, et quidem *per modum unius,* cum eae omnes quaestiones iisdem argumentis probent-ir.

270. Notiones. An secundum Christi adventum i.e. eum, qui, prout oppositus primo ipsius adventui per incarnationem, erit in fine mundi. Ex modo loquendi fontium putandum est eodem fere tempore et Christum esse venturum et mortuos resurrecturos esse; at huius facti tempus nequit ulterius determinari.

Omnes homines, scilicet, adulti, sive boni sive mali, et infantes, sive baptizati sive non baptizati ac sive extra uterum matris sive intra eum defuncti. Non vero nisi, ut est probabile, mortui etiam sint, iusti postremae generationis; nec ii qui iam definitive surrexerunt, ut B.Virgo, et, iuxta multos[1], aliis tamen id negantibus [2], illi qui cum Christo surrexerunt (Mt 27,52s).

"1.180-211. Pariter Sbauaeora. ‹· *la fine di Gerusalcmmc* (Rovigo 1950); *Escatalopia:* EncCatt 5 (1950) 544-548. Illud signum non esse nisi perturbationem cosmicam, dc qua inferius, tenet BrunEC, *l.c.,* 218-220 348-351.

1 SuArkz, /4·., in q.57 a.3 n.!4s; Knabenbauer, *In· Mt* 27,52$ p.546. Cf. <t 1I.Zei.ler. *Corpora sanctorum. Eine Studio su Matt 27,52-53:* ZkathTh 71 (1949) 385-465. Negat ibi agi de mortuis resurgentibus AAVinklhofer, *Corpora sanctorum:* ThQschr 132 (1952) 30-67.

2 S.Th.. 3 q.53 a.3 (qui tamen antea—*Suppi, q.77* a.l ad 3—videtur aliter sensisse); S.Augustinus. *Ep.* 164,9; ML 33.712.

Cum homo quasi antonomastice sit homo adultus ct proin suorum actuum morahter conscius, fontes in Itac re infantes expresse memorare non solent. Tamen cum ii (sive sint baptizati sive non sint ct sive extra uterum matris sive intra eum mortui fuerint) a<l genus humanum vere pertineant ac proin homines vere sint, etsi de suis factis rationem non' sint reddituri, et cum aliunde fontem numquam eos excludant, nulla ratione ii putarentur assertis resurrectionis non includi.

271. Resurgent. Asseritur factum resurrectionis, quae est iterata eiusdem animae cum *eodem* corpore cohiunctio (S.Th., 4 CG 79) in unam naturam et proin in unam personam. Unde ea etiam definiri potest: *corporis humani ad vitam quam morte amiserat revocatio.*

Non est ergo *recreatio,* qua Deus ens annihilatum in vitam revocet, sed *mutatio,* cum ea sit ex praesupposito subiecto. Ob hanc rationem ea non est nisi in entibus corruptibilibus seu compositis materia ct forma. Est mutatio *substantialis,* nam cum productio (sicut esse) accidentis, ct proin corruptio eius, non sit nisi secundum quid, reparatio compositi accidentalis non est nisi secundum quid, et ideo non vocatur resurrectio. In ea fit *idem homo* qui esse desierat, cum secus ea non esset resurrectio, sed multiplicatio hominum et nova quasi generatio.

Haec omnia Suarez concludit, resurrectionem ex usu vocis in fontibus theologicis adhibito definiens: "Mutationem substantialem qua id quod prius exstiterat et corruptum erat, idemmet iferum producitur" [3].

Resurrectio: inspecta *active* vocatur aptius *resuscitatio,* utpote actio Dei mortuos ad vitam revocantis; *passive* dicitur *resurrectio cornis,* ut a resurrectione spiritus per gratiam distinguatur (Coi 3,1) et praesertim ne quis putet animam simul cum corpore interiisse et eatn etiam in vitam cum hoc revocari *(Catech. Rom.* 1,12,2).

272. Cum iisdem corporibus quae in vita gestaverint. Requiritur ergo corporis resurgentis cum corpore mortuo identitas, *non mere specifica,* ita ut anima corpus humanum, etiam numerice distinctum ab illo cum quo antea fuerat, assumat, *sed et numerica, ita ut ea idem numero corpus* assumat quod antea vivificarat.

Id vero asserti, de identitate *numerica* ad resurrectionem catholice intellectam requisita, bene distinguendum est ab illa quaestione inter catholicos disputata, utrum ad eam identitatem numericam requiratur *eadem materia* quae antea fuit v.gr. Petri, an sufficiat ut huius anima *cum qualibet materia* ita coniungatur, ut ei etiam ipsam individuationem infundat. A qua re inferius in scholio exponenda in thesi praescinditur, ita vero ut huius difficultates interea iuxta illud primum, quod prorsus putamus tenendum esse, solvamus.

3 Suârüz, 44.1,1.

273. Adversarii. Antiquitus *Gentiles* (Act 17,32) *. *Sadducaei* (Mt ,22,23; Mc 12,18; Lc 20,27 ; Act 23,8). Christiani quidam aevi apostolici (1 Cor 15,12), quos inter erant Hymenaeus et Philetus, dicentes resurrectionem iam esse factam (2 Tim 2,16-19. *Gnostici plures*3. Marcion et *Marcionitae* °. *Manichaei L*

Serius *Albigenses.* Iuxta *Socinianos,* solum *boni,* et quidem cum corpore *spirituali,* resurgent8*

Postea *Rationalistae et quidam Protestantes* °. *Quidam Adventistae* dixerunt *malos* non resurgere, sed esse «in somno aeterno 10.

274. Doctrina Ecclesiae. *C.Lateranense IV* (D 429): Electi et reprobi "omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quae nunc gestant, ut recipiant secundum opera sua..." *C.Lugdunense II* (D 464); "Omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem". Benedictus XII (D 531) eadem repetit.

Symbola: Apostolicum memorat (D 2 6 9) "carnis resurrectionem". *Epiphanii* memorat (D 14) "mortuorum resurrectionem"; cf. et *Nic.Constantinopolitanum* (D 86). *Athanasianum* (D 40): "Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationem"10*.

Eadem fere docent Pelagius I (D 22Ss), C.prov. *Toletanum XI* (D 287), Leo IX (1) 347), Innocentius 11L (D 427).

275. Valor dogmaticus. *De fide divina el catholica definita* (D 429 464 531) et quidem eo sensu universali quo nos de omni homine thesim sumimus.

Si vero obiciatur eam universalitatem non sic expresse documentis allatis proponi, haec statuenda esse videntur: a) *De fide divina et catholica definita,* pro omnibus adultis, b) *De fide divina et catholica,* pro omnibus infantibus extra uterum maternum mortuis, cum sine solida ratione putaretur Ecclesia etiam hos, fide sua in resur-

4 Cf. Tertullianus, *De praescript.* 7: ML 2,19.
6 TixEront, 1,180.202.
° Tixeront, 209-212.
7 Tixeront, 471,508. Dc antiquis haereticis resurrectionem negantibus, cf. C.Schiltz, *La résurrection des corps devant la raison:* NouvRevTh 54 (1927) 281-285.
8 Ki.xE, 2 (Paris 1848) 500; Vernet, *l.c.,* 678. *De socinianis, cf.* Christiani, *Socinianisme: l.c.,* 2333.
° Cf. KatschthalEr, n.352; Tanquerey, 3 n.1169.1178.
10 Tanquerey, *Adventistes: l.c.,* 514.
io· jje huius dogmatis, ut valde efferendi, inclusione in symbolum fidei ac de eius connexione cum praecedentibus articulis et de eius relatione ut effectus ad Spiritum S., cf. P.Nautin\ *Je crois à l'EsPrit Saint dans la Sainte Eglise Pour la Résurrection de la chair'* (Paris 1947) 26s 36-39.

rectionem, non complecti. Nam formula "resurrectio carnis" vel "mortuorum sensu obvio asserit resurrectionem omnium et quidem cum iisdem corporibus suis, c) *De fide divina ct catholica* ex eadem ratione, pro infantibus mortuis intra uterum maternum, cum nulla sit ratio hos ab illis distinguendi".

Fuerunt tamen qui sine solida ratione thesim dc infantibus nonni ut *certam* proponerent, cum fontes de iis expresse non agant".

276. Probatur ex sacra Scriptura [12]. Ea docet: a) *Resurrectionem* in specie *quoad iustos,* determinate *quoad bonos et malos,* in genere *quoad mortuos.* At saltem haec postrema formula (et secunda ex supra dictis n.275) putanda est *infantes omnes* includere, etiam cum ea speciatim iustis applicatur. Immo infantes baptizati censendi sunt indicari, ubi de resurrectione *iustorum* agitur, maxime si ibi adulti expresse non memorantur, b) *Identitatem corporis* resurgentis cum mortuo, in genere ex sensu obvio notionis resurrectionis, et sat expresse aliquando, ut mox apparebit.

A. *Christus* docet: a) In specie resurrectionem iustorum. Io 6,55 (cf. v.39s): *Qui manducat meam carnem... et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Lc 14,13s: *Cum facis prandium, voca pauperes...: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.*

b) Determinate resurrectionem bonorum et malorum, Io 5,28s: *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, et procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii.*

c) In genere resurrectionem mortuorum. Sadducaeos resurrectionem negantes docet: *In resurrectione enim neque nubent neque nubentur..., De resurrectione autem mortuorum non legistis...: Ego sum Deus Abraham...? Non est Deus mortuorum, sed viventium* (Mt 22,23-33; Mc 12,18-27; Lc 20, 27-40). Ideam iudaeorum de resurrectione (Mt 14,2; 6,14; Lc 9,8) confirmat: *Dicit ei Martha: Scio quia resurget* (Lazarus) *in resurrectione in novissimo die. Dixit ei lesus: Ego sum resurrectio et vita* (Io 11,23-25; Mt 10,28; Lc 14,14).

B. SS.Petrus et Ioannes annuntiant (x\ct 4,2): *In lesu resurrectionem ex mortuis.* Ergo haec saltem pro iustis valent.

11 Siuri. 14,2,21. Cf. S.Augustinus, *Enchir.* c.84-87: ML 40,272; *Dc civ. Dei* 22.13: ML 41.776.

12 Cf. J.van der Meersch, *Expone in quo consistat dogma, de resurrectione carnis:* CollatBrug 15 (1910) 458-460.

11 biURi, 14,2,21. Cf S.Augustinus. *Enchir.* c.84-87: ML 40,272; *Dc civ. Dei* *Unsterblichkeit-und Auferstehungsglaube in der Bibcl* (Brixen 1902); F.NoTSCHER, *Altoricntaiischcr und alttestamentlicher Auferstehungsglaube* (Würzburg 1926).

277. C. S.Paulus docet14 : *a)* In genere resurrectionem *mortuorum.* Coram Sadducaeis et Pharisaeis dixit in concilio: ... *De spe et resurrectione mortuorum ego indicor* (Act 23, 6-8; cf. 26.23).

(?) Determinate resurrectionem *bonorum* et *malorum.* Coram Felice praeside Paulus confitetur Christianos exspectare *resurrectionem futuram iustorum et iniquorum* (Act 24,15).

c) In specie resurrectionem *iustorum,* formulis quae et *infantes baptizatos* sine dubio includunt. Proponens resurrectionem Christi ut exemplar nostrae resurrectionis dicit (Rom 8,11): ... *Qui suscitavit lesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora nostra...* 1 Thess 4,13s...: *Si enim credimus quod Icsus mortuus est et resurrexit, ita ct Deus cos, qui dormierunt per lesum, adducet cum eo* '5.

d) Data vero opera resurrectionem iustorum docet in 1 Cor 15, ubi post probatam Christi resurrectionem, statuit nostram resurrectionem his ideis ab ipso connexis: *Si... Christus praedicatur quod resurrexit..·, quomodo... resurrectio mortuorum non est?* (v.12). *Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit...* (v.13.15s). *Si Christus non resurrexit..., et qui dormierunt in Christo perierunt* (v.14.17-19). At Christus resurrexit, unde (v.21s): *Per hominem mors ct per hominem resurrectio mortuorum. Iit sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.*

Sane si mortui non resurgunt (v.26): *Quid facient qui baptizantur pro, mortuis; si omnino mortui non resurgunt?*38 (v.30-32)': *Si... ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?*

Idem corpus quod sepelitur resurget (v.35-52) : *Seminatur* (corpus) *in corruptione, surget in incorruptione... ct mortui resurgent incorrupti*3T.

278. D. *Vetus Testamentum* (S.Th., 4 CG 81). <i) In 2 Mac *7,9-*23, descriptio martyrii septem· fratrum Machabacorum supponit

M L.SimEonE, *Resurrectionis iustorum doctrina in epistolis Sancti Pauli* (Romae 1938); II.Molitor. *Die Auferstehung der Christen mid der Nichtchristcn nach dem Apostel Paulus* (Münster 1933); C.I.attey, S !.. *Theses Paulinae: XII. Dc resurrectione carnis:* VerDom 6 (1926) 281-284 309-317; Rover, 899-909; Prat. *Théologie de Saint Paul,* 2.437-443; RoxsirvEx, *L'Évangile -de Paul* (Aubier 1948) p.315-326; Lercher, IV-2® n.«869-872; L.Cbrfaux. *La résurrection des morts dans lu vie ct la pensée de saint Paul:* IjimVic 1 (1°25) 61-82; CeüfpEns. *Quaestiones selectae ex epistolis S Pauli* (Taurini; 1951) 109-130.

15 Cf P.Magnien, *La résurrection des morts d'après la prcnftcrc épîlrc aux Thcssaloniciens:* RevBib (1907) 349-382.

Vis obvia argumenti est independens a dogmatica loci explicatione, quae proponatur (de qua cf. n.lS).

17 S.Paulus pluribus aliis locis agit de resurrectione v.gr. Act 4.2; 17 18 32· 26,8.23; 1 Cor 6,14; 2 Cor 4,14; Rom 8,19.23; 2 Tim 2.16-19; 1 Thess 4*.13-17*.

iudaeorum fidem de resurrectione, saltem iustorum. quam scriptor sacer implicite approbat. Secundus ait tyranno: 7'«... *nos perdis; sed rex mundi defunctos nos... in aeternae vitae resurrectione suscitabit.* Tertius, proferens linguam et manus offerens abscindendas, ait: *Propter Dei leges haec ipsa despicio, quoniam ‹ib ipso me ea recepturum spero.* Quartus: *Potius est ab hominibus morti datos spem exspectare a Deo, iterum ab ipso resuscitandos; tibi enim resurrectio ad vitam non erit.* Mater dicebat filiis suis: *Mundi Creator... spiritum vobis iterum... reddet et vitam* “.

b) Item 2 Mac 12,43s: ludas, colligens pecuniam ad sacrificium pro defunctis, dicitur: *bene et religiose de resurrectione cogitans; nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur orare pro mortuis.* Et in his ab auctore sacro approbatur, ut patet.

c) Ex V.T. etiam afferri possunt: Is 26,14; 19,21; Ez 37,1-14; Os 13,13”; Dan 12,2, ubi agitur de *multis* i.e. directe de iis de quibus in toto contextu agitur seu de his qui vexantur et de iis qui persecutionem sustinent; af inde concludi licet ad *omnium* resurrectionem. cum par sit pro omnibus hominibus ratio

279. lob 19,25-27: *Scio enim quod... in novissimo dic de terra surrecturus sum; et rursum circumdabor pelle mea, et in carite mea videbo Deum meum...*

Hinc, praeter multos auctores protestantes, aliqui catholici apud quos moderni frequentiores fiunt, ur v.gr. Peters, Szczygicl, Dhorme. Heinisch, Bigot, Dennefcld, Hudal, Junker, putant eum locum esse de restauratione lob per Deum in pristinam salutem ac fortunam et sic de cius innocentiae proclamatione per Deum (vel forte simpliciter de hac proclamatione in theophania visibili coram amicis a-Iahve peragenda, ut ait Beel), non vero de resurrectione, etsi, ut notat Junker, fob attingat per fidem spem immortalitatis”.

Patres vero qui de eo loco egerunt, ut SS.Hieronymus, Augustinus, et alii, item plerique exegetae catholici ac moraliter omnes Theologi, ut v.gr. S.T'homas, Corluy, Hetzenauer, Knabcnbauer, Ceuppens, Lesêtre, Royer, Lagrange, Prat, Ricciotti, quem probat Calés, Robin locum intelligunt de resurrectione®.

ω Cf. H.Bückers, C.SS R.. *Das "Ewigc Lcben" in 2 Makk 7,36:* Bibi 21 (1940) 406-412. De doctrina resurrectionis in V.T., cf. C.i.arcuer. *La doctrine de la résurretion dans l'Aiicicn Testament:* LutnVie 1 (1952) 11-34.

10 S.Hieronymus, in h.l.: MD 25,938; F.König, *Die /luferstehungshoffnuuq bei Oste 6,1-3:* ZkathTh 70 (1948) 94-100.

30 Knabenbauer, *In Dan* 12.2 p.317. Cf. Linder, *o.c.*, 481s. Cf. et Dan 12.13 (tex. hebr.): “Et resurges in sortent tuant in fine dierum.”

31 N.Peters. *Das Ditch Job, übersctst und erkldrt* (Münster 1928); P.Szczygiel, M.S C., *Das Buch Job* (Bonn 1931); P.Dhorme, O.P.. *Le livre de Job* (Paris 1926); P.Heinisch. *Théologie des allen Tcstamcntcs* (Bonn 1940) §43 p.257s; L.Bigot, *Job (Livre dc);* DTC 8.1473s; L.Dennefei.d, *Judaïsme:* DTC 8.1484s; A.Hudal, *Tcxtkritischc und exegetischc Bemerkungen su Job 19,25-37:* BiblZeitschr 14 (1917) 214-235; H.Junker, *Dos Buth Job* (Würzburg 1951) 44s; M.Garcîa. O.P., *La esperansa de la resurrccciôn corporal en cl libro de Job:* CienTom 80 (1953) 1-23; A.Lefèbre, *Job (Lc livre de);* DBS 4,1089-1091, vult non negari ibi esse quoddam de vita futura mysterium, etsi de restauratione temporali agatur. Ea verba indicant conditionem (si ego ipsum post mortem y derem) iuxta E.Kissane. *The Book of Job* (New York 1946).

23. S.Hieronymus, *Epist.* 53..8: ML 22,545; S.Augustinus, *Dc civ. Dei* 22.29,4: MI. 41,799; S.Th.. 4 CG 79; *In lob* c.19 1.2; J.Corluy, *Specilegium dogmatico-biblicum* 1 (Gandavi 1884) 278-296; Hetzenauer. *Theologia biblica* 1 (Friburgi Br. 1908) 630-632; KnabEnbauER, h.l.; Cevppens, *De resurrectione mortuorum apud lob c.19 v.25-27:* Ang 7 (1930) 433-459, qui et alia et plures

Id aestimamus esse probabilius, cum sollemnia verba proxime praeuntia et proxime sequentia spem rei magnae testari videantur (19,23-24.28-29) diim aliunde sive ex praecedentibus sive ex consequentibus lob in vita terrestri non aliquam divinae iustitiae erga se manifestationem, sed solam mortem sperare putetur (10,20-22; 14,13; 16,23; 17,1.13-16; 19,10; 30,19-23).

280. Probatur ex traditione. A. *SS.Patres.* Vix necesse est eorum testimonia appellare in hac re fundamentali adeo explicite ab initio proposita in fontibus et quam, teste S.Clemente Rom. (R 13), Dominus continuo nobis ostendit: "Dies et nox resurrectionem nobis ostendunt; nox cubat/exsurgit dies; obit dies, nox ingruit" (cf. Minucius F., R 272). Hinc S.Augustinus: "Propria fides est Christianorum resurrectio mortuorum" 23.

Iam initio specialia *dc resurrectione* opera scripserunt S.Iustinus (?), Athenagoras 24, Origenes 25, Tertullianus 26 S.Methodius 27, S.Ioannes Chrysost., Aeneas Gazaeus, S.Gregorius Nyss. 28

Hinc, praeter alia testimonia docentia vel universalitatem resurrectionis (cf. v.gr. S.Iustinus, R 155; S.Irenaeus, R 191; Aphraates, R 694, etc.) vel identitatem corporis (cf. v.gr. Tatianus, R 155; S.Cyrillus Hier., R 836s;

SS.Patres pro sua interpretatione memorat; LesFtrE. 1064; Royer, *o.c.,* 138ss; Lagrange, *Le Judaïsme avant Jésus-Christ* (Paris 1931) 353; Prat, *Job (.Livre de):* DB 3,576s; G.Ricciotti, *Il libro di Giobbe* (Torino 1924); J.Calés, *Bulletin d'exégèse dc l'Ancicn Testament:* RcchScRel 16 (1926) 547; JE.Robin, *Jon:* PirClam 4 (Paris 1949) 785 (saltem in id inclinat).

83 S.Augustinus, *Serin.* 241,1: ML 38,1133; R 1922: "Resurrecturam tamen carnem omnium quicumquc nati sunt hominum atque nascentur et mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus." Cf. et S.Ignatius: R 74.

31 S.Iustinus, *Dc resurrectione:* MG 6,1571-1592; Athenagoras, *De resurrectione mortuorum:* MG 6,973-1024. Cf. A.Casamassa, O.S.A., *Gli Apologisti greet* (Roma 1944) 102-107 (S.Iustinus) 171-181 (Athenagoras) 192.194 205.200 (Theophilus Antiochenus). L.Chaudouard, *La philosophie du dogme de la résurrection de la chair au IIe siècle* (Paris 1905).

23 Origenes, *Dc resurrectione:* MG 11,91. Cf. M.R.Cadiou, *La jeunesse d'Origènc* (Paris 1936) p.117-126. Origencm vero accusat quod sit extra Traditionem, quasi non recte docuerit ipsum corpus materiale qua tale resurgere, Journet, *Saint Augustin et l'exégèse traditioncllc de "corpus spirituale":* Augustinus Magister (Paris 1955) 883s889; cf. et Danielou. *Origcne,* 215s.

30 Tertullianus, *Dc resurrectione carnis:* ML 2.791-886; cf. D'Alès. *La théologie dc Tcrtullien* (Paris 1905) p.150-159; Schw., *Ucber die Auferstchungslchrc Tertullians und Identitat des Auferslchungslcibes* wd *Bcsonderen:* Kath (1860,1) 299-323.

27 S.Methodius, *Dc resurrectione:* MG 18,265-330. Cf. I.Forges, *Les idées morales ct religieuses de Méthode d'Olympe* (Paris 1929) 191-212.

A S.Ioannes Chrysost., *De resurrectione mortuorum:* MG 50,418-432; Aeneas GazaEüs, *Dialogus de animarum immortalitate et corporum resurrectione:* MG 85.872-1003; S Gregorius Nyss., *Dc anima ct resurrectione dialogus:* MG 46.11-160; cf. *Dc hominis opificio* c.21-27: MG 44,202-230: de eius mente cf. Danieiou, *La résurrection des corps chez Grégoire dc Nysse:* VidChr 7 (1953) 154-171. Cf. de SS.Patrum doctrina in hac re G.Scheurer, *Das Auferstehungsdogma* in *der vornicanischen Zcit* (AVurzburg 1896); J.M.NiElen, *Ich Glau.be an die Aufcrstehung des Flcisches. Fatcrzeugnisse ans den ersten christlichcn Jahrhundertcn* (Freiburg Br. 1941). Resurrectionem referri in traditione ad Spiritum S. indicat Nautin, *l.c.,* 29-36.

S.I.Damascenus, R 2375), pauca nunc sufficiant, in quibus utrumque assertum simul habeatur.

Tertuilianus (R 365): "Resurget igitur caro et quidem omnis et quidem ipsa et quidem integra..."

S.Hippolytus (R 395): "Nos credimus corpus resurrecturum; si enim corrumpitur, non omnino perditur; terra enim recipiens eius reliquias, eas servat... Cuilibet corpori sua propria anima reddetur; et illo induta non maerebit, sed cum illo gaudebit... Iniusti vero non immutata accipient corpora, nec liberata affectibus et morbis..., sed in iis morbis quibus vita finierunt, et eadem quae antea fuerunt resurgentia..."

S.Caesarius Arel. (R 2222): "Erit resurrectio mortuorum...; non prima iustorum et secunda peccatorum..., sed una omnium. Et si id resurgere dicitur, quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit... Non... aliud corpus pro came, sed eadem caro corruptibilis quae cadit, resurgit incorruptibilis; tam iustorum quam iniustorum caro incorruptibilis resurget..."

281. B. Fidem resurrectionis item testantur: a) *Acta martyrum,* qui spe resurrectionis in tormentis roborantur[29].

b) *Nomen coemeterium* (κοιμητήριον) seu dormitorium, quo christiani locum sepulcrorum designant; inde derivantur formulae "dormit", "dormitio", "in somno pacis", in multis sepulcris positae. Item catacumbarum picturae, imagines, inscriptiones sepulcrales, in quibus est v.gr. Ezechiel ossa arida excitans, Lazarus redivivus, phoenix ex cineribus surgens, ovum unde pullus gallinae erumpit[80].

c) *Liturgia defunctorum* v.gr. Rituale Romanum haec habet: "Omnipotens Deus... sanctificetur hoc coemeterium, ut humana corpora, hic post vitae cursum quiescentia, in magno

20 Ruinart, *o.c.,* p.150.494. Quidam christiani, praesertim rudes, timebant ne, si cadaver destrueretur ct eius reliquiae dissiparentur, resurrectio impediretur: cf. E.le Blant. *Les persécuteurs cl les martyrs aux premiers siècles dc notre ère* (Paris 1893) p.251-269. Item pagani Martyrum Lugdunensium cineres in flumen proieccrunt, ut cis spem resurrectionis auferrent: cf. Eusebius. *Hist, cedes.* 5,1: PG 20,433. In rationibus cultus reliquiis exhibendi ea efferebatur, quod cum animo cineres essent iungendi: cf. S.Hieronymus, *Epist. ad Pammach., de dormit. Paul.:* CV 54 n.5 p.653.

30 S.Bour, *Epigraphic chrétienne:* DTC 5,341 s; Scaglia. p.66ss; I* Carroi-H.Leclercq. *Monumenta Ecclesiae Liturgica* 1 (Parisiis 1902) n.2776s.2882. 3064.4347s; C.Kaufmann, *Handbuch der altchristlichen Epigraphik* (Freiburg Br. 1917) s.5-10. Prudentius, *Cathcmcrinon* 10: ML 59,880s: "Quidnam sibi saxa cavata—Quid pulchra volunt monumenta—Nisi quod res créditai illi—Non mortua, sed data somno?—Hoc provida—christicolarum—Pietas studet, utpote credens—Fore protinus omnia viva—Quae nunc gelidus sopor urget."

indicti dic simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitae perennis gaudia'"[31].

282. Ratio theologica. 1) Christus venit in mundum, ut ea quae Adam peccans nobis amisit—in quibus est immortalitas—nobis repararet. Congruum vero etiam est ut ea immortalitas nobis reddatur in eo corpore quod speciali nexu originis, informationis, vitae terrenae, vitae moralis, ad animam pertinuit.

2) Si Christus, Caput Corporis Mystici, resurrexit, oportet ut eius membra pariter resurgant[32]. At ceterum Christus surrexit cum eodem corpore quod in vita mortali habuit.

3) Non decet ut corpus sacramentis refectum, templum Spiritus S., membrum Christi, sorti cadaverum irrationalium tradatur.

Haec omnia, *proprie* ad iustos spectantia, peccatores et infideles quadantenus attingunt, si aliunde de eorum exclusione a resurrectione non constef.

283. *Ratio naturalis* nihil de *facto* resurrectionis, *quale* est in hoc ordine scire potest, cum ea quoad exemplar Christum, quoad originem ex meritis Christi, quoad modum et, saltem in iustis, quoad terminum, sit supernaturalis; at potest eius *facti qua talis* congruentiam ostendere:

Totus homo meretur ct demeretur; ergo oportet ut totus homo praemium vel poenam recipiat. Anima est vere, per se et essentialiter corporis humani forma; ergo et appetitu innato illud informare cupit et ab eo separata complemento substantiali ipsi naturaliter debito caret.

Haec vero omnia directe valent quoad idem corpus cuius anima est originaliter forma et quod cum ea meruit. Ceterum illius est surgere cuius est cadere; at cadit hoc numero corpus; ergo hoc idem resurget (S.Th., *Suppl,* q.79 a.1; S.Epiphanius: R 1088; Tertullianus: R 345).

N.B. Ex rationibus naturalibus nuper allatis resurrectio probabilius est naturae humanae *naturaliter debita,* iuxta alios, ut sunt v.gr. Lessius, T.Gonzâlez, Costa Rossetti, Ferctti, Mercier[33], At communius cum S.Thoma, ut videtur *(Suppl,* q.75 a.3), Suarez, aliis,

[31] *Rit. Rom.* tit.S c.29. Cf. Cabrol-LecîXeCo, *Le liber Ordinum,* ed. M.Férotis, *Mon. Reel. lit.* 5 (Paris 1901) col.113.134.392.395. etc.

[32] Cf. S.Th., *Suppl.* q.7S a.1; S.Gregorius M., *Moral.* 14.55.68s: ML 75.1O75ss; A.CapEw.azZI, *Rgli è risorto, noi risorgeremo* (Crcma 1927); J.Ax-CER. *La doctrine du Corps Mystique de Jésus-Christ* (Paris 1929) p.4* c.1; A.Jaxssess. C.I.C.M.. *Dc valorc soterioiogico resurrectionis Christi:* EphThLov 9 (1932) 225-233. Cf. Rom 6.5 et 8.10; 1 Cor 15,20-23: Col. 3.1-4.

[33] Lessius, *Dc immortalitate animorum* n.56; T.Gonzalez, SI., *Selectae disputationes in universant theologiam* 4 (Salmanticae 1686): *Dc statu naturae purae* s.5 n.74-104; J.Costa Rossetti. S.I.. *Philos, moralis-* (Oeniponte 1886) th.15-17; A.FerKTTx. *Phil, moralis* (Romae 1887) p.88s; DJ.Mercier. *Psychologie* 2s (Louvain 1923) n.290s. Etiam, ut videtur, *Catcch. Rom.* 1,12.15 et forte Hurter, 3 n.704; G.Schiltr *(l.c.,* 339-360) idem SS.Patribus et S.Tbomae tribuit.

ea opinio negatur, cum rationes naturales pro resurrectione bene de huius convenientia, non vero de necessitate, intclliganturM.

Ceterum resurrectio, ut ea est' unio animae cum corpore, ac proin praecisis aliis aditmclis quae esse queunt v.gr. in resurrectione iustorum, potest dici naturalis *ratione termini,* quatenus ad vitam naturae terminatur, ut illuminatio caeci ad visum naturalem (S.Th., ibid.), at miraculosa *ratione* modi, ut miraculosa aliqua sanatio.

Ulterior vitae indestructibilitas, videtur, iuxfa Billot, esse quoad subtantiarn naturalis, eo "supposito quod fiat resurrectio", quatenus iam nihil erit quo corpus corrumpi queat (S.Th., *Suppi,* q.86 a.2) ".

284. Obiectiones. Praetermittimus hic difficultates directe impetentes *identitatem numcricam materiae* corporis resurgentis et corporis mortui, iuxta inferius exponenda.

A. /;.r *Scriptura.* 1. fob 14,12: *Homo, cum dormierit, non resurget.* 14,1-1 ; *1'utasne mortuus homo rursum vivat?* His resurrectio negatur. Ergo ea non datur.

Dist. mai. Negatur iis resurrectio ad vitam terrenam, *conc. mai.;* omnis resurrectio, *nego mai.*

Iis verbis negatur solum resurrectio ad vitam terrenam, qualem nunc gerimus, ut patet ex sensu obvio totius contextus et ex v.7-9 ".

2. Ps 1,5: Aon *resurgent impii in- iudicio.* Ex his, resurrectio impios non attinget. Ergo ea non erit universalis.

Nego mai. Ex textu hebraico (*|*3p' ex verbo Dip) sensus est: *non consistent (vel iion erecti stabunt') impii in iudicio,* seu coram Deo indice (sive in hac sive in futura vita), cum Deus ab illis oculos avertat, iustos vero benigne rcspiciat !n.

3. Mt 22,30: *In resurrectione... erunt sicut angeli Dei.* Ex his, iusti erunt ut angeli Dei. At angeli carent corpore. Ergo et iusti eo carebunt.

Dist. mai. Iusti erunt ut angeli, quatenus non nubent, *conc. mai.;* quatenus corpore carcbunt, *nego mai.*

In contextu nonni illud excluditur. Et ipsa verba "in resurrectione" hanc implicite affirmant.

285. 4. 1 Cor 15,50: *Caro ct sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Ex his, corpus nequit caelum obtinere. Ergo nulla est resurrectio.

Dist. mai. Corpus peccaminosum, vel etiam corpus corruptible, nequit caelum obtinere, *conc. mai.;* corpus simpliciter nequit caelum obtinere, *nego mai.*

Textus indicat servientes desideriis carnis. Vel etiam ibi agitur de corpore corruptibili, cum vel iusti gloriam non nisi transformati corpore sint possessuri (v.42-54). Sane non excludi resurrectionem patet' ex toto capite.

5. Christus est exemplar resurrectionis nostrae (1 Cor 15,49; 1'hil 3,21). At rgprobt nequeunt ad exemplar Christi resurgere. Ergo non resurgent.

34 SuarEz. 44 s.7.
35 Billot, th 10 § 2.
M KnahenuauKr. h.l.
37 Cf. *Liber Psalmorum,* cura professorum Pont· Instit. Biblici (Romae 19451 p.1; VV.GessEnius. *Thesaurus... linguae hcbraicac...2* (Lipsiac 1853) 3,1204; F.X.AcuirrE, *"Non resurgent intpii in iudicio" ps.1,5:* VerDom 6 (1926) 75·

Dist. mai. Christus est exemplar resurrectionis nostrae i.e. instorum proprie et stricte, *conc. mai.;* exclusive, *nego mai.*

Christus resurgens est' proprie et stricte exemplar iustorum resurgentium, quatenus ii, ut ipse, glorioso corpore resurgent; non vero est exclusive exemplar iustorum, cum etiam reprobi de facto (etsi non gloriose) resurgant et proin sic, etsi inaequali resurrectione, ipsi similes fiant (S.Th., *Suppi,* q.75 a.2 ad 3).

N.B. Obiectio ex Eccl 3,19 explicatur ubi agitur de immortalitate animae. Si quando numerus resurgentium certis limitibus in Scriptura restringi videatur, agitur saepe dc resurrectione gloriosa v. gr. Lc 20,35s. Io 6,40, Rom 6,5, vel forte de resurrectione ad vitam gratiae, ut Io 5,25.

286. B. *Ex ratione.* 1. Status separationis est perfectior quam status unionis, cum corpus animam aggravet (Sap 9,15). Ergo non est resurrectio, saltem iustorum.

Dist. mai. Status separationis esset perfectior, si anima uniretur cum corpore physice vel moraliter corruptibili, *conc. mai.;* si unitur sum corpore quo ea in suis functionibus non impeditur, *nego mai.* (S.Th., *Suppi,* q.75 a.1 ad 4).

Corpus incorruptibile animam non aggravat. Immo anima in eo complementum suum substantiale habet, quo facultatem sentiendi, materialiter agendi in alia corpora, se transferendi modo corporeo ex uno in alium locum exercere queat.

2. Corpus proprie nec meruit nec demeruit. Ergo non est cur resurgat.

Nego cons. Anima sola proprie nec meruit nec demeruit; ergo nec ipsa sola praemio vel poena affici deberet. Ideo, cum *principium quod* meriti vel demeriti sit totus homo, oportet ut fotus homo praemio vel poena afficiatur; anima enim est ad corpus, non mere ut operans ad instrumentum, sed forma, ita ut operatio sit compositi et non solius animae (S.Th., *Suppi,* q.75 a.1).

287. 3. Poena non dimittitur, nisi ablata culpa. At mors est poena peccati originalis, quod non omnibus remittitur. Ergo non omnes resurgent.

Dist. min. Poena peccati originalis est mori, *conc. min.;* est morte detineri, *nego min.*

Moriens in eo peccato ipsa morte solvit illam poenam (S.Th., *Suppi,* q.75 a.2 ad 4).

4. Ut renascimur per gratiam Christi, per eam resurgemus. At morientes intra uterum maternum nequeunt renasci spiritualiter. Ergo non resurgent.

Dist. niai. Per gratiam Christi susceptam cum spiriftialiter renascimur, resurgimus ad resurrectionem gloriosam, *conc. mai.;* simpliciter per eam resurgimus, *nego mai.*

Si *ipsum* resurrectionis *factum* non explicatur *naturaliter* (quo posito difficultas evanesceret), dicendum est illud non esse per gratiam regenerationis, sed per gratiam qua factum est' ut Verbum fieret homo et sic hominis quoad factum vivendi ac dein resurgendi ipsi conformarentur (S.Th., *Suppi,* q.75 a.2 ad 5).

Vel forte melius dicitur simpliciter, oportere ut Christus, ad destruendam mortem peccato Adae inductam veniens, eos etiam infantes, qui ob istud peccatum moriuntur, ad vitam revocet, ut si Ada non peccasset.

ARTICULUS II

De identitate corporis resurgentis

S.Th., *Siipl'1.* q.79; 4 CG 81; SuAnEte. *l.c.,* 44 s.2; Bautz, *Dic Lchre vom Aufcrstehunysleibe...* p.1 s.ls: Segarra, *Dc identitate corporis mortalis et corporis resurgentis* (Madrid 1929).

288. Cum ex praecedentibus constet ut *de fide definitum* omnes homines cum *iisdem numero* corporibus resurrecturos esse, quae in vita gestarint, nunc ulterius quaeritur quid ea identitas inferat. Sufficit ad identitatem *numericam* corporis resurgentis Petri habendam, ut huius animus coniungatur *cum qualibet materia* ut pura potentia vel iam exsistente vel de novo creata, cui totalitatem actus ac proin et individuatiotiem conferat, an requiritur ad veram identitatem numericam ut animus Petri coniungatur cum ea materia cui fuerat ante mortem unitus?

Quaestio sic posita est pure philosophica seu *de posse;* nos vero agimus de quaestione theologica seu *de facto,* scilicet quaerimus quid identitas numerica, iuxta fontes theologicos, importet.

289. Cum resurrectio corporis cum eadem materia prius habita non leves difficultates prae se ferat, quidam tenuerunt eam identitatem numericam fontium sat explicari, si dicatur *idem numero animus cum qualibet materia* coniungendus esse. Sic olim Aeneas Gazensis, Petrus de Alvernia, dein Durandus, loannes Neapolitanus, tandem alii pauci ut v.gr. Billot, Van der Meersch, Michel, Hugueny, Vandenberghe[1]. Ii vero omnes rem potius *philosophice,* quam theologice, seu spectato, iuxta fontes theologicos, facto statuto a Deo, solvunt.

290. At ea opinio fundatur in systemate philosophico valde dubio de requisitis *ex. natura rei* ad identitatem numericam habendam; theologus vero debet per se quaerere, non de modo eius identitatis *possibili,* sed de modo *facti,* iuxta

1 Aeneas Gazaeus. *Theophrastus:* MG 85,973ss (cf. TixEront, 3,270s); Petrus de Alvernia: cf. Segarra, *Un precursor de Durando: Pedro d'Auvergne:* EstEcI 12 (1933) 114-24; Durandus. *In 4* ri.44 q.1; cf. *In 1* tl.35 q.3; Io.Neapolitanus, *Quodl.* 2 q.6: cf. Capreolus, *In 4* d.44 q.1 a.2; Billot, th.13 §2; Van der Meersch, *Quid requiritur ct sufficit ut idem homo resurgat:* CollâtBrug 15 (1910) 691-694 (cf. 641-644); 16 (1911) 101-104; Michel. *Les fins dernières* (Paris 1929) 38-140; HuguEny. *Résurrection et identité corporelle scion les philosophies dc l'individuation:* RevScPhTh 23 (1934) 94-106; A.Vandenberghe. *Dc carnis resurrectione:* ÇollatBrug 38 (1938) 361s. De mente non omnino indubia Origenis in hac re et de Ockam ac Valencia quasdam exceptiones admittentibus, cf. SEGARRA. *o.ç.f* J7s.170-176.

fontes theologicos, ita ut solum si hi de ea re tacerent, solutionem philosophicam ille per accidens quaereret, Ea sane opinio facile omnes difficultates rei solvit; at id est in magnum eius praeiudicium, nam, ex sensu commuiii christiano, resurrectio "fit secundum cursum mirabilem et' supernaturalem" 2.

291. Nec ea fontibus consona videtur, quorum testimonia supra allata sensu obvio intellecta testantur homines *cum eadem materia,* quam antea habuerint, resurgere. Sic:

Documenta Ecclesiae, dicentia resurgere homines cum corporibus suis (D 40 464 530s), suis propriis (D 429), resurgere eandem carnem quam gestamus (D 427 347), etc. *Scriptura,* cuius testimonia supra allata nonni eo sensu congruenter intelligi queunt (Io 5,28s; 11,23-25; 1 Cor 15,35-54, etc.). Maxime *traditio,* apparens et in verbis SS.Patrum et in monumentis Christianis antiquis et in liturgia et in cultu reliquiarum, etc.

Item ea *theologica ratio*: *a)* Quod Christus resurgens idem materialiter corpus quod fuerat vivum resumpserit, cum illud ipsum mortuum divinitati fuerit unitum, *b)* Quod Ecclesia reliquias sanctorum veneretur, quia eae fuerint templum Spiritus S., viva membra Christi, ac instrumenta meritorum et proin quae putentur eaedem materialiter sumptae esse resurrecturae 3.

292. Hinc ea opjnio identitatis corporis per solam animam a theologis (etiam iis qui formae unicitatem defendunt) ita communiter reicitur, ut ea sit, iuxta Sylvium et Estium, erronea, iuxta Soto et Jungmann, reicienda4, iuxta Bautz, error dogmaticus, iuxta Ramirez, temeraria 5, et maxime iuxta Segarra, qui, re accuratissime investigata, ei opinioni eandem notam censoriam assignat, quam nonni quinque, ex triginta et quinque auctoribus studium eius recensentibus, esse severiorem putarint °.

2 S.Bonaventura, *Breviloquium,* 7 in fine. Cf. S.Gregorius M.. *In* J;z 2 hom.8 n.9s: ML 76.1063; S.I.Chrysostomus. R 1141. .

3 C Tridentinum (D 985): (Mandat sancta Synodus) "...sancta corpora, quae viva membra fuerunt Christi et templum Spiritus Sancti, ab ipso ad aeternam vitam suscitanda et glorificanda, a fidelibus veneranda esse..."

* Cf. A.a CampodarsEGO, *Dc resurrectione mortuorum* (Romae 1904) 44; Jungmann, n.228.

" Bautz, *o.c.,* p.106; Ramirez, *Bolctin de. tcoloqia:* CienTom 31 (1925) 275.

e Segarra. *o.c.,* 259-263; Id., *j Temeraria o alqo menosf:* EstEcl 10 (1931) 106-136; Id., *Todavia una palabra sobre "la identidad del euerpo 'ntortul y d l cucrpo rcsucitado"*: EstEcl 13 (1934) 470-479. De opinione traditional! S.Thomae, cf. 4 CG 81; *Suppl.* 79 a.1; 80 a.5; Van Noort-Verjiaar. pl 19-121; A Campodarsego, p.44-48; Segarra, *Obscrvacioncs a. unas palabras del R.P.Martin, O.P.:* EstEcl 3 (1924) 86-89; Id., *Todavia una palabra...: l.c.,* 476-478.

293. Tenenda ergo est ea *ut vera- opinio,* quod corpus resurgens constet *eadem materia* qua corpus ante mortem erat. Nec difficile in ea obscuritates dissipantur:

a) Quomodo particulae corporis continuo fluxu dispersae colligi poterunt? Per omnisapientiam et omnipotentiam Dei (Minucius F.: R. 273; S.I.Chrysostomus: R 1141).

b) Ergo tota materia quae ad corpus per totam vitam pertinuit resurget? Non, sed solum ea quae ad perfectum corpus efformandum requiritur.

c) Sed forte eadem materia ad plures pertinuit. Ita est; at sine dubio non ea sic fuit multorum, ut tota aeque perfecte multorum fuerit, vel saltem ut Deus ex parte illius materiae unum corpus sine alius detrimento efformare non possit; nam per totam vitam unius corporis multa materia ad ipsum pertinuit, quae sane non tota in uno corpore surgere potest. Ergo si qua materia partim vel totaliter alii corpori assignanda sit, sumenda erit aliqua quae aliquando per vitam ad idem corpus pertinuit.

d) Sed sunt antropophagi. At sine dubio ii non solis carnibus humanis aluntur. Immo, vel hoc dato, Deus potest facere ut ii sine detrimento aliorum corporum resurgant, ut nuper dictum est.

294. *e)* Puer nequit dicere se cum *eodem* corpore quod gestat resurrecturum esse, si moriturus sit in senectute, post *totalem* corporis renovationem.

Resp. Alii de ea materiae totali renovatione dubitant, alii eam negant". At, ea admissa, etsi totum corpus per vitam saepius physice mutetur, tamen, cum ea mutatio pauiatim fiat, semper *manet moraliter idem corpus,* ita ut senex dicere queat se, iisdenj oculis quos habet, aliquid cum esset infans vidisse. Ceterum cum tota materia aliquando ad corpus pertinens suscitari dici nequeat, sufficit ad identitatem corporis resurgentis et corporis mortui, ut saltem aliqua materia resurgens pertinuerit *aliquando physice* ad illud corpus.

Ceterum materia resurgens non erit communiter quaelibet habita in quocumque vitae momento, ut quidam dixerunt, sed, ut videtur certo in fontibus supponi et a S.Thoma indicari, erit *physice eadem* quae mortis tempore habetur; quod Deus, etsi aliud statuere potuisset, sapientissime decrevit, cum sic maxime dici queat idem corpus quod cecidit resurgere. Ea vero materia dici potest eadem esse quae per totam vitam in corpore fuit, fere ut in eodem homine materia corporis senis potest dici eadem esse ac materia corporis pueri i.e. *physice* vel *physicc-moralitcr eadem,* si totius materiae renovatio per vitam non datur, secus vero est *moraliter eadem* vel etiam, si respiciuntur spatia proxima postremae periodo renovationis integrae, *physice-moraliter* eadem.

His positis, quolibet momento vitae dici potest: "credo fore ut idem corpus habens quod nunc gesto resurgam", eo nempe sensu quo traditio haec intellexit[8].

Alii vel dubitant de ipsius mente definitiva, ut D'Alès *(Bulletin de théologie historique:* RechScRel 19 [1929] 566), vel earn aliter explicant, ut Huguexy. *l c.,* et U.dEGl 'Innocenti, O.P.. *Il pensiero di San Tommaso sui principio d'individuasionc:* DivThom (Pi) 45 (1942) 35-31. Cf. et M.C.: BullThAncMéd 3 (1937) 677.

7 Cf. Segarra, *De identitate corporis...* 213-222.

» Segarra. 222-241 η.13.

f) Quibus corporibus resurgent infantes sive intra sive extra uterum maternum mortui? Iisdem numero et materialiter corporibus quae in vita habuerunt, ita ut, si oportuerit, Deuseis materiam ad corpus congruum efformandum addat'. Item Deus^etiam adultorum corpori materiam addet, si forte nonni parum materiae ad illud exclusive pertinentis restet[0].

ARTICULUS III

De dotibus corporis gloriosi

295. Quoniam de facto resurrectionis tam iustorum quam iniustorum iam diximus, nunc agimus de qualitatibus gloriosis, quibus ex anima redundantibus corpus iusti resurgens ornabitur, cum oporteat ut tanta animae gloria corpus ab ipsa vivificatum etiam reddat gloriosum[1].

Ipse S.Paulus, qui de resurrectione agens quaestionem sibi proponit (1 Cor 15,35)), describit illud corpus in genere ut *vivum* in Christo et *vincens* mortem per Christum (1 Cor 15, 22.25), *caeleste* (1 Cor 15,45-49), *configuratum corpori claritatis Christi* (Phil 3,21 ; cf. Rom 6,5; 8,11), *gloriose immutatum* (1 Cor 15,52), *incorruptibile* et *immortale* (1 Cor 15,50-54; 2 Cor 5,4; cf. Rom 8,10s), et in specie iis verbis corpus gloriosum corpori mortali opponit (1 Cor 15,42-44s); *Seminatur in corruptione surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.*

In quo ultimo textu fundatur communiter doctrina de qualitatibus corporis gloriosi, nempe: *impossibilitate, claritate, agilitate, subtilitate,* quaeque, ut per se patet, sunt *praeternaturales,* utpote corpori naturaliter indebitae, at illud in eius ordine perficientes.

Corpus beatum donari *immortalitate,* et quidem sumpta, non mere ut potentia non moriendi, ut in protoparenfibus, sed ut *impotentia* moriendi (S.Augustinus: R 1699 2013), est *de fide catholica* ex magisterio ordinario, sic intelligente dogmata et resurrectionis et vitae aeternae. Nam: *Beati neque... ultra mori poterunt* (Lc 20,35). *Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala... in resurrectionem iudicii* (Io 5,28); quibus supponitur homo integer indicandus et ut talis praemio vitae aeternae afficiendus esse

0 S.Th., *Suppi,* q.80 a.4 ad 3; 4 CG 81; SuAREtz. 44,2,7; Segarra. 257s.

1 Cf. S.Th., *Suppi.* q,80-85; 4- CG 82-89; SmârEz, *o.c.,* d.47s; Salmanticenses, tr.9 d 5; GoneT, *De ult. fine hom.* d.5 a.2; Lessius, *De summo bono* 3,3-8; SchEEben, *o.c.,* § 94s; A.Brinquart, *La résurrection de la chair et les qualités du corps des élus* (Paris 1899); Lavaud, *Les corps dans la gloire:* VicSpir 55 (1938) 113-136: Chollet, *Corps glorieux:* DTC 3,1878-1906; Pi:at, 1,163-167; Bover, 902-906.

(Mt 25,31-46). Christus, qui *resurgens ex mortuis iam non moritur* (Rom 6,9), est' nostrae resurrectionis exemplar (Phil 3.21). Ceterum de immortalitate corporis resurgentis constat a fortiori ex impassibilitate cius mox exponenda.

296. 1. *Earum dotum exsistentia,* a) *Impossibilitas* est dos quae facit ut corpus nullam passionem corruptivam vel molestam subire queat. Non ergo excludit passiones obiectorum sensibus convenientes.

Ea constat: Ex 1 Cor 15,42: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione;* quae incorruptio est sine dubio *perfecta* et proin non solum mortem sed quamlibet passionem corporalem prohibens. Ceterum talis passio esset aliquale initium mortis. Ex Apoc 7,16: *Non esurient, neque sitient amplius nec cadet super illos sol, neque ullus aestus...; et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum* (cf. Apoc 21,4; Is 49,10).

297. b) *Claritas* "qua sanctorum corpora tanquam sol fulgebunt... Est vero claritas haec fulgor quidam ex summa animae felicitate ad corpus redundans, ita ut sit quaedam communicatio illius beatitudinis, qua anima fruitur; quo modo etiam anima ipsa beata efficitur, quod in eam pars divinae felicitatis derivatur" *(Catech. Rom.* 1,12,13).

Est ergo ea, splendor quidam dedecori et foeditati oppositus, ita ut corpus luce quadam reddatur et sensibiliter fulgidum et omni ex parte decorum, fere iuxta clarificationem Christi in transfiguratione (Mt 17,2) 2.

Ea constat: Ex 1 Cor 15,43: *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria;* cf. 1 Cor 15,41s: *Alia est claritas solis, alia claritas lunae...; sic et resurrectio mortuorum.* Ex Phil 3,21: *Qui* (Christus) *reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae.* Ex Mt 13,43: *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum* (cf. Sap 3,7; Dan 12,3).

Gloria est attributum Dei, splendor ipsum invisibilem reddens; quam Christus habebat ut Deus (Io 12,41; 17,24) et ostendit in suo corpore transfiguratus (Lc 9,29), non ergo ut qualitatem mere moralem honoris, sed ut proprietatem physicam luminis.

298. c) *Agilitas* est dos "qua corpus ab onere quo nunc premitur, liberabitur facillimeque in quamcumque partem ani-

' Cf. Ex 34,29s; S.Grecorius M.. *Moral.* 18 n.77: MI, 76.84; S.Aucusrinus, *Scrm.* 241,8: ML 38,1138.

ma voluerit, ita moveri poterit, ut ea motione nihil celerius esse queat" ®. . /

Ea tollitur infirmitas corporis, quod iam desiderio animae in motibus et functionibus ab hac imperatis satisfacere possit (S.Th., 4 CG 86), ita ut haec cum illo non minus facile quam ipsa per se sola movere (quin tamen simul sit diversis locis), et proin quamlibet mundi partent incomprehensibili celeritate adire queat.

Ea constat: Ex 1 Cor 15,43:■*Seminatur in infirmitate, surget in virtute* (S.Th., 4 CG 86). *Virtus* (δὑναμι) est proprietas divina, cuius particeps fiet corpus gloriosum, ne sentiat in operando obicem ponderis, quo caro redditur infirmior, sed sit ut spiritus.

Ex S.Augustino: "Credere enim debemus talia corpora nos habituros, ut ubi velimus, quando voluerimus, ibi simus". "An vero si hoc angeli faciant... Cur ergo sanctorum perfectos et beatos divino munere spiritus sine ulla difficultate posse ferre quo voluerint et sistere ubi voluerint, sua corpora non credamus?" 4

Beati etiam aliena corpora celeritate indicata movere poterunt. Corpus eorum, non obstante agilitate, aliquod pondus retinebit, cuius tamen actum anima pro lubitu poterit impedire. Poterit corpus, vi agilitatis, se instantanée, quin per spatia intermedia transeat, movere? S.Thomas negat, Suarez ut probabile affirmat'.

299. d) *Subtilitas* est dos "cuius virtute corpus animae imperio subicietur, eique serviet, et ad nutum praesto erit" *(Catech. Rom.* 1,12,13). Cum vero *perfecta corporis sublectio ad spiritum* requirat et alia et ne hunc impediat in motu ac proin ut una cum eo alia corpora sine sui laesione' penetrare possit, subtilitas sumitur hic strictius ut *vis quocumque ingrediendi et inde egrediendi sine corporis detrimento,* ut Christus egressus est e sepulcro, et caenaculum, ianuis clausis, ingressus est.

Sane subtilitas per se est quaedam corporis "spiritualizatio", importans cius sublectionem ad spiritum ct sic multa complectens. At cum ea, sic complexive sumpta, dotibus praecedentibus magna ex parte contineatur, nunc ad illam corpora penetrandi facultatem attendimus. quae cum *subtilitate* coniungi censetur, sive ut in qua formaliter illa consistat, sive ut ab illa procedens physice, vel potius

3 *Catech. Rom.* 1.12.13; Lassius, 3,6.
* S.Augustinus, Λ>πμ. 242 c.3 n.5: ML 38 1 140; *De civ. Dei* 13 18: ML 41.391; Eadmërus, *De S.Ansclmi simii.* c.51: ML 159.269: "Sed in illa beata vita velocitas... tanta nos comitabitur, ut ipsis angelis Dei aeque celeres simus futuri qui a caelo ad terram et e converso, dicto citius dilabantur."
* S Th., *Suppi.* 84 a.3; Suarez, 48,4,13.

moraliter seu iti signum manjfestativum illius dotis a Deo data. Tamen S.Thomas putat eam vim corpora penetrandi corpori glorioso dari "non ex vi subtilitatis, sed ex divina virtute, quae eis (i.e. beatis) ad nutum in omnibus subveniet" (S.Th., *Suppi.* <1-83 a.2-4).

300. "De subtilitate vero, ait Suarez, non est locus ita expressus in Scriptura. Res autem quae illa voce significatur, satis indicata est"[0]. 1 Cor 15,44: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* Corpus spiritale (πνευματικόν) dicitur ut oppositum corpori animali seu psychico (ψυχικῷ) i.e. corpori subiecto vitae vegetativae ac proin huius operationibus nutritionis et generationis inservienti, quatenus illud est corpus spiritu informatum et huic plane attemperatum ac ei ad altiores animi glorificat! operationes inserviens[7].

At cum haec omnia ex magna parte verbis praecedentibus (v.42s) a Paulo exprimantur ,et tamen formula "corpus spirituale" aliquid peculiare addere videatur, "non potest commodius (haec formula) quam de hac proprietate (seu de penetrandi facultate) explicari, ait Suarez, ut etiam Chrysostomus et Theophylactus ibi indicarunt, et expressius Damascenus 1.4 *De fide* c.28, ubi, licet sub illa proprietate corporis spiritualis intelligat etiam includi alias, praesertim quod sit impassibile et infatigabile, tamen expresse exponit corpus spirituale, hoc est, subtile. Hoc enim significat spirituale, quale post resurrectionem corpus Domini erat, cum per ianuas clausas intravit..." [s]

301. 2. *De carum dotum excellentia.* Ea patet ex eo quod: a) Dantur per Christi redemptionem, *b)* Longe superant vel dona protoparentum, qui, non solum agilitate, claritate, subtilitate, sed et immortalitate et impassibilitate et integritate, prout hae sunt in aeternum inamissibiles, et incorruptibilitate, prout imperfectionem functionis vegetativae sive nutritivae sive generativae excludente, carebant.

302. 3. *De modo infusionis earum dotum.* Medus quo dotes et corpori conferuntur et in hoc effectus suos exserunt, utpote revelatione non expressus, difficile declaratur, cum de rebus praeternaturalibus agatur et cum valde imperfecte sive corpora sive relationes mutuas animae ct corporis noverimus. Communiter dicuntur dotes ex anima in corpus redundare, iuxta mox inferius exponenda.

* SuXrKz, 48,1,7.

7 ZoREij., v. πνευματικό , ψυχικό , 1089.1477.

8 Suarez, *l.c.* Cf. de his Spicq. *Epîtrcs...* 288s: Bonsirven, *Théologie...* 362 ct *L'Évangile* 310s.

Theologi communiter tenent, ut ait Siuri, "beatitudinem sive gloriam corporis consistere in quatuor dotibus, scilicet impassibilitate, agilitate, subtilitate et claritate", cum iis corpus in statu supernatural! perfectissimo constituatur, in quo esse qiicat aptissimum animae beatae instrumentum ad functiones status beatifici proprias, Iam vero, iuxta ipsos, ea gloria ex anima in /corpus fluit, non vero quasi corpus eiusdem gloriae animae particeps fiat, cum id sit impossibile, sed quatenus, posita gloria animae corpus informantis, sequitur corpus fieri modo sibi congruo gloriosum

Ulterius gloriam corporis e gloria animae esse *physice,* seu per verum emanationis influxum, tenet Granado alios pro se allegans[10]; at probabilius putamus cum Siuri, qui Suarez, Valencia, Lessium, Soto, etc., pro se adducit, eam derivationem non esse nisi per quandam causalitatem *moralem,* quatenus gloria animae postulat eam perfectionem praetcrnaturalem in corpore, qua hoc reddatur gloriosum et ipsi animae gloriosae proportionatum".

N.B. Bona Spes, prout a Siuri refertur, distinguit *beatitudinem corporis* aliam *essentialem,* quae sit in actibus sensuum glorificatorum circa obiecta gratissima, quibus beati mire recreentur, et aliam *accidentalem,* quae sit in quattuor illis dotibus gloriosis. "Communis tamen theologorum sententia, dicit Siuri, beatitudinem corporis ait consistere in dotibus gloriosis, nulla facta mentione sensuum glorificatorum vel actuum illorum... Adderem, forsitan communem sententiam, dum expresse solum dotum gloriosarum meminit' ad constituendam beatitudinem corporis, tacite voluisse comprehendere etiam perfectissimum sensuum glorificatorum exercitium, quatenus ad ipsum admodum conducunt dotes corporeae"",

303. Corollarium. Ergo his dotibus corpus bcal'um Christo glorioso configuratur (1 Cor 15,45-9; Phil 3,21)" Consummata gloria non habebitur nisi consummata per has dotes redemptione corporis.

304. Scholion 1. *Dc respectu gratiae sanctificantis ad resurrectionem gloriosam.* Resurrectio, quae potest' sumi mere ut factum iteratae unionis animae ct corporis, sumitur hic sensu pleno et quasi antonomastico, ut est *resurrectio gloriosa* seu resurrectio iusti.

Iam vero ea distinctio apud nos vigens, inter mortem ac vifam corporalem et inter spiritualem mortem ac vitam, in Scriptura minus effertur, ita ut potius sensu pleno mors significet mortem et corporalem et spiritualem, vita autem indicet vitam et gratiae et corporis gloriose suscitati. Hinc morti nobis per Adae peccatum allatae, quae, ut patet, est' et physica et spiritualis, opponitur vita nobis a Christo data, quae est et iustitia et resurrectio gloriosa (Rom 5,12-21; 1 Cor 15,21s).

Ideo, cum una eademque vita aeterna in Scriptura exhibeatur ut iam nunc iustis data ct dein consummanda, seu ut' in duplici stadio et evolutionis et consummationis, vita gratiae iustorum inducitur ut nunc abscondita at paulatim se evolvens in consummationem per

' Siuri, 40,1 n.6.9.
10 Granado, *In 3* contr.13 p.3 d.1. Ilodia Hurter, 3 n.703.2.
11 Siuri, *l.c.,* n.8.
12 F.Bona SPES. *Theol.* t.4 d.3 dub.2: cf. Siuri, 40,1,5.
13 Cf. F.Alonso Barcena. S.I., *Et cstado dc Cristo glorioso segun los escritos de S.Pablo:* EstKcl 5 (1929) 138-149.373-389,

resurrectionem gloriosam (2 Cor 3,18; 4,16; Col 3,3s), ita ergo ut illa vira gratiae, non solum animam, sed aliquo modo vitam corporis ut suscitandi afficiat.

Ea etiam de causa, idem Spiritus Sanctus, qui dicitur in iustis (ut compositis ex anima et cx corpore) habitare (1 Cor 3,16s; 6,19; 2 Cor 6,16; 2 Tim 1,14), ostenditur ut vivificaturus corpora iustorum in resurrectionem gloriosam (Rom 8.9-11.23; 2 Cor 5,4s; Eph 1,13s), ita ut' ipsa Spiritus Sancti participatio proponatur ut inchoata nunc et complenda in resurrectione ”,

Ergo vita gratiae non solum ad animam pertinet, sed et ad corpus spectat, quod ad resurrectionem gloriosam ducit. Quo vero influxu, physico an morali? Id iam a nobis implicite decisum est, cum diximus animae gloriam (quae non est nisi gratia consummata) probabilius non physice, sed moraliter, gloriam corporis producere.

305. Scholion 2. *De perfectione corporis gloriosi.* Ut dotibus expositis inclusum, dicendum est corpora iustorum resurgentia esse *perfecta:* ‹i) Quoad *ontnia membra et organa.* Nec audiendus est Origenes dicens ” illa corpora carere membris quibus non egent v.gr. dentibus *b)* Quoad *speciem* et *figuram* c) Quoad *staturam congruam,* sine dubio non aequalem omnibus, sed ductam in perfectionem quae in normali evolutione obtineretur *d)* Quoad *aetatem convenientem.* Multi putarunt resurgentes esse quoad formam corporis in aetate nec seni': nec infantili, sed virili seu circiter triginta annorum, quae fuit aetas Christi, ct ad quam moVus augmenti terminatur et a qua decrementi motus incipit ; sed de eo non constat *e)* Quoad *sexum.* Hunc in resurrectione servari "certum est, ait Suarez..., ex doctrina scholasticorum in 4 d.44, neque aliquis catholicus id vertit in dubium”, cum id ad integritatem corporalem et quidem peccato non ablatam pertineat '°, etsi rem aliqui antiqui negaverint ct dixerint omnes resurgentes esse viros”, appellantes verba “donec occurramus omnes... in virum perfectum” (Eph 4,13); quae tamen non de sexu, sed dc virtute animi virili ac perfecta omnibus futura apte intelliguntur (S.Th., *Suppi,* q.81 a.3 ad 3).

306. Scholion 3. *De fruitione sensitiva apud beatos.* Dotes fruitionem sensitivam non excludunt. Cum enim sensatio per se et formaliter non sit' organorum immutatio et ideo imperfectionem non includat, putanda est manere, et quidem quoad omnes sensus,

11 Cf. A.Hulsbosch. O.S.A., *Conceptus paulini vitae ac mortis:* DivThom(Pi) 21-23 (1944-1946) 35-55; Prat, 1,264-268; Martinez. */Es la inhabitacidn del Espiritu Santo rais dc la resurrccciôn gloriosaî:* EstKcl 14 (1935) 505-639. Cf. RondET, *Gratia Christi* (Paris 1948) 80 nota 7; Lercher, IV-23 n.871.

15 Origenes ap. S.Hieronymum, *Contr. I.Micros-* 25s: ML 23,375-378.

18 *Catcch. Rom.* 1.12,9; S.Augustinus, *Enchir.* 91: MT, 40.274.

” S.Augustinus: R 1923; *De civ. Dci* 22.19s: ML 41.780-783; S.Th., *Suppl.* q.80 a.1; q.85 a.1; Valencia, *In 3* d.11 q.3 p.3; S.Bonaventura, *Brevil.* 7,5; *Centiloquium* 4,3.

«* S.Th., q.81 a.2; S.Augustinus, *l.c.,* 22,14-16: ML 41.776-778. Cf. Billot, th.13 fine.

19 S.Th., *Suppl.* q.Sl a.1; 4 CG 88; cf. 3 q.46 a.9 ad 4; S.Hieronymus, *Epist.* 108,24: ML 22,902; S.Augustinus, *ibid.* Cf. Segarra, *Dc identitate corporis...* 248-256.

20 Suârez, 44.3; S.Th., *Suppl,* q.81 a.3. Cf. S.Hieronymus, *Epist.* 108 n.22; ML 22.900; S.Augustinus. *De civ. Dci* 22,17s: ML 41,778s.

ÇL S.Augustinus, *ibid.;* S.Th., 4 CG 88.

in beatis, quibus secus nulla esset ex corpore glorioso beatitudo accidentalis, si nec audire nec aliter sentire possent[23].

At corpus beatum caret functionibus: a) *Generationis* (Mt 22,30), cum huius scopus, numero hominum iam obtento quem Deus praefinierat, in resurrectione cesset; immo *sensitivis* in genere, at solum prout eae corruptionem important, b) *Nutritionis* (1 Cor 6,13) et in genere *vegetativis,* cum quilibet homo iam sit rite evolutus. Tamen nuper De Broglie, post longam disputationem, conclusit nihil prohibere quin vita vegetativa, etiam per veram comestionem et assimilationcm, sed omni indigentia ciborum exclusa, beatis esse credatur". At forte melius nostram eius rei ignorantiam fatebimur, cum nec vita vegetativa (vitatis eius imperfectionibus) beatis repugnare, nec miraculum cos vivos sine functione vegetativa conservandi exclusum esse videatur.

307. Scholion 4. *Beatitudo corporis est essentialis an accidentalis?* Ea videtur esse quaestio dc voce. Essentialem esse dixerunt Richardus a Mediavilla, Siuri, forte S. Bonaventura; cum enim corpus sit, ut anima, pars essentialis hominis, beatitudo corporis pariter dicenda est essentialis esse[31].

At cum plerisque tenemus eam esse simpliciter *accidentalem,* cum anima (ac proin homo) esset essentialiter beata, etsi corpus non resurgeret, ut ante resurrectionem accidit, ct cum aliunde homo esset essentialiter beatus, etsi corpus non bearetur, ut patet in Christo adhuc mortali. Nihil tamen impedit, quin beatitudo corporis dicatur essentialis, non quidem simpliciter, sed respectu *totius* hominis.

Hinc etiam patet, resurrectionem corporis non requiri ad beatitudinem simpliciter essentialem, sed solum ad beatitudinem essentialem totius hominis seu modo nuper indicato.

308. Scholion 5. *Augetur beatitudo post corporis resurrectionem?* Non intensive: o) sive *quoad beatitudinem essentialem,* cum lumen gloriae a quo pendet perfectio visionis ac proin amoris hanc necessario consequentis, posita resurrectione, non augeatur, ct cum ceterum beatitudo essentialis sit in actibus intellectus ac voluntatis ad quos corpus accidentaliter se habet; *b)* sive *quoad accidentalem,* cum haec essentiali proportionctur, quae cx dictis non augetur. Certe *extensive,* cum tunc beatitudo et sit etiam in corpore ct sit maior in anima, utpote gaudente de bono corporis ac dc bono proprio cx unione cum corpore glorioso ac illam non aggravante. At gaudium beari alia extra Deum amantis non ideo est proprie maius vel minus, cum omnia amet *solum propter Deum,* in cuius amore nec crescit nec decrescit et proin nec in gaudio beatifico.

Nos eam opinionem ut probabiliorem tenemus, cum nulla sit cla-

ss S.Tït., *Suppi.* <1.82 a.3s (excludens gustum, etsi dubitanter); 4 CG 86: Ferrar lExsis, *In* 4 CG 4 c. 96 (excludens lactum); S. Boxaventura, *In 4* <1.40 p.2 a.l s.3 q.l (ponens solum visum et tactum); Lessius, 3.8; Bei-larmino *(De act. felic. sanctorum* 4.5-8) qui vel gustui et odoratui obiecta assignat. J.F.Brixvuast. *La Pète auriculaire dans le ciel, ou la Part speciate de l'ouic à ta beatitude éternelle* (Paris 1892).

T)E Broci.iE. o.c.. appendix VI p.290: *"Quare* (salvo meliore iudicio) *non prohibenda videtur opinio secundant quam corpora beatorum veram vitam vegetativam exercitura sint,* quam (si libuerit) *etiam per veram comestionem ct assimilationcm ciborum* exercere possint, dummodo omnis *indigentia* ciborum cum unanimi traditione a praedicta vita firmiter excludatur."

Richardus a Meo.. *In 4* d.49 a.5 q.l; Siuri, n.3s; S.Boxavestura. *Cent.* p.4 s.3.

ra ratio sive ex natura rei sive ex fontibus, ut putetur non integra Dei visio postea habenda non dari mox post mortem. Tamen, cum iidem foin'es adeo efferant beatitudinem ut cum resurrectione connexam, nil mirum si alii senserint beatitudinem post resurrectionem etiam *intensive* crescere, ut P.Lombardns, alii, et inter hodiernos Palmieri (anima et est et operatur perfectius, si est unita corpori glorioso, quam in statu separationis), Padalino, Lennerz (non cx natura rei, sed ex Deo volente non dare *totam* beatitudinem *ante resurrectionem),* cum *totus* homo meritus sit ac praemio sit donandus, ct cum sic momentum indicii universalis melius appareat; nec Ecclesia contrarium unquam definivit®. Immo quidam SS.Patres sic videntur esse intclligendi v.gr. S.Augustinus®. At opinionem contrariam Bellarmino ut simpliciter veriorem, Lessius ut longe probabiliorem. Arriaga ut omnino certam, Siuri ut omnino alteri praeferendam docuerunt ®.

Beatitudinem vero *accidentalem* post resurrectionem non mere extensive sed intensive augeri, docent alii, ut Siuri A

309. Scholion 6. *Dc corpore damnatorum.* Istud corpus est incorruptibile, quatenus non dissolvetur, at passibile, ct proin erit in perpetuo statu corruptionis ac moriendi, utpote tormentis extrinsecis subtectum, quae ei mortem afferrent, nisi Deus id impediret. Est ergo ei incorruptio quaedam continuae corruptionis ®. Undecumque ratio proxima immortalitatis damnatorum repetatur, ea immortalitas est eis connaturalis, posita resurrectione; si enim haec habetur, ad vitam inamissibilem ea sit oportetm.

Etsi aliqui putaverint corpus reprobi esse suscitandum cum deformitatibus quas in vita habuerit ", immo et cum defectu membrorum quibus ante mortem carucrit ", probabilius esse censemus fu-

35 P I.ombardus, *Sent.* 4 <1.49. Eum alii secuti sunt ut S.Albertus M. *{ibid.,* a.II). S.Boxavxntura *(Ih* ▮/ <1.49 p.2 s.1 a.1 <; I), S.Thomas *(Suffi.* q.93 a.1), qui tamen dein id retractavit (1.2 q.4 a.5 ad 5): “Corpore resumpto, -beatitudo crescit non intensive, sed extensive”. At P.Glorieux, *Saint Thonfas et Tacroissemcnt de lia béatitude (Étude sur ta Somme,* I'-1I*, q.4 a.5 ad 5): RechThAncMdd 17 (1950) 121-125. habet ut probabilius eum textum esse corrigendum (iuxta Godefroid de Fontaines) sic: “non solum intensive, sed etiam extensive”, ita ergo ut mens Angelici de ea re constans fuerit; ipsum vero refutat F.Pelster. S.I.. *Das U'achstum der Scliçike.t nach der Auferstehunq. Um die Ausleçiuna von S.Th 1.2 q.4 ad ‘5:* Scliol 27 (1925) 561-563., Palmiert. S 72.3; F.Paualino, *L'aumcnto intensive della beatitudine essenziale* (Agrigento 1953). Lennerz, n.224s, qui ceterum notat plures tempore Benedicti XII et hunc ipsum (etiam post suam definitionem. D 530) putasse probabilius beatos post resurrectionem clarius ac perfectius Deum visuros esse: cf. Th.KaeRRE-li. O.P., *I.e procès contre Thomas Walleys, O.P.* (Roma 1936) 87; Le Bachelet. *l.c.,* 670.

°· S.Augustinus, *Dc Gen. ad lift.* 12,35: ML 34,483. Cf. Portalié, *l.c.,* 2447.

rt Bellarmino, *Dc beat, sanet,* c.5; Lessius. 3.2,15; Arriaga, *In 1* d.58 s.3 n.19; Siuri, 42.4,41 Cf. ct Suarez. *Dc fine hom..* disp.13 s.2 n.4s. De gloria corporis et eius influxu in beatitudinem iuxta antiquos scholasticos, cf. Wicki. *o.c.,* 280-297.

i" Siuri, n.50.

20 S.Augustinus. *Epist.* 205 n.14: ML 33 347; S.Th., *Suffi,* q.86 a.2 ad 3; Billot, th.14 S 1. De modo quo id esse queat, cf. Suarez, 50.5.12.

'“ Billot, *ibid.*

31 S.Bonaventura. .In *4* <1.44 p.1 a.3 q.2; *BrcvH.* 7.5. S.Augustinus *(Enchir.* 92: ML 40.27s) ct S.Th. *(nuodl.* 7 a.12) rem insolutam relinquunt.

33 Estius, *In 4* d.44 a.10; Valencia, *In 3* d.11 q.3 punct.3. in idem inclinat

turum esse integrum et proin omnibus membris quae natura corporis exigit completum At "corpora damnatorum, ait Pesch, ex foeditate animarum erunt foedissima"

CAPUT III

De iudicio universali

ARTICULUS I

De EXSISTENTIA IUDICII UNIVERSALIS

Thesis 13. In secundo Christi adventu iudicabuntur omnes homines vivi et mortui.

S.Th., 3 q.59; *Suppi.* q.87-89; 4 CG 96; S.BonavEntura, *In 4* d.47 a.l q 1-3; d.48 a.l q.1-4; Beraza, n.1546-1558; J.Rivière. *Jugement:* DTC 8,172-1828; Lavaud, *Le jugement dernier:* VieSpir 57 (1938) 113-139.

310. Nexus. Ex probatis, homines ad secundum Christi adventum sunt resurrecturi. Quid vero tunc eis eveniet? Christus, qui primo venerat ad homines redimendos et ad suum regnum in terris stabiliendum, secundo adveniet illud regnum consummaturus. Id vero per iudicium generis humani fiet, quo publice ac definitive boni et mali separentur ac iis sors aeterna assignetur. Nos ergo nunc de eius iudicii exsistentia agemus, aliqua de eius adiunctis inferius dicturi. Hoc factum, ut supra diximus, est pro S.Thoma velut initium et centrum tractatus de novissimis.

311. Notiones. In secundo Christi adventu. Finita propagatione generis humani, terminum vitae suae in terris aliquo facto haud dubie *praeternaturali.* modo assequentis, Christus secundo veniet dum adhuc forte vivunt homines postremae generationis vel saltem iusti (si forte non morituri sint), defunctos suscitaturus et omnes homines indicaturus.

Iudicabuntur i.e. per iudicis sententiam boni et mali definitive separabuntur et tam illis quam his sors aeterna praemii vel poenae pro meritis assignabitur. Hoa vero iudicium, quod dicitur *universale,* differt *a particulari,* in eo solum quod illud in fine mundi simul et publice de toto genere humano, hoc vero de singulis in hora mortis et privatim habetur. Senten-

83 S.Th., *Suppi.* 86,1; *Catcch. Rom.* 1,12.11; Suârez,. 50,8-10; S.Alphonsus de Lig.. *Disscrtazioni teologiche morali* (Neapoli 1776) diss.5 § 4 n.28.
34 Pesch, 9 n.689 nota.

tia vero illius non est nisi publica promulgatio sententiae hoc iudicio particulari iam latae et mox exsecutioni mandatae.

Omnes homines i.e. saltem adulti, cum fontes de iis directe agant, dum aliunde conditio moralis, qua in vita infantes fuerunt, iudicium exigere non videatur.

Vivi et mortui. Haec formula exi fontibus desumpta indicat in genere *omnes* homines esse iudicandos, at in specie potest alterutro modo sumi: *a)* vel de iis qui aut mortui iam sunt aut adhuc vivunt, ita tamen ut ea quolibet momento vitae generis humani valeant, &) vel tam de iis qui mortui sunt aut in futurum morientur, quam de iis qui forte non morientur, ut sunt iusti postremae generationis.

312. Adversarii[1]: *Gnostici*[2], *Albigenses*[3], *Rationalistae*[4].

313. Doctrina Ecclesiae. *C.Lateranense IV* (D 429): "Qui (Christus) venturus in fine saeculi, indicaturus vivos et mortuos, et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis". Eadem fere docent *C.Lugdunense II* (D 462), *C.Florentinum* (D 709).

Symbola: Apostolicum (D 2 6 9), *Epiphanii* (D 13), *Athanasianum* (D 40), *Nicaenum* (D 54), *Nic.Constantinopolitanûm* (D 86): "Venturus... iudicare vivos et mortuos".

Cf. Pelagius I (D 228s), *C.* (prov.) *Lateranense* (D 255), *C.* (prov.) *Toletanum XI* (D 287), S.Læo IX (D 344), Innocentius III (D 422 427), *C.Tridentinum* (D 994).

314. Valor dogmaticus. *De fide divina et catholica definita* (D 429 462 709).

315. Probatur ex sacra Scriptura. Mt 16,27: *Filius... hominis venturus est... et tunc reddet unicuique secundum opera eius.* 25,31-46: *Cum... venerit Filius hominis... sedebit super sedem maiestatis suae. Et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos invicem... Tunc dicet Rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete... regnum... Tunc dicet et his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum...*

1 S.Augustinus. *Dc civ. Dei* 20,30,5: MI, 41 708: "Nullus igitur vel negat vel dubitat per lesum Christum tale, quale istis sacris litteris pronuntiatur, futurum esse novissimum iudicium, nisi qui eisdem litteris nescio qua incredibili animositate seu caecitate non credit..."

3 Tixkront, *o.c.,* 1.202s. De Gnosticis Valentinianis. cf. Tertullianus, *Advers. Valent,* c.32: MT/ 2,587.

3 Ki.EE, 2,509.

4 Katschthaler, n.415 nota 4.

Act 17,31 : *Statuit diem in quo indicaturus est orbem in aequitate.* 10,42: ... *Constitutus' es! a Deo index vivorum et mortuorum.*

Rom 14,10: *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* 2 Cor 5,10: *Omnes enim nos manifestari oportet ante* tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum.* 2 Tim 4,1 : *Testificor coram... lesu C., qui iudicaturus est vivos et mortuos.*

1 Petr 4,5 : *Qui reddent rationenu ei qui paratus est indicare vivos et mortuos.*

Cf. ct Mt 7,22; 10,15; 11,22-24; 12,36.41s; 13,4ss; Rom 2,16; 1 Cor 3,13; 4)5 ; ludas 15; Apoc 20,llss.

316. **Probatur ex traditione.** 1) *SS.Paires.* Haec veritas adeo fundamentalis multiplici modo ab eis quoad factum, modum, effectus describitur. Pauca sufficiant testimonia.

Tertullianus (R 290): *Factum asseritur.* "Regula est... fidei..., illa scii, qua creditur... [Icsum C.], venturum... ad sumendos sanctos in vitae aeternae... fructum, et ad profanos adiudicandos igni perpetuo" (cf. R 364).

. S.Hippolytus (R 396): *Factum asseritur.* "Cuius (Verbi) iudicio adstantes omnes, homines, angeli... Cum vocis aequitatem retributio utrisque facta ostendit; cum bene facientibus iuste fruitio aeterna retribuatur, malorum vero cupidis aeternum supplicium reddatur".

S.Cyprianus (R 579) : *Describitur sollemnitas eius diei.* "O dies ille qualis et quantus adveniet..., cum coeperit populum suum Dominus recensere et divinae cognitionis examine singulorum merita recensere, mittere in gehennam nocentes... nobis vero mercedem fidei... exsolvere".

Aphraates (R 694) : *Omnes homines indicandi sunt.* "Universi filii Adam ad indicium congregabuntur et unusquisque perget ad locum sibi paratum..."

S.Gregorius Naz. (R 1014): *Christus'index omnium hominum.* "Crede... (Dei Filium) rediturum esse... iudicantem vivos et mortuos".

S.I.Damascenus (R 2376): *Sententia feretur praemii vel poenae.* "Resurgemus itaque... atque tremendo Christi tribunali sistemur, ac tum diabolum ipsiusque daemones et... antichristus, necnon impii homines igni aeterno tradentur... Qui autem bona egerunt fulgebunt sicut sol... in vita aeterna..."

2) Tosscnt addi *monumenta Christiana antiqua,* quibus idea iudicii universalis non raro effertur °.

317. Ratio theologica. Ratio sola nequit probare factum iudicii universalis, utpote praeternaturale; at per fidem illustrata ostendit eius congruentiam: “a) *Ex parte Dei,* ut viae bonitatis, sapientiae, iustitiae divinae, quae in hac vita saepe nos latent, omnibus hominibus ob oculos ponantur et ab iis agnoscantur; b) *ex parte Christi,* ut ipse coram universo mundo exaltetur, et sicut pro omnibus exinanitus est, ita omnium obsequium accipiat ct de hostibus suis publicum triumphum agat; c) *ex parte hominum,* ut omnium bona et mala opera, quae saepe hominibus in hac vita abscondita manserunt, manifestentur et iusta Dei retributio omnibus appareat”®.

Judicium *particulare,* quod constat pro singulis mox post mortem dari, et *universale* nequeunt non esse moraliter unum totum, ita ut hoc sit illius velut promulgatio et confirmatio. At, cessante statu viae pro toto genere humano, iure habetur universale, quo fiat publica et definitiva separatio bonorum a malis.

Item, cum retributio sit pro anima et corpore, ea vere dicitur dari in iudicio universali ad quod ipsa persona (anima-corpus) vocatur.

ARTICULUS II

De adiunctis iudicii universalis

318. ludex est Christus, ut patet ex omnibus fere testimoniis nuper in thesi allatis: Act 10,42; Rom 14,10; 2 Cor 5,10; Mt 16,27; cf. Io 5,22. Tertullianus, R 290; S.I.Damascenus, R 2376. Etsi iudicium sit a Deo, ut a causa principali, potestas iudiciaria convenit Christo homini et ut divinae Personae et ut capiti et ut pleno gratiae et quia eam meruit (S-Tη., 3 q.59 a.3). Ceterum congruit ut is iudicio praesideat, cuius redemptione ad caelum admitti valemus (S.Th., *Suppi.* q.90 a.l).

319. Assistent Christo iudicanti: a) Apostoli. Alt 19, 28: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Fi-*

5 Scacija. 74-83; A.Bouillet, *Le jugement dernier dans l'art des douze premiers siècles* (Paris 1894).

e Pesch. 9 n.719. Cf. Sap 5,1-24. De iudicii vaticinio Isaiac, cf. N.Domîncuez, *Vaticinios sobre el fin dei mundo:* CienTom 51 (1935) 25-38.

lius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, indicantes duodecim tribus Israel (cf. La 22, 29s). b) Aliqui sancti, quin vero constet quinam ii sint. 1 Cor 6,2s: *An nescitis quoniam sancti de hoc mundo .iudicabunt? Lit si in vobis indicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos indicabimus? quanto magis saecularia*\

320. Iudicandi erunt: In genere *omnes,* ut patet ex textibus thesi allatis: Mt 25,32; Rom 14,10; 2 Cor 5,10.

In specie: a) *Adulti* certo, ut patet ex iisdem locis; innocentes vero, ut B.Virgo, iudicio non discussionis, sed retributionis (S.Th., *Suppi,* q.89 a.6s).

b) Iuxta S.Thomam, *pueri* "ante perfectam· aetatem decedentes in iudicio comparebunt, non ut iudicentur, sed ut videant gloriam iudicis". Iuxta Suarez, infantes innocentes iudicio aderunt, at non ut indicandi discussione, cum nulla opera fecerint; infantes vero sine gratia decedentes aderunt quodammodo ut iudicentur, quatenus videant se iuste in eo statu esse[8].

c) *Angeli*—qui, iuxta omnes, iudicio aderunt—probabilius indicabuntur (1 Cor 6,3; 2 Petr 2,4; Iudas 6; cf. Mt 8,29). Facile id admittitur de iudicio, non *discussionis* (meritorum et demeritorum) saltem pro angelis bonis, qui nihil mali egerunt, sed *retributionis* et quidem praemii erga angelos bonos vel poenae erga malos sed *accidentalis,* quatenus ex iudicio illi specialem gloriam, hi specialem confusionem accipient, ob merita vel demerita hominum in quos illi bene hi male egerint. At de praemio vel poena *essentiali?* S.Thomas negat; alii ut S.Bonaventura, Suarez, affirmant[9].

321. Materia iudicii. In genere tota vita moralis, seu omnia opera sive bona sive mala (2 Cor 5,10; cf. Eccli 12,14). S.Hieronymus: "Conscientiae et opera singulorum in utramque partem, vel bona vel mala, omnibus revelantur"[10]. In specie: *d)* Cogitationes. 1 Cor 4,5: *Qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. b)* Verba. Mt 12,36: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines,*

7 Non constat de nwdb quo illi adstantcs Christo iudicabunt; at id forte fieri posset; a) *Comparative,* quatenus bona eorum vita erit accusatio in reprobos. b) *Interpretative,* quatenus indicium Christi ipsi publice approbabunt, c) *FormaJiter,* quatenus sententiam Christi iis notam poterunt aliis aperire.

8 S.Th, *Suppi,* q-89 a.5 ad 3; cf. *De malo* q.5 a.3; SuXrEz, 57,6: cf. tamen *De vitiis ct peccatis* 9,6,4.

9 S.Th., *Suppi,* q.89 a.8; 3 q.59 a.6; S.Bonaventura, *In 4* d.47 a-1 q.4; Suarez, 57,8. Cf. S·Hippolytus: R 396.

10 S-Hieronymus, *In Dan.* 7,10: ML 25,532.

reddent rationem' de eo in die iudicii. c) Facta. Rom 2,5s: *...In die... iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius, d)* Omissa. lac 4,17: *Scienti igitur bonum facere et non facienti, peccatum est illi.*

Mt 25,31-46 solum *opera caritatis* ideo forte memorat, quod ea plurimi a Christo fiunt (Io 15,12)

In iudicio etiam opera per paenitentiam iam deleta manifestanda erunt, ut melius splendeat ct illa paenitentia et- misericordia Dei, cum aliunde ea peccata iustis iam nullum pudorem afferant[11]

322. Modus iudicii. Probabiliter manifestatio peccatorum et sibi et aliis propriorum *mentaliter* singulis fiet[13]. Sententia *sensibiliter* perficietur, iuxta Lessium et alios, aliter tamen opinante S.Thoma *(Suppi.* q.88 a.2). Illud est probabilius, cum agatur de iudicio inter homines congregatos; at non est absolute necessarium[14.15]

In Mt 25,31-46 indicium anthropomorphice describitur; nec iusti Indici contradicturi sunt, nec reprobi se sunt excusaturi.

323. Locus iudicii. "De loco autem, ait Billot, id unum constat: in terris fore celebrandum: ut ibi exitum habeat vita totius generis humani, ubi habuit initium, progressum, ac finem, et ibi quoque Christus iudex glorificatus assideat, ubi sub homine iudice olim despectus, humiliatus et reprobatus fuit" Id clare constat ex locis ubi de secundo adventu Christi in terras agitur (Mt 24,30; 25,31; Act 1,11; 1 Thess 4,15-17; etc.).

Pie putatur locus ille esse *losaphat,* vallis prope lerusalem, ex loel 3,2: *Et congrcbabo eos in vallem losaphat.* At cum vox "losaphaf" significet "Deus iudicet", ideo forte locus iudicii vallis losaphat metaphorice dicitur. "Non est opus, ait Palmieri, ut in his investigandis immoremur, quae oculis nostris tandem conspecturi sumus; quaestionis proinde solutionem reicimus in illam diem"1'.

11 Cf. A.Wikf.nhauser, *Die Liebeswerke in dem Gerichtsgemiilde:* BiblZeitschr 20 (1932) 366-377.

a S.Th., *Suppi,* q.87 a.2; Lessius, n.138. At cf. Lombardus, 4 d.43 n.4.

» S.Augustinus, *Dc civ. Dei* 20.14: ML 41.680. Cf. S.Basluus: R 964; S.Tn., *Suppi,* q.88 a.2; Suarez, 57,9,5; Lessius. 13,22,137.

14 Lkssius, n.139.

15 Billot, q.8 p.169.

" Palmieri. § S3. Cf. SuArez. 53.3; G.M.PErrElla. *La valle di Giosafat c it giudisio universale:* DivThom(Pi) 10 (1933) 45-50.

CAPUT IV

De millenarismo

Thesis 14. Millenarismus omnis reiciendus est.

S.Th., *In 4* '1.43 q.1 a.3 qc.1; Suarez, *Dc myst. vit. Ch.* 50.8; Reraza, n.1528-1545; T.Haiusa. *Das tausendfàhrige Reich Christi* (Graz 1924); I,eset »e. *Millénarisme:* DB 4,1090-1007; Barpy. *Millénarisme:* DTC 10.1760-1763.

324. Nexus. Cum ergo Christus sit et in terram venturus et sive electos in caelum, sive malos in infernum definitive missurus, quaeri potest num inter duo illa facta, scii, et adventum Christi et finalem retributionem iustorum, ipse in terris aliquod tempus apud iustos gloriose regnans acturus sit. Agimus ergo de *millénarisme.*

325. Notiones. Millenarismus seu *chiliasmus* (χιλιασμό) est opinio, quae (ablatis multiplicibus differentiis quibus a suis fautoribus proponitur) id tenet : post praesentem Ecclesiae statum esse futurum in terris regnum Christi gloriosum, et quidem plenum gaudiis, mille circiter annos duraturum.

Id quod hac definitione includitur, est velut elementum *essentiale* millenarismi. quod omnes eius fautores plus minus admittunt. Ea vero sunt elementa *secundaria,* quae chiliastae vario modo statuunt: o) Num illud regnum, quod sine dubio subditos in hoc mundo habere deberet, futurum sit inter secundum Christi adventum et inter resurrectionem generalem ac indicium finale, ut communiter dicunt', ct quidem praevia resurrectione iustorum omnium vel plurium aut ea resurrectione non praevia, at pluribus iustis adhuc in corpore mortali viventibus: au potius post indicium universale, *b)* Num praecise *mille annos* illud regnum duraturum sit, an simpliciter diuturnum tempus sine ulteriori vel potius cum aliqua determinatione, an forte in aeternum.

326. Millenarismus: a) *Crassus* (seu carnalis), eius regni felicitati, praeter alia gaudia, omne genus delectationum corporearum tribuit, h) *Mitigatus* (seu spiritualis, subtilis) illam in gaudiis vel solis spiritualibus reponit vel forte etiam, pro vario modo loquendi, in materialibus omnino honestis.

Omnis i.e. sive, crassus sive mitigatus.

Reiciendus est, non quasi *omnis* chiliasmus *intrinsece* repugnet, sed quia de facto non est fontibus conformis.

327. Adversarii. In tanta modorum loquendi varietate difficile est chiliasmi defensores in classes distribuere. Possunt

ergo in genere memorari ut adhaerentes millenarismo: a) *Crasso,* Cerinthus, *Ebionitae,* Nepos[1].

b) *Mitigato,* quem primo, ut videtur, Papias docuit, S.Irenaeus, S.Iustinus, Tertullianus et *Montanistae*[2], S.Methodius[3], Lactantius (R 647); quibus ut accedentes citantur plurimi a s.XIV, in quibus sunt, ut hic pauci memorentur. Eyzaguirre, Morrondo[4], Chabauty, Rohling[5]* et praeter plurimos Protestantes, ut *Mormones, Irvingianos, Adventistas*[6], M.de Lacunza in modernioribus chiliastis longe eminens ob maximum influxum quem in posteriores, etiam in Protestantes, exercuit[7].

A millenarismo sic intellecto ca differt *opinio de felice slain Ecclesiae futuro,* dc qua pauca inferius dicemus. Unde quaerendum est, num illi singuli auctores mrmorati, vel alii etiam qui ut millenarisfae citantur, *visibilem* (saltem per modum actus seu non habitualiter) Christi adventum doceant, cum secus ut millenaristas *stricto sensu* non esse habendos censeamus.

Millcnarisini origo, quae difficile determinatur, videtur esse a iudaismo, in cuius apocryphis ct aliis scriptis iam ante Christum vigebat idea temporis vcnturi quo homines omnibus bonis materialibus gauderent, quibus tamen non raro ct bona spiritualia addenda esse dicerentur. Istud tempus, pro diversa opinione: inciperet sub Messia vel sine Messia; attingeret solos iudaeos vel etiam ethnicos eis subiectos vel etiam iustos; duraret annos 400 vel 1000 vel 2000,

[1] De Cerintho agit Caius apud Eusebium. *Hist. Eccl.* 3.28: MG 20,274$; cf. et 7,25,3; *ibid.,* 698. Dc Ebionitis. cf. S.Hieronymus. *In Is.66.20:* ML 24.672; cf. *In 60,1:* MI, 24 587 Nepos upisc. aegypt.: cf. Eusebius, *l.c.,* 7,24: MG 20,691s. De Apollinaristis cf. S*Gregorius Naz., *Epist.* 102.4: MG 37.198; S.Epiphanius. *Adv. hacr. 3,77,36:* MG 42,695.

[2] De Papia, cf. Eusebius: R 658; S.Irenaeus: R 260ss: cf. TixEront. 1.278s; SJustinus, *Dial, cum Tryph.* 80: MG 6,663-670: cf. LLaguiEr. *Lc millénarisme de Saint lustin:* RevClerFr 39 (1904) 182-193. De Tertulliano et de Montanistis. cf. Tixeront. 1,218.258.

[3] S.MlETiionius. *Conviv. dec. virg.* 9.1: MG 18,178. De S.Hippolyto (ut non chiliasta), cf. Pesch, 9 n.704 nota.

[4] Eyzaguirre. *o.c.;* C.Morrondo. *La proximidad de la catastrofe del mundo y al advenhniento dc ia rcgencraciôn universal·* (Jaén 1922).

[5] E.A.Chabauty, *Études scripturales, patristiques, théologiques ct philosophiques sur l'avenir de l'Eglise catholique...* (Pictavii 1890-1893): cf. Hurter. 3 n.712; Id.. *Chiliastischc Ansichten:* ZkathTh 18 (1894) 377-382; A.Rohling, *Die Zukunft der Mcnschhcit ats Gattung nach der Lchrc der heiligen Kirchcnvatcr* (Leipzig 1^07); cf. J.Schmid-AngErbach, *1st die Lchrc von der ewigen l'oripflanzung eines ncitcn paradiesisehen Menschcngeschlechtes nach dem Weltgorichtc mit der wahren katholischcn Lchrc vercinbarf:* ThPrakQschr 75 (1922) 48-63 217-232.

[6] Cf. W.R Harris *Mormons:* CE 10.570-574; A.HumbErT, *Irtringicns:* DTC 7,2566-2570; Tanquerey, *l.c.,* 512-514; J.Schwane, *Chiliiamus:* KL 3.147s. Cf K.Algermisskn, *La Chicsa et le Chicse* (Brescia 1914); C.Crivelli. SI.. *Piccolo Disionario délie sotte protestante* (Roma 1945) p.149-153· 199-201 ; R.Janin. *Le Millénarisme et l'égéisc Grecque:* EchOr 27 (1928) 201-210.

[7] M.de Lacunza. S I.. *Pcnida del Mcsias en gloria y majestad* (San Fcrnanuo-Câdiz. calSl1). Cf. A F.Vaucher. *Un célébrité oubliée: Le P.Manuel Lacunza y Diaz, SI. (.1731-1801}* (Çplonges-sous-Salèves, Haute Savoir. 1941). plures ceterum millenaristas Recensens; F.Mateos, S.I., *Milcnarismo m'tigado: Méritos y errores de un insigne jesuita chileno:* RazFe 127 (1943) 341-367: ILVillegas, SS.CC.. *El tnilcnarisnto y cl Antiguo Testamento a tràvés de Lacunza.* Dissertatio ad lauream... (Valparaiso 1951).

etc. Sic ergo a iudaismo edocti, et Apoc 20 inepte intelligentes, videntur quidam christiani ideam chiliasmi hausisse, quam, ut dictum est, Cerinthus ct alii materialiter, Papias et alii spiritualitcr conceperunt

328. Doctrina Ecclesiae, a) *Negative.* Ecclesia suis documentis numquam memorat regnum Christi millenarium. Potius, ut patet ex allatis pro iudicio finali, non concipit secundum Christi adventum nisi ad iudicandos omnes homines et quidem iam resuscitatos et quibus praemium vel poenam mox definitive conferat.

b) *Positive.* Sacra Congregatio S.Officii Excmo. Archiepiscopo S.lacobi (Chile) de millenarismo spirituali, quem quidam in sua archidioecesi defenderent, quaerenti, haec a.1941 mandavit: "Systema millenarismi etsi mitigati—docentis scilicet secundum revelationem catholicam Christum Dominum ante finale iudicium, sive praevia sive non praevia plurium iustorum resurrectione, corporaliter in hanc terram regnandi causa esse venturum—tuto doceri non posse". Quibus ea adduntur: "Excellentia tua enixe vigilare curabit ne praedicta doctrina sub quocumque praetextu doceatur, propagetur, defendatur vel commendetur, sive viva voce sive scriptis quibuscumque".

Ergo his directe attingitur: chiliasmus etsi *mitigatus* (ergo a fortiori *crassus* de quo tamen ibi directe non agitur); prout revelatione publica contineri dicitur; docens Christum esse venturum: corporaliter, ante iudicium finale, regnandi causa (non ergo negatur Christum ob aliam causam, in hoc mundo corporaliter ad breve tempus aliquando forte apparere v.gr. ut apparuit Paulo), in hanc terram, sive praevia sive non praevia plurium iustorum resurrectione; et asseritur eum *tuto doceri non posse;* itemque prohibetur qualiscumque eius propagatio ®.

32β. Dein eadem S.Congregatio a. 1944 ad quaestionem "quid sentiendum de systemate *millenarismi mitigati,* docentis scilicet Christum Dominum ante finale iudicium, sive praevia sive non praevia plurium iustorum resurrectione, visibiliter in hanc terram regnandi causa esse venturum", respondit "systema millenarismi mitigati tuto doceri non posse".

Haec responsio, ut patet, praecedentem repetit, at omissis

8 'Fixeront, 1,41.43.222-225; S.Rosadini, S.l ; PeriodMorCanI.it 41 (1942) 170s.

6 *Estudios* (Buenos Aires 1941) 355; Rosadini. *l.c.,* 166-175. Cf. SalTer 30 (1942) 612.

illius verbis "secundum revelationem catholicam" et posita voce "visibiliter" pro "corporaliter" 10.

330. Valor dogvnaticus. Chiliasmus *crassus* ut *haereticus* a theologis habetur11, et quidem iure utpote oppositus Scripturae (Mt 22,30; 1 Cor 15,50; Rom 14,17).

Chiliasmus *mitigatus* est opinio *saltem temeraria.*

331. Probatur ex sacra Scriptura. Scriptura nullibi regnum milieu.irimn indicat; immo, etsi expresse eum non reiciat, ita cum secundo Christi adventu coniungit resurrectionem mortuorum generalem et finale iudicium, quod quidem immediata exsecui io sententiae consequatur, ut regno millenario nullum locum relinquat (cf. v.gr. Mt 24,3.27-31 cum 25, 31-46; Io 5,27-29; Mt 16,27; 2 Tim 4,1).

Nec post iudicium datur iustis regnum millenarium, sed aeternum: Mt 25,34. Post resurrectionem in novissimo die (Io 6,39) habetur in novissimo die iudicium (Io 14,48), quod sequitur immediata praemii vel poenae retributio (Mt 24-25; 1 Thess 4,15s).

332. Probatur ex traditione. SS.Patres quemlibet millenarismum acriter impugnant. S.Hieronymus memorat "mille annorum fabulam" i2.* S.Augustinus, qui prius chiliasmum admiserat, dein eûm reiecit1S.

Ceterum quoad Patres chiliasmi (mitigati) sectatores haec dicit PeSch: "Itaque si iam colligere, iibet ex dictis, qui sint veteres scriptores auctoritate insignes in theologia dogmatica, qui chiliasmum magis spiritualem docuerunt, duo sunt: lustinus et Irenaeus, Papiae veneratione seducti, et hi duo concedunt, alios bonos Christianos aliter sentire. Unde argumentum traditionis ad nihilum fere reducitur". Immo dc iisdem haec addit Rosadini: "Hi... neque eodem sensu talem felicitatis (utique spiritualis) aetatem exponunt, neque semper assertive, ct, quod magis adhuc notandum, contradicentibus aliis magnae auctoritatis viris ecclesiasticis" '4.

Quoad Patres vero posteriores haec scribit Franzelin: "Post Lactantium, ineunte saeculo IV, nullus amplius auctor gravis et catholicus usque ad recentissimam aetatem huius sententiae mentionem fecit, quin simul eandem improbaverit et reiccerit." "Igitur de universali, constante et rata consensione Patrum et Doctorum inde sal-

10 AAS 36 (1**441 212. Cf. G-Gtcl Emax, S.I. *Condamnation dn millénarisme mitigé:* NouvRevTh 67 (1945) 23°-241.

11 SuArbz. 50 8 4: I,εκχεβζ. n 336; Pohle-GiBrens, 3 p.720.

" S.HtSronvmcs. *In Is.* 1 18 pracf : ML 24.627s; cf. 1.17 c.60: ML 24.578s; *In Ier.* 4.19: MI, 24 802: *Epist.* 120 2: ML 22,986.

u S.Augustinus: R 1521; at dein R 1768s. Cetenim, cf. OrigesKS, *De prine.* 2.11,2: MG II 241s; S.Basilius. *Epist.* 263.4: MG 32,979; S.Gregorius Naz.. *Epist.* 102: MG 37,198; GennadiuS: R 2222 2226.

11 Pesck, 9 n.710; Rosadini, 171s.

tcm a quinto saeculo usque ad hanc nostram aetatem in reicicnda illa opinione nullum potest esse dubium" ",

333. Obiectio. Tamen videretur esse pro chiliasmo Apoc 20: *Et vidi angelum descendentem de caelo... Et apprehendit draconem... et ligavit eum per annos mille... et vidi... animas decollatorum propter testimonium lesu... et vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis. Ceteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni. Haec est resurrectio prima. Beatus... qui habet partem tn resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem... et regnabunt cum Christo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas de carcere suo et exibit et seducet gentes... Et dedit mare mortuos suos et mors et infernus dederunt mortuos suos... et indicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Haec est mors secunda.*

Ex liis ergo viderentur esse resurrecturi primo iusti, qui cum Christo in terris mille annos regnent, et dein reliqui omnes ad iudicium finale.

Attamen haec neganda sunt. Liber Apocalypsis est valde obscurus3®. Hinc locus obiectus, in se non parum difficilis, ea interpretatione, etsi forte minus litterali et obvia, intelligendus est, quae dogmatum analogiae magis consonet.

In regno ergo Christi durante mille annos, i.e. per diuturnum tempus ante secundum Christi adventum, multae animae sanctitatem et salutem aeternam obtinent: en *resurrectio prima.* Impii, utpote sic spiritualiter non resurgentes, dicuntur mortui. In fine saeculi diabolus sinetur acrius illud regnum impugnare, omnes mortui corporaliter resurgent (en *resurrectio secunda)* et post iudicium finale impii igni dabuntur: en *mors secunda.* Haec loci congrua interpretatio, iam a S.Augustino proposita, est communissima apud theologos et exegetas catholicos1T.

Ceterum loco obiecto non indicatur illud regnum esse futurum in hac terra, aut post secundum Christi adventum.

Wickenhauser est in opinione aliis non admittenda, quod prima illa resurrectio sit proprie resurrectio corporea martyrum, qua symbolice indicetur eos aliquo gloriae privilegio donari ".

" J.B.Franzbi.in, S-I.. *De divina traditione et Scriptura3* (Romae 1882) th.16 plSS-191; 'Fixeront, 225.

w S.HIERONVMUS, *In Iis.* 11.38: MI, 25,356; S.AUGUSTINUS. *Dc civ. Dei* 20.17: Mt 41.683.

M S.Aucvstinus: R 176s: S.Th.. *Suppi,* q.77 a.l ad 4: Suarez. n.10; SiçkSnbsrcEr. *Das tauscndjiihrigc Reich in dcr Apocalypse:* Merkle Festschrift (Düsseldorf 1922) 300-316: H.Hoεγει.. *De regno mille annorum in Apocalypsi:* VerDom 3 (19231 206-210 237-241; Auô. *o.c.,* 283-402: Io.. *L'Apocalypse ct l'cpochc dc la parousic:* RevBibl 24 (1915) 42(M27: Lercher. IV-2a n.920. Nec Paulus ullo modo ut millenarista habendus est: cf Ar.T.ô. *Saint Paul ct la "double résurrection" corporelle:* RevBibl 41 (1932) 187-209.

18 Wickenhauser. *Offcnbarung des Johannes ilbcrsctst und crklart* (Regensburg 1947); Io., *Dcr Sinn dcr Apocalypse des heiligen Johannes* (Munster 1931). Çf. contra ipsum. Ali.ô: RevBibl 41 (1932) 304s; CEUi'fEX'S: Ang 26 (1949) 294

334. Scholion. *De felice statu ecclesiae futuro.* Iuxta hanc theoriam, ante adventum Christi erit diuturna periodus felicissimae conditionis in Ecclesia. Id statuunt, praeter plures acatholicos, quidam catholici ut BispingJe.

Haec opinio, iuxta Beraza, est "falsa et a dogmate catholico valde aliena"; iuxta Lercher "ut temeraria improbanda est" 20. Tamen, si doctrinam Christi de cruce ferenda servat, non videtur <-a censura esse notanda. At sine dubio caret solido fundamento: nam crux Christi semper est ferenda (Lc 9,23; 14,25); in Ecclesia semper erunt triticum et zizania (Mt 13,24-30), oves et haedi ÇMt 25,32s), agni et lupi (Lc 10,3), boni ct mali (Mt 13,47); in omnibus, etiam iustis, semper remanebit ex peccato originali concupiscentia (D 792), fons plurium malorum moralium, pariter et passibilitas physica.

CAPUT V

De fine mundi materialis

S.Th., *Dc pot.* q.5 a.4-10; S.Bonaventura, *In 4* <1.48 a.2 q.3; Suârez, *l.c.,* 58,1-3; Mangenot, 2504-2552; H.M.Biedmann, *Dic Erjosung dcr Schdpfung beim Apostel Paulus* (Wurzburg 1940); Michel, *Feu du jugement:* DTC 5,2239-2246; J.de Fraine, *Dc wcrcldbrand als wercldcinde:* OnsGeloof 29 (1947) 49-65.

335. Nexus. Dictum est hucusque de novissimis singulorum hominum et generis humani. At inde exsurgit ea quaestio: si homines suscitantur ut iudicati aeternam sortem obtineant vel praemii in caelo vel poenae in inferno, quid eveniet ipsi mundo *materiali,* quo homines ante eorum mortem vel immutationem usi sunt: annihilabitur, an manebit fere qualis nunc est, an perficietur?

336. Mundus finem habet. Mundus sumitur hic pro terrarum orbe cum tali causarum naturalium dispositione; consequenter dicenda de eo videntur etiam valere de iis quae terram circundant et causaliter cum ea sunt nexa seu saltem de caelo aerio, immo forte de toto mundo sidereo. Hic ergo mundus, qualis est, finem habebit. Mt 5,18: *Donec transeat caelum et terra, iota unum... non praeteribit a lege.*

10 Cf. A.Bisping, *Erklarung dcr Apokalypse* (Münster 1876) 309-321: cf. Knabenbauer, *Israel. Restauration nach dcr Wcissagung Escchicls 40-48:* ZkathTIi 14 (1890} 266-269. De ea opinione, cf. F.Alcaniz, S.I., *Ecclesia Patristica ct Millenarismus* (Granada 1933) 47-55.
Λ Beraza, n.1541; Lercher, IV3 n-623.

Ea consummatio saeculi fiet per ignis corporei conflagrationem. 2 Pet 3,7-12: *Caeli autem, qui mine sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem iudicii, et perditionis impiorum hominum... Adveniet autem dies Domini ut fur; in quo caeli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quae in ipsa sunt opera, exurentur. Cum igitur haec omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse..., properantes in adventum diei Domini, per quem caeli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent?* [1]

Iuxta S.Thomam *(.Suppi,* q.74 a.8) ignis ille conflagrationis, praeter alios effectus, ut agens naturale corpora hominum, qui forte vivi reperientur, in cinerem reducet; ut' .instrumentum divinae iustitiae malos torquebit, bonos vero non cruciabit nisi ii quadantenus a maculis purgandi sint.

337. Mundus non annihilabitur, sed renovabitur *. Is 65,17 : *Ecce ego creo caelos novos et terram novam et non erunt in memoria priora.* 2 Petr 3,13: *Novos vero caelos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus...*\ (cf. Rom 8,19-22 3 ; Apoc 20,11; 21,1).

Ea vero renovatio videtur esse in eo quod creatura sic a maledicto peccati et a servitute corruptionis liberabitur, ut, praeter iustorum corpora (Phil 3,20s). omnia in caelo et in terra proportionaliter glorificentur (Eph 1,9s; Coi 1,18-20), quo mundus convenienter ad statum filiorum Dei immutatus instituatur (Rom 8,19-22) *.

338. *SS.Patres* etiam mundi renovationem docent. C.Cyrij.LUS Hier. : "Fiet enim mundi huius consummatio et factus iste mundus rursum renovabitur... Pertransibit hic mundus, ut qui sit pulchrior excitetur... Convolvet caelos Dominus, non ut iis afferat interitum, sed ut rursus excitet pulchriores". S.Basilius: "Corporea omnis creatura nobiscuin immuta-

1 A Lapide, *In 2 Petr* 3,7-13; Vrede, *Pctrusbricfc* (Bonn 1924) 161-164· C.Ceuixmaxs, *Commentarius in epistolas catholicas2* (Mechltniae 1925) 179-181: "Certum est hunc mundum igne periturum esse, tamen substantiam mundi non esse delendam. Cetera in opinione posita sunt et controversa: v.gr. utrum conflagratio sit praecessura vel secutura iudicium, utrum etiam caeli siderei sint comburendi et similia" (cf. n.268). Ceterum etsi ex ratione naturali constet mundum aliquando in finem esse venturum, tamen finis, quem dc facto habebit, erit praeternaturalis, ut patet ex modo loquendi Scripturae, cum agatur dc facto repentino (Mt 24,37; 1 Thess 5,2). Dc sorte mundi futura scientifice inspecta, auctores diversa dicunt: cf. ex una parte J.M.del Barrio, S I-, *jPa a la mucrte cl universo?:* MiseCom 18 (1952) 145-161. iuxta quem mundus non tendit ad mortem, et ex alia parte, PuiG, *o.c.,* iuxta quem mundus tendit ad mortem.

3 Non defuerunt qui dicerent mundum esse igne destruendum, ut quidam Gnostici, maxime Valentiniani : cf. Ki.EE„2 512s. Huius rei solutionem philosophia invenire nequit, sed sola theologia, quae nimium sive pessimismum sive optimismum de sorte futura mundi superat: cf. Pieper. *o.c.,* c.1-2.

3 Biedermann. *l.c.;* F.Trucco. C.M., *Omnis creatura ingemiscit (Rom.8,19-23*): DivThom (Pi) 12 (1935) 320-326. Cf. tamen Prat, 1.286.

* Cf. Cornely. *In Rom 8.19-22* p.424-434; Scheeben. §96; A.Viard, *Exspectatio creaturae, Rom 8,19-22:* RevBibl 59 (1952) 337-354.

bitur". S.Hieronymus: "Non dixit (Petrus) alios caelos et aliam terram videbimus, sed veteres et antiquos in melius commutatos" B.

339. *Ratio theologica* congruentiam ostendit: a) Ut mundus et sceleribus foedatus purificetur et factus propter hominem cum homine glorificetur, *b)* Ut homo domicilium corporibus gloriosis aptum in mundo habere queat; ut gaudeat ubi propter licum virtutes coluit, labores et forte martyrium tulit; ut eam gloriam accidentalem habeat, cum Deum oculis carneis non videat· c) Ut perfecta recapitulatio omnium, etiam creaturae irrationalis, sit Christus et in quem omnia tendant. *d)* Ut omnia per Christum sint propter Deum, cuius, mundo renovato, bonitas se expandens, sapientia omnia harmonice regens, potentia cui omnia subsunt, splendeant.

340. *Qualis erit mundus renovatus?* In genere, talis qualis statum beatorum decet. Hinc, cum beati, utpote iam incorruptibiles, vegetalibus et animalibus non egeant, putarunt multi haec omnia illi mundo esse defutura". At probabilius videtur id quod alii tenent, regnum organicum plantarum et animalium illi mundo convenire, ut eius complementum et in maius beatorum oblectamentum'.

341. Quando fiet mundi renovatio? Non constat, cum nesciamus utrum conllagratio sit futura post iudicium universale, ut S.Augustinus, Suarez, Jungmann, etc., putant, an ante iudicium, ut credunt S.Thomas, A Lapide, etc. (cf. n.268). Forte melius dicitur: "ante iudicium, in iudicio, et post iudicium". Sic duae illae priores opiniones conciliantur et mundi renovatio ponitur, ut magis congruum videtur, post iudicium universale.

342. Scholion. *De consummatione Corporis Mystici.* Peracto finali iudicio et electis beatitudine donatis, consummatum erit regnum caelorum et Corpus Mysticum, cuius rex et caput est Christus "cuius regni non erit finis" (D 86) et sic prophetiae erunt impletae (Dan 7,13ss; Lc 1,32). Tunc omnia Christo homini erunt subiecta (1 Cor 15,25-28), ore pleno canentia (1 Tim 1,17): *Regi autem saeculorum immortali, invisibili, soli Deo honor et gloria in sacculo sacculorum. Arnen.*

° S.Cyrillus HiKr., *Catech.* 15,3: MG 33,871; S.Basilius. *In ps.* 44,2: MG 29,390; S Hikronymus, *In Is.* 18,65: Mb 24.644s; S.Augustinus, *De civ. Dei* 20 c.14.16: ML 41,679.681.

" S.Th., *Suppi,* q.91 a.5; S.Bonaventura. *In ·/* d.48 a.2 q.4·

7 St ZNTRUP, *o.c.,* th.167; Bautz, *Das organischc Lcbcn auf ilcr vcrkliirtcn Erdc:* Kalh (1877,11) 135-158; SuarEz, 59,3.

INDEX LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE

N. B.—Numeri romani *tractatum* designant, arabici autem numeros *marginales.*

Gen	1.26	V 174.
	1,27s	V 140 147 157 159s.
	2,18-24	V 140 157 159 163 169 224.
	2,22	V 174.
	3.10	IV 260; VI 23.
	5.4	VI 21.
	7	II 33.
	8,19	V 151».
	9.1	V 159.
	14.18SS	III 52 55.
	15.4ss	V 224.
	irt	V 173.
	17.8	VI 160.
	17.11SS	I 23.
	17.14	I 23.
	21	V 173.
	21,12	V 224.
	31.54	III 55.
	32.23-30	VI 75.
	41.26	III 17.
Ex	13,21	II 33.
	24,8	III 25.
	28	IV 128.
	33.11	VI 75.
	33.18-20	VI 75.
	39.29	VI 297.
	37.1SS	VI 278.
Lev	2.1RS	III 69.
	2.13	VI 211.
	2.15	III 69.
	6.13	III 69.
	6,15	III 69.
	7.9	III 69.
	11,14	II 22.
	IS	V 225
	18.6-18	V 244.'
	211.10	V 243.
	24.7	III 69.
Num	3,5	V 1.
	8,6	II 22
	8.10	II 22
	12.8	V 75.
	14.1-23	IV 162.
	15.4	III 69.
	16.29-34	VI 217.
	19.11	II 22.
Deut	22 22ss	V 243.
	25.25	V 225.
los	18.16	VT 148.
111(1	21.(1	IV 99.
I Keg	9.13	III 55.
	15 32	VI 3.
2 Beg	11.27k	IV 162.
	12.13	IV 211.
3 Reg	11.43	VI 24,
4 Reg	2.11SS	VI 21.
	16.3	VI 146.
	23.10	VI 146.
2 Par	28.3	VI 146.
	33.6	VI 146.
	34.4s	VI 140.
Tob	4,11	IV 172.
	6.21s	V 159.
	8.3	VI 214,
	S.9	V 159.
	12,9	IV 117.
ludith	16,20s	VI 152 163.
	16.21	VI 182.
lob	4,18	VI 91.
	10.20-22	VI 279.
	10.22	VI 146.
	14,1s	VI 25.
	14,12	VI 284.
	14,13	VI 279,
	14,14	VI 284.
	15,15	VI 91.
	16.23	VI 279.
	17.13-16	VI 279.
	19.10	VI 279.
	19.23s	VI 279.
	19,25-27	VI 279.
	19.28s	VI 279.
	21,7	VI IM.
	30,19-23	VI 279.
	31.31	III 47.
	42.6	iv on.
	42.7	VI 91.
Ps	1.1	VI 47.
	1.5	VI 284.
	15,10	VI 171.
	15.11	VI 55.
	lii.3	1'1 211.
	16.15	VI 55,
	21.28	III 68.
	22 5	VI T|.
	41.5	VI 71.
	48.16	VI 171.
	50.4	IV 211,
	511.9	IV 211,
	57.11	VI 177.
	61.13	VI 185.
	65.10	VI 211.
	72 '3-27	VI 55.
	75.6	VI 24,
	7(1 8s	VI 171
	81.(1	11 105.
	85 1'<	VI 171.
	88,33	VI 160.
	96.3	VI 268.

Ps	102,8s	VI 171.
	102.12	IV 211.
	102.14-16	VI 171.
	103.15	IV 236.
	109.1	HI 56.
	118.1	VI 47.
	126,2s	VI 233.
Prov	4,11	Intro cl.
	14.14	V 233.
	16.6	IV 172.
Eccl	1,2	VI 55,
	3.19	VI 285.
	9,10	VI 10.
	12,7	VI 3.
	12.8	VI 55.
Sap	3.7	VI 297.
	5.1-15	VI 104.
	5.10	VI Ml.
	6.6	VI 1.S5.
	9.15	VI 286,
Eceli	1.27	IV 117.
	2.5	VI 211.
	7,19	VI 182.
	7.40	Introd.
	11.20-38	VI 10,
	12,14	VI 321.
	17.26	VI 10.
	18,8	VI 25.
	18.22	VI 10.
	44,16	VI 21,
	48.10	VI 267.
	48.13	VI 21.
Is	12,3	Il 116.
	14,8	VI 24.
	14,9	VI 217,
	14,11	VI 163.
	14,18	VI 24.
	24,21s	VI 214.
	25,8	VI 128.
	2(1,14	' I 278.
	26.21	VI 278.
	30,26	IV 211.
	33.14	VI 152 163.
	35.10	VI 128.
	36.19	VI 278.
	43,7	VI 55.
	43.25	IV 166 211.
	48,11	VI 55.
	49,6	Ill 68.
	49.10	VI 296.
	53.12	IV 260.
	57.16	VI 171.
	60,9	Ill 68.
	61.10	VI 136.
	62.64	VI 182.
	65.17	VI IT? 337.
	66.15s	VI 268.
	66.19	Ill 68.
	66.24	VI 152 163s.
1er	7.31s	VI 146.
	8.9	IV 102.
	19,2-11	VI 146.
	31,18ss	IV 109.
	32,35	VI 146.
Ez	18.21-30	IV 109.
	18.21	IV 112.
	18.22	IV 166
	31,18	VI 24.
	32,27s	VI 24.
	33.12	IV 166.
	36,26	II 116.
	44,3	II 116.
	47.1-22	II 116.
	49.10	II 116.
Pan	4.17	Ill 17.
	4,24	IV 172.
	7	VI 342.
	12,2	VI 24 163 278.
	12.3	VI 137.
Os	3,4s.	VI 266.
	13.14	VI 278.
loel	2,1-3	VI 268,
	2.1-17	IV 109.
	2.12	IV 102 140.
	2,30	VI 268.
	3,2	VI 323,
Am	9,12	III 68.
Mich	4.2	Ill 68.
	7.19	IV 211.
Hab	1,13	VI 141.
Mai	1,10s	Ill 64-71.
	1.11	Ill 219.
	4,5s.	VI 267.
1 Mach	2.58	VI 21,
2 Mach	7.9-23	VI 278.
	12.36-16	VI 227.
	12.43ss	VI 278,
Mt.	1.31	IV 231.
	3.1	II 2.
	3.6	II 2.
	3.7s	IV 127.
	3,7	II 2,
	3.11	II 2 14 17 30 32 36 44 72 ; VI 207.
	3.12-16	II 2.
	n	VI 47.
	5.8	VI 69.
	5.10	11 75.
	5,12	VI 47 71 117.
	5.16	IV 136.
	5.17	IV 138.
	5.18	VI 336.
	5.19	VI 137.
	5,22	VI 14(1 152 183 207.
	5.28	VI 153.
	5.29s	VI 147 152 207.
	5,32	V 233 242 252 259 277.
	5,44	IV 112.
	6,12-15	IV 11.
	6.14	IV 112; VI 276.
	6.20	VI 48.
	7.11SS	VI 20.
	7.13	VI 146,
	7.19	VI 207.
	7 22	VI 315.
	7/23	VI 151.
	8.11	VI 138.
	8.12	IV 116 152 182s.
	8.25	IV 231.
	8,28	VI 218.
	8.29	VI 320.
	9.1-8	IV 11.
	9.2	IV 11.
	9.5	IV 11.
	9.12	IV 211.
	9.18ss	VI 20.
	9.24	VI 22.
	9.27	IV 231.
	10,8	IV 231 241,
	.10.15	VI 315.

.Mt .10,28 II Kl; VI 140 152 207 270.
10,33 11 75.
10.30 H 75
11.21 IV 102
11.22-21 VI 315.
11.27 VI 74
12.31 IV 27.
12.32 IV 44; VI 22s
12,30 VJ 315 321,
12,'I I h VI 313.
13.21 30 VI 3.34.
13.10-12 VI 109 207.
13.38η III 17.
13.10 VI 207.
13.12 VI 110 183 207
13.1- 13 VI 153.
13,43 VI 127 21.7,
13,47 VI 334.
13.1-50 VI 315.
13,50 VI 110 207.
14.2 VI 270,
15.10 VI 127.
IB, 19 IV 219.
10.25 П 75.
10.25s VI 55.
10.27 VI 185 315 318 331.
17.2 VI 297.
17,10s VI 207,
18.8 VI 48163 207.
18,8s VI 153
18.9 VI 140 207.
18,8s VI 150,
18.10 VI 09 108.
18,18 IV 14s 25 193s 219
18,21s IV 214.
18.23-35 IV 214 ; VI 24.
19.3-0 V 149 192 216 233 235 237 243.
19.4-9 V 183 224 252.
19,10s V 154s 183 192 297.
19.13 II 121; IV 103.
19,16 VI 163.
19.25 VI 101.
19.27 VI 261.
19.28 VI 172 319,
19.29 VI 127.
20.1-10 VI 120.
20.28 III 25.
21,5 П 2.
22.11-13 VI 140.
2213 VI 152 182. ~
22.23-34 VI 270.
22.30 VI 48 00 284 330.
23.33 VI 146.
22.43s III 50.
24.25 VI 331.
24.1-44 VI 208,
24.3 VI 200s 331.
21.8 VI 263.
24.14 VI 203.
24.24 VI 204.
24 27 VI 262,
24.27-31 VI 331.
24,29s VI 208.
24.30 VI 201 323.
21.32s VI 203,
24.36 VI 202.
24,3788 VI 25.
24,42-44 VI 202.
24,42 VI 10.
24,44 VI 10.
24,47 VI 138.
24.48-51 VI 152.
25,12 VI 151.
25.13
25.21
25.23
25,14 30 VJ.
25.30 VI 146 152 182.
25,31 VI 323.
25.31-46 VI 10 153 163 171 233 242 295 315 322 331.
25 32 VI 320,
25.32s VI 334.
25.34-13 VI 42.
25.34 VI 48 127 138 331.
25,41s VI 217.
25,41 VI 140 150 153 103s 201 207 212.
25,44 IV 40.
25,46 VI 48 101 146 163 212.
20.17SS III 28.
26,20 III 28.
26.24 VI 182 199.
26,26 IV 9t.
26.2688 III 13 24.
26.36 VI 131.
27,40 VI 127 182. 270.
27,52s VI 24.
27,52 15' 11.
28,16 Ī 142.
28.18s VI 44.
28,18 II 2 16 19 30 39 41 39.
28,19
Mc 1,8 II 2 14 17 72
2,1-12 15' 11.
3,2Sss IV 27 44.
0,5 IV 103.
6.13 IV 241.
6,25 II 2.
7,3 15' 18.
7.4 II 2.
7,32s II 129.
8.22-25 II 129.
8.2S II 2.
8,35 II 75.
8,38 VI 261.
9,18-20 VI 20.
9.42-49 VI 207.
9.42-48 VI 207.
9.42-47 VI 146 150.
VI 14(1 211
VI 183.
9.43s VI HH.
9,45 VI 182.
9.18 VI 211.
9.49 VI 211.
10,2-9 V 149.
10,11 V 218 220 237 243
10.16 IV 103.
10.17 VI 10I.
10,30 VI 101.
10.38 II 2.
10,45 III 25.
12.18-27 VI 276.
13.24-27 VI 2(18.
13.24-26 VI 2(18.
13,35 VI 10.

13,57 VI 10.
14.12-16 III 28.
14.17 III 28.
14.22 IV 01.
14.22s HI 13 24.
16.14 IV It.
16.15s VI 146 263.
16,16 I 73; II 14 16 30 39 86.
16,10 VI 48,
1.17 VI 267.
1,32 VI 342.
2,1 VI 263.
2,16 IV 229
3,16 II 2 17 72,
3,17 VI 146.
4,39 IV 46.
5,17-26 IV 5 11.
6.20 VI 55.
6.21 VI 128.
6,23 VI 48.
7.2-10 IV 228.
7,11-16 VI 20.
7,33 11 2,
7,47s IV 11.
8,24 IV 231.
8,32 VI 146.
9,2 IV 241.
9,8 VI 276,
9,19 II 2.
9,23 VI 334.
9,24 11 78.
9,26 VI 261.
9.29 VI 297,
10.3 VI 334.
10,30 IV 211.
11.14 IV 112.
11.38s IV 112.
11.38 II 2.
12,5 VI 207,
12,8 VI 137.
12.10 IV 27.
12,11s II 116.
12,19s VI 25.
12.37 VI 138.
12,40 VI 10 25.
12.50 II 2.
13,24 VI 199.
14,13s VI 276.
14.14 VI 276.
14,24 VI 151 153,
14.25 VI 334.
15,7 VI 127.
16.1-8 VI 24.
16.9 VI 101.
16.18 V 235 237 243.
16.19-31 VI 33 153.
16,19ss VI 10.
16.22-24 VI 150.
16.22 VI 44s 146,
16,23-30 VI 213.
16,23 VI 217.
16 24-28 VI 190.
16.21 II 2: VI 207.
16.26 VI 164,
16.27s VI 217.
16.28 VI 146 183.
17 24-26 VI 260.
17.24 VI 261,
17.26 VI 26t,
17,27 VI 261,
19,11-27 VI 24.
20,27-40 VI 276.
20.35s VI 285.
20.35 VI 295.
21.25-27 VI 268,
21,24 VI 266.
22,7-13 III 28.
22.14 III 28.
22,15 III 28.
22,19 IV 91
22.19s III 13 24 34 103ss 161 232,
22,29 VI 138.
22.29s VI 71 127 319.
22,30 VI 138.
23,43 VI 33 48 139.
24,26 VI 127.
24.36-49 IV 11,
24,43 II 73.
24,48 II 116.
24,50s IV 98.
1,1 II 11.
1,12ss II 11.
1,18 VI 74,
1,23 II 11.
1,29 IV 27 211.
1,33 II 2 72.
2,1-11 V 177 192.
2,19 III 50,
3.3-13 III 47.
3,5 I 39 69 72; 81; II 11 19 30 32 36 39 57 60ss 65; IV 72.
3,8 II 72.
3,13 III 49.
3,15s VI 101,
3,15 I 72.
3,16 V 184; VI 146.
3,26 II 17; VI 164.
3,29 VI 136.
3,31 II 11.
3,32 II 2.
3,36 VI 101 124 151153.
4,2 II 2 17.
4,10 II 116.
4,13 II 152,
4,14 VI 101.
4,18 V 244.
4.21-24 III 156.
4,32ss III 47.
4,46s IV 228,
5,21 IV 231.
5.22-27 VI 44.
5.22 VI 318.
5.25 VI 285.
5,27-29 VI 331,
5.28s VI 276 291.
5.28 VI 295
5.29 VI 151.
5.31 11 11.
6 22-71 III 43 47 49s,
6.39 VI 331,
6,39s n 261 276.
6.39-54 VI 260.
6,40 VI 101 285.
6.44 VI 261.
6,48-59 III 268,
6,51-58 I 39,
6,52 III 17.
6,53 XI 62.

Io	6,54	11r 282.
	0,54-59	III 253.
	6.55	VI 201 270,
	«,55s	I 69.
	7.37-39	II 110 152.
	8.0	IV 18.
	8.23	II 11.
	8.23-47	II 11,
	8.23-36	III 47.
	8.47	II 11.
	9.4	VI 10.
	10,27s	VI 140
	10.28	VT 101,
	11.1	IV 228.
	11.11	VI 22.
	11.23-25	VI 276.
	11,24	VI 2«.
	11.43s	VI 20.
	12.1	IV 231.
	12.0	VI 20.
	12,25	II 75 : VI 146.
	12.41	VI 297.
	12.48	VI 201.
	13.8	I 12.
	13.20	II 2.
	14.2SS	VI 48 55
	14.2	VI 138
	14.17	II 116 121.
	14.21SS	IV 117.
	14,21-23	VI 70.
	14,48	VI 331.
	15.4-7	III 253
	15.0	VI 150 207.
	15.12	VI 321.
	15.13	II 78.
	15.15	VI 134.
	16.13s	II 116.
	16.22	VI 71 101.
	17.2	VI 101.
	17.3	VI 55.
	17.12	AT 199.
	17.24	VI 48 69 297
	10.11	II 11.
	10.23	H 11.
	20.21 ss	IV 8 14 25 57s 67 72 74 14S 193s
	20.22s	T 142.
	20 23	I 39.
Act	1.4-8	II 116.
	1.5	II 44 48 72.
	1.11	T 323
	1.24s	VI 146 217.
	.1.25	VI 45 199.
	2.3	IV 9
	2.1-'-37	II 116.
	2.17	II 152.
	.2.33	II 152.
	° 37-41	II 15.
	2,38	I 69: II 20 47 95 117 152; IV 11 109.
	2.41	II 45
	2.-'2-40	III 39 41.
	3.7	IV 231.
	3.19	IV 109 211.
	3.21	VI 172.
	4.1-31	II ne.
	4,2	VI 276.
	4,33	II 116.
	5.26-42	II 116.
	6,1-6	IV 51.
	6.5	IV 98.
	6,6	I 30: IV 9 47 52 •86 98 103; V 8.
	6.9	I 72.
	8,5s	TV 47.
	8,12	II 47.
	8.12-10	II 14.
	8,15	II 132.
	8.15-17	II 152.
	8.16	II 47.
	8.16-24	II 15 39.
	8,17	I 39 81 ı IV 9 51 103 231.
	8,17s	I 09.
	8.19s	II 11«.
	8.22ss	IV 39.
	8.28	IV 103.
	8.36	II 30 39 45.
	8,36s	I 69.
	9,10-18	II 14s.
	9.12-17	IV 9 103.
	0.37	IV 228.
	9.41	IV 103.
	10,4	IV 172.
	10.33	IV 229.
	10,38	II 44.
	10,42	VI 22 44 315 318.
	10.43	T 72.
	10.44-48	II 14s.
	10,47	II 39.
	10.48	II 47 72s.
	11.15	II 44 72
	11,1«	II 14 17.
	11.28	VI 263.
	11.30	IV 229
	13.1-3	IV 10 51 98 103.
	13.39	T 72.
	14,22	IV 98.
	14,22s	TV 229 269.
	14.23	IV 9 103.
	15.9	T 72.
	15.21	IV 269
	16.1	IV 9.
	10.15	II .87.
	16.33	II 87
	17.18	VI 277.
	17.28	VI 79
	17.31	VI 315.
	17.32	VI 277.
	18,25	TV 9.
	19.1-6	TT 39 115.
	19.3-5	II 20.
	10.5	II 47s.
	10,6	11 '16; IV 9 51 103.
	19,7	II 152.
	19,18	TV 39 153
	19.16	I 39.
	20.7-11	ITT 39 41.
	20,17	IV 39
	20,28	V 20.
	23.6-8	VI 277.
	24.5	VI 263.
	24.15	VI 277.
	26.8	VI 277.
	26.18SS	IV 109.
	26.23	VI 277.
	28.8	IV 9 103,
Rom	1,20	VI 74.

Rom 2,5 VI 153.
2,5s VI 321.
2,6 VI 183.
2.7-9 VI 150.
2,7 VI 101.
2,12 VI 146.
2,1« VI 315.
3,22-30 I 72.
3.25 III 25.
3.28 IV 228.
4 I 72.
4,1 IV 228.
4.24 IV 231.
5,1 I 72 : IV 117.
5.8 III 25: IV 117.
5.12-21 VI 304.
5.19 IV 9.
0.1-11 I 19.
6.2 II 95.
6.3s II 3 26 45 95.
6.5 VI 282 285 295.
6.9 VI 295.
6.21S VI 116.
6.22 VI 101.
7.1-3 V 218 238.
7,3 V 226 240.
7 23 IV 228.
8.1 IV 16«.
8,6 VI 146.
8.8 IV 138.
■8.9-11 VI 304.
S.lOs VI 295.
8.10 VI 282.
8,11 IV 321 ; VI 277 295
8.13 VI 1«.
8.15 IV 9 131; VI 121
8.10-18 VI 124.
8.17 VI 48 55 73.
8.18 VI 48 71.
8.19-23 VI 277.
8.19-22 VI 337.
8.23 VI 47 124 304.
8.24 I 22: VI 70.
8.32 III 25.
9.22 VI 164 178.
9.30 I 72.
10.1 Os VI 127.
10.18 VI 263.
11.25s VI 266.
11.30 VI 55.
.12,11 IV 0.
13,11 IV 231.
14.4 IV 228.
14,10 VI 242 313 318 320.
14.17 VI 330.
15.8 IV 46.
15,12 VI 23.
10,1 IV 46.
16.26 VI 100 163.
1 Cor 1,2 II 33.
1,8 VI 229 261.
1.9s II 65.
1.16 II 87.
9 04 IV 91.
Ï8 VI 118.
3.11-15 VI 229.
3.13 VI 260s 288 315.
3.16e VI 304.
4.1 I 142: II 10 17; IV 14 136.
4.5 VI 315 321.
5.1 V 244.
5.3-13 IV 19.
5.5 VI 229 261.
5.7 III 28.
■5.9ss IV 39.
5.12 IV 231.
6.2s VI 319.
6.3 VI 320.
6.9-11 II 95.
6.9s VI 164 181.
6.9 VI 127 151 153.
6,10 VI 158.
6.11 15' 211.
6.13 VI 306.
6.14 VI 277
6.19 VI 304.
7 V 160 27S.
7.2-4 V 168 218.
7.5ss V 164.
7.78 V 154 226.
7,7ss V 155 164 166 238 298.
7.12-15 V 261.
7.14 II «2.
7.25-27 V 298.
7,32-40 V 298.
7.39 VI 22.
8.6 VI 55.
9.5 IV 137.
9.25 VI 101 137.
10.2 11 39.
10.4 II 33
10.11 I 23
10,14-22 III 39 82 153 169 194 253.
10.17 III 316 274.
11.17-34 III 39 41.
11.23-26 I 142.
11.23-29 III 13 24 28.
11,2488 III 31 103ss 161
0·.»0
11,2« Iĭĭïβĭ 194.
11.27 III 83 135
1.27-32 IV 163.
11.30 VI 22.
12.12 II 13.
12.13 II 152.
12.28-30 IV 240.
13.3 IV 140.
13.8 VI 70 135.
13.888 VI 133.
13.8-12 VI 55.
13.8-13 VI 69.
13.9-12 VI 48.
13,12 VI 121.
13,13 VI 70 82.
14.318 IV 122.
15 VI 277.
15.1 I 72.
15.16 VI 22.
15,16-19 VI 155.
15.20-21 VI 282.
15.21S VI 301.
15.22 VI 23 295.
15.25 VI 295.
15.25-28 VI 342.
15.29 VI 15.
15.30 32 VI 155
15,35 VI 295.

1 X-'or	15 35-54	VI 2111.
	15.41	VI 117.
	15.41 s	VI 118 297.
	15.42	'■1 290.
	15.42-45	VI 295.
	15.42 48	\ 1 242.
	15 42-54	VI 285.
	15.4.3	VI 297«.
	15.44	VI 300.
	ffi 45 40	VI 295 .30.3.
	15 50	VI °«5 .330.
	15.50 54	VI 295.
	15.51s	VI 22 24.
	15 te	1-1 295.
	10.27	VI 117
2 Cor	1.2	IV 30.
	1.14	VI 220 201,
	1.21	11 100 128 152.
	1.21«	I 58.
	1.22	VI 121
	2.4	VI 22.
	2.5-11	IV 10.
	2.14-1(1	VI 110.
	.3.18	vi :ioi.
	4.14	VI 277.
	4,lis	111 25
	4,1(1	VI .304.
	4.17	VI 71 101 100 10.1.
	5,1	VI 4 48 101.
	5 1-3	VI 124.
	5.1-5	VI 22.
	5.1 ss	VI 108.
	5.4	VI 4 295.
	5.4s	VI .304.
	5 5	VI 124.
	5.0-8	VI 34.
	5.7	VI 09s 192.
	5.8	VI 4.
	5.10	VI 10 24 185 242 315 318 320s.
	5.18ss	IV 1«.
	5.21	IIT 25.
	0.4	IV 130.
	0,7	IV .39.
	0.10	VI .301.
	8.19	■V 9 103
	9.0	VI 117.
	11.2	VT 130.
	1:1	IV 39.
Gnl	1.5	VI 101
	2.2	m 25; VI 70.
	2.10	I 72.
	2.20	v 184.
	.3.8	I 72.
	.3.11	I 72.
	3.13	IIT 25.
	-3.24	I 72.
	3.25s	II 13.
	3.28	IV 121.
	4,9	V 185.
	4.24	111 17.
	5.19-21	VI 155 KJt.
	5 19 22	VI 151.
	5.20	VI 153.
	5.21	VI 153.
	6.7s	VI 140.
Kp»)	1.9	V 18.3.
	1.9s	VI .337.
	1.13	I 58.
	1.138	VI 304.
	2.2	VT 218.
	2.8s	I 72.
	3.7	IV 40.
	3.10	VI 127.
	4.7-10	V 185.
	4.13	VI 305.
	4.30	T 58.
	5	V 100.
	5.5	VI 151 153.
	5.14	IV 231.
	5.22s	V 183.
	5.25	V 184 204.
	5.25s	I 98.
	5 25-32	V 183.
	5.20	I 30 39 09 72 73 81: II 20 39 43 48 95
	5.27	IV 138.
	5 31	V 192 218.
	5.32	VI 130.
	0.12	VI 218.
Phil	1.0	VI 201.
	1.10	VI 229 201.
	1.2.3	VI 4 34.
	1.28	VI 140.
	2.10	VI 201.
	2.20	IV 228
	.3.0	I 72.
	3.10	VI 140 172.
	,3.20s	VI 337.
	3 21	VI 285 295 297 303
('◊l	1.0	VI 203.
	1.18-20	VI 337.
	2.11s	I 2.3.
	2.20ss	V 150
	3.1	VI 271.
	3.1-4	VI 282.
	3.3s	VI 301.
1 Thess	1.10	VI 153.
	3.1.3	VI 201.
	4.1.3s	VI 277.
	4 1.3-17	VI ?'3.
	4.13-18	VI 22 277
	4.15s	VI 331.
	4.10	VI 101.
	5 2	VI 229 201.
	510	ITT 25; VI 34.
	5.10	IV 0.
2 Thess	1.8	VI 207 201 208.
	1.8s	VI 153.
	1.9	VI 140 150 103 172
	2.2	VI 229.
	2.3	VI 205.
	2.3-12	■"I 201.
	0.7	VI 201.
1 Tim	1.10	VI .342.
	1.17	VI 74.
	2.2	V 20.
	2.3	IV 9.
	2.0	III 25
	2.11	IV 122.
	3.8	IV 9.
	4,14	I 81 : IV 9s 2.3 32s 40 80 92 100 103 12.8: V 220.
	5.9	V 220.
	5,0«	IV 50.
	5.14	V 1(10
	5.17-22	IV 229 209.
	0,2088	IV 19.

1 Tlm 6.9 VI 146.
2 Tlm 1,5 IV 128
1,6 I 29 69 81 : IV 9« 23 32s 46 86 92 100 103 128.
1.9 VI 160.
1.14 VI 304
1.18 VI 220.
2.1.9 VI 47.
2,1-9 VI 124.
2,10 VI 48.
2.19-19 VI 277.
4.1 VI 22 315 331.
4,6 VI 4.
4.9-8 VI 47.
4.8 VI 24 48 137.
Tit 1,2 VI 160.
1.5 IV 269.
1.5ss IV 39.
1.6 V 226.
1.9 IV 125.
2.14 III 25.
3,5 I 39 69 72 81; 11 3 26 39
Hebr 1.3 I 51.
2,1is VI 127.
4,3 VI 4$.
4.9 VI 108.
4 11 VI 48.
5.1 IV 136.
5.6-10 III 56.
6,2 II 2; IV 9 103: VI 163
6.4 II 3.
6,4ss IV 28.
7.1-22 III 56 Bis.
7.11 IIT 56.
7.18 V 185.
7.23-27 ITT 178.
9,9« V 185.
7.27 IIT 27 171
9,19 TT 2.
9.12ss ITT 171.
9.11-14 Tit 25.
9.12 VT 163.
9,15 VT 101.
9.15-22 III 25.
9.15-28 TTI 171.
9.27 IV 160: VI 21 23«
9 27s VT 20.
10.1 I 23: V 185.
10.12 ITT 171.
10,14 III 27.
10.19s ITT 171.
10,26 IV 2».
10,27 VI 207.
10.32 II 3.
10.38 I 72.
11.5 VI 21.
11.9 IV 231.
12.2 II 154.
12.3 IV 228.
13.4 V 150.
13,12 IIT 25.
13.14 VI 47.
13.21 VI 164.
lac 1.1 IV 229.
1.12 VI 48 137.
1.15 VI 3.
1.21 IV 230.
1.23 VI 69.
2.1 IV 229.
2.14 IV 230.
2.19 VI 192 194.
4.4 IV 228.
4,12 IV 230.
4.14-20 IV 228.
4.17 VI 321.
5,7s IV 229.
5.14 I 30; IV 85.
5.14s T 39 : IV 227s 239,
5.14-20 IV 39.
5.20 TV 23p.
6.1 IV 230.
i Petr 1.3s VI 88 124.
1.3-5 VI 47s.
1.4 VI 101.
1.9 VI 192.
1.12 VI 74.
2.2 11 154.
2.5 TV 16.
2.9« IV 16.
2.25 IV 29.
3.18-20 VI 14.
3.20 II 39.
3.20s I 69 81.
3.21 I 73.
4.5 VI 22 315.
4.5« VI 14.
4.18 VI 229.
5.1 IV 229.
5.1SS IV 39.
5.4 VI 101 137.
5.8s VI 218.
2 Petr 1.2 VI 163.
1.4 VI 4.
2,4 VI 146 214 218 320.
2.6 VI 207.
2.12-17 1'1 152.
2.17 VI 146.
3,7 VI 146 207.
3.7-12 VI 336.
3.9 IV 39.
3.9« VI 172.
3.10 VI 261s 268.
3.12 VT 261 268
3.13 VI 173 337.
1 lo 1.9 TV 11.
2.12 IV 11.
2.15 VI 55.
2 18-22 VI 264.
2.25 VI 101.
3,14 IV 140.
3.20 VT 4.8 69 121.
4.2« VI 264.
4,10 II' 117.
4.18 TV 131.
5.1 T 72.
5.16 TV 30.
2 To 8 VI 117.
Iudas 6 VI 207 214 218 260 320.
7 VI 163 207.
11.13 VI 152.
12s VI 146.
15 VI 315.
23 VI 207.
Apoc 1.6 IV 16.
1.7 VI 261.
1,8 VI 55.

2,7 VI 48.
2,10 VI 137.
.2,11 VI 146.
3,11 VI 137.
3,12 VI 101.
3,21 VI 127.
4.4 VI 136.
4,9s VI 104.
5,10 IV 16.
5,.13h VI 104.
β,β IV 236.
0,0« II 75.
0.9-11 VI 41.
7.12 VI 104.
7.13e VI 137.
7,14 Il 75.
7,10a VI 108 128 206.
7.17 VI 71.
9.1-11 VI 146.
9.0 VI 182.
10,0 VI 104.
11,3 VI 207.
11,17 VI 116.
14.1-5 V 29S.
14,3 VI 71.
14.9-11 VI 152 Hll.
14.9-14 VI 110.
14,10 VI 153.
14,10s VI 207.
14,11 VI 190.
14,13 VI 71 108 234.
14,14 VI 136.
17,8 VI 146.
18 VI 140.
18.0s VI 185.
19.1-3 VI 140.
19,2s VI 161.
19.7 VI 70 130.
I9.7ss VI 71.
19,13
19,20 VI 146 152 207.
20 VI 333.
20,1-3 VI 214.
20,3 VI 140.
20.6 VI 146.
20.9 VI 140 207.
20.9s VI 104.
20.10 VI 172.
20,11 VI 337.
20.11-15 VI 315.
20.12s VI 1S5.
20.12-15 VI 153.
20,13s VI 152.
20,14 VI 164
20.14s VI 146 207
20.15 VI 153 183.
21s VI 130.
21,1 VI 337.
21,2 VT 70 130 138.
21.3 VI 48.
21,3s VI 101.
21,4 VI 71 108 128 138 206.
21,4ss VI 48.
21,8 VI 3 116 152s 172 181 183.
21.27 VI 88 153 232.
22,Iss VI 71.
22.2ss VI 69.
22.3-5 VI 48 128.
22.4s VI 127.
22,15 VI 151 153.

INDEX NOMINUM

V

N. B.v-Nuinrri romani *tractatum* designant, arabici autem numeros *marginales.*

A baelardns, P. I 6 20; **III** 114; IV 64 79; V 182; VI 66.
Abàrzuza, F.X. ab I 27 83 85 87 96; IV 83.
Abelian, P. V 162 166.
Abercius I 56.
Achcllis V 26 116.
Adam, K. IV 12 20 47 214; VI 6.
Adamantins **III** 37.
Ademanus **III** 92.
Adventistae VI 29 161 273 327.
Aeneas Gazaeus IV 280 289.
Aërius V 31 41; VI 224.
Agobardus Lugdunensis I 30.
Agrippinus I 128 132; IV 42.
Aguirre, E.X. VI 283.
Alanus de Insulis I 54.
A Lapide, C. V 183 220; VI 41 74 182 215 232 267s 336 341.
Alastruey, G. **III** 30 75 97 108 113 120 126 132.
Albertus Magnus (S) I 54 65 70 85 126; **II** 47 121 ; **Ji** 48 117; IV 21 79 198 242 245 249; V 31 84 164 166 200 205s; VI 134 186 232.
Albigenses II 36 113; **III** 76; IV 64 225; V 179s 215 ; VI 147 273 312.
Alcaftiz, F. VI 334.
Alcuinus I 30; II 45; IV 154; V 75.
Aldama, J.A. **III** 202.
Alexander II V 71.
Alexander **III** **II** 37 49; V 118 196 232 252 258.
Alexander VII VI 242.
Alexander VIII I 26 105 113; II 37 49; V 10; VI 162.
Alexander Halensis I 24 61ss 65 70 85 106 113 143; **II** 19 64 69 121 138; **III** 48; **IV** 21 79 134; V 205; VI 66 192 248s.
Algermissen, K. VI 327.
Algerus Leodiensis I 20; IV 68; V 98.
Allatius VI 230.
Allers, R. V 166.
Allgeier, A. V 243s.
Allô, E.R. VI 15 41 220 264 267 333.
Almainus V 31.
Alonso, M. **III** 22 26 29.
Alonso-Bârcena, Ph. VI 303.
Alphonsus M. de Ligorio (S) I 149; IV 88 135 272; V 64; VI 309.
Altaner, B. IV 42; VI 6 179.
Alves Pereira, B. V 161 220 226.
Amalarius IV 237; V 75 88 98.
Amann, E. IV 23 37.
Ambrosiaster **III** 87; V 52 86 129 187.
Ambrosius (S) I Ils 19 23 30 40 56 58 62 70 82 99 143; **II** 31 42 47 48 58 70 73 79 106 153s; **III** 15 37 48 57 87; IV 12 15s 18 20 33 46 75s 96 110 118 151 153 173s 195 212 235 238: V 9 52 79 98 142 152 159 187 190 220 226 239 289 299; VI 6 21 38 56 173s 200.
Amici hominum VI 29 161.
Amicus, F. V 84.
Amiot, F. VI 264.
Ammonius Alex. V 98.
Amort II 64s: V 84.
Amulus IV 237.
Anabaptistae I 119; **Il** 5 86; V 215; VI 6.
Anastasius TI I 120.

Anastasius Sinaita III 15 48; VI 66.
Anatolius V 86.
Andpitistae VI 29.
Andersen HI 5.
Anger, J. VI 282.
Anglicani 1 130; II 5; III 77.
Anicetus (S) V 77.
Anselmus (S) IV 21 79; V 162; VI 48.
Antonine de Jesus VI 49.
Antoninus (S) V 84 205 269s.
Antonius de Asl'i I 113.
Aphraates I 40 70 82 143; II 19 152; III 15 87; IV 75s 151 235; VI 11 29 35 118 185 194 280 316.
Apollinaris (S) III 57.
Apollinaristae VI 327.
Arator IV 235.
Archangelski IV 250.
Arendzen, J. VI Bibl. gen.
Argenlieu, B.T. I 64 65.
Arias Montanus III 65.
Aristippus VI 52.
Aristoteles VI 52.
Armachanus II 69 136.
Armeni III 76; IV 233; V 179s 207; VI 66.
Armijos, J. Ill 22.
Arnaldus, G I 4 12.
Arnaldus de Brescia VI 66.
Arnobius III 26; IV 235 238; V 116; VI 161.
Arriaga, R. I 149; III 123; VI 60 136 186 214 253 308.
Arrighini, A. VI 264.
Artotyritae V 121.
Asceliinus III 92.
Asensio, F. Ill 54 57.
Assemani III 60; V 57.
Asterius (S) IV 151.
Athanasius (S) I 56 58 109 129 135; II 11; III 15 48 87 106; IV 27 235; V 111 128 149.
Athenagoras V 220; VI 280.
Atto Mediolanensis V 118.
Atzberger, L. IV 234; VI Bibl. gen., Introd. 147.
Audet, L. II 98 154.
Augier, B. Ill 110 126.
Augustinus (S) I 11 12 18 19 20 23 25 26 30 32 40 53 55 57 61 70 74 82 99 108 122 129 132 133 135 143; II 3 11 31 33 36 42 53 59s 62 65 70 72 75ss 79 100 104 106 153s; III 15 57 59 71 88 94 106; IV 12 16 20 47 68 75 96 103 110 118 128s 153 164 173 183 214 228 230 235 238 271 ; V 4 13 16 31 33 52 86 117s 121 140 142 148s 152 158 161-164 176 182 187 .189 191 220 226 240 243s 249 259 289 299; VI 21 23 27 37s 44s 48 51 56s 72 89 91 102 104 109 120 127s 134 154 161 165 182-186 188-195 197 208 214 217 223 229s 232 239s 242 248 260 263 266-268 270 275 279s 297s 305 308s 312 322 332s 338 341.
Aureolus I 106; IV 135; V 142; VI 82 195.
Autore, S. VI 243.
Aversanus, G. Ill 121.
Ayer de Vuippcns, I. VI 33.

Baccon V 84.
Bacchus (S) II 45.
Bachofen, J. V 175.
Baconthorp I 106.
Baisi, C. II 146; V 42s 108.
Baius II 69s; IV 115 177.
Balaeus III 88.
Ballerini IV 83; V 251.
Bâfiez, D. VI 49.
Baptistae II 86 102.
Bardenhewer, O. IV 222.
Bardy, G. Ill 57; IV 23 35 42; VI 6 35 141 324.
Bareille, G. II 3 31 106 118 128; HI 85 88.
Barth, K. II 5 87; VI 6.
Bartmann, B. IV 228; VI 199 219 244.
Basilius (S) I 12 19 30 40 56 70 82 135s; II 3 11 31 33 45ss; IП 48 87; IV 51 151 153 183; V 13 86 128 226 239s 279; VI 6 102 154 165 182 185 208 239 322 332 338.
Bassari, A. Ill 126.
Batilfol IV 37 195.
Batiifol-Wilmart III 87.
Baudrillart. A. Ill 78.
Bauer. D.W. II 2 11 26; V 5 9 17 29 46 59 62 189.
Bauer, J.B. VI 117.

Baur, B. Ill 108.
Bautz, J. VI Bibl. gen. 223s 224 238 288 292 305 340.
Bayma, P. III 111.
Becanus III 117.
Beda.(S) I 23 25; IV 237; V 75 98; VI 74.
Beel, A. VI 229.
Behm, I. V 10.
Bellamy, J. II 2 33.
Bellarminus, R. (S') I 12 23 24 31 65 88 149; II 20 33 48 53 69 109 124 129 147; III 56 64 124; IV 67 77 83 99 145 148ss 152 160 169 173 222 241 245 263; V 3 16 27 32 44 59 64 84 116 176 179 192 203 211 213 215 221 242 269ss 281 ; VI 38 43-45 49 130 138 179 214 219 223 239 239-242 247s 253s 256s 264s 267 306 308.
Bellevue I 85.
Boiser IV 228.
Benedictus XI TV 157; VI 53s.
Benedictus XII I 38; II 37 114 142; V248; VI Introd. 8s 30-32 47s 66-68 78 99s 148s 162 179 185 205 225 242 274 291 308.
Benedictus XIV I 32; II 55 125 138 141s 149s; IV 97 244 248 265; V 10 73 116 123 226 234 252 285; VI 43.
Benoit, P. VI 124.
Benson, R.H. IV 145.
Bentham VI 52.
Beran, J. VI 43.
Berardi IV 83.
Beraza, B. IT 68; VI Bibl. gen. 2 9 22 27 29 64 82 113 137 142 159 187 196 206 214 220 255 261 263 269 287 310 324 334.
Berengariani HI 76.
Berengarius I 6 20 40; III 76 99.
Beringer, F. VI 255.
Bernard. P. IV 145 196; VI 6 49 140 141 155 169 204 219.
Bernard. R. IT 108.
Bernardinus Senensis (S) VI 244.
Bernardus (S) I 12 23 25 ; II 44 69 73; V 129; VI 117 182 240.
Bernardus Primus I 4.
Bernoldus III 92; V 118.
Berti IV 122 134 241 ; V 84.
Beugnet, A, IV 136,
Beumer, J. IV 157 ; VI 69 192.
Bévenof, H.G. VI 227.
Bianchi II 64s.
Bicdermann, H.M. VI 335 337.
Biel, G. I 70 79 106 139 140; II 64s 104; IV 72 114; V 31 84 208.
Billot, L. I Bibl. gen. 25 44 85 149; III 126; IV 245 262 268 276; V 64 84 92 209; VI Bibl. gen. 4 187 194s 206 220 240 244 279 283 288s 305 309 323 336.
Billuart, C. R. I 43 149; II 68; IV 120 134; V M 8-t 1% 209; VI 195 214s.
Birot, L. VI 219.
Bisping, A. VI 334.
Bittremieux, J. I 106 140 141.
Blanchard, P. VI 74.
Blic, J. IV 134.
Blondel. M. VI 203.
Boigelot, R. V 166.
Boismard, M.E. VI 15.
Boissar, E. VI 199.
Boissard V 162 166.
Bona Spes, F. VI 79 302.
Bonaventura (S) I 9 20 23ss 44 61s 65 70 79 106 113; II 47 64 121; III 48 117; IV 21 79 134 154 198 205 242 245 249 256; V 31 64 72 84 174s 200 206 267; VI 51 79 82 136 142 159 182 214 240 249 252s 256 268s 290 305-310 320 335 340.
Bonetti, I. V 32.
Bonifacius VIII V 22.
Bonifacius IX V 42 114.
Bonnetain, P. VI 124.
Bonsirven, J. V 243 ; VI 15 22 33 277 300.
Bord, J.B. IV 222 228 234s 272.
Bossier, G. V 152.
Bossuet IV 225.
Botte, B. V 27.
Boudes, E. II 64s.
Bouessé, H. I 85; III 275.
Bouillet, A. VI 316.
Bour, R.S. III 91; VI 232 281.
Bousset, W. II 5.
Bouvier, F. I 74.
Bouzig, L. VI 219.
Bovée, C. VI 225.
Bovcr, J.M. II 62; III 46; V 9

183; VI 21s 117 229 264 266 277 295.
Boyer, C. IV 142 222 226 242 247 260 265 268.
Bozzola, C. V. 32 64.
Brahmanismes VI 5.
Brancatus de Laurea IV 83 121.
Brander, V. IV 15.
Brandhuber, P. VI 22.
Brandt, J. VI Bibl. gen.
Brandt, W. II 23s; III 5.
Braulitts (S) V 86 98.
Braun, F.M. Ill 8 28.
Braunsberger III 23.
Brazzarola I 46.
Bremond, L. VI 49.
Breton, W. VI 203.
Bride, A. V 261 ; VI 27.
Brinktrine, J. II 147 ; III 94 244.
Brinquant, J.F. VI 306.
Brinquart, A. VI 295.
Brommer, F. *I* 54 61 63; II 154.
Browe, P. IV 79.
Bruders, H. IV 15.
Brugerette, I. VI 5.
Brunec, M. V 243 ; VI 264 268.
Bruno (S) V 98.
Bucceroni I 88.
Bucerus III 77.
Buchberger, M. IV 21 134 188.
Buddismus VI 5.
Bückers, H. VI Intn.d. 278.
Bukowski, L. VI 11.
Buggc, Ch. II 24.
Bujanda, I. IV 30; VI Bibl. gen.
Bukowski IV 160.
Burdy I 129.
Burnet, Th. VI 29.
Buzy, D. VI 120 264 267.
Bysc, Ch. VI 161.

Cabassut. A. VI 189.
Cabrol, F.-Leclcrcq, H. Ill 107; IV 239; VI 281.
Cachia, V. Ill 126.
Cadiou, M.R. VI 280.
Caelestinus I (S) II 54 95 ; IV 36 49 75; V 86.
Caelestinus III V 234.
Caesarius Arclatensis (S) III 89 106 ; IV 173 235 238 271 ; V 67 ; VI 2 35 80 188 230 239s.
Çaiani II 36,
Caietanus I 44 88 106 113 ; II 47 53 64s 98 123; IV 72 93 106 228; V 31 48 64; VI 18 60 82 122 133 195 203 214 237 256.
Caini II 53.
Caius VI 327.
Calés, J. VI 279.
Callixtus (S) IV 37 42 45 ; V 275.
Calmet, A. IV 241; VI 260.
Calvinistae II 53.
Calvinus I 3 37 74 103; II 5 32 36 113; III 77; IV 67 145 149 225 232 234 240; V 7 179; VI 30 203 223 230.
Cally II 114.
Camilleri, N. VI 79.
Campodarsego, A. VI 292.
Canal, M. VI 31 225.
Cano, M. I 23s 91; II 19 48; IV 113 135; V 64 195 200s; VI 179.
Canones Hippolyti II 42; IV 235 239; V 19 24'26s 53 57 63 67.
Capella, I. IV 180.
Capelie, B. IV 18 20 197.
Capisuchi, R. V 31.
Cappellazzi, A. VI 282.
Cannelle, F. V 110s 114.
Cappuyns, M. VI 64.
Canreolus I 85; V 84 210; VI 79 289.
Carlostadius III 77.
Carpentier. R. V 166.
Carpino, F. Ill 8; TV 21 213.
Carrouges, M. VI 141.
Cart'esius III 110.
Casale, G. V 284.
Cttsamassa, A. VI 280.
Casel, O. I 14 22.
Caspar! IV 6 145.
Cassianus (S) IV 77 235.
Cassiodorus III 58; IV 236 238.
Catalanus V 84.
Catéchismes Lexemberyensis II 64.
Catéchismes Romanus II 121.
Cathari I 129; II 36; IIT 76.
Catharina Genuensis (Sta) VI 129 237 244.
Catharinus. A. I 113; V 84 284; VI 192 203 211.
Cathrein, V. V 166 ; VT 62.
Çavallera, F. I 5 141; III 44; IV 116 141; VI 6,

Ceadda I 137.
Cerinthus VI 327.
Cerfaux, I,. II 24; VI 277.
Ceulcmans, F.C. IV 28 131; VI 336.
Cereccda, F. IV 215.
Ceuppens, P.F. VI 69 277 279 333.
Ceyssens, L. IV 136.
Chabnutv, E.Λ. VI 327.
Chaîne, 'I. IV 124 222; VI 14 33 69 267.
Chardon IV 234.
Charrier, S. IV 197.
Charrièrc, F. IV 205.
Chartier. C.M. IV 20.
Charue, A. VI 14 69 74.
Chaudouard, L. VI 280.
Chemnitius I 52; V 179.
Chollet, A. III 110.
Chollet, J.A. VI 49 219 295.
Chrétiene V 59.
Christiani, I,. VI Bibl. gen. 161 223 273.
Civardi, L. II 154.
Clamer, A. VI 21.
Clemen III 5.
Clemens I (S) V 21 32 39 49 52.
Clemens IV I 152; III 100.
Clemens VI II 99 114 125 137 142; III 78; IV 218; VI Introd. 8 31 48 225 239 257.
Clemens VII V 234.
Clemens VIII II 127; TV 97 244 248; V 112.
Clemens Alexandrinus I 15 56; II 3 105; III 48 59 86; IV 19 39 41 128 228; V 52 77 86 220 226 239: VI 6 173s 209.
Clemens Romanus (S) II 11 118; IV 32 39 118 153 195; VI 36 154 280 (Vide Clemens I).
Clericatus IV 266.
Clinici II 45.
Codex lustiniani V 33.
Coleran, J.E. III 55.
Collinicus TV 236.
Collyridiani V 121.
Colunga, A. VI 22 266.
Commcr, E. VI 161.
Communistae V 215 232.
CONCILIA :
— *Agathense* IV 183.
— *Ancyranum* IV 45 183.
— *Antiochenum V 52* 109 115s.
— *Aquisgranense* IV 237 248; V 67.
— *Arausicanum I* II 106; IV 51.
— *Arausicanum II* VI 23.
— *Arelatense* I 128s 136; II 99 114; IV 49; V 275.
— *Beneventanum* V 21 71s.
— *Bracarense* V 53 150.
— *Cabilloncnse II* IV 154 237 248.
— *Caesarensc* II 45.
— *Carthaginoise I 1 71* 132; V 233.
— *Carthaginoise II* V 109 116.
— *Cartilagineuse III* IV 183.
— *Cartilagineuse IV* II 54 90 94.
— *Cartilagineuse XI* V 275.
— *Chalcedonensc V 56 92* 275.
— *Coloniense* V 76 180s.
— *Compeiidianum* V 242.
— *Constantiense* I 5 104 120; II 108; III 48 78 100 115 117 119 133.
— *Constantinopolitanum I* I 135s.
— *Constantinopolitanum II* V 92.
— *Constantinopolitanum IV* V 117.
— *Dunelmense* I 6.
— *Florentinum* I 4s 8 23 24 28 34 38 43 52 57 71 97 104 129 151; II 9 28 38 54 65 84 94 99 114 125 131s 137ss 141s; III 100 133; IV 64 84 92s 170 182 192 202 208 245 248 250-253 257 266 268 275; V 8 21 92 102 109 131 160 180 233: VI Introd. 8s 30s 43 48 53s 64 67s 78 115s 148s 189 205 222 226 230 238s 242 313s.
— *Illerdense* TV 183.
— *Illiberitanum* II 91 106 111 152; IV 47 49 51 183; V 138 216 233 273 279.
— *Laodicaeum* I 129 135s; II 106; IV 183; V 115 226.
— *Lateranense II* V 8 179s.
— *Lateranense IV* I 4 125; II 28 65 87 91 99; III 48 78 100 115; IV 24 38 71 144 149 156 208; V 179s; VI Introd. 23 99s 148s 162s 185 274s 291 313s.
— *Lateranense (prov.)* VI 31J,
— *Londoniense* I 6.

— *Lugdunense* Z V 65; VI Introd. 31 220s 225.
— *Lugdunense* ZZ I 4 8; II 28 95 114 137; III 100; IV 64; V 8 180 216; VI Introd. 8s 31 48 148s 205 222 225s 238 274s 291 313s.
— *Milevitatwn* II 87; V 216 275.
— *Moguntinum* IV 237.
— *Neocaesariense* IV 51 183; V 52 226 275 279.
— *Nicaenum* I 129 136; II 48: IV 36 49 183; V 52 109 122 192.
— *Nicaenum II* V 21 32 49 85 105 109.
— *Oxoniense* I 6.
— *Papiense* IV 237.
— *Rhemense* IV 237.
— *Romanum* III 121; V 73 79.
— *Sardicense* V 52 109 115s.
— *Sessianense* I 125.
— *Ticiense* IV 226 237.
— *Toletanum IV* V 53 75.
— *Toletanum VIII* V 67.
— *Toletanum XI* II 45 137 141; VI Introd. 274 287 313.
— *Tolosanum* V 180.
— *Tridentinum* I Tntrod. 4ss 13 18 23s 28 34 38 51-54 57 65 68 71 75 80 92 101 104s 120s 129 141 152ss: IT 9 20 25 28 37 51 55 65 70s 79 84 94-97 99 103 109 114 138s 151: ITT 9 12 22 29 33 44 48 54 66 79s 100s 112 115 133: TV 1 3 5ss 13s 16 24 38 49 56 61 64 69 72ss 80 84 86s 92 96 101 108 114 116 120 124 126 132 138 141 143 146 149 156ss 165 170 182 188 192 202s 207 216 220 222 224 226 271 275; V 8 21 25 32 36 40 49 54 65 68-71 73s 85 92 97 100s 109ss 128 131 143 149 18lss 189 192 196 216 224 234s 244 264 275 286s; VT Tntrod. 23 31 47 00 1ΓK 116 124 155 162 187 189 220 222 225 227 232 257 259 291 313 334.
— *Trullense* V 56.
— *Turonense* TV 183: V 59.
r- *Ultraiectense* VI 248,
— *Valentinum III* IT 9 94; IV 29.
— *Vaticanum* 14: ITT 100: VI 8 31 47 67 162 248 259.
— *Veronense* II 28; IV 64; V 180 182.
— *Viennense* I 71; Ii 37 84 96. 180 182.
— *IVestmonasteriense* II 101s.
— *IVormatiense* IV 183 237; V 138.
Concke, V. IV 180.
Candainin, A. IV 267.
Conditionalistae VI 161.
Confessio Augustana I 3; IT 109.
Congar, Y. Ill 187.
Conaregatio Indulgentiarum VI 255.
Congregatio Sacrae Paenitentiariae VI 204.
Congregatio Sancti Officii VI 328s.
Coninck, I. I 23s; V 84.
Constitutiones Aegyptiacae TV 239; V 27 56 63 67.
Constitutiones Apostolorum TT 106: V 19 22 26 47 52 56s 63 67 86 98 101 105 111.
Contenson. V. I 113.
Coppens. J. Ï 136; TIT 8 13 21 24 28; TV 89; V 9s 53.
Corbelet. I. IT 1 45.
Corluv. T. IT 11; III 43; TV 228; VI 279.
Cornclios, C. IT 72.
Cornelius I (S) IT 45 106 118 140; TV 44; V 21 65 73 86.
Comely, R. I 58; TV 131 140 167 228; VI 22 117 124 229 337.
Coronata, M. V 273.
Costa Rossetti, T. VI 283.
Coucke, V V 283.
Cramer TV 235.
Créteur. F. TV 66.
Cristiani, L. I 119.
Crivclli, C. IT 53; V 5: VT 327.
Croegacrt. A. TI 98 109 154.
Critvsbembs C. VI 49.
Cserto, G.M. TV 134.
Cuervo, M. ITT 23.
Cullman, O. IT 5 87.
Cvnrianus (S) T 30 40 128 132s; IT 3 11 45 72s 75s 84 99s 106 118 128 140 152; III 15 26 37

4« 57 71 86; IV 12 16 18s 20 22 33 36 37 41 44 46s 118 150 173 183 195ss; V 27 52 55 77 79 86 118 147 189 299; VI 11 36 72 109 154 165s 190 194 208 316.
Cyrillonas III 87.
Cyrillus Alexandrinus (S') I 40 70 82; II 152; III 15 37 48 57 72 88 106; IV 12 228 235 238; V 187; VI 23 35.
Cyrillus Hierosolymitanus (S) I 11 19 30 56 58 62 70 82 135; II 3 58 76 79 106 128; III 15 48 87 94 106; V 152; VI 75 154 166 208 256 280 338.
Cyrillus Lucaris I 8.
Cyrillus Scythopolitanus V 77.

Daffara, P. M. II 19 56-65; V 31; VI Bibl. gen.
Da Fonseca, L.G. Ill 25.
DaiberVus I 125.
D'Alcs, A. I Bibl. gen. 88; II is 32s 36 41s 51 62s 65 73 91 109 118 133 142 148; III 15 86 126; IV 1 6 18s 26 35 38 42 150; V 150 187ss; VI 18 162 230 280 292.
Damasus (S) II 36.
Dalmau, J.M. II 63; IV 93; VI 199
Dander, F. II 56; V 209; VI Bibl. gen.
Danielou, J. VI 6 174.
D'Annibale II 145; V 92.
Danvillier, G. V 166.
Davidson, A.B. IV 28.
De Aldama, 'I.A. IV. 70 74; V 204.
De Augustinis I 149.
De Backer, E. I 14 15.
De Baets, M. I 141.
De Belleure, A. V 264.
Debil, A. I 6; IV 21 79 154.
De Bonniot, P. VI 161.
De Broglie, V. VI 38 49 52 60 62 138 269 306.
De Bruync, D. VI 227.
De Clercq, C. II 47.
De Dominis V 195 274.
De Fraine, Λ. VI 335.
De Fuenterrabia, F. VI 227.
De Ghellinck. I. I 6 14; III 100; IV 210; V 189.
Degl'Innocenti, U. VI 292.
De Guglielmo, A. VI 267.
De Guibert, I. II 153; V 84.
Del Barrio, J.M. VI 336.
De Labriolle, A. II 37.
De Lacunza, M. VI 327.
De la Inmaculada, R. VI 74.
De Lama, M. VI 199.
De la Taille M. II 128; III 126.
Delatte, P. VI 23.
Delazer, J. VI 15.
Delehaye, H. VI 39.
Del Tou, G. IV 115.
De Lubac, H. VI 60.
Deneffe, A. IV 168; VI 203.
Denis, J. VI 6.
Denis, L. VI Bibl. gen.
Dennefeld, L. VI 279.
Denzinger, H. II 152; IV 149 233 250; V 13 92.
De Puniet, P. II 42 106 123.
De Puniech, P. Ill 48.
De Ripa, J. VI 79.
De Saint Beuve IV 235 241.
Descoqs, P. VI 60.
De Segni, B. V 118.
Desgabbets III 114.
Deslandes II 136.
De Smet I 85; II 74; V 209 227 273.
De Voogth IV 134.
De Vrcgille, B. VI 30.
De Vries, W. Ill 88.
Deusdedit, Card. V 118.
D'Halluin, M. VI 3.
Dhanis, E. I 6.
Dhont, R.Ch. IV 21.
Dhorme, P. VI 279.
Diana V 84.
Diaz. J.M. VI 82.
Dibclius III 5 8.
Didascalia Apostolorum IV 16 41 58; V 52 77 86 105 119; VI 231.
Διδαχή II 3 40 42 45; III 8 40 71 85; IV 27 39 153 234 238; V 39 52.
Didymus Alexandrinus III 57 87; IV 235; VI 6 23 173s.
Diekamp, F. I 85 88; V 133; VI 162.
Dietrich II 5.
Di Fonzo, L. I 79.
Diodorus VI 52.

Dionysius Alexandrinus (S) II 31.'
Dionysius Carthusianus IV' 242; V 84; VI 134 243.
Dionysius Corinthius (S) I\ 32 40' 195.
Dix, G. V 27.
Dolger, FJ. I 136; II 109 136 141 146s 152.
Dollinger I 4.
Dominguez, N. VI 317.
Doms, H. V 165s 270; VI 203s.
Donatistae I 55 74 99 119 122 127 129; II 31 ; ZV 117.
Donatus II 104.
Donceur, P. V 166.
Dondaine, H. I 20; II 47; IV 134; VI 66 75.
Dorfler, P. VI 39.
Dorival, B. VI 141.
Doronzo, E. I 64; II 5 19 24 33 47 50 56 65 94 109 121 124 133; IV 222 234 242 253 256 263 274.
Douie, D. VI 30.
Drou IV 134.
Drouin, H.R. I 113.
Drouven I 65; IV 245.
Dublanchy, E. V 299.
Dubois, M.F. VI 203s.
Duchesne V 19 53 66 79.
Dumont, P. VI 72.
Durand, A. VI Introd. 120 227 268.
Durandus I 24 31 65 70 79 139; П 64s 135s; III 92 110; IV 135 256; V 31 48 64 84 181s; VI 94 192 194 289.
Durandus de Osca I 4.
Durandus Troarnensis I 20 106 113.
Duret, B V 132.
Durscllen, L. II 93.
Durst, B. I 61; VI 248.
Dutonquet, H. VI 138.
Dynamius IV 236.

Eadmerus VI 298.
Ebionitae VI 327.
Eck, J. V 84.
Edsman. C.M.' II 24 36.
Eduardus VI V 119.
Egan, MJ. VI 249.
Egger V 84.
Ehses, St. VI 189.
Eisenhofer, L. VI 43.
Elbo I 125.
Elorduy, E. IV 120.
Elter, E. VI 62.
Empedocles VI 5.
Encratilae V 150 179.
Enders VI 29.
Engels V 175.
Epaphroditus IV 228.
Ephraem (S) I 56; III 15 37 87; IV 110 118 150; V 86; VI 36 118 154 165 185 190 230.
Ephraem Antiochenus III 106.
Epicurus VI 52.
Epiphanius (S) I 129 135; II 36 93 100; III 15 58; V 41 57 111 121 139 150 159; VI 230 283 327.
Epistola Barnabae IV 39.
Epistola ad Diognetum VI 154 165 183 208.
Erasmus II 55 86; IV 99.
Ermoni, E. I 23.
Ermoni, V. II 24.
Ernst, J. I 128; VI 248.
Escanciano, E, V 209 255.
Esmcin, M. V 242.
Esparza, M. VI 19 135.
Esseni II 24.
Estius, G. I 23; II 19 124 136; IV 241 245; V 9 31 183 195; VI 186 206 292 305 309.
Euchologium Graecorum IV 250 252; V 53.
Eudoxus VI 52.
Eugcnius IV II 49 65 99 125 127; V 92 196 226 252.
Eugenius, ep. Ardast.· (S) IV 236.
Eugenius Tolct. (S) V 86 98.
Ewiomiani II 36.
Eusebius I 128; II 3 45; III 26 37 57 71 86s 94; IV 19 32 41 195 235; V 27 86; VI 29 281 327.
Eusebius Emissenus III 57.
Eusthatius Antiochenus III 57.
Euthymius (S) V 78.
Eutychius Constantinopolitanus III 26 89 94.
Evangelium Nicodemi IV 235.
Ezcurdia, M. Ill 256.
Eyzaguirre, R. VI 327.

F abianus 11 121; V 86.
Fibregas, M. IV 157.
Facundus Hermianensis 111 94.
Faller, O. II 47.
Fallctti, C. VI 219.
Farine, J.I,. V 269.
Farvacques, F. I 105; IT 37.
Faustus Retensis III 88.
Feije V' 252.
Feliziani, A.F. I 91.
Féltoe, L. V 190.
Fernandez, I). V 108.
Fernandez Jimenez, M. VI 2.
Fernandez Regatillo, E. IV 83.
Féret, H.M. I 19.
Feretti, A. VI 283.
Ferland, A. VI Bibl. gen.
Férotin, M. III 60 94; IV 239 250s; V 53 57 59 67 88 101 190; VI 281.
Ferrari, G. VI 255.
Ferrariensis I 85; VI 306.
Ferraris V 84.
Ferrcres, J.B. IV 273; V 251 261 295; VI 3.
Feuillet, A. VI 268.
Fillion, L.-Cl. IV 228.
Filograssi, I. III 10 19 43 52 75 97 113s 119 126s 130 132.
Fink, A. V 114.
Firmilianus I 128; II 40; IV 15 16 18; V 13.
Fischer, J.A. VI 11.
Fitsacre, R. V 205.
Flavius. I II 23.
Fliche-Martin I 119 128.
Flick, M. IV 21.
Fonk, L. VI 120.
Forges, I. VI 280.
Formosus I 125.
Foschini, B.M. VI 15.
Fouquet III 114,
Fournier, P. IV 149.
Francisais de Mayronis IV 218.
Francisais Salcsius (S) VI 244.
Frankl, S. III 44.
Franz, A. IV 239; VI 43 179.
Franzelin, I.B. I Bibl. gen. 9' 108 149; 111 119 123; VI 332.
Frassen, Cl. I 27 140; IV 83; VI 122.
Praticelli I 119 120; V 179.
Frey, J.B. VI 124 138,
Friedberg, A. V 173 175 182 214.
Frings, J, VI 14.
Fruschione, S. VI 6.
Frutsaert E.R. I 20; H 121.
Fulgentius (S) I 23; II 76; VI 11 23 194.
Funk, J.X. IV 37 41 58; VI 36.

G aclter, P. III 46.
Galdos, R, III 55 57.
Gallicani V 175 274 284 286.
Galtier, P. I 136; II 123; IV 1 5s S 16 19 22 23 35 38 40 42 44ss 51s 62 69 71 74 77 79 81 88s 93 97s 100 104s 113s 118 120s 125 134 141ss 145 150 152s 157-158 167s 178 184 188 193 196 199 205 208 215 217 219; V 11 64 84 92 105.
Galy, J. III 199.
Gandtïlphus I 106.
Garcia, A. IV Introd. 134.
Garcia, M. VI 279.
Garcia Barberena, V 195.
Gardeil, A. VI 49.
Gardner III 6.
Garrigou-Lagrange, R. III 126; IV 134; VI Bibl. gen. 49.
Gartmeier, J. IV 79.
Gasmier, M. II 109 154.
Gasparri, P. V 32 43 59 64 81 92 105 118 252 275 283 292ss; VI 206 209.
Gaudentius (S) II 37; III 15 48 87.
Gazzaniga IV 134; V 84.
Gelasius I (S) III 94 106; IV 24 27 28 212; V 112.
Gelin, A. VI 41.
Genesius (S) Il 77.
Gennadius VI 332.
Gennari, C. VI 255.
Gerlaud, J. V 166.
Gerson II 64s; V 84.
Gerster a Zeil, Th. a V. VI 141 219 240.
Geschwind, K. VI 14.
(îesenius, W. VI 284.
Gesenius-Buhl VT 146.
Geyer I 9.
Gibson, Ed. IV 225.
Gicrens, M. I 79 85 91.
Gigalski V 118.
Gigon, A. VI Bibl. gen,
Gihr, N. VI 43.

Gilbertus Porretanus V 182.
Gillemann, G. VI 329.
Gillmann, Fr. I 6 31 65 70 106; II 47 147; IV 198 219; V 114.
Giménez Fernandez V 195.
Glorieux, P. VI 18 194s 308.
Gnostici II 36; V 169s 179 215 297; VI 161 273 312.
Goar IV 96; V 53.
Gobillof, Ph. V 78.
Godefroid de Fontaines VI 308.
Godefroy, L. III 77 79; IV 222 242; V 176 182s 185 189 213 228 271 274 279.
Goller, E. IV 217.
Gottler V 92.
Goetz III 5.
Goguel III 5s.
Gottler, J. IV 21 114 134.
Gômez, E. I 85.
Gômez Hellin, L. III 23.
Gonet I 44 89 149; IV 93 135; V 116; VI 93s 96 135 137 214. 295.
Gonthier, C. I 85.
Gonzalez, J.M. VI 266.
Gonzalez, S. IV 46s 49 51 68 149 196.
Gonzalez, T. VI 283.
Gonzalez Téllez, Em. V 216 233.
Goossens, W. II 24; III 8 28.
Gordillo, M. IV 160 224 256; VI 30 179 223 230.
Gordon. J.C. V 99.
Gore IV 225.
Gotti, V.L. V 84; VI 97 186.
Goubert, J. VI Bibl. gen.
Grabatorü II 45.
Graeci 18; V 97.
Graeco-russi 1 8; VI 30 223.
Granado, I. VI 98 241 302.
Grandchaudon, M. VI 227.
Granero, J.M. III 182.
Grandmaison, L. II 11.
Gratianus V 64 98.
Greenstock, D.-L. II 63 124.
Gregorius Magnus 1 (S) 1 23 25 129 130 136; II 37 45 64 137s 141; III 89; IV 103 164 214; V 13 59 97 116 118 163 182 279; VI 25 35 44 66 118 120 170 185 208 214 217 230 239s 267 282 290 297.
Gregorius II V 222 242 273.
Gregorius VII III 100; V 118.
Gregorius IX I 52 54; II 37; V 85.
Gregorius XIII V 255.
Gregorius XVI IV 248; V 248 285.
Gregorius Bergomensis III 78.
Gregorius Illiberitanus (S) I 11; III 87; IV 27.
Gregorius Nazianzenus (S) I 56 61 122; II 11 31 81; III 87 94; IV 235; V 86 128 190 239; VI 6 11 36 156 173s 183 194 208 239 316 327 332.
Gregorius Nysscnus (S) I 30 56 82; II 31; III 15 26 48 87 106; IV 128 183; V 13 86 128 134 152; VI 6 22 36 51 56 66 173s 182s 209 230 239 280.
Gregorius Palamas VI 66.
Gregorius Thaumaturgus (S) IV 45s 183.
Gregorius Turonensis (S) V 75.
Grill, P. VI 21.
Grisar, H. VI 179.
Groene, V. I 14.
Gromer, G. IV 196 198.
Gropper V 181.
Grumel, V. III 100.
Gnardini, R. VI Bibl. gen.
Guibertus VI 214.
Guillaume, L. I 140.
Guitmundus Aversanus I 20; III 92.
Guitton, J. VI 141 199.
Gulielmus Altissiodorensis I 31 32 54 63 70 79 106; VI 188.
Gulielmus d'Auxerre V 162 166.
Gulielmus Guarra I 79.
Gulielmus de Ockham I 79; VI 195.
Gulielmus Parisiensis I 54 63 79; IV 96; V 31.
Gummersbach, R.T. VI 84 91 243s 251.
Gumpel II 63.
Guntermann, F. VI Introd.
Gutberlet, C. VI 137 200 214s.

Haag, H. V 29 46.
Habert II 124.
Hadrianus I 31 106 113; II 136; IV 122.

Hadrianus VI II 48s 141.
Haesychius IV 238.
Hahn I 107.
Halitgarius IV 237.
Hallier, M. V 59.
Halusa, T. VI 324.
Hamer, J. II 87.
Hammurabi V 227.
Hanna, E.J. VI 219.
Hannah, W. V 119.
Hannscns, I. V 75.
Harent, .1.1'. 1 139 152.
Haring, N.M 1 20.
Harnack III 5; IV 37 169.
Harris, W.R. VI 327.
Hartel V 13 47.
Hauler, E. V 27 47 116.
Haup Ill 5.
Havet, J. 11 11 30.
Havey, F.P. VI 161.
Haymo IV 237.
Haynal, Λ. I 76 89.
Hecht, F.X. VI 43.
Hedde, R. VI 45.
Hedonismus VI 52.
Hefele-Leclercq HI 22; V 275; VI 30.
Hefner IV 138.
Heimbucher, M. VI 261.
Heinisch P. Ill 55; VI 279.
Hcitmüller II 5; III 5s.
Hennecke, E. V 150.
Henquinet, M. I 79.
Henricus VIII V 234 248.
Henricus Gandavcnsis I 79; IV 135; VI 79.
Henry, W. II 93.
Herardus Turonensis IV 237.
Hergcnrocther, J. VI 30.
Herincx IV 83.
Héris, Ch.11. VI 18 141 153 202 206.
Hermas I 56; IV 16 19 32 40 45 110.
Hernandez, E. VI 74.
Herranz, A III 67.
Herteling, L. VI 49.
Hervacus Natalis I 85 106 113; V 98.
Hervé, J.M. V 64.
Hesychius Hierosolymitanus III 26.
Hettinger, F. VI 203.
Hetzenauer, M. V 224; VI 23 279.
Heylen, V. V 227 234 269 273.
Hincmarus ,IV 237.
Hieronymus (S) I 40 132 133; II 45 90 100 118 139 140 143; III 15 26 37 48 57 58 59 71 87 94; IV 16 19 20 46 58 75s 96 151 195 228; V 13 24 39 41 52 55 77 86 98 111 137 139 149 152 185 187 239 289 299; VI 6 11 22 29 35 72 114 118 146 169 173 175 209 266 278s 281 305 321 327 332s 338.
Hieronymus a Montefortino I 140.
Hieronymus Rhodius VI 52.
Hilarius (S) II 3 105; III 48 87; IV 235 238; V 236 239; VI 11 23 36-38 166 208.
Hildebertus Cenomancnsis I 20; VI 221.
Hildebertus Laverdensis III 100.
Himericus II 99.
Hindringer, R. VI 219.
Hippolytus (S) I 56; II 42 76 118 128 132; III 57 86 94; IV 37 42 45 118; V 19 27 53 73 275; VI 154 165 190 280 316 320 327.
Hirscher, J.B. VI 6 161.
Hittorpius V 57.
Hobbes VI 52.
Hocedez, E. I 74; II 65 68.
Hoch, W. I 141.
Hocgen, A.W. V 270.
Hocpfl, H. VI 333.
Horger, P. II 56 65 70.
Hofmann, G. VI 66 189 230 239.
Hoffmann, A. Ill 276.
Holcot III 117.
Holl, K. IV 191.
Holtzmann III 5.
Holzmann II 5.
Holzmeister, U. V 243; VI '14.
Honorius III V 149 175 209.
Honorius Augustod. V 75 98.
Hontheim J. VI 141.
Hormann, J. IV 198.
Horsley, J.B. II 93,
Huarte, G. IV 1 222; *V 80* 128 171 181 192 209 217; VI Bibl. gen. 23 208 216

Huby, J. VI 15 22 74 117 229 267s.
Hudal, A. VI 270
Hueder, R.M. I 79. .
Hugo Argéntoratensis I 79; V 84.
Hugo a S.Caro I 61 ; V 205 ; VI 66.
Hugo a Sto.Victore I 20 23 26 30 40 79 106; II 136; HI 92; IV 21 79 210 242; V 64; VI 79 202 206 214.
Hugo Rothomagcnsis V 98.
Hugon, E. V 84; VI 779.
Hugguccio Pis. V 118.
Hugueny, E. I 152; VI 186 199 292
Huhn, J. I 19.
Hulsboch, A. VI 304.
Humbert, A. VI 327.
Humbertus, Card. V 118.
Hummelauer, F. VI 21.
Hurter, H. I 149; V 181 ; VI 23 82 94 120 155 169 239 257 262 283 302 327.
Hürth, F. 151; V 64 69 92 94 214 264.
Huss II 108 136; IV 225s.
Hussitac I 28 104 120 154; IV 191.
Huygh IV 28.
Hymenaeus VI 273.
Hypatius (S) IV 236.
Hypnopsychitae VI 29.

Jacobus Sarug. Ill 15.
lacomo, V. II 1 5 13 93.
lalm V 223s.
Jansenistae IV 186.
lansenius IV 125.
Ignatius Antiochenus (S) II 76; III 40 48 85; IV 19 32 40; V 29 39 47 190; VI 36 154 165.
indiculus II 94.
Innocentius I (S) I 129 136 137; II 99 101 114 137; IV 26 47 49 75 195 226 234s 248 271; V 18 83 138 233 242 279.
Innocentius II (S) 54 70 114 125 130 137 139.
Innocentius TH I 52 54 64 70 71 104 120; II 37 54 70 77 85 114 125 130 137 139; III 78 100 115; IV 64 208 226; V 29 71s 79 98 122s 149 173 175 179 180 196 216 218 244 247s 258 261 275; VI Introd. 148 162 205 274 291 313.
Innocentius IV I 106s; IV 226; V 31 ; VI 205 221 239 257.
Innocentius VIII V 42 114.
Innocentius XI IV 206.
loannes XXII I 120; II 141 ; VI 8 30s 216.
loannes Chrysostomus (S) I 40 56 58 61 70 82 108 122; II 3 11 19 58 93 140 143; III 15 37-48s 55 58 71 87 106; IV 15 16 47 58 77s 110 118 128 151 153 154 195 214 235 238; V 41 77 128 134 149 185 187 239 289; VI 11 21s 37s 75 120 127 147 155 166 183s 229s 261 280 290.
loannes a Cruce (S) VI 243 252.
loannes Damascenus (S) III 15 48 59 71 90 94 106; IV 152; VI 72 179 209 280 283 316 318.
loannes a Sto.Thoma I 25 43 89; II 98; V 84.
loannes Favêntius IV 63.
loannes de landuno V 31.
loannes leiunator IV 96.
loannes Mandakuni III 88.
loannes Neapolitanus VI 289.
loannes de Polliaco IV 201.
loannes de Quidort VI 83.
loannes Teutonicus IV 63.
loannes de Torquemada II 138.
lonas Aurelianensis I 30; IV 154 237.
losephinislae V 175 274.
losephus Nestorianus IV 238.
Irenaeus (S) I 30; II 11 36 75 87 100 118; IV 40; V 39 52 121 150; VI 30 102 154 165 280 327.
Irvingiani VI 327.
Isaac Antiochenus IV 235 238.
Isaac Lingonensis IV 237.
Isidorus iS) I 20 23: II 106; III 15 26 48 57 90; IV 66 150; V 29 47 62s 75 142.
Isidorus Pelusiota III 57 88; V 86.
Iturrioz, D. I 80.
Ivo Carnotensis V 162.

Iulianus II 93; V 77.
Justinianus VI 162.
lustinus (S) I 19 23 143; II 3 11 40 42; HI 8 37 40 71 85; IV 32 40; V 47 52 220; VI 30 154 165s 194 280 327.

Janot, E. Ill 40.
Janin, R. VI 327.
Jansen, F. Ill 78 114 115.
Janssens, A. IV 241 ; VI 282.
Janssens. 1. VI 310.
Jaquenmicr, G. IV 250.
Jérome, I·.J. Ill 56.
Joannes, G. VI 49.
Joanntoberns, H. V 270.
Jorio IV 222.
Jongue 11 47.
Journet, Ch. V 31 42 108; VI 75 121 137 219 280.
Joyce, C.G. V 225.
Juenin, G. I 113; IV 122 134 245.
Jugie, M. I 8 65; II 45; IV 160; V 73 232: VI 29s 43s *6b* 179 219 221 223 230 239.
Jülicher III 5.
Jungmann. B. VI Bibl. gen. 43 «2 197 206 217 245 268 292 341.
Jungmann, J.A. III 60; IV 89.
Junker, H. VI 21 279.
Junklans, E. V 27.

Kappeli, Th. VI 308.
Katenbusch III 5.
Katschthalcr, I. VI Bibl. gen. 29 102 113s 120 239 262 268 273 312 316.
Kaufmann, C. VI 281.
Kaup. I. VI 249.
Keel VII 203.
Kemnitz II 69.
Keppler. P.G. VI 219.
Kern, F. IV 222 224 234s 237 242 248 250-253 255s 262s 265s 270 275.
Kirsch, J. VI 231.
Kissane, E. VI 279.
Kittel, G. II 2 11 26; V 5 9 17 29 46 189 224; VI 146.
Klee, H. II 64s; VI 203 223 273 312 337.
Kleutgen, J. VI 7.
Kloppenburg, B. Ill 207.
Knabcnbauer, I. I 58; II 11 129; III 49 67; IV 27 112 214 241 245; V 9s 51 183 220; VI 21s 33 55 91 120 146 172 182 207 211 228 232 261 264-267 270 278 284 334.
Koch, W. II 1.
'Kohler, W. IV" 218.
Konig, F. VI 270.
Kôstlin, J. IV 99; VI 6.
Koiping, A. I 15.
Kopler, L. IV 38.
Kortleitner, F.X. II 21.
Krauwig, N. IV 21.
Krebs, E. VI 49 141 174.
Krempcr, B. V 165s.
Kuppers, E.M. VI 83..
Kurz, A. IV 218.

Laake, O. V 269.
Lactantius IV 99; V" 239; VI 29 35 56 166 208 327.
Ladislaus 11 45.
Ladomerski. N. V 166 220.
Lagarde III 86.
Lagrange, M.J. II 11 13; III 13 28; IV 27; VI Introd. 5 33 120 211 264 267s 279.
Laguicr, L. VI 327.
Lahousse, G. I 91 ; VI Bibl. gen. 20s 43 108.
La'nez, I. V 286.
Lakner, F. VI 30.
Lambert, G. IV 15.
Lampen, W. I 79; III 123.
Landgraf, A. I 31 ; II 26 63; IV 21 70 114 124 210; VI 187s 229
Lanfrancus I 20; III 92; IV 68.
Lange, H. IV 120; VI 124 204.
Langton, S. I 6 31 70.
Lanslots, D.J. VI Bibl gen.
Lanversin, F. de III 121.
Lanza, A. V 166.
Laobinus (S) IV 236.
Larcher, C. VI 278.
Largent. A. VI 38.
Latini I 8.
Launomarus (S) IV 236.
Launoy IV 222 234 266, V 195 274.
Laurcnge, M. VI 2.

Laarcnge, S. II 64s.
Laurent, M.H. I 88.
Laurentius (S) II 45.
Laurin IV 196 198.
Lattey, C. VI Bibl. gen. 277.
Lavaud, B. V 160 166; VI 29 74 134 161 295 310.
Laymann II 150; V 84 203.
Leal, J. Ill 28 46; VI 124 266.
Leander (S) II 37 45.
Lebacqz I 14.
Le Baclielet, X. I 38; III 76; VI 27 30 34 38 148 308.
Le Blant, E. VI 281.
Le Bras, G. IV 149; V 166 176 200 205 266 270s 281.
Lebreton, J. I 128; III 106 126.
Leclercq, H. Ill 40 85 91; IV 195; VI 231.
Leconte, R. VI 267.
Ledesma, P. I 91.
Leeming II 63.
Leenhard, F. II 87.
Lefèbre, A. VI 279.
Lefèvre V 195.
Le Gallois III 114.
Lchaut, A. VI 161.
Lehmkuhl I 85; II 147; IV 88 155.
Lehor IV 271.
Leibniz VI 52.
Lemann, A. VI 264.
Lemonnyer, A. VI 335.
Lennerz, H. I Bibl. gen. 1 14 25 35 37 40 41 50 61 65 66 75 77 82 83 85 86 87 96 102 106 108 III 117 118 125 126 129 137 139 140 147 148 150 152; II Is 5 15 24 33 47 49s 64 76 94 109 116 118 121 124 133 146; V 3 7 9 23s 42 64 69 105 108 123 132 133 143s 150 189s 199 244; VI Bibl. gen. 2 9 22s 26s 50 63 79 96 159 179 187 190 197 200 206 267 269 308 330.
Lenonnyer, L. II 1.
Leo I Magnus (S) I 70 82 120 130 136; II 106 154; III 26 37 88; IV 47 51 75 96 149 151 153 183 195; V 33 79 86 118 125 138 182 275.
Leo IX I 4 137; III 100; V 118; VI Introd. 274 291 313.
Leo X I 38 104; IV 84 101 218; VI 8 222s 225 227 237 243 245.
Leo XIII I 18 28 38 105 130; II 37; III 45 115; V 85 97 99 119 149 160 170 175 178 181 196s 209 216 234s 246s 248s 265 285 287s 296; VI 53 66 124.
Leopold IV 228.
Lcnicier, A.M. Ill 126; IV 222 228; V 64 108; VI Bibl. gen. 55 130.
Lepin III 29,
Lercher, L. II 24 33 37 44 50 56 65 74 109 121 124 133 146 148 150 154; III 124; IV 227 242 153 256 263 265; V 3 9 11 16 27 44 54 59 105 114 176 183 189 192 213s 217 221 228 243s 252 261 267 271 281; VI 2 49 196s 206 217 239 277 304 333s.
Lercher-Dander I Bibl. gen. 1 9 14 22 25 35 50 64 64 65 66 75 77 83 85 86 87 88 96 102 110 111 117 118 126 139 147; III 75 97 113 132.
Lcrcher-Lakncr IV 1 5s 8 14 16 22 35 38 42 45s 52 62 66 69 81 87 89 93s 98 100 105 113s 143 158 167 178 188 199 208 215 219.
Lercher-Umberg V 209. *
Lesage, R. V 76.
Lesêtre, H. V 224; VI 219 276 279 324.
Lessius. L. Ill 123; VI 47 49 63 65 79 82 94 125 134 141 159 168 182 215-217 240 257 261 264 283 295 298 302 306 308 321s.
Liagre IV 228.
Liber de Rebaftismate I 132; II 106.
Liber Ordinum II 153; IV 96 250s; V 53 57 67 88 190.
Liber Psalmorum VI 284.
Liber Pontificalis V 77.
Liber Sacramentorum V 250 252.
Liberius I 129.
Lietzmann III 7.
Linder, J. VI 264 278.
Loaisa V 216 233.
Loisv, A. II 5 27; III 5s; IV 37 225.
Lombardi, R. VI 18.
Lopez Martinez II 63.
Lorson, P. VI Bibl. gen.

Losski, V. VI 66.
Lotze VI 52.
Louvet, P. VI 219.
Lowic, R.H. V 175.
Lucanus IV 273.
Lucius **III** V 179.
Ludwig, A. VI 11.
Lugo, I. de **I** 22 23 25 26 34 44 59 65 75 76 91 117 139 149; **III** 97 117 121 125; **IV** 82 104 120s 124 135 157 184s 206 210 245 ; V 84 ; VI 19 95 220 250.
Lumbreras, P. VI 49 189.
Lundberg, P. **II** 33.
Lupus, Ch. IV 13 i.
Lulhcrani II 53.
Lutherus I 3 8 37 38 103 104; II 5 36s; **III** 99; TV 63 83 99 145 218 219 225; V 7 179 215 274; VI 8 29 223s 227.

Mabillon V 62 86.
Macarius Magnes **III** 15 87 94.
Magistretti IV 250; V 53 88.
Magnien, P. VI 277.
Maignan **III** 114.
Maldoii^U T IV 241; VI 120 124 242 267.
Malinowski, B. V 175.
Maltha, A. I 86.
Malvenda, Th. VI 264.
Malvy IV 239.
Mancini V 32.
Mangenot, E. **Ill** 76 78 99; VI 21 267s 335.
Manichaei IT 36 53; V 149s 161 179 297; VI 273.
Mannajoli, Γ). VI 255.
Many, S. V 59 79 108 119 130 142s 156.
Manvà, J.B. **Ill** 125; VI 18 194s 203.
Marcault, Ch. VI 266.
Marchai, L. VI 33.
Marcion IV 60; VI 273.
Marcionitae VI 273.
Marconiani V 121.
Mariani. B **III** 64.
Marin-Sola I 89.
Marsh, H.G. I 15.
Martene-Durand I 20; IV 222; V 75s 84 86 190.
Martin, T. VI 266.
Martinez, J.C. VI 43 141 169 175 187 189s 194 199 206 304.
Martinus V I 28 120; **II** 137 143; **III** 78; V 42 114 252.
Martyrium S Policarpi **II** 68 75s 81; VI 154 165 167.
Marucchi, O. VI 39 231.
Marx, C. V 175.
Masi, R. **Ill** 138.
Mastrius, B. IV 83.
Mateis, F. VI 327.
Maurus (S) IV 236.
Maury, A. VI 262.
Maximus Confessor (S) **III** 90.
Maximus Taurinensis (S) **II** 31 ; **III** 48.
Mayaud, J.B.M. V 171.
Mayer **II** 124.
Mayron V 84.
Mazzclla, C. VI Bibl. gen. 84 94.
McLaughlin, J.B. VI 219.
Médebielle, A. VI 21.
Medina, B. V 84 ; VI 60 94 248.
Meester V 105.
Meignan, J.R. VI 267.
Meinertz, M. VI 14 33 228s.
Melanchton **I** 3 67 140; V 7 179 215; VI 223.
Melito (S) **II** 76.
Mendive, I. **II** 68; VI 204 206.
Menna VI 162.
Mercier, D.J. VI 283.
Méric, E. VI 134.
Merk, A. VI 22.
Merkle, S. VI 188.
Messoloras VI 30.
Methodius (S) IT 11 ; VI 280 327.
Meunier, A. VI Introd.
Miano, V. IV 157.
Michael Palaeologus I 4.
Michaelis, W. VI 6.
Michaud, H. VI 21 223.
Michel, A. **I** Bibl. gen. 14 19 25 30 70 85 89 152 155; **Il** 63; HI 22; IV 64 134 145 160; VI Bibl. gen. 2 4 9 17s 32 44 49 63 66 69 75 108 124s 130 134 140s 149 153 169 184 187 189s 194 199s 202-204 206 219 223s 229s 239 242 268s 289 335.
Millenaristac VI Introd. 30.
Minges, P. I 27 83.
Minges, S. IV 21 83 121 135,
Minoritae VJ 30,

Minucius VI 154 183 190 208.
Misericordes VI Introd. 161.
Mitzka, F. IV 21.
Mivart, G. VI 188.
Modernistae I 37 140s; II 27 113; III 77; IV 6 23 71 225; V 7 20 179 232.
Moehler, J.A. VI 203.
Molina, L. VI 195.
Molitor, H. VI 277.
Monachino, V. IV 46.
Monophysitae I 8.
Montânchez, J. II 1 102 109.
Montanistae II 36; IV 6 16 33 191 ; V 150 297; VI 327.
Montefortino IV 167.
Monteuses I 129.
Montgomery Kitchcock, F.A. III 15.
Moran, J. VI Bibi. gen.
Morel IV 145.
Morency, R. VI 124.
Morgan. L.H. V 176.
Morin IV 37 134.
Morinus. J. II 37; V 56s 64 84 86s 108 116.
Mormones VI 327.
Morrondo, C. VI 327.
Moschus, I. II 36.
Mostaza, A. II 138 146.
Motte, A.R. VI 66.
Moulard, M. V 152.
Muller, F.X. III 46,
Müller, I.T. I 3.
Muller, J.P. VI 83.
Muncunill, T. VI Bibi. gen. 50 54 111 287.
Muratori III 36 60.
Murillo, L. II 30.
Muscat, I. VI 254.
Mussiter, F. VI 124.

Nâjera III 114.
Napoleo I V 234 248.
Natalis II 64.
Nautin, P. VI 274 280.
Navarrus V 31.
Nectarius IV 77.
Neolntherani II 5.
Neonicmichaei V 180.
Neoplatonici VI 5.
Nepos VI 327.
Nerses II 123.
Nestle, E. VI 22.
Nestoriani I 8 130; IV 233; VI 29.
Neveut, E. I 46 85 ; V 264.
Nicetius V 75.
Nicolas. M.T. V 166.
Nicolaus II 120 129; II 47s; V 88 117 182 190 196 296 234.
Nicolaus IV II 141.
Nicolaus Claraevallensis IV 68.
Nicolaus de Tudeschis II 138.
Nicotra, G. I 119 127.
Niechaj, M. VI 189.
Niederhuber, J. VI 38 174 209.
Nielen, J.M. VI 280.
Noldin, H. IV 83 155; V .84.
Nominales I 79.
Novationi II 113; IV 16 23 33; V 150.
Novatianus I 40 70 82 129; II 45 118.
Novatores I 104; IV 6 18 21 55 64 125 160 169 181 191 220.
Nuytz V 195s.

O'Brien, E. VI 227.
Ocer'n-Jâuregui, B. VI 23.
Ockham cf. *Gulielmus de Ockham.*
O'Connell, J.P. VI Bibi. gen. 22 175 209.
Odoardi, G. IV 12.
Oecolampadius III 77.
Occumenius II 93; VI 23.
Ogara, F. VI 22s.
Ojetti, B. VI 204.
Olivi, I. II 54.
Omnebene V 118.
Onclin. W. II 141; V 283.
O'Neill, A. I 79; III 106.
Oppenheim. Ph. VI 22.
Optatus Milevitanus (S) I 122 135; II 100; III 87; IV 51 235; V 18 52.
Orientates I 8; IV 250; V 13 75 86 92 232.
Origenes I 11 15 143 ; II 11 33 58 75 87 152; III 48 57 86; IV 19 20 35 37 42 45 77 150 151 153 173 197 212 228 235 238; V 86 128 188 239; VI 6 35 86 98 173s 203 209 280 289 305 332.
Qrirjcnismus VI 6,

Origcnistae VI Introd. 86 98 162.
Orsi 11 48.
Ortolan. Th VT 137 182 237.
Osiander III 99.
Oswald. LH. I 88· IV 184; V 269; VI Bibi. gen.
Otten. B. II 24 33 50 53 56 65 103 118 121 124 133 154: IV 222 235 242 247 249 257 263; V 16 27 44 59 64 81 105 112 150 176 192 201 211 213 221-228 236 271 281 293; VI Bibi. gen. 9 23 54.
Oviedo, F. VI 186.
Oxenham, H.N. VI Bibi. gen.

Padanus (S) II 31 ; IV 15 16 27 33 44 46 47 68 75s 110 151 195.
Pacios Lopez, A. II 65.
Padalino, F. VI 308.
Palanque, A. I 119.
Palis. E. VI 21 167.
Pallavicini II 65; IV 84 1-11.
Palmieri, D. III 114 117; IV 1 38 82 124 198; V 176 183 191 209 211 213s 217 221 228 242 260 271 275 279 281 : VI Bibi, gen. 17 33 44 82 108 134 140 189 197 216s 231 239-241 254 257s 294 308 323.
Paludanus I 24; IV 245.
Pangerl. F. IV 21.
Panneton, G. VI 49.
Papias VI 327.
Paré, L. VI 219.
Parker. M. V 119.
Paschalis I V 59.
Paschalis II V 234.
Pascbasius Radbcrtus 111 16 92; IV 237.
Pasquabgo I 113.
Passaglia. C. VI 159 200
Pastor Hermae Π 11 40 42 75 118; V 39 52 239.
Patuzzi, S.V. VI 141 206.
Paulianizantes I 129.
Pauiinislae II 36.
Pau'sen VI 52.
Paulus III V 234 255.
Paulus V IV 248.
Paulus, N. IV 218s.
Paulus Samosatcnsis 1 129.
Paycn V 209
Pelagiani I 130; II 31 53; V 152.
Pelagius I I 120 125 129 136s; II 31; VI 205 274 313.
Pelagius II V 179.
Pclster, F. VI 62 308.
Pclten IV 228.
Pepuziani V 121.
Périnelle, I. IV 134.
Perrella. G.M. III 55; VI Introd. 21 323.
Perrone, I. IV 271 ; IV 31 64 189 197 260 293; V 167 209.
Pesch. Chr. I 91 108 149 155; II 24 47 50s 65 73 79 109 121 124 133 154; III 124; IV 253 263 272; V 16 27 32 44 59 64 81 105 110 114 143 176 192 204-211 213 217 221 228 236 249 271 ; VI 4 19 22 50 60 62s 91 95 125 137 140 142 162 174s 184 185s 208 215 238 240 244 254 261 265 309 317 327 330 332.
Petavius, D. IV 196; V 84; VI 6 33s 66 120 173s 188s 208s 214s
Peters, I. V 220.
Peters, N. VI 279.
Petit, L. VI 229.
Petrus Alexandrinus (S) IV 183.
Petrus Aureoli II 121 124; IV 245; V 22.
Petrus Canisius V 84.
Petrus Cantor I 54; V 98.
Petrus Chrysologus (S) III 88; IV 118.
Petrus Damianus (S) I 137; IV 68; V 118.
Petrus de Alliaco I 79; III 117.
Petrus de Alvernia VI. 289.
Petrus de Bruis V 180.
Petrus de Osma IV 145 186
Petras de Palude I 85 106 113; V 31 84 205.
Petrus de Tarantasia V 84 174.
Petrus Laodicaenus III 15 48.
Petrus Lombardus I 6 20 23 31s 40 54 64 106; II 45 93; III 78 117; IV 21 79 210 242 249; V 31 64 71 98 118 143 149 162 182 200; VI 19 186 188 192 308 321.
Petrus Pictaviensis T 70.
Philetas VI 273.

Philippus I (Gall.) V 234 248.
Philippus II (Gall.) V 234 248.
Philips, G. VI 14.
Philips, Th. Ill 43.
Philosophi acatholici VI 147.
Photius II 136: IV 154; V 117.
Piazzi, G. Ill 58.
Piccirelli III 123.
Pieper, T. VI 264 337.
Pighi, G.P. VI 255.
Pinsk, T. VI 124.
Piolanti, A. II 19 56 65 73; III 126 202: TV 247; VI Bibl. gen. 21 32 232 261.
Pirot, L. II 2 5; V 9 244; VI 267.
Pistorienses IV 49 125 186 201 207 218ss.
Pius IV II 99; V 10.
Pius V (S) II 47 70: IV 116 177; V 112 255; VI 189.
Pius VT III 101 ; IV 49 220; V 65 170 196 234 245 275 285s 293; VI 222 225 256.
Pius VII V 234.
n:,,q vttt v 285.
Pius IX V 170 181 196s 246 248 254 238 275 284 287; VI 48 64
Pius X (S) I 141 152; II 38 55; ITT 12: IV 226; V 8 179 181 ; VI 225.
Pins XT T '8 45 48 62; II 138: V 124 128ss 134 138 160s 163 166 168 170 173 181 196s 203 214 216 234s 240s 246 248s 254 256 265 268 275 285 296 : VI 53.
Pius XII I 18 22 28 97 151s: IT 9 55 97 114 138 141s 149 154: TIT 80: TV 157 261 ; V 8 21 85 9.5ss 102 105 107 116 127s 134 160 181 208 234 246 248 254 285 : VI 8 31 162 177 199.
Plato VI 5.
Plotinus VT 5.
Pohle. T. V 26: VT 2.
Pohle-G'orens VT 32 137 142 155 107 217 238 261 268 330.
Pohle-Preuss VI Bibl. gen.
Polvcarnus IS) TV 32 40 195 ; V 52: VI 208.
P-nkens. I.B. I 14.
Pontificale Arelatense V 88.
Pontificale Mediolanense V 53 67 88.
Pontificale Radbordi V 102.
Pontificale Romanum V 19 30 47 53 60 62s 71 76 80 83 86 101 118.
Poore, R. I 6.
Portalié, F. V 220; VI 38 308.
Porteboeuf, L. VI 232.
Poschmann. B TV 12 18s 30 35 40 42 44 50 66 198 214 215.
Possiditis (S) IV 235.
Pourrat. P. I Bibl. gen. 9 19 30 65 76 80 107 144; TT 46.
Praepositinus I 54 70 79.
Prat. F. TV 28: V 9 39 -11 44 '83 185; VI 15 22s 26 162 229 261 277 279 295 304 337.
Premm. M. IV 138.
Prieto !.. V. 255.
Primasius IV 236.
Priscillianistae II 36; V 150 179.
Procopius III 26 ; IV 238.
Progressismes VI 52.
Prosper (S) I 25; IV 212; VI 266.
Protestantes T 8 37s 52 140; Il 4s 20 25 27 36 38 53 102 108 112s; ITT 44 77 99; TV 6 18 21 55 64 71 125 160 169 181 191 220 225 234 266; V 16 20 126 150 297; VI 29 114 223s 273.
Protestantes liberales VT 6 223.
Prudentius V 77; VI 188 281.
Prudentius Treccnsis TV 237.
Priimm, K. I 15.
PsAmbrosius TT 31 106 154.
PsAugustinus TV 198.
PsClcmens I 56.
PsDionysius I 54; IT 3 152; V 104.
PsF.usebius Emissenus ITT 15.
PsGregorius TV 130.
PsHieronvmtts TT 03.
Puig. I. VT 262 336.
Puig do in Bellacasa I. T Bibl. gen. 1 41 4g»e « g·} m iri? 111 118 126 139 147; TT 33 45 47 50 56 63 109 111 124 133; TП 29 64 75 97 113 123 126 132 : TV 1 5 22 35 47 52 62 69 81 105 113 122 143 153 178 188 199 208 222 220 231 248: V 3 14 16 27 42 44 59 64 69 81 105 110 114 176 102 201 213 217 228 236 271 281,

Puller IV 22S.
Puzo, F. Ill 274; IV 229; V 39; VI 264.
Pythagoras VI 5.

Q uakeri II 36 102.
Quasten, J. Ill 85.
Quera, M. Ill 123; IV 120 134 285; V 69 92 99.
Qiiesnel IV 125.
Quilliet, H. VI 14 40 179.
yinn IV 22.

Rack, M. II 68.
Kahmani V 27 54 116.
Rahner, H. II 116: IV 157.
Rahner, K. Ill 182. IV 66.
Rambaldi, G. I 104s 113.
Ramirez, J.M. VI 49-52 57s 64 66 79 82 292.
Ramirez, L.C. Ill 76 78 99 100 121.
Rath, M. VI Bibl. gen.
Rationalistae 11 5 20s 27; III 11 77; VI 161 273 312.
Ratramnus III 16 92; V 75.
Rauschen IV 37.
Raymond IV 21.
Raymundus de Periaford (S) V 118.
Regalistae V 175 274 284 286.
Rehm, M. VI 21 267.
Rcinach, Th. IV 225.
Reinhold I 92.
Reitzenstein II 5.
Remy, P. I 79.
Renan, E. IV 225.
Reiié. E. II 2.
Rhabanus Maurus I 300; III 16 92; IV 237; V 75.
Rhote VI 161.
Riccjardelli, R.M. I 85.
Ricciotti, G. VI 36 279.
Richard, . M. VI 4 6 84 141 147 161s 174 182 203s.
Ri<-b->r,i..«· „ MnriiaviHa I 79 106; IV 245; V 84 205s; VI 248 307.
Richardus Cantuar. V 98.
Richardus Ciccstrensis I 6.
Richardus Fishacre I 79.
Richardus Victorinus IV 79.
Rigaux. B. VI 264.
Right, C. VI 27.
Rimml, R. IV 129.
Ripalda, J. I 88; VI 82.
Ritsch, *A.* IV 228; VI 6.
Rituale Mediolanense IV 250s.
Riluale Romanum IV 250; V 30.
Rive, 13. V 267.
Rivière, J. Ill 22; VI 27 29 44 161 182 310.
Robertus Curtonus I 54.
Robertas de Flamcsburg IV 64.
Robertus Pullus 1 30 106; 11 121 ; IV 79.
Robin, E. VI 279.
Robleda, O. V 195 201.
Roebling, A. VI 327.
Rocholl, N. V 166 270.
Roesler, A. VI 188.
Rohmer, J. V 166.
Roig Gironella, J. I 85.
Rolandus Bandinelli I 6 106 ; V 273.
Romanus (S) II 45.
Romeo, A. VI 58 264.
Romeus II 64.
Rond-» ît vi 169 203 219 304.
Rosadini, S. VI 327s 332.
Rosminius, A. Ill 110; VI 66.
Ross. H V 119.
Rosset. V 209.
Rossi, A, VI 62.
Rossi, G. VI —
Roure, L. VI 5 161.
Rousseau, O. VI 14.
Roy, L. IV 77.
Royer, J. VI Introd. 279.
Royo, A. VI Bibl. gen.
Ruch, C. II 116 152: III 8 13 25 34s 39s 40s 43 46 81 ; IV 222 242.
Rufinus I 54 109; IV 63; V 118; VI 6 280.
Ruinart, Th. VI 39 167 281.
Rupertus Tuitiensis V 98.
Rus, N.G. IV 213.
Rusch, A.C. VI 27.
Ryan, J.A. V 223.

S *abelliani* II 36.
Sachs, T. VI 159 172.
Sacramenlarii III 77.
Sacramenlarium Corbeiense V S3.
Sacramentarmm Gelasianum II 132; V 86 88 190.

Sacramentarium Gregorianum II 132; V 53 86 190.
Sacramentarium Leoninum V 86 190.
Sacramentarium Serapionis II 106; IV 239.
Sadducaei VI 147 273.
Sagnard, F.M.M. VI 55.
Saguens 111 114.
Sagüés, J. II 63; VI 124.
Saias, 1. 1 65; VI 187.
Salaverri, 1. 11 12; 111 276; VI 261.
Salmanticenses I 43 89 149; 11 98; IV 89; V 84; VI 63s 82 84 94 111 125 250 295.
Salmeron, A. 1 113; V 244; VI 192.
Saltet, L. I 120 136s.
Sanchez, T. V 84 203 209 211 284 292.
Sanders, P. Ill 111 114.
Sapricius, II 83.
Sasia, J.C. VI 161.
Sasse l.B. I Bibi. gen. 91 149 155; II 104 154s; III 15; IV 205 242, V 3 16 27 44 59 81 176 183 192 213s 228 281.
Saunders II 68.
Sauras, E. Il 98 154; VI 189 194.
Scaglia, P.S. VI Bibl. gen. 39 231 281 316.
Schalzgrüber V 292.
Scheeben, M.J. 1 88; IV 234; VI 65 108 295 337.
Schegg, IV 228.
Scheil V 227.
Schell, H. II 64s; IV 241 262; VI 6 161 214.
Scheller, *J.* IV 210.
Schelstrate I 8.
Schermann IV 239.
Scheurer, G. VI 280.
Schilder, K. VI 49.
Schilling, O. VI Introd.
Schütz, C. VI 273 283.
Schismatici graeci IV 160.
Schiwietz St. VI Bib!, gen.
Schleiermacher VI 52.
Schmaus, M. Bibl. gen.
Schmid. F. VI Introd. 215 239 249 276.
Schmid, J. VI 264.
Schmid-Angerbach. J. VI 327.
Schmoll, P. IV 04.
Schneider, W. VI Bibl. gen.
Schoemann, . J.B. VI 6.
Schôtz, D. VI 21 227.
Scholasticus, J. 1 137.
Schopenhauer VI 52.
Schouppe, F. X. VI 219.
Schutz, R. VI Intr.od.
Schultes, B. IV 21.
Schwane VI 327.
Schweglev V 243.
Schwetz V 269.
Scotislae 1 27 140; VI 122.
Schmitt III 48.
Scotislae IV 83 91 135.
Scotus I 24 31 54 65 70 106 139 140 145; Il 45 104 121 123s; III 48 117 123 124; IV 21 72 79 113 135 198 206 242 245 249 256; V 31 64 84 88 200 205s 208; VI 60 82 93 96-98 109 .122 187 194 214 249.
Scotus Erigcna VI 66 203.
Sedltnayer III 119.
Sedulius II 93.
Seeberg IV 172.
Segarra, F. VI 239 288s 292 294 305.
Sclvaggi, F. Ill 119.
Sergius I 125.
Serrv, H. I 113.
Séville III 5.
Sfrondati II 65.
Sickenberger, J. V 244; VI 229. 333.
Sigmund, J. VI 260.
Silvester I (S) V 10 73.
Silvius V 84 195 208.
Simeon Thessalonicensis VI 30.
Simeone, L. VI 22s 277.
Simmonct V 84.
Simon Magus II 115; V 215.
Simonin-Meerssemann I 79
Simons V 175.
Siricius (S) I 129 136; II 99; IV 50s; V 21 49 138 190 216 279.
Sirmond II 124; IV 37.
Siuri, M. VI Bibl. gen. 44 79 82 123 137 142 169 179 182 184 186s 192 195 214s 217 239 241 244 249 254 257 275 302 307s.
Siwck, P. VI 5.
Sixtus IV VI Introd. 225.
Skrinjar, Λ. VI 267.

Socialistac V 215 232.
Sociniani ' ' 161 273.
Socrates IV 77 149 154 196; V 52 150s 221.
Sodar, B. VI 227.
Sola, F. V 108 115.
Sola, G. I 152.
Soto, D. I 24 26 44 91; II 65 82 121; IV 113s 120; V 252; VI 123 214s 242 292 302.
Soto. P. IV 113 120; V 84 251 284.
Soubcn, J. VI Bibl. gen.
Sozomenus IV 46 77 149 195; V 151 221.
Spacil, ÏIı. I 8; II I 45; IV 222 224; VI 230.
Spadafora, F. VI 267s.
Spallanzani, C. I 19.
Spencr II 108.
Snicq, C. VI 21s 69 117 141 146 150 199 207 229 267 300.
Spiritistae VI 161.
Spitta III 5.
Spinghetti P. II 55.
Stange, A. VI 138.
Statuta Ecclesiae uiinQtia V 65 67 85 97s.
Staudinger, J. VI Bibl. gen. 260.
Stcgmüliër, F. IV 145.
Steimen, P.Λ. VI 255.
Stentrup, F.A. VI 260 267 340
Stenhanus I (S) I 128 129 130 136; II 99.
Stephanus II V 117.
Stephaniis \ugustodunensis III 100.
Stephanus, II. VI 124.
Stephanus de Balgiaco V 98.
S'iglmayr, .I VI 43.
Stoicismus VI 52.
Stokums, W. Il 63.
Stolz. A. VI 124 192.
Strabo II 45 87.
Strake I 70.
Storff, U. HI 123.
Straub A. II 148; VI 239.
Stribonio, M. I 113.
Strong IT 5.
Stuart Mill VI 52.
Stufler. I. I 85; TV 38 42 66 214; VI 7 194 196 197.
Suarez. Fr. I 9 13 14 23 24 25 32 33 41 44 58 59 65 75 76 78 83 86 88 89 139 142 149; II 19 24 33 45 48 50 64s 69 74 79 90 109 121 124 133 147 155; III 25 75 97 101 108 110 113 117 119 120 123 129 132; IV 1 59 72 77 89 93 97 104 106 113s 120 124 135 157 167 177 180 185 193 198 204 206 210 215 245 249 253 256 263 265 272 274; V 64 84 260; VI 4 19 23 25 27 43s 47 50s 54 60 62-65 79 82 84 91 94 96s 107-109 111 120 125 127 133s 136s 141 179 182 186s 189 196 199s 202 206 211 214 217-220 228 238-242-244s 247s 250 253-257 260 267-271 283 288 294s 298 300 302 308s 320 322-324 330 333 335 340s.
Summa Sentential um III 78; IV 79.
Sutcliffe, E.F. VI Introd.
Sylvester Maurus V 84.
Sylvester Prierias I 106 113.
Sylvius, F. V 70, VI 186 292.
Symcon Thess. IV 250.
Synodus Londinensis III 78.
Sivete, H.B. VI 231.
SYMBOLA :
— *Apostolicum* VI Introd. 22 48 99 274 313.
— *Athanasianum* VI Introd. 22s 48 99 148 162 205 274 291 313.
— *Epipltanii* VI Introd. 22 99 274 313.
— *Eides Damasi* VI 99 148 162.
— *Nicaenum* VI Introd. 22 313
— *Nicaeno - Constantinopolitanum* VI Intrcd. 22 274 313 342.
— *Toletanum* V 179; VI Introd
Szczygiel, P. VI 279.

Tacchi Venturi, P. V 176.
Tafi, A. V 243.
Tanner, A. V 84 118 134; VI 62
Tanquerey, A. IV 83; V 32 64 84; VI 29 204 211 273 327.
Tapia, J. Il1 44 46 48.
Tapper IT 124: V 84 92 251.
Tatianus VI 280.
Teetaert, A. IV 198.
Teixidor, A. IV 129.

Teixidor, L. VI 82.
Temifio, A. I 94.
Tepe I 149.
Ter Haar, F. IV 142.
Ternus, J. III 119; IV 56 59.
Terrien, J.B. VI 63.
Tertullianus I 11 15 19 40 56 70 82 127, II 3 11 19 31 33 36 42 45 53 58 76 87 90 93 100 106 118 132 154; III 15 37 48 72 86 106; IV 6 16 19 23 33 37 40 42 46s 58 75s 103 110 118 128 151 169 173 183 191 235; V 52 73 127 137 150 152 163 187s 190; VI 22 30 154 166 208 273 280 283 312 316 318 327.
Testamentum D.NJ.Christi II 133; V 27 56 67 86.
Testes lehovah VI 29 161.
Theiner III 79; IV 116 141.
Theissing, J. VI 49.
Theodora episcopa V 59.
Theodoretus II 36 93 128; III 26 37 55 59 71s 87s 106; IV 212 235 238; V 149 152 221; VI 66 102.
Theodorus Mop.uiestcnus HI i5 65 88 106.
Theodulphus Aureliancnsis IV 154 250.
Thcoph'his Alexandrinus III 26 87 ; V 86.
Theophilus Antiochenus I 40 70 82; II 118; VI 102 154 165.
Theophylactus II 93; VI 30 203.
Thcorianus II 123.
Thiel, A. III 106: IV 212.
Theosophismus VI 5.
Theotimc de Saint-Juste VI 266.
Thibaut, R. VI 266.
Thnetopsychitae VI 29.
Timotheus Alex. V 86.
Timotheus Constantinopolitanus I 136.
Thomas (S) I 9 13 20 22 23 24 25 31 54 58 61 62 63 64 65 70 74 75 76 78 85 88 99 106 107 113 117; II 1 19 24 33 43 45 47 49 50 65 74 81 85 91 96 99 109 119 121 124 131ss 152ss; III 48 108 109 117 119 120 126; IV 1 20 28 34 79 86s 89 93 95 104s 111ss 122s 124 134 158 157 165 167 174 178 184s 198 205s 207 210 213 221 222 227 242 245 249 253 256 260 263 268 272; V 3 I6s 27 31 44 59 64 69 72 81 92 105 122ss 142 156 174ss 192 205s 213 228 241 249 260 270s 281 290; VI Introd. 2 19 23 27 30 45 50s 57 60 62s 64* 82 84 93s 96s 104 106s 110s 113 120 124s 130 132-134 136s 141-146 155s 159 169 179 182 184-189 195 197 200 202 206 212 214 217-220 222 229 232 234 236-240 242 244 247s 250 253 256s 261 268s 270s 278s 282s 285-288 292 294s 298 302 305-310 318 320-322 324 333 335s 340s.
Thomas ab Argentina I 106.
Thomas Cantuariensis (S) V 98.
Thomas Waldensis IV 89.
Thornistae I 88; VI 4 194.
Tillmann, F. VI 260.
Tischendorf, C. IV 235; VI 22.
Tito de Ottone VI 219.
Tixeront, J. VI 6 35 161 174s 273 289 312 327 332.
Tobac, E. III 64; VI 267.
Toledo, F. I 149; II 65; III 18 57 61 117 124; V 84; VI 113 124 196 206 215 217.
Tongiorgi III 114 117.
Tournay, R. VI Introd.
Tournebize, F. VI 141.
Tournely I 91 ; IV 134; V 116 122s; VI 197.
Traditio Apostolorum II 128 140; V 27 47 116.
Trepat, J. IV 229.
Tressanus IV 236.
Trombetta, A. IV 21.
Tromp, S. V 235 285.
Trouvenin, A. 1 107.
Trucco, F. VI 337.
Tuyaerts, M. I 85.
Tylor V 175.
Tymczak, A. V 64 84.
Tyskiewiez, S. VI 160.

Umberg, I.B. I Bibl. gen. 22 149 la2; II 57 111 116 121 152s; III 17; IV 22 88 54 57 228 239 245 253 256 263; V 217 267 cf. *Lereher.*
Unitarii II 27 36 53 102.

Unterkirche, F. Ill 119.
Unterleiclncr. A. 1 85.
Urbanus II 1 125; IV 217; V 71 79 118 234.
Urbanus VIII V 255.
Urdânoz, T. VI 18 194.
Urrâburu 111 97.

Vacant, Λ. IV 79 96; VI Introd. 146.
Vaccari, Λ. Ill 52 55s; V 242 244; VI 22.
Vacandard, E. ÎV 37 149 157 195 198, V 299; VI 147 223.
Valentia (de) G. I 88; III 117; IV 210; VI 43 123 134 239 289 302 309.
Valentinianus, F. II 73.
Valentinus V 215.
Valois. N. VI 30.
Valton, E. V 281 283; VI 27.
Van Coppenolle, E. VI Bibl. gen.
Vandenberghe, Λ. VI 18 289.
Van den Eercnbeemt, L. VI 267
Van der Meersch, I. VI 203 275 289.
Van Epcn I 65.
Van Hoonaeker, A. Ill 67; VI 267.
Van Hove, A. I 79 85; ITT 126.
Van Imschoot, P. IT 11 30.
Vannicclli, L. V 223s.
Van Noort, G. I 85 149; II 65; III 126; IV 256 262 276; V 64; VI Bibl. gen. 113 216.
Vansteenbcrghc. E. I 89.
Van Roowa IT 63.
Van Rossum, G.M. V 81 84 86 98.
Varigno ITT 114.
Vaucher. A.R. VI 327.
Vawcr, B. V 244.
Vazquez, G. I 23 24 91 139; II 82 104; ITT 117 124; TV 120 184 206 210 245; V 50 84 116 189; VI 19 60 62 75 79 82 97 113 134 136 187 195 214.
Vega, A. IV 114.
Vellico. A. ITT 123.
Verbaar, J. VI Bibl. gen. 113 216.
Verhamme, A. VI 161.
Vcrmeersch, A. I 48.
Vernet, F. TII 94; VI 203 223 273
Viarda, A. VI 337.
Vietor Antiochenus IV 235.
Vidal, P. II 97; V 209.
Vigil, F. V 274.
Vigilantius VI 29.
Vigilius VI Tntrod. 162.
Vila, S. V 138.
Villegas, B. VI 327.
Villeneuve II 154.
Villien, A. V 228 242.
Vincentius Lirinensis I 132.
Vitalianus I 137.
Vitoria, F. I 91 ; TV 114 245.
Vitti, A. VI 14 138 229.
Viva, D. VI 109.
Vizmanos, F. V 299.
Vogels, H..T. VI 22.
Von der Hardt TH 119.
Von Holtum, G. I 61.
Von Schatzler 1 76.
Von Soden, H. I 14; IV 228; VI 22.
Von Stomberg II 32.
Vosté, J.M. VI 22 264.
Vouaux, L. V 150.
Vrede, W. VI 14 69 74 336.
Vuillermet, F.A. V 264.

Wadding. L VI 30.
Waffelacrt, C.F. VI 77.
H'aldenses I A 7i 119 120; IT 108 113; IV 64 225s; V 180 215.
Walter, E. II 1.
Walty, T.N. IT 64.
Walz. I.B. VI 248.
Weis, B. II 32; IV 228.
Weis, C. IV 167.
Weisweiler, H. I 79; Til 99; IV 198 242 256.
Weizsàcker III 5.
Wellhausen TH 5.
Wernz, F.X. 11 97; V 64 114 20·) 273.
Westermarck E. V 175.
Wetter III 7.
White. E. VI 161.
Wickenhauser. A. VI 321 333.
Wicleff I 119 120; IT 108 113 136 137: ITT 76 99 100 114: IV 44 145 219 225s; V 31 108.
Wicleffitae I 28 104 120 154; IV 191.
Wieland TIT 21,

Wilmart, A. Ill 94.
Wilson. H.A. Ill 36; V 190.
Winklhofer, A. II 63; VI 270.
Wirceburgenses I 91 149; II 47 124; IV 134: V 64 84 196 209.
Witesse, J. IV 122.
Wolf, Ch. VI 52.
Wundt VI 52.
Wüttke, G. Ill 57.

Xiberta, B. I 79; IV 93.

Z acharias I 129.
Zahn, F. IV 228.
Zahn, J. VI Bibl. gen. 249.
Zahn, T. II 32.
Zeiger, J. IV 45.
Zellar, H. VI 270.
Zeno VI 52.
Zcpherinus (S) IV 41.
Zinsferle, F. Ill 67.
Zolli, 9. VI 21.
Zorell, F. II 2 11; IV 228s; V 5 9 17 29 46 59 62· VI 71 7-1 124 140 211 229 300.
Zosimtis II 54.
Zwinglius I 3 37; II 5 37; III 77; VI 223.
Zychlinski, A. Ill 127; VI 18.

INDEX RERUM

N. B.—Numeri romani *tractatum* designant, orabici autem numeros *maraincJcx*

Ablutio baptismalis II 35 39 45; est materia proxima baptismi 34; requiritur triplex ad liceitatem 46.
Acolythatus est ordo minor V 71 ; non sacramentum 60s ; eius munus 62; institutio 73.
Actus heroicus caritatis in animas purgatorii VI 255.
Actus paenitentis IV 86.
Adulterium non solvit matrimonium V 234.
Adultus quis IV 265.
Adventus Christi secundus VI 261 ; momentum eius 262 ; signa ei praevia 263-268.
Aeternitas beatitudinis VI 96-107 ; secundum quae elementa habetur 108; infert securitatem eius in beatis? 109; duratio beati est aevum 110; aeternitas inferni 159-178;; Patres de ea quid sentiant 165s ; probatur ex ratione naturali? 169; dantur exceptiones a poena qua aeterna? 179.
Amentes valide baptizantur II 86; confirmantur 149; recipiunt extremam unctionem 265.
Amor in beatitudine formali essentiali VI 64-83.
Angeli an possint esse ministri baptismi II 92; in iudicio hominis particulari VI 44.
Anima purgatorii quaenam sit VI 221 ; pro ea datur suffragium fidelium vivorum 222-236 ; etiam preces beatorum 222 ; est secura de sua salute 243 ; eot confirmata in gratia 244; magno gaudio fruitur244; nequit mereri et satisfacere 245; mere satispatitur 245; potest orare pro se ct probabilius pro nobis orat 247s ; quando et quomodo purgatur a peccato veniali 249s; a malis habitibus 251 ; quot animae adeant purgatorium 258; sunt in statu medio, nec viae, nec termini 4 (cf. *Suffragium).*
Antichristus veniet ct an sit persona individua VI 264.
Apokatastasis quid sit VI 6.
Apostoli an fuerint baptizati II 90.
Aqua materia baptismi II 46; qualis esse debeat 35; debet benedici, ex usu antiquo, in baptismo sollemni 46.
Aqua lustralis non requiritur de necessitate ad baptismum privatum, sed commendatur II 46.
Arcani disciplina in sacramento extremae unctionis IV 234.
Aspersio potest adhiberi in collatione baptismi valida II 45.
Attritio bonitas moralis IV 124-. 131 ; valor in sacramento 132 141 ; ad extremam unctionem va'ida 242.
Auctor sacramentorum Christus immediate I 139 145; in specie ct in genere 147 152.
Auctoritas civilis quid possit relate ad leges matrimoniales V 282 292s.
Aureola in beatis, cius notio, natura, quotuplex detur VI 137.

JSalsamum quid sit II 123; an dc necessitate confirmationis 123s.

Baptisma seu baptismus brevis delineatio historica 4s; est sacramentum 25s; differt a baptismo loannis 20; essenorum, proselytorum, etc. 21s; institutio 19; materia essentialis 34s; ritus per aspersionem, infusionem, immersionem 45; in primaeva Ecclesia 35; trina an unica ablutio necessaria 46; materia necessaria 34s; licita 35; forma 34s 49; trinitaria 41; in nomine lesu 47s; exprimi debet actio baptizandi ct persona baptizata 49; effectus baptismi 94s; regeneratio spiritualis 94; remissio totalis culpae ct poenae 95; infusio gratiae et donorum 96; ingressus in Ecclesiam sive incorporatio in Christum 6s 97; initerabilitas 99; gratia sacramentalis 97; necessitas baptismi 50s; quando inceperit 52; pro pueris 51 63s; minister baptismi 91s; subiectum 85; baptismus parvulorum 86; character 98; figurae biblicae 33; baptismus flaminis, fluminis, ignis inter se comparantur 84; baptismus pro mortuis 93; VI 15; protestantium conversorum II 102; reviviscentia 103s; obex 103.

Beatitudo, eius notio et divisiones VI 51 64; multiplici formula iustis promittitur 48; beatitudo supernaturalis in hac vita? 47; datur beatitudo naturalis? 62; beatitudo essentialis obiectiva est solus Deus 50-59; at secundum omnia quae sunt in Deo? 60; creaturae etiam aliquo modo prout sunt eminenter in Deo? 57 61; beatitudo essentialis formalis, eius notio 64; quibus actibus constet 64-75; eius essentia physica et metaphysica 79-83; augetur resurrectione gloriosa corporis? 308; beatitudo essentialis simpliciter sumpta (seu simul obiectiva ac formalis) est immunis a peccato 84-91 (cf. *bnpeccabilitas* beati); aeterna 96-107 (cf. *Aeternitas');* inaequalis 111-121 (cf. *inaequalitas beatitudinis);* cogit beatos ad perfectius semper agendum? 95; beatitudo accidentalis in genere, eius notio 125s; exsistentia 127; amplitudo 128; inaequalitas 129; augmentum 130; beatitudo accidentalis in specie, de bonis animae in genere 132; bona incidental's in specie, de bonis 134; bona voluntatis 135; dotes beatorum 136; aureola 137; societas caelestis 138; bona corporis gloriose resurgentis 295-306; amoenus locus caeli 140; beatitudo corporis gloriose resurgentis in quo sit 302; est accidentalis an essentialis? 307; auget beatitudinem essentialem animae? 308 (cf. *Societas caelestis).*

Bona matrimonii V 157s.

Cadaver catholici, observantia in istud VI 27.

Caelum est locus determinatus, amoenus VI 139s; ubi est? 140.

Caritas an requiratur ad baptismum adultorum II 85; ad extremam unctionem IV 262; an suppleat baptismum II 62 66s.

Causalitas sacramentorum quoad gratiam I 36-41; quoad characterem 51-60; ex opere operato 67-74; stricta 78-81; immediata 82-86; physica et moralis 87-93.

Character sacramentalis I 51-60; cius munera 61-63; natura physica 65; in baptismo II 98; in confirmatione 154; sunt distincti 145; in ordine V 130s; distincti in episcopatu et presbyteratu 131; an imprimatur in matrimonio 269.

Chrisma quid sit II 123; ab episcopo benedicitur 123; an

simplex sacerdos possit illud benedicere 123; est materia proxima confirmationis 123s; fit chrismatio in fronte 124.
Christus iudex in iudicio particulari VI 44; quid praedicavit cum descendit ad inferos? 14; passus est in vita poenam damni? 182; eius sat'sfactio et animae purgatorii 235 ; adveniet in fine mundi et quomodo 261 ; indicabit vivos ct mortuos 318 (cf. *Verbum).*
Civile matrimonium V 295.
Clandestina matrimonia an valeant V 287.
Clerici maiores peccatores IV 51.
Clericorum obligationes V 129 136.
Coelibatus ecclesiasticus V 137.
Coena ultima relatio ad Eucharistiam III 4-38.
Communio non pertinet ad essentiam sacrificii Missae III 190-195; efficit unionem cum Christo 247-257 ; etiam in corpore 258; gratiam auget 247-257 ; caritatem excitat 247-257 ; liberat a venialibus 259-263 ; nraeservat a mor*a'ibns 259-26.3; minuit concupiscentiam 259-262 264; producit primam gratiam 265 ; poenas remittit 265 : est pignus vitae aeternae 266-270; auget unionem inter membra Ecclesiae 271-276 ; communio pro animabus purgatorii VI 255
Communio sanctorum et suffragium pro anima purgatorii VI 232.
Compositio metanhysica sacramentorum I 15-21 ; physica 26-34.
Comprehensores qui sint VI 4 63.
Concupiscentia non est beatis VI 92.
Confessio integra, eius necessitas IV 144-154; formaliter integra 155; generiça 155; publica et privata 156; peccatorum venialium 157; confessio fidei seu martyrium non supplet ordinationem sacram V 27.
Confirmatio notio II 106; delineatio historica 107s; definitio 111; est sacramentum 110s; institutio 121; materia 123s; forma 132; minister ordinarius 134s ; extraordinarius 135s ; quid faciat facultas confirmandi presbytero collata 144: subiectum confirmationis 149 ; necessitas 150; effectus 151s; character 154.
Conflagratio mundi ante resurrectionem an post eam adventura VI 268 (cf. *Naturae phaenomena).*
Consensus ad matrimonium V 144.
Contractus matrimonialis quid sit V 144; constituit sacramentum 193s; nec ab eo separari potest 195s ; fieri potest diversis modis 202.
Contritio notio IV 99-105 ; necessitas 106-114; efficacia 120; obiectum 121 ; intensitas 122 (cf. *Caritas).*
Consecratio in Coena III 10-18; est actio transsubstantiativa 97-130; et fonnaliter oblativa 190-195 ; iuxta diversas explicationes theologorum 198-202 ; iuxta doctrinam Ecclesiae 204-207 ; iuxta explicationem probabiliorem 208.
Copula carnalis non est de essentia matrimonii V 204; reddit matrimonium prorsus indissolubile 247.
Corpus Mysticum consummandum post indicium finale VI 342.
Corpus resurgens erit communiter ex materia tempore mortis habita VI 294; quid fiet corpus infantis 294; corpus resurgens damnatorum 309; corpus resurgens iustorum erit immortale 295 ; ornatum claritate, impassihilitate, agilitate,

subtilitate 296-300; hanim dotum excellentia et modus infusionis 301s; erit perfectum quoad membra, speciem ac figuram, aetatem apparentem, et eiusdem sexus quo erat in vita 303; fruetur convenienter sensibus, non vero functione generativa nec probabilius nutritiva 306; respectus gratiae sanctificantis ad resurrectionem gloriosam 304 (cf. *Resurrectio).*

D aemones in iudicio hominis particulari VI 44; torquent animam purgatorii? 239.

Damnatus cognitione naturali non caret, certe supernatural! ac proin fide et habitu et actu VI 191s; etsi dolet de suis peccatis ob poenam, est obstinatus in malo 193s; suis malis actibus non auget poenas, at peccat iis formaliter? 197s; quoti sunt damnati? 199; omnes damnati sunt semper in inferno? 218; quali corpore resurgent 309 (cf. *Obstinatio).*

Decretum pro armenis cius valor dogmaticus V 92.

Diaconatus est sacramentum V 45s: eius munus 47; materia 82s 94s; forma 101; institutio 55; necessarius ad ordines superiores 79.

Diaconissae V 56s.

Divortium quid sit V 231; an adulterium det causam divortii 234.

Dona Spiritus Sancti manent in beatis? VI 133 135.

Dos in beatis, eius notio, natura, quotuplex datur VI 136.

E cclesia offertur in Missa III 174; offert Missam 184-188.

Elias mortuus est? VI 21; veniet in fine mundi? 267; ei tribuitur conversio iudaeorum 267.

Epiclesis III 245.

Episcopa V 59.

Emscopatus est sacramentum V 28s: a presbyteratu distinctum 29 39s; institutio an iuris divini 44; materia 82s 94s; forma 101; munus 30; subiectum 121; minister 106; requiruntur tres episcopi consecrantes, sed non ad validitatem 116; character 130ss.

Eschatologia quid sit, de ea Vetus Testamentum VI Introd.

Eucharistia origo III 4-9; institutio 30-38; primaeva celebratio 39ss; promissio 43-51; praefiguratio in oblatione Melchisedec 52-63; praenuntiatio per Malachiam 64-72; est sacramentum 228-233; intrinseca constitutio 236-240; unitas 242; materia 243: forma 244s; effectus 246-277; necessitas 279-284; adoratio 234 (cf. *Missa, Praesentia, Transsubstantiatio).*

Evangelium praedicandum in toto mundo ante adventum Indicis VI 263.

"Ex opere operato" I 67-74.

Exorcistatus est ordo minor V 71; non sacramentum 60s; eius institutio 73; munus 62.

Extrema unctio notio IV 224; est sacramentum 223s; institutio 242; materia 244 250; forma 244 252; effectus 254s; condiciones ad remittenda peccata 262; quando conferatur gratia 263; subiectum 264s; minister 265; numerus sacerdotum in administranda extrema unctione 272; administratio extremae unctionis apparenter mortuis 273; necessitas 274; iterabilitas 275; reviviscentia 276.

J< ideles offeruntur in Missa III 174s; offerunt Missam 184-188.

Fides ministri sacramentorum I 126-137; datur in damnato? VI 192.

Finis eius divisiones, ultimus et beatitudo VI 46.
Forma baptismi II 34s; confirmationrs 132; paenitentiae IV 90s: verba necessaria 93; sensus 93; forma indicativa et deprecativa 94ss; modus eam proferendi 97; extremae unctionis 244 252; ordinis V 82 95 101; matrimonii 205ss.

Gaudium in beatitudine formali essentiali VI 61-83.
Gehenna sensus vocis VI 146.
Gratia sacramentalis I 36-41; natura 42-48; mensura 75; in baptismo 11 94s; in confirmatione 152s; in extrema unctione IV 258; in ordine V 128; in matrimonio 264; sanctificans. relatio eius ad gloriam VI 124; ad resurrectionem gloriosam 304.

Henoch mortuus est? VI 21; veniet in fine mundi? 267.
Hostia pro peccatis IV 29.

Ignis inferni varia eius, notio VI 201 s; est proprius 200-213; quid Patres de eo senserint 208s: quomodo cruciet spiritus et animas separatas 214-216; ignis iudicii 268; purgatorii 239.
Tmmersic in baptismo II 45.
Impeccabilitas beati IV 84-95; radix eius 93s; est impeccabilitas mctapbysica an physica? 94; inferi immunitatem a concupiscentia 92.
Impedimentum matrimoniale, quotuplex V 273; Ecclesia habet auctoritatem ponendi impedimenta dirimentia 272s; non autem potestas civilis 282.
Impositio manus quaenam requiratur ad confirmationem II 123; ad ordinem episcopatus, oresbyteratus et diaconatus 35; in paenitentia IV 89; ad ordines sacramentales V 82s 94s; an requiratur tactus physicus 105: ad' presbyteratum an requirantur duae mantis 103s.
Inaequalitas beatitudinis VÎ 111-121; eius radix 122; specifica? 123: in quo sit ea 113.
Indissolubilitas matrimonii quotuplex V 230; intrinseca unde oriatur 169 229s 241 249; cur matrimonium ratum ct non consummatum sit dissolubile extrinsece 253-260.
Indulgentiae notio IV 217; fundamentum 218s; utilitas 220; condiciones 221.
Infantes baptizari debent quam primum II 86s 89; sine baptismo non salvantur 63s 87; nisi per martyrium 63s 68 81; valide confirmantur 149.
Inferi descensus Christi ad eos VI 14.
Infernus sensus ct usus vocis, sumitur ut locus et ut status VI 146: ubi est infernus ut locus? 217s; sunt in eo semper omnes damnati? 218 (cf. *Poena inferni).*
Infusio est ritus validus baptizandi II 35.
Institutio sacramentorum a Christo immediate I 139-145; in specie et in genere 147-152; baptismi II 19; confirmationis 121: cx*remae unctionis IV 242: ordmis V 44; matrimonii 140 192.
Intentio ministri sacramentorum I 102-110; interna 111-117.
losaphat locus iudicii universa-Vs? VI 323.
ludaei convertendi ante adventum Indicis VI 266.
Iudicium particulare quid sit VI 9; habetur mox post mortem et statim exsecutioni mandatur 27-43; quid Patres de hac re senserint 30 35-39; iudicii adiuncta: natura, index, etc. 44; iudicium universale vivorum et mortuorqm habebitur in secundo Christi adventu 310-317; convenientia eius 317;

iudex 318; assistentes iudicii 319; quinam indicandi 320; materia iudicii 321 ; huius modus 322; eius locus 323; ignis 268.
lurisdictio non est actus confirmandi II 144.

Lectoratus est ordo minor V 71 ; non sacramentum 60s ; cius institutio 73 ; munus 63.
Lotio pedum I 12.

Manus impositio (cf. *Impositio manus).*
Maria mortua est? VI 24; ob ipsam damnatus punitur infra condignum? 186.
Martyrium quid sit TT 68; eius efficacia 68 81 ; dispositio requisita 52 83: quomodo obtineat effectum 80; an valeat sine caritate 83 : non supplet ordinationem V 27.
Materia et forma sacramentorum I 26-34 ; materia sacramenti baptismi II 34s ; confirmationis 123s; extremae unctionis IV 244s ; ordinis V 82s 94s 101 ; matrimonii 208.
Matrimonium notio V 142 147s; institutio 140; in lege naturae 142s; sanctitas 140 150s; ratum et legitimum 144; necessitas 153s ; cius fines 157s; primarius 158s; secundarius 163; modernae quaedam opiniones 165; proprietates 167s; ind's-solubilitas 169: unitas 173: snectat ad auctoritatem religiosam 174; inter christianos est sacramentum 177s; a Christo institutum 192; transiens, non permanens 203: constituitur ipso contractu 193s: potest d!-vers's modis fieri 202; cius materia et forma 205-207 : ministri 208: usus matrimonii non est de eius essentia 204; effectus 213s; imitas 124s ; polygamia prohibetur 217s ; etiam non baptizatis 227; at seciintlaç jiuptiae permittuntur 226; indissolubilitas intrinseca 229s; sed extrinsece aliquando dissolvi potest 245 ; gratia sacramentalis 264; quasi-character 269; Ecclesia potest apponere, condiciones et impedimenta/ 272s ; non vero auctoritas ciJ vilis 282; potestas in matrmo nia mixta 291, et infideliun 292 ; matrimonium civile 295.
Melchisedec, eius obla'io typus Eucharistiae III 52-63.
Metempsychosis quid sit VI 5.
Millenarismus notio VI 325s; eius fautores 327 ; reicitur 328-333; Ecclesiae felix status aliquando futurus? 334.
Minister sacramentorum, potestas I 96-101 ; intentio 102-110; inferna 111-117; nrobitas 118-125; fides 126-137; minister bantismi II 91 s; confirmationis 134s; paenitentiae. quoad potestatem ordinis IV 188-198, quoad potestatem jurisdictionis 199-207; minister extremae unctionis IV 265 ; ordinis V 106s; matrimonii 208.
Missa notio ITT 147 209; est sacrificium 151-154; renraesentat sacrificium crucis 158-164: relatio ad coenam 165; victima 166-175; principal's offerens 176-183: essentia in consecratione 190-195, quonam sensu 196-208: fines et fructus 213-223; horum extensio 224; modus efficaciae 225: valor infinitus 226 (cf. *Ecclesia, Fideles).*
Mitigatio poenae inferni datur accidentalis seu poenae peccati iam remissi vel venialis non remissi VI 187 ; non datur essentialis seu poenae peccati gravis non remissi et quid de ea re sentiant Patres ac theologi 187-190.
Moribundi an accipere possint extremam unctionem II 273; paenitentia publica nondum peracta IV 49; sçngibps dpsti. tuti 88.

Mors quacnam pracsupponenda de ea in hoc tractatu VI 1; triplex 3; finis status viae 2-17: et quidem probabilius mere ex libera Dei ordinatione 4; finis merendi ct demerendi 19; unica 20; universalis? 21-24; quoad eius momentum incerta et proxima 25; ea non purgantur ex opere operato maculae peccatorum iusti decedentis 235.

Mundus finem babebit VI 336; per conflagrationem 336; inde renovabitur 337; convenientia eius renovationis 339; qualis haec erit 340; quando ea fiet 342 (cf. *Naturae phaenomena).*

Naturae phaenomena in fine mundi, et an sint proprie sumenda VI 268.

Necessitas sacramentorum I 153; medii et praecepti II 51; baptismi 50s; confirmationis 150; eucharistiae III 279-284; paenitentiae IV 69-79; contritionis 106-114; extremae unctionis 274; ordinis V 79 126; matrimonii 153s.

Novissima quae sint et eorum divisio VI Introd.; novissima mundi quaenam et quo ordine adveniant 2 60.

Nuptiae secundae licitae V 226.

Obex ad baptismum II 103.

Obstinatio damnati quoad malum factum et quoad semper male agendum VI 193s; opiniones de eius origine 195s; ea est forte summum malum damnati 197; vult eam Deus? 198.

Offerens principalis Missae est Christus 111 176-181; etiam actualitcr 182s; quo sensu offerant Ecclesia e t fideles 184-188.

Offertorium missae defunctorum, de quibus sit VI 43.

Oleum olivarum requiritur ad confirmationem II 123s; ad extremam unctionem IV 250.

Ordinationes anglicanae V 119; simoniacae 117; per saltum 79; non supplentur per martyrium 25; requisita ad licitam ordinationem 125.

Ordines maiores et minores V 71; sacramentalcs et non sacramentalcs 61; minores non sunt sacramentum sed sacramentale 133.

Ordo notio V 5s 17; est sacramentum 5s; ordines maiores et minores 71; sacramentalcs et non sacramentales 16 61 71; numerus ordinum 70; origo ordinum minorum 73; necessitas singulorum ordinum 79s; materia 82s 94s; forma 82 95 101; minister 105s; subiectum 121s; necessitas 126; effectus 127; character 130s; distinctus in presbyteratu et episcopatu 131s; potestas spiritualis 134s; gratia sacramentalis 128; requisita ad licitam ordinationem 125.

Ostiariatus est ordo minor V 71; non sacramentum 60; eius institutio 73; munus 63.

Paenitentia virtus IV 1; sacramentum 68; institutio 3 62-67; necessitas 69-79; partes et compositio physica 82-88; minister 198-207; effectus 208-214; definitio 215; paenitentia publica ct privata 46s.

Peccatum ad mortem IV 30; apostasiae remissum in Ecclesia 44; contra Spiritum Sanctum 27; homicidii remissum in Ecclesia 45; impudicitiae remissum in Ecclesia 42; veniale in sacramento paenitentiae 157; quando et quomodo remittitur iusto decedenti VI 249s; peccatorum reditus IV 209-214; remissio peccati venialis in iusto decedente VI 249s.

Poena *temporalis* non semper tota retnittitur IV 159-167; subiacet satisfactioni personali

168-178; etiam in sacramento paenitentiae 179-187; *poena inferni,* eius notio et exsistentia VI 142-158; est aeterna 159-178; quotuplex et qua.is sit 180-192; eius gravitas 193; quaenam gravior 184; est inaequalis diversis damnatis 185; est infra condignum 186; datur eius mitigatio? 188-190 (cf. *Damnatus, Mitigatio) ; poena purgatorii* exsistit VI 220-236; quid ea punitur et qua ratione 221 ; qualis et quotuplex sit 237-239; est poena ignis proprii? 239; poenae purgatorii acerbitas 240; superat ea poenam maximam mundi? 240s; eius duratio 242; probabiliter gradatim minuitur 241 ; forte interdum est sola poena damni 238.

Polyandria V 223.

Polygamia V 214; in Vetere Lege 224s.

Polygvnia V 214.

Potestas remittendi peccata postbaptismalia IV 5; iuxta modernistas 6; iuxta doctrinam Ecclesiae 7; iuxta Scripturam 9-15; iuxta traditionem 16 I8ss; iuxta veteres scholasticos 20; extenditur ad omnia peccata 21-35, quod constat historice 36-45; 48-51; est potestas judicialis 52-61 ; potestas Ecclesiae circa indulgentias 219.

Praesentia realis in Coena III 10-18; in Eucharistia 74-94; fit per transsubstantiationem 96-111; totus in toto ct totus in parte 132-136; praesentia sacramentalis 138; per modum substantiae 141 ; multiplicata 143; replicatio 144; praesentia permanens 145.

Presbyteratus notio V 18; est sacramentum 17s ; ab episcopatu distinctum 39s ; materia 82s 94s ; requiritur impositio unius an duarum manuum 103-104; sufficit tactus moralis 105 ; forma 95 101 ; character 130 ; distinctus ab episcopali 131 : munus 19.

Presbvterissae V 56.

Privilegium Paulinum V 261

Probitas ministri sacramentorum I 118-125.

Professio religiosa soilepmts dissolvit matrimonium V 25 .

Purgatorium sumitur ut loci s et ut status VI 221 ; origo vi - cis 221 : ubi purgatorium it locus 257; quot animae adea it illud 258; praedicatio de purgatorio 259 (cf. *Poena purgatorii, Suffragium, Anima purgatorii).*

Quantitas Corporis Christi in Eucharistia III 139s.

{{.eceptacula animarum post mortem VI 45.

Reditus peccatorum IV 209-214.

Reincarnatio quid sit VI 5.

Relapsi IV 50.

Renovatio ad paenitentiam IV 28.

Reordinatio V 117s.

Reservatio casuum IV 207.

Res et sacramentum I 64.

Resurrectio in fine mundi omnium hominum et quidem cum corporibus numcrice iisdem quae in vita gestarint VI 269-287; resurgent ii qui cum Christo surrexerunt? 270; ea identitas infert materiam numero eandem quae in vita fuit corporis? 288-295 (cf. *Corpus resurgens).*

Reviviscentia baptismi II 103; extremae unctionis IV 276.

Ritus sacramentorum I 154.

Sacerdotium V Is; omnium Christianorum 16.

Sacramentalia I 155; ordines minores sunt sacramcntale V 133.

Sacramentum non omnia sacramenta sunt paria I 13 ; legis naturae 25 ; veteris legis 23s ;

vivorum ct mortuorum 49; compositio physica 26-34; metaphysics 15-21 ; causalitas gratiae 36-41; characteris 51-60; ex opere operato 67-74; causalitas stricta 78-81 ; immediata 82-86; physica ct moralis 87-93; minister quoad potestatem 96-101 ; quoad intentionem 102-117; quoad probitatem 118-125; quoad fidem 126-137; auctor immediatus 139-145; quo sensu 147-152; necessitas 153; ritus 154; sacramentum permanens 111 228; sacramentum validum ct informe 1 76 ; sacramentum paenitentiae validum et informe IV 142.

Sacramentum tantum in Eucharistia 111 241.

Sacrificium notio III 19s; sacrificium ultimae coenae 19-27 ; eius plenitudo 29; sacrificium Melchisedec 52-63 ; sacrificium eucharisticum, notio 151 ; in Scriptura 152s; in traditione 154; relate ad cruccm 158-164; ad coenam 165; victima 166-175; principalis offerens 176-183; essentia in consecratione 190-195; quonam sensu 196-298; fines et fructus 213-223; extensio 224; modus efficaciae 225; valor infinitus 226; sacrificium latreuticum 213; cucharisticum 213; impetratorium 214; propitiatorium 214.

Satisiactio possibilitas IV Ï68-175; conditiones 176; condignitas 177; vicarictas 178; pro peccatis venialibus 178; necessitas in sacramento 179-183; \ efficacia 184s ; conditiones 185s.

Scientia beati, de quibus sit VI 134; quo medio habita 134.

Securitas in bcatitudine VI 109.

Septenarius numerus sacramentorum I 1-12.

Signum sacramentule I 15-21 ; relatio inter significationem et effectionem 22.

Societas caelestis VI 134; amicitia beatorum 134.

Species eucharisticae, notio ΠΙ 113; in doctrina Ecclesiae 115s; in consensu theologorum 117; in explicatione scholastica 119; activitas 120; relatio ad Cornus Christi 121.

Subdiaconatus non est sacramentum V 60s ; est ordo maior 71; institutio 73; munus 61.

Subiectum baptismi II 85; confirmationis 149; extremae unctionis IV 265.

Suffragium quid sit VI 222; datur pro anima purgatorii 222-236 ; valet oblatum a peccatore? 253; agit ut satisfactio et ut impetratio 254; quibus animabus prodest? 256; laudanda et utilis cura offerendi suffragia 259; qualia sint suffragia 222 253 ; observantia in cadaver defuncti ut suffragium 253 ; item opera externa mandato defuncti facta 253 ; actus heroicus caritatis in animas purgatorii 255; de communione offerenda pro iisdem 255.

Thesaurus Ecclesiae IV 218.

Tonsura clericalis V 75.

Traditio instrumentorum non est de essentia ordinationis in ordinibus sacramentalibus V 94s; neque unquam fuit 82s.

Traianus liberatus ab inferno? VI 179.

Transsubstantiatio notio III 97s : veritas iuxta doctrinam Ecclesiae lOOss; iuxta Scripturam 103ss; iuxta traditionem 106s ; iuxta rationem theologicam 108; variae explicationes falsae HOs ; natura intima 122-130.

Unitas matrimonii in lege naturae V 173s; in sacramento 214s.

Unitas sacrificii crucis, Missae et Coenae III 29 164s.

Verbum unio beati cum ipso VI 77.
Vetus Testamentum, de eschatologia VI Introd.
Viatores quinam sint VI 4.
Victima Missae est Christus III 166-172; quo sensu offerantur panis et vinum 173; Ecclesia et fideles 174s.
Vinculum matrimoniale V 145 168 214; est indissolubile intrinsece 229s; potest dissolvi extrinsece 245s.
Virginitas est matrimonio praestantior V Appendix.
Virtutes manent in beatis? VI 133 135.
Visio intuitiva eius notio VI 64; in beatitudine formali es-l sentiali 64-75; secundum quidl beati Deum videant 78; datui interdum in hac vita? 47 74
Vi verborum et vi concomitati tiae III 137.
Votum baptismi II 67s.

EDITIO TERTIA HUIUS VOLUMINIS, QUARTI IN COL-
LECTIONE "SACRAE THEOLOGIAE SUMMA", SUMP-
TIBUS "BIBLIOTECA de AUTORES CRISTIANOS"
AC typis "rivadeneyra, s. a.", feli-
citer, DEO DANTE, EXPLICIT DIE
DUODECIMO OCTOBRIS, IN FESTO
B. M. VIRGINIS A COLUMNA,
ANNO MCMLVI

LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI